COMMENTARII
Literales & Conceptuales
IN EXODVM
VEL
CONCIONATORVM VIRGA
PERCVTIENS PECCATORES.

Cuius materia LIBER EXODI, omnimoda verſionum varietate, earumque concordia, innumeris animi conceptibus pluſquam ſeptingentorum Patrum auctoritate concatenatis, illuſtratus.

AVCTORE R.P.F. IOANNE DE LA HAYE
Pariſino, Concionatore Regio, & in Gallia Obſeruantiæ Minorum Procuratore Generali.

Tomus III.

Cum triplici Indice. 1. Conceptuum. 2. Concionum. 3. Sacræ Scripturæ.



PARISIIS.
Apud Viduam N. BVON, viâ Iacobeâ, ſub ſigno S. Claudij,
In officinâ,
Et in domo, viâ Mathurinenſium, ante Eccleſiam.

M. DC. XLI.
Cum Priuilegio & Approbationibus.

SYNOPSIS CAPITIS XXVI.

Dominus præcipit fieri tabernaculum ex decem cortinis hyacinthinis, variis coloribus ac figuris contextis, habens tectum cilicinum, cum duplici alio operimento, ita vt totum iſtud opus ſuſtentetur tabulis, ac vectibus deauratis, baſibuſque argenteis, ac facta diuiſione eorum per velum, docet Dominus vbinam conſiſtere debeat arca cum propitiatorio: menſa & candelabrum, qualeque tentorium habere debeat tabernaculi introitus.

VARIET. LECT. à Verſ. 1. ad 3.

Vlg. Tabernaculum vero ita facies, decem cortinas de byſſo retorta, & hyacintho, ac purpura, coccoque bis tincto, variatas opere plumario facies.

Sept. Et tabernaculum facies decem aulæa de byſſo torta, & cocco torto, Cherubim opere textoris facies ea.

Scholiaſt. Origenis. Decem atria &c.

Cald. Figuras Cherubim facies, opere artificis facies ea, *Onk.* facies in eis.

Pag. E decem cotinis è byſſo retorta, & vermiculo cocco, Cherubim opere phrygionico facies.

Mont. Tabernaculum facies decem cortinis, byſſum retortam & hyacinthum, & purpuram & vermiculum cocci, Cherubim opus cogitantis facies.

Oleaſt. Habitaculum facies Cherubim opere
A excogitato facies illa.

Cajet. Cherubim facias opere polymitario.

Vatab. Opere excogitationis vel artificij.

Vulg. Longitudo cortinæ vnius habebit viginti octo cubitos, latitudo quatuor cubitorum erit, vnius mēſuræ fient tentoria vniuerſa.

Sept. Longitudo aulæi vnios &c. menſura eadem erit omnibus aulæis.

Cald. Menſura erit vna omnium cortinarum.

Vulg. Quinque cortinæ ſibi iongentur mutuo, & aliæ quinque nexu ſimili cohærebunt.

Sept. Quinque autem aulæa erunt ad inuicem coniuncta, alterum ex altero, & quinque aulæa erunt cohærentia alterum alteri.

Mont. Quinque cortinæ erunt coniunctæ,
B mulier ad ſororem ſuam, & quinque cortinæ coniunctæ, quoque ad ſororem ſuam.

Pag. Oleaſt. Erunt coniunctæ altera ad alteram.

Vatab. Altera cum altera.

CONCORDIA.

SAnctus Auguſt. q. vltima ait, αὐλαίας quas Græci appellant, Latini aulæa perhibent, quas cortinas vulgo vocant, non ergo decem atria fieri iuſſit vt volunt quidā, qui negligenter interpretati ſunt, non enim aulas ſed auleas dixit: non ergo admittenda lectio ſchol. Orig. qui legit decem atria: decē cortinas, habemus ſed ſciendum iuxta veritatem Hebraicam has

dictiones [illegible] ſuperioribus verbis principijs capitalis, vt dicat tabernaculum vero facies ex decem cortinis, ſic Pag. in cuius ſignum poſt duas has dictiones, eſt punctus atnach, id eſt coma, quod non principium noue, ſed finem eſſe ſuperioris clauſulæ indicat: tamen admittenda etiam noſtri Vulg. lectio, nam cum tabernaculum & præcipue ex his cortinis, optimè vertit tabernaculum facies decem cortinas. variatas opere plumario facies, ſed Hebr. eſt כרבים מעשה חשב תעשה אתם Chernbim mahaſe choſeb tahaſe otam, Cherubim opere periti artificis facies. ex quo non pauci collegerunt, opus in illis cortinis figurandum, fuiſſe Cherubinos, vt ſenſus ſit, facies in eis opere periti artificis Cherubinos, ſequiturque hunc ſenſum Cald. ſic enim habet, B figuras Cherubim facies opere artificis, facies ea: quod nonnulli ſic explicant, reſperges eas imaginibus alatis, idem videntur ſecuti Septuag. ſic enim reddiderunt, Cherubim opere textoris facies: tamen D. Hieronym. epiſt. 113. ad Marcellam, videtur negare opus Cherubim eſſe illud, in quod Cherubim efformarentur, ſed opus varium atque depictum dici opus Cherubim. ſic autem ait in Exodo cæteriſque locis vbi deſcribuntur veſtes plumaria arte contextæ. opus Cherubim id eſt variegatum atque depictum dicitur eſſe factum, ita tamen vt vox Cherubim litteram vau non habeat, quia vbicumque cum hac littera ſcribitur, animalia potius quam opera ſignificat] & quamuis cum B. Hieron. opus Cherubim diceremus, quod figurarum maxime inuſitatarum & inſolentium varietate eſſet reſperſum: nihil tamen vetat etiam inter varias iſtas figuras, Cherubinos fuiſſe depictos, prout & in templi Salomo- C

A nis parietibus, inter varias cælaturas etiam Cherubini ſpectabantur; & forte dici poteſt à Cherubinis & inuſitatis animalium alatorum formis, aliquando hoc artificio depictis, hoc opus dictum fuiſſe opus Cherubim.

חשב chaſab autem cogitato ſignificat, à quo חשב choſeb participium deſcendit cogitans, ſiue cogitabat, eo quod hoc opus multa cogitatione & induſtria fieri debebat: ſed audiamus Oleaſt. ita loquentem, poteſt huius loci duplex eſſe ſenſus, alter eſt, facies illas cortinas ad modum Cherubinorum, id eſt tegentes domum, quemadmodum Cherubini alis ſuis propitiatorium tegunt, alter qui ſimplicior videtur eſſe, eſt, Cherubim id eſt figuras Cherubinorum opere excogitato, id eſt multa cogitatione elaborato facies in eis, videlicet cortinis: ſunt qui interpretantur opere putato id eſt reputato, ſeu magnæ reputationis & momenti, Pag. legit opere phrygionico, quia Phryges apud gentiles hunc texturæ modum variegatum ex varijs licijs & coloribus inuenerunt, primique cœperunt acu pingere & veſtes intexere, quæ omnia ſunt eadem cum noſtro Vulg. qui legit opere plumario facies ea: opus enim erat quod æmulabatur picturas ex plumis, diuerſicoloribus auium (inter quas potuere eſſe Cherubini alas habentes) factas. hæc ergo cenſeo idem eſſe opus חשב choſeb id eſt cogitantis, πολύμιτον, id eſt Cherubim, phrygium, uel phrygionicum, & plumarium, quod Hebraicè vocatur רקם rekem. noſter Vulg. legit tentoria vbi alij cortinas, ſed intelligit etiam eas ad modum tentorij tenſas, de hac phraſi mulier ad ſororem ſuam diximus ſuperius.

EXPOSITIO.

T*Abernaculum vero ita facies*, ita inſtitutum populo Iſraelitico, vt certus eſſet locus in quo publica ſacra peragerentur, quo filij Iſrael pro templo non in deſerto tantum, verum etiã in terra Chanaam vſi ſunt, quouſque Salomon illud ſuum memorabile templum erexit. hoc tabernaculum longum erat 70. cubitos, latum 10. altum totidem, diuidebatur in duas partes, ſcilicet in ſanctum, quod 20. cubitos in longi- D tudine conſtabat, & ſanctum ſanctorum quod decem cubitos reliquos continebat. ante tabernaculum erat atrium longum centum cubitis, & latum quinquaginta, quod licet ſuis tabulis cingeretur ad latera, ſuperne erat ſub dio. quod quidem atrium erat quaſi templum laicorum, cum tabernaculum non ingrederentur. quod quidem atrium erat diuiſum in exterius laicorum, & interius ſacerdotum, in quo erat labrũ æneum, & altare holocauſtorum. quod atrium interius ſepto trium cubitorum altitudinis ſeparabatur, ab atrio laicorum; ita vt laici ex ſuo atrio poſſent vltra murum proſpicere, ibique videre holocauſta, & victimas quæ offerebantur, in ſancto tabernaculi erat altare thymiamatis, candelabrum, & menſa panum propoſitionis, quem locum quotidie ſacerdotes ingrediebantur, mane & veſpere, vt accenderent lucernas, mane eaſdem extinguerent, in ſancto ſanctorũ erat arca habẽs tabulas legis, & ſupra ſe propitiatorium, erat adhuc in eo vrna cum manna, & virga Aaron quæ fronduerat, in quẽ locum ſolus pontifex ingredi potuit, idque ſemel in anno tantum, puta in feſto expiationis, vt 16. Leuit. habetur.

Decem cortinas, Iulius Cæſar Buleng. lib. de Veſt. Pontif. ait, cortinæ ſunt aulæa peripetaſmata, vela apud Anaſt. Bibliot. deinde enumerat à ſummis Pontificibus miræ magnitudinis factas cortinas, id eſt tapetia, pulcherrimis quatuor coloribus intertexta, nempe hyacinthino, purpureo, coccineo, & candido, vt ſtatim ſubiungitur, & de quibus diximus in ſuperiori capite, *opere plumario facies variatas*, non quod è varijs plumis confectum eſſet hoc opus, vt arbitratur Emanuel ſa, nam ſacer contextus ait, quod erat confectum ex byſſo, purpura, cocco, & hyacintho. quæ omnia non plumas ſed diuerſi coloris fuiſſe fila manifeſte colligitur, ex cap. 35. dicitur ergo opere plumario factũ quia picturæ illæ textoris arte factæ plumas auium varias, vel aues plumatas exhibeãt. quod opus phrygiũ dicitur, vt vidimus in concordia & polymitorium, quod plurium colorũ licijs conſtabat, ſicut enim monomita dicitur, quæ vnius coloris lycio conſtant, dimidita quæ duorum, trimita quæ trium, ita polymita quæ plurium.

Iul. Cæſar Buleng. Anaſt. bibli.

Emanuel ſa.

Longitudo cortinæ vnius &c. vnios menſuræ A ſient vniuerſa tentoriæ, id eſt cortinæ quæ ad modom tentorij tendebantur, per tentoria autem intelligi cortinas patet, ex eadem voce Hebræa, quæ hic repetitur vt ante, nempe [illegible] ierihoth, *quinque cortinæ ſibi iungentur mutuè* coniunge ex decem cortiois quinas & quinas, vel aſſutura vel alio modo, vt ſint inſtar duarum magnarum cortinarum.

CONCEPTVS.

Anima virtutibus inſignis, dignius tabernaculo Dei domicilium.

Tabernaculum vero ita facies, decem cortinas, variis coloribus & his pulcherrimis intertextas, opere plumario ſiue phrygio apprimè elaboratas, ita vt tabernaculum (quod portatile templum Dei erat) ſic mire conſtructum, & pulcherrimè ita adornatum, vt omnium ani- B mos in ſui admirationem raperet. an aliud domicilium Deo dignius reperiri potuit? ao domus pulchrior & ornatior, maioris venerationis & maieſtatis? quis dubitat? anima enim virtutibus inſignis, dignius domicilium Dei Moſaico tabernacolo, huc ſpectat illod Philonis lib. de Cherub. *Etiamſi tota terra, aurum, aut ſi quid auro pretioſius ex repente fieret, moxque per opificum artes in porticus, veſtibula, aulæa, adeſque ſacras impenderetur, ne ſcabellum quidem pedibus Dei poſſet fieri, dignum tamen eo domicilium, anima eſt, modo ſit idonea.*

Dei opus non negligenter faciendum, ſed mira cum velocitate.

Tabernaculum vero ita facies, cortinas decem, C verum opere plomario fient: ſed ex Hebr. legitur, Cherubim opere facies, vt vidimus, nō minima controuerſia eſt inter ſacros interpretes, vtrum de facto fuerint Cherubin appoſiti, & contexti in cortinis, an vero fuerint cortinæ ad modum Cherubinorum, id eſt tegentes domū, quemadmodum Cherubini alis ſois propitiatorium tegebant. ſed dato, quod fuerint Cherubini, an intelligendi ſunt angelici ſpiritus? an vero ſecundum ſententiam quam tenet Aben Eſra, Cherub vniuerſale ſit nomen, ad omnem figuram ſignificandam. vnde Ioſeph in hiſce cortinis, herbarum, arborum, & aliarum rerum effigies prætextas fuiſſe dicit: attamen aſſeruimus boc opus vocari Cherubim, quia etiam erant imagines Cherubinorū vario colore depictæ, & intextæ cortinis, & eaſdem expictas fuiſſe in velo, & in templi parietibus, vt ex ſa- D cro textu Paral. 2. c. 3. conſtat. his conſtitutis, cur Deus non ſolum in propitiatorio, ſed etiam cortinis, imo velo, templique parietibus Cherubinos apponi præcepit? nonne Cherubini ſunt magnæ velocitatis, teſte Dauid, aſcendit Dominus ſuper Cherubim & volauit? dic ergo ideo Cherubim in tot partibus tabernaculi & tēpli appoſitos, vt quam neceſſaria eſſet in Dei obſequio exhibēdo diligētia & velocitas nobis innueretur. ſic habet Oleaſt. *Videtur Dominus Cherubinorum figuris, quæ ſunt maximæ velocitatis, delectari, vt oſtendat nobis quantum delectetur in his, qui ſumma diligentia faciunt verbum eius &c. hos ergo ante oculos ſuos vult habere, & in eis velnti ſummè dilectis complacere* Quod vere proſequitur Bernard. ſer. 2. de S. Andræa ad mediū vbi ſic ait, *Deſideramus ſpiritum, qui ſic adiuuet infirmitatem noſtram, ſed inuenire non poſſumus, nihil enim aliud expectas, nihil aliud quæris Deus, niſi vt ſedulo & cum deſiderio requiratur.*

Nimia familiaritas parit contemptum.

Tabernaculum vero ita facies, cortinas decem de byſſo retorta, cur tot cortinæ, quibus vel conſi- 3. ciebatur, vel tegebatur, vel ornabatur tabernaculum? cur ô Deus ſi cum hominibus in tabercunalo vis commorari, tot cortinis contegeris? nonne fatius eſſet nullis velis intermediis, in conſpectu omniom eſſe? ita equidem ſi ſummo erga eum cultu & reuerentia ducerentur homines; ſed quia ſcit genus eſſe ingratum, & quod facile habet contemptui ea quæ ſibi ſunt familiaria, ideo ab eis vult occultari. *Nouit Dominus* (inquit Oleaſt.) *hominum curioſitatem, & quam* Luſitandri *facile in contemptu veniant, quæ nobis ſunt familiaria, ideo licet delitias duxerit eſſe cum filiis hominum, voluit tamen ab eis multis operculis abſcondi.*

Ad Deum maxime reuerendum adducimur ab exteriori rerum pulchritudine & ornatu.

Tabernaculum vero ita facies, decem cortinas, 4. *de byſſo retorta, hyacintho, & purpura, opere plumario facies eas,* ad quid tot exquiſiti colores in cortinis? cur tanta figurarum varietas in eis? nonne tabernaculum conſtrui poſſet ex coloris vnius cortinis? ad quid opere phrygio texendæ? nulli dubium quin ſumma & tot colorum varietate eluceret pulchritudo, quod miro textæ artificio, venuſtatem præ ſe ferrent eximiā. ſed cur ita ſpecioſæ? quia ad Deum magis venerandum adducimur ab exteriori rerum pulchritudine. hæc habet Angel. Doctor 1. 2. q. 102 Ang. Doct. art. 4. in corrol, & ad 1. *Totus exterior cultus Dei ad hoc præcipuè ordinatur, vt homines Deum in reuerentia habeant, inde enim hominum conſuetudo inoleuit, vt reges & principes quos oportet in reuerentiam haberi à ſubditis, & pretioſioribus veſtibus ornentur, & etiam ampliores & pulchriores habitationes poſſideant: & propter hoc oportuit, vt aliqua ſpecialia tempora & ſpeciale tabernaculum, & ſpecialia vaſa, & ſpeciales miniſtri, ad cultum Dei ordinentur, vt per hoc animi hominum ad maiorem Dei reuerentiam adducerentur.*

Amanti Deum, præcepta huius facilia.

Tabernaculum vero ita facies, decem cortinas, 5. Sept. decem aulæa de byſſo retorta, &c. S. Auguſt. q. 107. in Exod. ait, decem aulæorum iu- S. Auguſt. bet Deus fieri tabernaculum, cum ſit decalogus legis. ſed quid aulæum ſignificat? latitudinem, quod latum eſt. facile enim per latam viam inceditur, quid denotatur per hoc quod decem

aulæa adumbrent decem Dei præcepta, & aulæum latitudinem id eſt facilitatem: niſi quod huius Dei mandata, facillima ſunt, ſed Deum
S.Auguſt. diligenti. ſubiicio verba S. Doctor. *Aulæa ſignificant latitudinem propter facilitatem, charitas quippe plenitudo legis eſt: & nonniſi charitati ſunt præcepta facilia, vnde ipſa dilatatio commendatur, cum dicitur, dilataſti greſſus meos ſubtus me, & non ſunt infirmata veſtigia mea:* Deinde aliquid adhuc obſeruatione dignum declarat, ait enim, *Quoniam iſta dilatatio per gratiam fit, charitas enim Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, non per nos ipſos ſed Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis, ideo myſtice hic numerus nobis cómendatur, qui pertinet etiam ad Spiritum ſanctum per quem lex poſſit impleri, dicitur enim aulæum longitudiné habere debere in cubitis viginti octo, iſte autem numerus, quia per ſeptenariũ diuidẽdus eſt ſignificauit, cum dicit latitudinem aulæi in cubitis quatuor, quater enim ſeptem fiunt viginti octo,* B *& eſt etiam numerus perfectus, quia ſicut ſenarius ſuis partibus conſtat.*

Eccleſia Dei ſubſiſtit in Dei & proximi dilectione.

6. *Tabernaculum vero ita facies, decem cortinas de byſſo retorta*, certum eſt decem Dei præcepta contineri in dilectione Dei & proximi, ſicut &, per decem cortinas ſignificari, & tabernaculo Eccleſiam Dei; tabernaculum ergo Domini fit ex cortinis, diuerſa colorum ſpecie variatis, quia ſancta Eccleſia vniuerſalis, ex multis electorum perſonis, ex multis per orbem Eccleſiis, ex variis virtutum floribus ædificatur: verum cur eius perfectio in decennario numero continetur, qui includitur in Dei & proximi amore? quia Eccleſia huiuſmodi dilectione C
Beda. ſubſiſtit. teſtis eſt Vener. Beda c. 2. lib. 2. de Tabern. *Omnis perfectio Eccleſiæ in denario numero continetur, quia quaquauerſum, Eccleſiæ per mundum in diuerſis gentibus, & tribubus, & populis, & linguis diffuſa eſt, tota in ſola Dei & proximi dilectione, quæ decalogo legis eſt comprehenſa ſubſiſtit: nequealiter quiſquam poteſt ad Eccleſiæ membra pertingere, niſi integro corde, & eum, per quem ædificatur, & eos quibus ædificatur Eccleſia, hoc eſt Deum, & electos eius amare didiceris.*

Eccleſia variis virtutum generibus ſplendet.

7. *Tabernaculum vero ita facies, decem cortinas de byſſo retorta, & hyacinto, & purpura, coccoque bis tincto*, cur tanta colorum varietas? cur adeo D eximij colores in cortinis tabernaculi? non eſt dubium, quin tabernaculum à Moyſe factum in ſolitudine, ſtatum Eccleſiæ militantis deſignaret, ipſa enim Eccleſia in labore & æſtu huius vitæ labentis, in ſiti & eſurie regni perennis ædificatur: tabernaculum enim Moyſes cum populo Dei in via adhuc poſitu, quâ ad terram promiſſionis pergebat, condidit. quid byſſus, hyacintus, purpura, coccuſque denotant? ait Orig. hom. 9. virginitatem byſſus, coc-
Origenes. cus confeſſionis gloriam, purpura charitatis fulgorem, hyacintus ſpem regni cœlorum. no-
N.Lyranus ſter Nicolaus Lyr. byſſus caſtitatem, quod autem dicitur retorta, repreſſio carnis intelligi-

A tur, hyacintus cœleſtium meditationem, purpura deſiderium martyrij, vel meditationem Chriſti paſſi, coccus bis tinctus geminam Dei & proximi dilectionem. Rabb. Maurus, byſſus Rab. Maur. retorta carnem caſtitate fulgentem, hyacintus mentem ſuperna deſiderantem, purpura carnem paſſionibus fulgentem, coccus bis tinctus mentem inter paſſiones, Dei & proximi dilectione præfulgentem: ne inquiras ergo cur ita varius colorum decor in cortinis tabernaculi, variarum eſt enim gratia virtutum quibus ſancta Eccleſia, mirabili ac prorſus cœleſti arte compoſita in conſpectu Dei reſplendet auctoris, quia profecto varietate & quaſi opere plumario. S. Petrus tabernaculum Dei ædificare ſtuduit cum ait 1. canon 4. vnuſquiſque ſicut accepit gratiam in alterutrum adminiſtrãtes illam, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei; hanc in eſſe cortinis tabernaculi, B hoc eſt mentibus fidelium vidit Paulus cum dicit 1. Corint. 12. *Alij quidem per ſpiritum datur* 1. Corin. *ſermo ſapientiæ, alij autem ſermo ſcientiæ &c.* Quæ omnia paucis verbis exprimit Ludolp. Carthuſ. explicans hunc verſum Pſal. 44. om- Pſalm 44. nia gloria eius filiæ regis ab intus in fimbriis aureis circumamicta varietatibus, ait. *Omnis gloria Eccleſiæ conſiſtit in ornatu interiori, & ornata eſt varietate virtutum, quia ſingulæ virtutes vndique eam circumdant.*

Caſtitas corporis & mentis ex primariis Eccleſiæ virtutibus.

Tabernaculum vero ita facies, decem cortinas de byſſo retorta, hyacinto & purpura. Cur non ait 8. primo de hyacinto vel de cocco? cur byſſo C priorem locum inter colores aſſignat? quid byſſus deſignat niſi caſtitatem? byſſus enim quæ de terra quidem oritur, ſed contra de terra, longo exercitio tundendi, purgandi, coquendi, & nendi gramineum ſolet perdere, & candidum in ſe ſe recipere colorem, corpora deſignat caſtitatis decore ornata, quæ cum carnis quidem illecebris naſcentia, magno continentiæ labore quaſi natiuum exudant humorem, atque decorem Deo dignæ puritatis, ſolerti ieiuniorum, vigiliarum, orationum & lectionis, patientiæ, & humilitatis inſtantia, perueniunt: quid miraris igitur, ſi inter colores hic à Deo nominatos, quibus cortinæ tabernaculi texendæ ſunt, prior byſſus numeretur? caſtitas enim corporis & mentis, ex primariis Eccleſiæ virtutibus cenſenda eſt. annuit Ven. Beda. *Byſ-* Apoc. 9.
D *ſus prima ponitur, quia decus virtutum deſignat,* Prouerb. 31. *teſtatur in Apoc. Ioan c 19. dicens, quia venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit ſe, & datum eſt illi, & cooperiat ſe byſſino ſplendore candenti, dicit de eadem vxore agni id eſt Eccleſia Chriſti Salomon Prouerb. 31. byſſus & purpura indumentum eius:* Verum cur Deus exigit vt cortinæ ſint ex byſſo retorta? nonne ſatis eſt vt fiant ex byſſo? bene retortam requirit, quia non qualibet caſtitas, ſed interior & exterior, Eccleſiæ & fidelium eius ornamentum eſt, ſuffragatur Ar- Arch. Mog. chiepiſc. Mogunt. c. 5. lib. 3. in Exod. *Retorquetur hæc byſſus in cortinis tabernaculi, quoniam non modo lumbos carnis, verum, vt Petrus admonet, lumbos mentis noſtræ, in ſobrietate ſuccin-*

gimus, vt videlicet & carnem à laſciuis motibus, & cor ab illecebroſis refrenemus cogitationibus.

Dei & proximi dilectio ſibi neceſſaria.

9. *Tabernaculum vero ita facies, decem cortinas de byſſo retorta, & cocco bis tincto*, nonne ſufficeret; vt ſolum tingeretur ſemel? ſatis enim præclarum colorem exhiberet: non eſt dubium, quin coccus, qui ignis habet ſpeciem, flagrantiſſimam ſanctorum dilectionem deſignet; ſed Deus non vult, vt ſit ſolum ſemel tinctus, ſed requirit vt bis tingatur, non enim dilectio Dei ſine amore proximi ſufficit, ſicut nec è contra: ſuffragatur S. Greg. Mag. hom. 39. in Euang. *Cortinis tabernaculi intexti coccus bis tinctus iubetur, vos eſtis fratres, non eſtis cortina tabernaculi, qui per fidem in cordibus veſtris ſecreta cæleſtia velatis: ſed in cortinis tabernaculi bis coccus tinctus debet eſſe; coccus quippe ignis ſpeciem habet, quid enim charitas niſi ignis? ſed iſta charitas bis tincta eſſe debet, vt tingatur & per amorem Dei, & amorem proximi, qui enim ſic amat Deum, vt per contemplationem illius negat proximum: coccus quidem eſt, ſed bis tinctus non eſt: rurſum qui ſic amat proximum vt tamen contemplationem Dei per eius amorem relinquat, coccus eſt, ſed bis tinctus nõ eſt: vt ergo charitas veſtra coccus bis tinctus eſſe valeat, & ſe ad amorem Dei & proximi accendat, quatenus nec ex compaſſione proximi contemplationem relinquat Dei, nec pluſquam debet inhærens contemplationi Dei compaſſionem abiiciat proximi.*

Deum tanquam mundi opificem adorare debemus.

Tabernaculum vero ita facies, decem cortinas de byſſo retorta, hyacinto, & purpura & cocco bis tincto, quid colores ita varij referunt? nonne hyacinthus cœlum, purpura aquam, nam color eius nobiliſſimus ſumitur ex aquis, videlicet ſanguis piſcis, qui vocatur murex, byſſus terram, ex ea enim gignitur, coccus ignem repræſentant? cur colores mundum vniuerſum referentes, inſuot cortinis tabernaculi, in quo Deus adorandus erat? vt in eo adorantes ſummum mundi opificem venerarentur. adeſt pro nobis Guill. Aluernus lib. de legib. c. 2. *De his quatuor coloribus, miro artificio & pulchritudine intextum erat tentorium, & figuram gerebat totius mundi, & propter hæc adorantes in eo ipſo, ſe Deum & Dominum mundi adorare profitebantur, quare enim tabernaculum Dei & domus eius totus mundus eſt.*

Prælatus tribulationibus pungendus, vt tabernaculo Dei ſit idoneus.

Tabernaculum vero ita facies, decem cortinas de byſſo retorta, hyacinto, & purpura, coccoque bis tincto. Non eſt dubium quin tabernaculo Dei prælatus deſignetur, qui ſcilicet ex quatuor coloribus, ideſt ex quatuor virtutibus cardinalibus, byſſo videlicet temperantiæ, purpura iuſtitiæ, & cocco bis tincto fortitudinis, hyacinto cœleſtis prudentiæ debet eſſe compoſitus & ornatus: inter cœlum & terram per cœleſtium contemplationem ſuſpenſus, inter ſanctuarium & ſancta, id eſt Eccleſiam triumphantem vel militantem, vel inter Deum & populũ medius, in quantum licet corporaliter ſit in terris, tamẽ mentaliter ſit in cœlis, vnde dicitur Pſal. 18. vſque ad cælos attingebat ſtans in terra: verum quomodo fieri debeat cortinæ? nonne aperitur? variatas opere plumario facies, ait ſacer contextus: non deſunt huiuſmodi opus plumarium nõ ſolum textura, ſed acu fieri aſſerentes, quod ſi ita ſe res habet, cum acus pungat, cur eam nõ remouet à tabernaculo ſuo? ecce enim in templo quod diuinæ maieſtati conſtruxit ſapientiſſimus Salomon, malleus & ſecuris, & omne ferramentum non ſunt audita in eo, cum ædificaretur. cur ergo acus pungens hîc admittitur, in tabernaculi cortinis perficiendis? quia prælatus tribulationibus pungendus, vt tabernaculo Dei ſit idoneus. non alienus ab hac mente Berchorius Pictaui. lib. 2. moral. c. 8. *Acubus id eſt compunctionibus timoris diuini, vel cum mundi tribulationibus debet eſſe picturatus, quia in Pſal. 33. multæ tribulationes iuſtorum.* & paulo poſt, *quemlibet prælatum acus diuini timoris, vel mundanæ tribulationis debet pungere & pingere.* Berchorius. Pſal. 33.

Maximæ vtilitatis ſunt peccatoribus viri apoſtolici.

Tabernaculum vero ita facies, decem cortinas de byſſo retorta, hyacinto, purpura, coccoque bis tincto, cortinarum coloribus quatuor elementa ſignantur, ex quibus conſtant mortales, qui merito cortinæ tabernaculi nuncupantur, per byſſum ſiquidem terra, per hyacinthum aer per purpuram aqua, per coccum ignis congrue deſignantur. tot ſunt autem hæ cortinæ ex quibus hoc tabernaculum, id eſt ſancta Eccleſia conſtruitur, quia ſunt hominum nationes, quæ quidem ideo decem eſſe dicuntur, quoniam denarius numerus omnes numeros in ſe continet, idem eſt igitur decem, quod omnes. verum quid ait ſacer contextus de his cortinis? opere plumario facies eas. Cald. opere artificis facies eas & alij, opere artificis periti facies eas: quinã periti artifices qui eas texere debent? cur non dicemus eſſe viros Apoſtolicos? id teſtatur Steph. Cant. in alleg. Tilm. *Has cortinas, inquit, texuerunt Apoſtoli, vnde & doctor gentium S. Paul. de arte ſcænofactoria viuebat, ponebant igitur Apoſtoli byſſum retortam in cortinis, quoniam terram id eſt terrenos & peccatores à mundi voluptatibus ad Chriſti amorem & fidem retorquebant: ponebant & hyacinthum, quoniam ſola cæleſtia contemplari & diligere hominibus ſuadebant: ponebant & purpuram, quoniam ad baptiſmi gratiam eos vocabant, ponebant & coccum bis tinctum, quando vt igne ſpiritus flagrarent, & Deum & proximum diligerent, eos admonebant: coccus enim eſt, qui igne amoris vt ignis ardet, bis tinctus vero qui duplici rubeſcit amore: fiunt autem hæ cortinæ opere plumario, quatenus & ipſi volare valeant & omnes intuentes volare doceant, hic enim hæ cortinæ fiunt, ſed hic diutius manere non debent, ſumunt enim pennas vt aquilæ, volabunt & non deficient.* 12. Steph. Can.

Quomodo exercenda charitas in quatuor Euangeliſtis edocemur.

Tabernaculum vero ita facies, decem cortinas, 13.

longitudo cortinæ vnius habebit viginti octo cubitos latitudo quatuor cubitorum erit, in longitudine cortinarum, longanimis ſanctæ Eccleſiæ patientia, in latitudine amplitudo capitur charitatis, quæ non ſolum amantem, ſed Deum & proximum redamare, ſed & odientem ſe aduerſarium, expanſo ſuæ dulcedinis gremio conſueuit excipere, ſuoſque perſecutores flexis in oratione genibus Domino commendare, dicens, Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum Act. 7. verum cur latitudo charitatis, quatuor latitudine cubitorum exprimitur? an quia ſunt quatuor virtutes in quarum operatione charitas eſt exercenda? nempe temperantia, fortitudo, iuſtitia, & prudentia, vt videlicet incorrup- A ta in Deo charitas atque integra cuſtodiatur, quod eſt temperantiæ; nullis frangatur incommodis; quod eſt fortitudinis; nulli alteri ſeruiat, quod eſt iuſtitiæ, vigiler in diſcernendis rebus, ne fallacia doloſue paulatim ſurripiat, quod eſt prudentiæ: optime quidem latitudo charitatis quatuor cubitis deſignatur, quia, quomodo exercenda charitas in quatuor Euangeliſtis edocemur. ad noſtram mentem ita loquitur Archiep. Mogunt. c. 13. lib. 3. in Exod. *Latitudo apte erat quatuor cubitorum, quia quatuor ſunt Euangeliorum libri, in quibus Redemptoris noſtri exemplis ac verbis charitas ſit tenenda, docemur.*

Actu. 7. Arch. Mogu.

VARIET. LECT. à Verſ. 4. ad 6.

VVlg. Anſulas hyacintinas in lateribus, ac ſummitatibus facies cortinarum, vt poſſint inuicem copulari.

Sept. Et facies illi anſas hyacintinas ſuper labium aulæi vnius ex vna parte, in commiſſuram, & ſic facies ſuper labium aulæi exterioris, ad commiſſuram ſecundam.

Cald. Facieſque anſulas ex hyacintho ſuper ora cortinæ vnius in latere, quo iungenda eſt, & ſimiliter facies in ora ſecundæ cortinæ in loco quo iungenda eſt.

Onk. Facieſque laqueos hyacintinos in ora cortinæ vnius in latere, vbi eſt locus coniunctionis.

Mont. Et facies laqueolos hyacinthi ſuper labium cortinæ vnius, ab extremo in coniunctione, & ſic facies in labio cortinæ extremæ, in coniunctione ſecundæ.

Pag. Super oram cortinæ vnius.

Aliqui. Facies portulas, *alij* ocellos, *alij* feneſtrellas.

Vulg. Quinquaginta anſulas cortina habebit in vtraque parte, ita inſertas, vt anſa contra anſam veniat, & altera alteri poſſit aptari.

Sept. Quinquaginta anſas facies aulæo vni, & 50. anſas facies ex parte aulæi, ad commiſſuram ſecundi, faciem contra faciem concurrentes ad inuicem ad vnamquamque.

S. Auguſt. Faciem contra faciem, conſiſtentia ex aduerſo ſingula.

B *Scholiaſt. Samar.* Excipientes ſe commiſſuræ vna ad aliam, facie contra faciem, eo quod ſibi inuicem cohæreant.

Mont. Quinquaginta laqueolos facies in cortina vna, & 50. laqueolos facies in extremo cortinæ, quæ in coniunctione ſecundæ, ſuſcipientes anſulæ quæque ad ſororem ſuam.

Pag. Appoſiti erunt laqueoli alter ad alterum.

Olcaſt. Reſpicientes erunt mulier & ſoror ſua.

Cald. Reſpicientibus ſe mutuo anſulis, ita vt anſula ſit è regione alterius.

Cajet. Facies quinquaginta feneſtrellas in cortina vna, & 50. feneſtrellas facies in extremitate cortinæ, quæ in coniunctione ſecundæ, è regione feneſtrellæ, mulier ſorori ſuæ.

Onk. Reſpicientibus ſe mutuo laqueis, ita C vt alter alterum reſpiciat.

Vulg. Facies & 50. circulos aureos, quibus cortinarum vela iungenda ſunt, vt vnum tabernaculum fiat.

Sept. Et coniunges aulæum alterum, ad alterum circulis, & erit tabernaculum vnum.

Cald. Facies 50. fiſtulas ex auro, & coniunges vnamquamque cortinam, cum altera fibulis.

Onk. Facias 50. vncinos aureos, & coniunges cortinam vnam cum altera per vncinos.

Mont. Et coniunges cortinas, vnamquamque ad ſororem ſuam in vncinis.

CONCORDIA.

SVmmauit noſter interp. quæ in Heb. ſunt prolixiora, ללאת lulot, quod nos dicimus anſulas & Sept. ἀγκύλας, alij vertere feneſtrellas, portulas, vel ocellos, quæ omnia eumdem ſenſum habent cum noſtro Vulg. habemus circulos, Sept. κρίκους quod etiam Nobilius circulos reddit, licet alius interpres in regiis Bibliis, fibulas reddiderit, nam κρίκοι ſeu κίρκοι non pauci vncum vel harpaginem interpretantur: in Hæb. eſt קרסים kerasim quod Hebraizantes vncinos vel fibulas verterunt, Cald. etiam habet פורפין purephin quod La- D tinus interpres reddidit fibulas, imo noſter interpres vertit eamdem vocem hoc cap. verſ. 11. fibulas. vnde inferendum hîc fibulas, vncinos, & circulos, idem munus habuiſſe: S. Auguſt. qui habet faciem contra faciem conſiſtentia ex aduerſo ſingula, refert quidem hæc ad aulæa, cum tamen de anſulis commodiſſime accipi hæc debeant: in Hebræo eſt שפת היריעה labium cortinæ, quod dixit interpres in lateribus, alij oram, ſed Hebraiſmus extremitatem cuiuſlibet rei vocat labium.

EXPOSITIO.

A*Nſulas hyacintinas*, Contextas ſolum ex linis hyacintinis, *in lateribus ac ſummitatibus*, ſummitates hîc & alibi in ſcriptura ponuntur, pro extremitatibus, nam latera & ſummitates non poſſunt eſſe diuerſa, quia nonniſi in lateribus ſecundum longitudinem hæ anſulæ eſſe debebant, non autem in ſuperiori latere ſecundum latitudinem. Vnde illud in lateribus & ſummitatibus, idem eſt quod in laterum extremitatibus: porro extremitates laterum accipe non diuerſas, & plures in vna & eadem cortina, ſed vnam extremitatem vnius lateris in vna, & alteram extremitatem lateris in altera, eas videlicet extremitates, quæ ſibi mutuo occurrebant in coniunctione ſupra tabernaculum, & eius latera: per cortinas autem intellige duas magnas, *vt poſſint inuicem copulari*, eo, quo vti ſolent homines modo, in extremitate diploidis in pectore, cum hac tamen diſparitate, quod extremitatum diploidis vna eſt maſculina, altera fœminina, extremitates autem duarum cortinarum, quæ coniungendæ ſunt, ambæ fœmineæ eſſe debent, & tanquam ſorores.

Quinquaginta anſulas cortina habebit, maxima illa ſcilicet quæ debet ex duobus velis magnis conflari, *habebit in vtraque parte*, nempe duarum extremitatum, ſe inuicem tangentium, *ita inſertas, vt anſa contra anſam veniat*, vna ſcilicet è regione alterios, idque vt altera alteri poſſit adaptari, & circulis quibuſdam coniungi, *facies & 50. circulos*, ſeu vncinos aureos, quibus cortinarum vela duo ex quinis cortinis compoſita iungenda ſunt, vinciendo quinquagenas anſulas, ſeu conciſiones, quæ eſſe debent in ſingulis duobus velis, *vt vnum tabernaculum fiat*, ex decem illis cortinis, modo prædicto continuatis.

Quatuor autem ex illa ingenti cortina ex decem alijs cortinis concinnata, conſtructum fuerit tabernaculum facile oſtendi poteſt, nam cortina illa habebat quadraginta cubitos in longitudine, qui reſultabant ex latitudine quadricubita decem cortinarum partialium, decies enim quatuor ſunt quadraginta, & in latitudine habebat menſuram viginti & octo cubitorum, quæ erat longitudo vniuſcuiuſque cortinæ partialis, tabernaculum vero habere debebat longitudinis cubitos triginta, latitudinis decem, altitudinis æque decem, vt apertè colligitur ex menſura tabularum, quibus conſtare debebat tabernaculum, quarum in hoc eodem capitulo mentio fit: tectum præterea futurum erat æquale per totum, quomodo in Ægypto, & Palæſtina moris eſt domos ædificandi. Hinc eſt quod triginta cubiti longitudinis cortinæ, ſufficiebant conſtituere tectum tabernaculi, & reſidui decem cubiti cortinæ pendebant, retro verſus partem Occidentalem, operientes verſus occaſum totam altitudinem tabernaculi, quæ erat etiam decem cubitorum, & ſecundum latitudinem ſuam pendebat cortina ad faciendum latera tabernaculi nouem cubitis, ex vtraque parte, ita quod non pertingebat vſque ad terram ſpatio vnius cubiti, hinc & inde: nam decem cubiti qui erant in latitudine tecti, decem & octo ſeptimo qui pendebant verſos latera, complebant viginti & octo cubitos latitudinis cortinæ. Hæc igitur erat diſpoſitio tabernaculi carentis parte anteriori. Nihil enim iſtarum cortinarum in parte illa pendebat, ſed quædam alia cortina, de qua fit mentio in fine huius capituli. Hæc autem ingens cortina, quæ tabernaculum conficiebat, dicitur proprio quaſi nomine hic & alibi frequenter idiomate Hebraico, miſcam: id eſt habitaculum, quo nomine etiam totum tabernaculum, ſanctuarium, & Sanctum ſanctorum pariter nuncupatur.

CONCEPTVS.

In his quæ cultui diuino inſeruiunt, nihil ſit imperfectum.

14. *Anſulas hyacintinas in lateribus cortinarum facies*, Sed & facies 50. circulos, quibus cortinarum vela coniungenda ſunt: reuoca in memoriam ea quæ in præcedenti cap. dicta ſunt, reperies mentionem circulorum factam fuiſſe: ſic enim habet, & quatuor circulos aureos facies, & iidem circuli poſtea iterum memorantur. Et hîc etiam, ita vt pluries in ſacri tabernaculi vaſis, ornatu, Deum ſæpe circulos fieri præcepiſſe non tibi dubium. Sed cum ſemicirculi ita facile poſſunt fieri ac circuli, quomodo legimus nullibi à Deo mandatos? nonne circulus rei perfectæ hieroglyphicum, ſicut & ſemicirculus rei imperfectæ ſymbolum? merito igitur in tabernaculo ſuo fieri non præcipit ſemicirculos, ſed circulos integros, & hos aureos, quia in his quæ diuino cultui inſeruire debent, nihil imperfectum habendum.

Semper admonemur legis diuinæ obſeruandæ.

15. *Anſulas hyacintinas in lateribus cortinarum facies*, quarum quinque ſibi mutuò coniungebantur, & aliæ quinque ſimili nexu cohærebant, ita vt tamen tempore congruo diſiungerentur. Verum ſi decem cortinis decem Dei præcepta ſignificari diximus, quomodo ab inuicem ſeparantur cortinæ quinæ & quinæ? aduerte ex aliquorum ſententia præcipuè Ioſephi, tabulas legis ita conſcriptas, vt vtraque tabula quinque præcepta contineret: non inquiras ergo, quomodo quinæ cortinæ ad inuicem ſeparatæ decem præcepta referre potuerunt? imo ſeparatæ ita referebant, vt eas intuentes de legis obſeruantia admonerentur.

Ven. Beda. Ita ſuadet Vener. Beda lib. 2. de Tabern. c. 2. *Apte decem cortinæ pulchritudinem tabernaculi iunctæ complebant, ita tempore congruo diſiungebantur, vt quinæ in vtraque parte ſimul permanerent, quatenus has intuentes miniſtri ſanctorum cum populo Dei admonerentur ſemper obſeruandæ legis, quæ decem quidem verbis in duabus tabulis eſſet comprehenſa, ſed numero quinario per vtramque tabulam diſtincta.*

Licet Iudæus fuerit à nobis in cæremonijs diuerſus, tamen tunc eadem fide Deum vnum profitebatur, ac nos profitemur.

16. *Anſulas hyacintinas in lateribus cortinarum facies*, licet anſulæ ſolum hyacintinæ eſſent, tamen cortinæ diuerſorum erant colorum, ſed ſibi iunctæ adinuicem ſimili cohærebant nexu: aliqui opinantur huiuſmodi cortinis Dei ſectatores in vtroque teſtamento denotari, ita vt priores quinque, quæ frontem primam tabernaculi protegebant, ſiue conſtituebant, antiqui populi Dei typum gererent, qui decreta legis in ſacramento Circumciſionis, & hoſtiarum, & variarum cæremoniarum obſeruantiam ſecundum legem implebat: ſequentes vero quæ tabernaculi poſteriora tegebant, vel ſuo tegmine illud efficiebant, nos deſignauerint, qui poſt aduentum Domini in carne nati, libros ac ſacramenta legis ſpiritualiter ipſo reuelante, ac donante ſeruamus. Si diuerſus eſt vterque populus, quomodo cortinæ eorumdem ſunt colorum, & mutuo ſibi coniunctæ? Aptè ad rem reſpondet Rabanus Maurus, *Quia omnes vtriuſque teſtamenti cultores, in vnum eumdemque Deum credebant, vnius eiuſdemque pietatis, & caſtitatis operibus ſeruiebant: ſed in ſacramentorum celebratione ſuas vterque populus diſcretus partes agebat. Nam Paſſionis Dominicæ, per quod vtrique ſumus redempti, ſacramentum illi in carne, & ſanguine victimarum, nos in oblatione panis & vini celebramus: illi venturam in carne natiuitatem Dominicam, prædicationem, virtutum operationem, tentationem, Paſſionem, ſepulturam, Reſurrectionem, Aſcenſionem, aduentum Spiritus ſancti, fidem gentium credebant, & confitebantur: nos hæc omnia iam facta neque vlterius fienda credimus, & confitemur: attamen eo tempore quo erigebatur tabernaculum omnes adinuicem cortinæ nectebantur, quia cum vniuerſa Catholicæ Eccleſiæ pulchritudo ab initio vſque ad terminum ſæculi protenditur, profecto quaſi vna cortinarum decem connexio tabernaculum Domini condecorat.* Eadem habet Petrus Riga in lib. de Aurora.

Rabanus Maurus. — Petrus Riga.

Præmiumque æternum attrahit eos, qui præcepta Dei ſeruant.

17. *Anſulas hyacintinas in lateribus cortinarum facies*, Onk. facies laqueos hyacintinos, quid eſt quod colore hyacintino huiuſmodi laquei debent fieri? an hyacintinus color fortiores illos efficiet? nonne quilibet alius color idem efficeret? ſufficeret ergo dictum à Deo, vt fierent anſulæ aut laquei, innominato colore: nonne diximus decem cortinas, decem eſſe præceptorum ſymbola? quis dubitat autem cum color hyacintinus ſit aerij, ſiue cœleſtis coloris, cœleſtium bonorum, ſiue cœleſtis præmij ſignificationi congruere? ne mireris ergo anſulas, ſiue laqueos hyacintinos, cortinis tabernaculi inſeruire, quia præmium æternum attrahit, ſiue illaqueat eos, qui præcepta Dei cuſtodiunt. Fere in hanc veritatem propendit Raban. Maur. cap. 13. lib. 3. in Exod. *Anſulis hyacintinis cortinæ inuicem copulantur, cum vna ſpes ſupernæ beatitudinis omnia per orbem corda electorum in vna eademque deuotione coniungit.* Rab. Maur.

Dono Spiritus ſancti corda electorum vniformi pace coniunguntur cum gaudio & quiete.

Anſulas hyacintinas in lateribus cortinarum facies, Quot anſulas? 50. vnaquæque cortina habebit, vt altera alteri poſſit aptari: cur numerus anſularum quinquagenarius requiritur? nam licet minor eſſet, non eſt dubium quin ſufficeret in vnaquaque cortina vt adinuicem poſſent aptari: aduerte quinquageſimum annum in lege, iubilæum hoc eſt dimittentem ſiue initiatum iuſſum eſſe vocari, in quo vniuerſus populus ab vniuerſo labore terræ quieſceret, omnium debita ſolui deberent: & in nouo teſtamẽto ſcimus gratiam Spiritus ſancti Pentecoſte, hoc eſt poſt quinquageſimã Dominicæ Reſurrectionis diẽ, in Apoſtolos superueniſſe, atque initia naſcẽtis Eccleſię ſuo conſecraſſe aduentu. Inde conſtat eo numero vel gratiam Sancti ſpiritus, vel futuræ gaudium beatitudinis, ad quam per eiuſdem Spiritus donum peruenitur, & in cuius perceptione ſola veraciter requies habetur, atque gaudium apte poſſe figurari. Curtinis tabernaculi iuſtos intellige, & dices recte iuſſum fuiſſe à Deo, vt quinquaginta eſſent anſulæ, quibus adinuicem cortinæ adaptarentur, quia nonniſi dono Spiritus ſancti, electorum corda vniformi pace coniungi poſſunt cum animarum requie, & gaudio. Hic ſiſto Venerab. Bedam, *Apte quinquagenas anſas habebant cortinæ, quibus inuicẽ necterentur, quia nonniſi dono Spiritus ſancti agitur, vt in ſocietatem pacis, quod eſt vinculum perfectionis, ſibimet inuicem copulentur electi, non alia enim quam futuræ ſpes ac memoria ſocietatis ac pacis eſſe diſcretos in hac vita, temporibus ſiue locis Chriſti famulos vna pietate facit concordes.* 18. Ven. Beda.

Virtutes à vitijs non fœdentur.

Anſulas hyacintinas in lateribus cortinarum facies, ſed cum circulis aureis, quibus earum vela coniungenda ſunt: Petr. Abbas Cellenſ. 2. lib. expoſit. Tabern. ſermonem faciens de circulis aureis ait, Morales circuli ſunt obedientia vſque ad mortem, charitas vſque ad ſanguinem, caſtitas vſque ad carnalium deſideriorum mortificationem, humilitas vſque ad extremam deiectionem, &c. Verum cur medij circuli non apponuntur? vel ſi integri, cur ex auro? nonne ſufficeret quod ex ære fierent, vel alio viliori metallo, & auro cooperirentur? aureos exigit, & hos non medios, ſed integros, quia virtutes à vitijs fœdari non debent nec ijs immiſceri. Fauet præf. Abbas, 19. Abbas Cellenſ.

Non ſcindat circulum obedientiæ inobedientia, non diuidat circulum charitatis inuidia, non rumpat circulum humilitatis ſuperbia, non contaminet circulum caſtitatis immunditia, & ſic de alijs virtutibus ſentiendum.

In omnibus ſimus circumſpecti.

o. *Anſulas hyacinthinas in lateribus cortinarum facies;* Quarum vnaquæque quinquaginta anſulas habebit hyacinthinas, iubet etiam vt quinquaginta circuli aurei fiant, quibus cor-
gor. tinarum vela iungantur: B. Greg. Mag. lib. 2. in Ezech hom. 19. ait, Cortinæ tabernaculi ſancti, omnes ſunt, qui ex diuerſis virtutum coloribus in ſanctæ Eccleſiæ ornamento proficiunt, qui & interiora velant, & exteriora omnino exornant, quia eorum vita in quantum videtur ornamentum eſt, & eorum intellectus intus abſconditur, dum Eccleſia quæ in
A mente ſeruant edicere non poſſunt, in eis aliquomodo velatur: recte autem decem cortinæ ſunt, quia per decalogi ſtudium ipſa ſanctorum corda profecerunt, hyacinthinæ vero anſulæ cortinarum fieri 50. præceptæ ſunt: hyacinthus ſpeciem cœli habet: anſulæ ergo cortinatum præcepta ſunt cœleſtia in quibus ligantur animæ, vt ab inferioribus ſubleuatæ ſuperius pendeant, quæ videlicet anſulæ habent & circulos aureos, intellectum, ſcilicet vera ſapientia fulgentem: verum cur huiuſmodi intellectus circulis deſignatur? quis enim circuli & intellectus nexus, & quid inter vtrumque cõmune? hoc equidem, quod ſicut circulos ex omni parte perfectus eſt, ſic intellectus in om-
B nibus circumſpectus debet eſſe: verba ſunt præfati S. Doctoris. *Qui intellectus, quia debet eſſe per omnia circumſpectus, & cauta ſollicitudinis vigilantia munitus, recte per circulos deſignatur.*

VARIET. LECT. à Verſ. 7. ad 10.

V*Vlg.* Et facies ſaga cilicina vndecim, ad operiendum tectum tabernaculi.

Cald. Facieſque cortinas de pilis caprarum, vt extendantur ſuper tabernaculum, vndecim cortinas facies.

Onk. Vt ſint in operimentum ſuper taber-
C naculum.

Sept. Et facies vela capillacea, tegmen ſuper tabernaculum, vndecim vela facies ea.

Scholiaſt. Samar. E capillis conſerta opercula, *aliqui*, pelles.

Mont. Facies cortinas caprarum in tentorium ſuper tabernaculum, *ſic Vatab.*

Oleaſt. Facies cortinas è pilis caprarum tabernaculo ſuper habitaculum.

Pag. Tecto ſuper tabernaculum.

Vulg. Longitudo ſagi vnius habebit triginta cubitos, & latitudo quatuor, æqua erit menſura ſagorum omnium.

Sept. Longitudo veli vnius erit triginta cubitorum, & eadem menſura erit vndecim velis.

Vulg. E quibus quinque iunges ſeorſum, & ſex ſibi mutuo copulabis, ita vt ſextum ſagum in fronte texti duplices.

Sept. Et coniunges quinque vela in ſe, & ſex vela in ſe, & duplicabis velum ſextum ſecundum faciem tabernaculi.

Cald. Et iunges quinque cortinas ſeorſum, & duplicabis cortinam ſextam, quæ eſt ſuper faciem tabernaculi.

Onk. E regione tabernaculi.

Mont. E regione faciei tentorij.

Pag. Contra faciem texti.

Vulg. Facies & quinquaginta anſas in ora ſagi vnius, vt coniungi cum altero queat, & 50. anſas in ora ſagi alterius, vt cum altero copuletur.

Sept. Et facies anſas quinquaginta ſuper labium veli vnius, quod eſt intermedium ſecundum commiſſuram, & 50. anſas facies ſuper labium veli, quod coniunctum eſt ad ſecundum.

Onk. Et facias 50. laqueolos in ora cortinæ vnius in latere, vbi eſt locus coniunctionis, & 50. laqueolos in ora cortinæ ſecundæ in loco coniunctionis.

D *Mont.* Et facies 50. laqueolos ſuper labium cortinæ vnius extremæ in coniunctione, & 50. laqueolos ſuper labium cortinæ coniunctionis ſecundæ.

CONCORDIA.

VVlg. ſaga cilicina reddidit, ſed è qua materia fierent aperuit Hebr. cum ait è pilis caprarum, abſolutè autem Septuag. loquuntur reddentes δέρρεις τριχίνας, id eſt vela capillacea, licet aliqui viri docti δέρρεις, pelles vertant, dicantque Septuag. innuere non fuiſſe velum ex pilis caprarum contextum, ſed ipſas pelles: tamen non ita debent intelligi, quia habetur Hebraicè ierioth hizzim, id eſt, cortinæ caprinæ, hoc eſt ex caprinis pilis contextæ: conſulto Hebraiſmum ſequentem, videlicet vndecim cortinas facies eas doctus vitauit interpres: συμβολὴ iuncturam, coniunctionem, commiſſuram ſignificat. Non immoror in alijs verbis, quia in ſuperiori concordia vidimus non aduerſari vulgatæ lectioni. Noſter interpres dictionem ierioth, quam ſupra verterat cortinas, ſiue tentoria, hic interpretatus eſt ſaga, tamen alij dixere vela, vel cortinas.

EXPOSITIO.

FAcies & ſaga cilicina vndecim, altera huius capitis pars, in qua deſcribitur ſecundi veli forma, alterius plane materiæ à priori, & minoris pretij, ſaga autem cilicina ſunt cortinæ ſymballoti de pilis caprarum contextæ, ſagum autem proprio eſt veſtis denſa, pluuiæ, vento, cæteriſque aeris iniurijs auertendis idonea, *ad operiendum tectum tabernaculi,* nempe faciem illius exteriorem, ne puluere vel alijs afficeretur iniurijs.

Longitudo ſagi vnius habebit 30. cubitos, &c. Et ſic ſuperabant longitudinem priorum cortinarum duobus cubitis, *latitudinem vero quatuor,* vt cortinas priores tanquam pretioſiores ſufficienter ab omni aeris iniuria protegerent, quod autem latitudini ſuper eas redupli- A cabatur, *æqua erit menſura ſagorum omnium,* inter ſe ſe, *è quibus 5. iunges ſeorſum,* conſuendo vnum alteri, *& ſex ſibi mutuo copulabis,* ad hoc vt quando de loco ad locum moueri debeamini, nec diſſoluantur, nec omnia ſimul iuncta inuoluantur: quinque autem pro vna parte, & quinque pro altera, ita vt ſextum ſagum in quo excedet longitudo veli ſagorum longitudinem, vel cortinarum in fronte tecti, hoc eſt in ſuperiori parte ingreſſus, ne tabernaculum reduplices reflectendo partem quamdam ſagi illius in ſeipſum, vt operimentum iſtud maiorem vim habeat, obſtandi contrarijs, in extremitate anteriori tabernaculi, *facies* B *& 50. anſas,* de his anſis idem dicendum quod de prioris operimenti anſulis.

CONCEPTVS.

Mundus reus ſub pœnitentia degere debet.

21. *Facies & ſaga cilicina,* quæ inſeruiebant ad cooperiendas pretioſiores illas cortinas intertextas quadruplici colore: verum, nonne tabernaculum ſpecioſius apparebit, ſi ſagis cilicinis non cooperiretur? nonne diximus huiuſmodi colores, ex quibus cortinæ factæ fuerunt, vniuerſum mundum repræſentare? Quod confirmat antiquus auctor Petrus Riga.

Petrus Riga

Deſignatur in his tellus, aer, aqua, poluſque,
Vt Ioſephi teſtis, ſcripta beata ſonant.
Byſſus ſignat humum, quia naſcitur ex ea, hyacinthus
Æra, nam concors eſt in vtroque color.
Purpura ſignat aquã, quia piſci nubit aquoſo,
Coccus ſe confert, teſte rubore, polo.

Quid mirum igitur, ſi huiuſmodi cortinis quadruplici colore illo contextis, ſuperimponuntur ſaga cilicina! vt tacite moueremur, pœnitentiam nobis obeundam, totumque mundum Deo reum eſſe, & pœnitentia indigere. Hinc illud S. Proſperi de Promiſſ. p. 2. c. 2. *Neque ſine myſterio vndecim velis cilicinis tabernaculum deſuper operitur, quo reum eſſe oſtendat totum mundum Deo, ac ſub pœnitentia degere.*

S. Proſper.

Cilicium, peccatorum memoriam excitare debet.

22. *Facies & ſaga cilicina ad operiendum tectum tabernaculi;* Ita vt eſſent quaſi illius tegmina, verum cur ſaga è pilis caprarum, quæ ſatis aſpera videntur? ſi huiuſmodi ſagis cilicinis, cilicia adumbrantur, merito aſpera eſſe debent, quia etiam cilicium noſtro corpori adhærens, aſperitate ſua, noſtrorum peccatorum memoriam in nobis debet excitare. Quod monebat S. Bachiarius in epiſt. de Recipiendis lapſis, dum ait, *Cilicium pro tegmine habere conſueſcas, vt cum attactu eius, & aſperitate compungeris, ſemper peccatorum tuorum ſtimulos recorderis.*

Bachiarius

Cilicium munimen contra prauas cogitationes.

Facies & ſaga cilicina ad operiendum tectum tabernaculi; Non ſolum pro tegmine inſeruiebant ad arcendum puluerem è cortinis, ſed etiam pro munimine, ne muſcarum morſu & excrementis fœdarentur. Quid muſcæ? omne prauas cogitationes innuunt? vt habetur Eccleſ. 10. muſcæ morientes perdunt ſuauitatem vnguenti. Muſcis autem noſter Seraph. C Doctor in Eccleſ. Gregor. Mag. lib. 18. Moral. c. 28. Bernard. ſerm. de Trip. cuſtodia, volunt deſignari cogitationum prauarum etiam leuiſſimarum importunitatem, ſicut in vnguento puritatem, & ſanctitatem mentis: & ſic hoc in loco commendatur ab Eccleſ. mentis & animi incorrupta innocentia, quam fœdare ſolent prauæ cogitationes, & cum minimæ & leuiſſimæ veſtigio ſint, tamen pungunt, conſpurcant, corrumpunt mentem cui inſederint, mentis lenitatem, & tranquillitatem perturbant, odorem deuotionis vitiant, & quid mali non inuehunt in animum, cui ſemel per conſenſum adhærent? cum hac interpretandi ratione omnino facit Cald. cuius ſententiam iuxta triplicem trãſlationem, quamuis ſi non D omnino diuerſam, at non omnino eamdem, ſubijcere libet. Sic igitur habet tranſlatio regia, concupiſcentia mala quæ manet iuxta portas cordis, eſt ſicut muſca, quod cauſam mortis afferat in mundo, adeo vt tradat ſapientem in tempore qui peccat, & corrumpat nomen bonum, quod ſimile fuerat vnguento vnctionis ſuauiſſimo, cum aromatibus. Ex tranſlatione autem Petri Coſti ſic habet, peſſima cogitatio in foribus cordis habitat, ſimilitudine cum muſca conuenit, interitumque affert mundo, &c. at in Complutenſi tranſlatione Petri Cirueli, & Franciſci Zamoræ, hoc modo legitur: Appetitus autem malus qui moratur ad portas cordis, ſicut muſca adducit mortem ſæculo. En ergo cur ſaga cilicina ſunt in munimen tabernaculi, ne fœdetur muſcis; vt hoc modo nobis innuatur cilicium 23.

Eccleſ. 10. Seraphicus Doctor S. Gregor. Magnus S. Bernard.

Petrus Coſtus.

Petrus Ciruelus. Franciſcus Zamora

eſſe munimen tabernaculi Dei, nempe animæ noſtræ contra peruerſas cogitationes. Quod probat Epiſcopus Marullus lib. 3. c. 6. *Mederici Abbatis cilicium alijs etiam aduerſus immundas cogitationes remedio fuiſſe narratur, monachus quidam libidinoſæ cogitationis ſtimulos ferre non valens cum illud induiſſet, nequam ſpiritu confeſtim recedente, in caſtitatis puritate perſeuerauit.*

Deipara Virgo interius virtutum aureo ornatu prædita, exterius vilibus induta.

Facies & ſaga cilicina ad operiendum tectum tabernaculi, Septuag. facies vela capillacea, & tabernaculum his tegebatur tanquam vilioribus, & pannis rudioribus. Si tabernaculo non ſolum anima iuſta, ſed Virgo ſanctiſſima intelligitur, quomodo huiuſmodi ſaga cilicina ei poſſunt adaptari? ſi dixerimus quod licet intus virtutum aureo decore fuerit ornata, ſed extra veſtium cultum negligens, vilibus erat contenta veſtibus, è lana nuda, nullo infectis colore, imo credi poteſt cilicium geſtauiſſe, quo ſanctiſſima, quæ nullum pupugerat, pungeretur. Hæc omnia ſe diuinitus didiciſſe teſtatur S. Gregor. Turon. in manuſcriptis relatis à Patriarcha Ieroſolymitano Franciſco Ximenez lib. 2. de vita Chriſti c. 47. vbi rem in hunc modum narrat: *S. Gregorius In libello de ſalutatione Angelica, ſcripſit ſe diuino oraculo monitum, cognouiſſe Deiparam ex quo templum ingreſſa eſt, ſine cilicio beatam illam carnem pungente vixiſſe nunquam, illius veſtes è viliſſima lana, nullo intecta colore, dormiens ſemper humo vel duris tabulis adhærebat, nullo inſtructis lecto.* Vide quam verum Dei tabernaculum virgo Dei ſanctiſſima, quæ ita à veſtium pompa aberat? quam ſuæ carni affligenda addicta, quæ cilicium geſtabat? ſuper nuda humo, duris tabulis iacebat, lecto deſtituta, quæ ſuauiſſimum floribuſque aſpectum cubile, ſuo corde Deo præſtabat.

In cilicio & pœnitentia peccatorum fit remiſſio.

Facies & ſaga cilicina vndecim ad operiendum tectum tabernaculi: Cur vndecim, non decem ſicut cortinæ? nam in numero æqualia eſſe debent, vel ſi quod aliud operit, eo maius eſſe debet. Cur non potius duodecim quam vndecim ſaga fieri iubentur? perpende quid dicat B. Auguſt. lib. 15. de Dei ciuit. c. 2. Quoniam lex, inquit, denario numero prædicatur, vnde memorabilis eſt iſte decalogus, profecto numerus vndenarius, quoniam tranſgreditur denarium, tranſgreſſionem legis, ac per hoc peccatum ſignificat.] Sed ſi vndenarius numerus peccatum ac tranſgreſſionem legis ſignificat, cur vndecim coniunguntur ſagis cilicinis, quæ ciliciorum typum habent? merito quidem, vt nobis innueretur, quod mediante cilicio, & pœnitentia, peccatorum condonatio fit & remiſſio. Annuit præfatus Doctor; *In tabernaculo teſtimonij quod erat in itinere populi Dei velut templum deambulatorium, vndecim vela cilicina fieri præcepta ſunt: in cilicio quippe recordatio eſt peccatorum, propter hædos ad ſiniſtram futuros, quia confitentes in cilicio proſternimur, tanquam dicentes quod in Pſalmo ſcriptum eſt, peccatum meum ante me eſt ſemper.* Pſal. 50.

Accedens ad Euchariſticum conuiuium, muniatur pœnitentia, ſanctorum patrocinijs, & cœleſtium contemplatione.

26. *Facies, & ſaga cilicina ad operiendum tectum tabernaculi*, non ſolum hoc operimento muniebatur tabernaculum, ſed alio adhuc duplici, nam aliud erat de pellibus arietum rubricatis, & ſuper hoc aliud, etiam de ianthinis pellibus: triplici munimento obtegitur tabernaculum contra ingruentes imbres, æſtus, &c. nonne ſufficiebant ſaga cilina ad illius operimentum? B. Auguſt. q. 96. in Exod. ait hæc triplicem virtutem ſignificare, in primis, ſaga cilicina pœnitentiam notant, qua & præterita mala purgemus, & pro ijs quæ mala inferenda erant, vel omnino, vel ex parte caueamus: pelles arietum rubricatæ, martyrum paſſiones & tormenta; ianthinæ pelles, quæ ſuo colore cœlum purum referunt, cœleſtium contemplationem. Subijcio verba Auguſt. *Ad hoc enim fit ſignificatio peccatorum in his velis, vt per confeſſionem exprimantur, & per gratiam quæ data eſt Eccleſiæ aboleantur, hoc eſt tegantur. Vnde dicitur, Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & tecta ſunt peccata: deinde iubet & vela cooperiri pellibus arietinis, aries autem rubricatus, cui non occurrat Chriſtus, paſſione cruentatus? ſignificantur etiam his martyres ſancti, quorum orationibus propitiatur Deus peccatis populi ſui, in ipſis denique ſuperiaciuntur pelles ianthinæ, vt ſignificaretur vita æterna, quæ viriditate tanquam vigore perpetuo conſtet:* Quo poſito, cur hoc triplici ornamento tabernaculum in quo eſt arca fœderis, in quo eſt menſa panum propoſitionis, obtegitur? vt innuatur quod ſi ad ſacram menſam Euchariſticam accedere velis, muniri debes pœnitentia, quæ per ſaga cilicina adumbratur, ſanctorum patrocinijs martyrum, qui pellibus rubricatis denotantur, tecum enim deferre debes pios homines, vel qui iam exceſſerunt, vel qui adhuc inter viuos degunt, horum enim merita & virtutes oportet contemplari, & executione perſequi, vt digne ad Euchariſtiam veniamus. Hinc eſt quod in altari in quo Euchariſtia conficitur, ſanctorum reliquiæ iacent, & cœleſtium contemplatio, quæ per pelles ianthinas ſignificatur: hac enim munire ſe debet, qui ad Euchariſtiam accedit, imo & timore pœnarum inferni, denique omnibus quæ pietatem alere poſſunt.

S. Auguſt. Pſalm. 31.

Externæ pœnitentiæ interius non modicæ ſubſunt diuitiæ.

27. *Facies & ſaga cilicina*, in Hebr. reſpondet dictio ierighot, plures deducunt ieriah à radice ירע iara, quod eſt malum eſſe, triſtem eſſe, diſplicere. Vnde poterit verti, ſaga triſtia vel cortinæ diſplicentes: verum, nonne aliæ ſobcrant cortinæ rubricatæ hyacinthinæ, de byſſo retorta, ac purpura coccoque bis tincto, variegatæ, opere plumario? cur ſatis triſtibus

« rem portant, qui igitur magnis virtutibus in A
« ſanctæ Eccleſiæ ſinu proficiunt, præpoſitorum
ſuorum vitam deſpicere non debent, cum va-
« care eos rebus exterioribus vident, quia hoc
« quod ipſi ſecuri intima penetrant, ex illorum
adiumento eſt, qui contra procellas huius ſæ-
« culi exterius laborant, quam enim candoris
« ſui gratiam retineret, ſi byſſum tangeret, aut
« quid fulgoris atque claritatis coccus, vel hya-
cinthus oſtenderet, ſi hæc ſuſceptus pulnis fœ-
« daret? ſit ergo deſuper tectura cilicij fortis ad
« puluerem: ſit inferius color hyacinthinus
aptus ad decorem, ornent Eccleſiam qui ſolis
« rebus ſpiritalibus vacant, tegant Eccleſiam
« quos & labor rerum corporalium non grauat:
« nequaquam ergo contra rectorem ſuum exte- B
tiora agentem murmuretis, qui intra Eccle-
« ſiam ſanctam iam ſpiritaliter fulget.

Sæculares longe excedunt numero, & potentia religioſos, nihilominus neceſſarij ſunt in eorum protectionem.

7. *Facies & ſaga cilicina vndecim ad operiendum tectum tabernaculi.* Cur plura ſunt ſaga quam cortinæ? decennarium enim numerum non excedunt: ſed ſaga vndecim ſunt. Non ſolum exceſſus eſt in numero, ſed etiam in longitudine, longitudo enim vnius erat triginta cubitorum, non autem cortinæ, cur cortinæ cum ſint pretioſiores, ſunt numero & longitudine, ſagis inferiores. Sanctus Bruno comparat iuſtos & religioſos cortinis ſæculares, & peccatores, ſagis: & ita reſpondet apud Tilman. in Allegor. *Plura ſunt ſaga cilicina, quam cortina, inſuper & longiora, quoniam & peccatores plures ſunt quam iuſti, & magis diuitijs, & honoribus ſublimati, hæc tamen tectum operiunt, hæc à grandinis, & pluuiarum iniurijs tabernaculum defendunt, quoniam ſi Monachi & Sacerdotes omnes eſſemus, facile à Sarracenis & prædonibus Eccleſia conculcaretur, vnde pro regibus & cæteris, qui in ſublimitate ſunt poſiti, orare iubet Apoſtolus, & membra contemptibilia magis neceſſaria Eccleſiæ dicit.* S. Bruno.

VARIET. LECT. à Verſ. 11. ad 13.

V*Vlg.* Facies & 50. fibulas æneas, quibus iungantur anſæ in vnum, ex omnibus operimentum fiat.

Sept. Et facies circulos aureos 50. & coniunges circulos anſis, & coniunges vela, & erit vnum.

Cald. Ex ære, & induces fibulas in anſis.

Onk. Et induces fibulas in laqueolos, & coniunges tabernaculum, vt ſit vnum.

Mont. Et facies 50. vncinos aureos, & induces vncinos in laqueolos, & coniunges tentorium, & erit vnum

Vulg. Quod autem ſuperfuerit in ſagis quæ parantur tecto, id eſt vnum ſagum quod amplius eſt, ex medietate eius, operies poſteriora tabernaculi.

Sept. Et ſuppones quod ſuperauerit in velis tabernaculi, dimidium veli reſiduum ſubteges in eo quod abundat, de velis tabernaculi D ſubteges poſt tabernaculum.

B. Auguſt. Et ſuppones in velis tabernaculi dimidium veli, quod ſuperauerit, ſubteges quod abundat de velis tabernaculi, ſubteges poſt tabernaculum.

Cald. Et quod ſupereſt ex cortinis tabernaculi, dimidium ſcilicet cortinæ, quæ ſupereſt, extendes ſuper poſteriora tabernaculi.

Onk. Et exceſſus qui redundat in cortinis, C dimidium ſcilicet cortinæ redundantis, extendas ſuper poſteriora tabernaculi.

Arias, Et ſuperfluitas abundans in cortinis tentorij, dimidium cortinæ ſuperbundantis ſuperfluet ſuper poſteriora tabernaculi, *ſic fere Pag. qui loco tentorij, ponit, tecti.*

Vatab. Superfluet tergo tabernaculi.

Vulg. Et cubitus ex vna parte pendebit, & alter ex altera qui plus eſt in ſagorum longitudine, vtrumque latus tabernaculi protegens.

Cald. Et cubitus hinc & cubitus inde, qui ſupereſt in longitudine cortinarum tabernaculi, extendatur ſuper latera tabernaculi, hinc inde vt cooperiat illud.

Sept. Cubitum ex hoc, & cubitum ex hoc, D ex eo quod ſuperat de velis de longitudine velorum tabernaculi, erit contegens ſuper latera tabernaculi, hinc atque hinc vt operiat.

Mont. Et cubitus hinc, & cubitus inde in ſuperfluente, in longitudine cortinarum tentorij erit ſuperfluum, ſuper lateribus tabernaculi, hinc & inde ad illud tegendum.

Pag. In longitudine cortinarum tecti.

CONCORDIA.

IAm diximus dictionem ללאת non ſolum fibulas, ſed laqueos, ſiue laqueolos, & vncinos ſignificare; licet aliqui legant, & coniunges operimentum, & alij tentorium, & aliqui tectum, non diſcrepant à ſe inuicem: nam dictio אהל ohel tabernaculum, operimentum, tentorium, & tectum ſignificat: aliæ lectiones ex Hebr. quæ ſic habent, cortinæ ſuperfluentis excedet etiam in poſterioribus tabernaculi, &c. eumdem ſenſum habent ſecundum mentem ipſius B. Auguſt. qui vt S. Auguſt. eam faciliorem redderet, eo modo legit, vt eſt in verſionum varietate, verſus autem 13. qui eſt, cubitus ex vna parte, & cubitus ex altera, &c. licet ſit diuerſus in verbis ab Hebr. non tamen in ſenſu, vt videre eſt in ipſarum diuerſitate verſionum. Septuag. etiam hic obſcuriſſimi ſunt, ſed tamen ipſi etiam in eumdem ſenſum ſubſcribunt.

EXPOSITIO.

F*Acies & 50. fibulas æneas*, eodem modo A hoc intellige, ſicut de 50. circulis in prioribus cortinis, ſiue aulæis, & in eumdem vſum, ſed illi aurei, hi ænei, & vnum ex his operimentum fieri. *Quod autem eius*, nempe operimenti *ſuperfuerit*, vltra longitudinem tabernaculi, & altitudinem partis poſterioris, *in ſagis quæ parantur tecto*, id eſt, quæ fient ad operiendum tectum tabernaculi, *ſagum vnum quod amplius eſt*, id eſt vltra denarium cortinarum quæ decem fuerunt, ſaga autem vndecim, ſicque numerus cortinarum excedebatur à ſagis in vno: quid autem de illo debuit fieri ſubditur, *ex medietate eius operies poſteriora tabernaculi*, id eſt retro, & poſt parietem occidentalem pendebit, & extendet ſe vltra operturam cortinarum. B

Et cubitus ex vna parte, nempe lateris tabernaculi, *pendebit vltra cortinas*, ipſius tabernaculi, *& alter cubitus*, ſagorum ſimiliter, *pendebit ex altera parte*, lateris eiuſdem tabernaculi, qui duplex cubitus excedit, *qui plus*, eſt in vnoiuſcuiuſque ſagorum longitudine, quam ſit longitudo priorum cortinarum, ita vt duplex cubitus ſuperaddatur, *& vtramque latus tabernaculi protegens*, nam ſummitates ſagorum ex parte vtriuſque lateris, ad terram vſque pertingent: vnde commode poterunt protegere extremitates cortinarum hyacinthinarum, cum hæ vno cubito à terra debeant altiores ex parte cuiuſque lateris tabernaculi, exiſtere.

CONCEPTVS.

Ita Deo chara loca ſuo cultui dedicata, vt ad hæc fabricanda, menſuranda, &c. nullum voluerit architectum quam ſeipſum.

52\. *Facies & 50. fibulas æneas, quibus iungantur anſæ, vt vnum ex omnibus tabernaculum fiat:* Sane neſcio cur Deus occupatur in his rebus parui ponderis, ita vt numerum etiam fibularum velit aſſignare? ad quid inſeruiaut, quid agendum de exceſſu ſagorum, vltra longitudinem cortinarum, qua ex parte pendere debeant, quid cooperire? nam ſufficeret dixiſſe Moyſi, impera excellentiſſimis architectis, vt mihi tabernaculum ex omni parte abſolutum efficiãt: ad quid in minimis quæ ad illius ſtructuram pertinent, ſe detinet? ne in minimis cum detineri perſuaſum habeas, ita enim ſunt chara & pretioſa loca ſuo cultui dicata, vt ad hæc fabricanda, menſuranda, ornanda, vndique coaptanda, nullam voluerit architectum quam ſeipſum. Audiendus hac in re Seraphinus Port. hîc in examine huius propoſitionis: *Quare hoc fecit Deus*, inquit, *audi, nonne tu quando aliquid multum habes cordi, per temetipſam vis ordinari, nec alteri à te illius rei ordinationem committere, fides? nonne ædificiam aliquod momenti futurum maximi ſancimus eſſe, quando Rex quiſpiam de illis ſemetipſam architecturam facit? nonne quanto eſt ſapientior architectus, tanto eſt magis ſapienter ædificium fundatum? quis igitur templorum, altarium, ſanctuariorum, tabernaculorum, vaſorum ſacrorum omnium in cultu Dei requiſitorum dignitatem, magnitudinem enarrare queat? quam grata, quam chara, quam placentia ſunt Deo vniuerſa iſta quis enarrabit, quanti momenti, quantæ conſiderationis ſint omnia hæc? quis vnquam edixet, quam reuerenter, quam nitide, quam deuote, hæc omnia contingere, videre, in his conuerſari, ſtare poſſe quis æſtimari poſſet? nec Angelus, tantum abeſt vt homo, vix vniuerſorum dictorum precioſitatem contexere poſſet, ſi cui dixeris, huius ædificij Deus ſe ſolam architectum pro ſufficienti exiſtimauit? nonne ad ſolum hunc auditum artificij tanti ſtupebit magnitudinem? nec iſti rei in vniuerſo aliam rem eſſe parem mox iudicabit?*

Seraphin. Port.

C D

Nihil indecens in cultu ſuo admittit Deus.

Facies & 50. fibulas, quibus iungantur anſæ, &c. quod autem ſuperfuerit ex ſagis, ex medietate eius operiet poſteriora tabernaculi. 53. Quid refert, vtrum aliquid ſuperſit necne? cur tanta cura de illo exceſſu ſagorum vltra cortinarum longitudinem? cur ex eo operienda tabernaculi poſteriora? relinquatur in terram decidens, imo ſuper eam extendatur. Quid refert, vtrum omnibus teratur pedibus? iubet Deus, vt quod ſuperfluum fuerit in ſagis, retrahi, vt decentius ſit, & in aliquem vſum ad operiendum tabernaculi poſteriora: nihil enim indecens in ſuo cultu Deus admittit. Annuit Luſit. in expoſit. Morali, *Aduerte*, inquit, *quam bene ordinata, & quam bene diſpoſita ſunt, quæ Deus ad myſterium ſuam fieri præcipit, vt nihil inordinatum & indecens in eis appareat.*

Luſitan.

Patres Eccleſiam ſuis eximijs ſcriptis protegunt, & vt mirifice fulgeat, efficiunt.

Facies & 50. fibulas æneas, quibus iungantur anſæ, vt vnum ex omnibus, nempe ſagis operimentum fiat: non eſt dubium quin ſaga, cum cortinas in longitudine excederent deſuper, infra, & omni ex parte eas protegerent, atque vt illæ intus, libera facie ſuæ venuſtatis fulgerent, quæ ab omni eas iniuria tempeſtatum, pluuiarum, caumatum foris immunes redderent. Sed quænam ſunt illa ſaga tabernaculo Dei vtilia, quæ incommodo ſuo cortinas illæſas, intactas, imo & in omni decore ſuo ſpecioſas cuſtodiant? ſane ſancti Doctores & Eccleſiæ Patres, qui contra 54.

aduerſarios ſuos eruditiſſimis ſcriptis militantes, eam vt ab omnibus triomphum referat, efficiunt: Ita docet Vener. Beda, *Repellunt ſaga imbres, abſiſtunt procellis, arcent ſolis ardores, cuncta foris aduerſantia fortiter abigunt, vt decus cortinarum interius intemeratum perſiſtat. Cum Auguſtinus omnia quæ fidem turbare poterant, hæreticorum venena euacuat; cum Gregorius ea quæ bonos mores impugnant, tentamenta antiqui hoſtis explicat; cum Cyprianus infirmos, ne in martyrio labantur, pijs confortat exhortationibus; cum alij Venerabiles Epiſcopi, ac Doctores quæque Eccleſiam turbare poterunt, longius tentamenta propellunt: quæque eiſdem ſunt ad ſalutem proficua ſolerti indagine proſpiciunt, quatenus vndique tuta conuerſatio religioſa fidelium, libero corde virtutibus ſtudere, atque in conſpectu ſui conditoris, & opere præfulgido lucere, & ipſius quoque contemplandi poſſit oculum mentis intendere.* (Beda de Tabern.)

Maximi ponderis eſt apud Deum iuſtorum humilitas.

15. *Facies & 50. fibulas æneas, quibus & iungantur anſa, &c.* Saga ſecundum aliquos humilitatem ſublimium deſignant virorum, quia magis ſuorum meminiſſe delictorum, quam virtutes prædicare ſuas cupiunt, amplius de eis quas apprehendere non poſſunt virtutibus compungi, quam de illis quas iam apprehenderunt ſtudent gloriari, poteſt fibularum, vel anſarum numero quinquagenario ipſa compunctionis eorum humilitas deſignari. quinquageſimus namque pœnitentiæ Pſalmus eſt, & bene quinquagenæ anſæ, vel fibulæ ſaga inuicem connectunt, quia nulla virtus magis quam humilitas, fideles in vnam charitatis ligat copulam, nam quanto ſe quiſque amplius infirmum eſſe perpendit, tanto ſtudioſius proximi auxilium, quo confortetur, inquirit: Verum cur hæ ſagorum fibulæ æneæ ſont, cum cortinarum fibulæ eſſent aureæ? aduerte æs metallum maxime ſonorum eſſe, & quaſi vocale: ne mireris ergo has fibulas, quibus humiles deſignantur, æneas eſſe, quia iuſtorum humilitas apud Deum vocaliſſima eſt, & maximi ponderis. Annuit Rabanus Maurus, *Bene fibulæ ſunt æneæ, quod multum vocale conſtat eſſe metallum, quia nimium magnam apud Deum vocem habet humilis conferentia iuſtorum.* (Rabanus Maurus.)

VARIET. LECT. à Verſ. 14. ad 16.

Vulg. Facies & operimentum aliud tectum de pellibus arietum rubricatis, & ſuper hoc rurſus aliud operimentum de ianthinis pellibus.

Sept. Et facies operimentum tabernaculo, pelles arietum rubricatas, & coopercula pelles hyacinthinas deſuper.

Cald. Facieſque coopertorium tabernaculi, & aliud coopertorium de pellibus taxonum deſuper.

Onk. Operimentum ex pellibus thaſorum ſupremum.

Mont. Et facies operimentum tentorio, pelles arietum rubricatas.

Tag. Et pellibus arietum rutilantibus.

Aliqui, Et ſummum operimentum ex pellibus melium.

Alij, Ex pellibus violacei coloris.

Vulg. Facies & tabulas ſtantes tabernaculi de lignis ſetim.

Sept. Facies columnas tabernaculi ex lignis imputribilibus.

Vulg. Quæ ſingulæ denos cubitos in longitudine habeant, in latitudine ſingulos ac ſemiſſem.

Sept. Decem cubitorum facies columnam vnam, & cubiti vnius, & dimidij latitudinem columnæ vnius.

Pag. Decem cubitorũ longitudo tabulæ, & cubiti, & dimidij cubiti latitudo tabulæ vnius.

CONCORDIA.

Ne moreris in hoc quod poſuit Vulgat. tecto, alij tabernaculo, nam vt diximus, dictio לאהל vtrumque, & alia ſignificat: circa hæc verba operimentum de iantinis pellibus, vel de pellibus hyacinthinis, aut taxorum, vel melium: vide quæ diximus in Concordia verſus 5. cap. præcedentis, ſoli Septuag. vbi habemus tabulas vertere καὶ ποιήσεις στύλους, & facies columnas.

EXPOSITIO.

Facies & operimentum aliud tecto, non ſolum tectum ac ſuperiorem partem tabernaculi, texit huiuſmodi operimentum ex pellibus arietum rubricatis, & aliud de iantinis pellibus, ſed etiam latera eius, nam ratio tegendi tecti proptie dicti. hiſce duobus operimentis eadem militat, & pro toto tabernaculo, ne læderetur imbribus, ne cortinæ delicatiores & ſpecioſiores fœdarentur, aut corrumperentur: *Facies & tabulas ſtantes*, quæ erant quaſi parietes tabernaculi erecti, *quæ ſingulæ denos cubitos in longitudine habebunt*, quanta eſſe debet menſura altitudinis tabernaculi, *& in latitudine ſingulos ac ſemiſſem*, hoc eſt nouem palmas manus, ſex enim palmæ tranſuerſæ, vnum conſtituunt cubitum.

CONCEPTVS.

Anima ſi velit eſſe tabernaculum Dei, perfectam charitatem martyrum deſideret fidemque confeſſorum.

36. *Facies & operimentum aliud tecto de pellibus rubricatis*, verum aliud operimentum exigit Deus, nempe de ianthinis, ſiue de hyacinthinis pellibus: nonne ſatis erat, vt tabernaculum fieret ex illis decem pretioſis cortinis, quadruplici colore ſpecioſis? nonne ad eius integritatem non ſolum requiruntur ſaga cilicina, ſed pelles arietum rubricatæ, ſed etiam aliæ pelles ianthinæ? per primas pelles martyres intellige, per hyacinthinas, confeſſores. Dic ergo non ſine myſterio tabernaculum perfici ſagis cilicinis, ſed & pellibus rubricatis & hyacinthinis, ſi anima enim tabernaculum Dei B perfectum eſſe velit, deſideret & habere martyrum charitatem, fidemque confeſſorum. Philippus Abbas. Quod eruditè confirmat Abbas Bonæ ſpei 6. tom. in Cant. Cantic. tertia recapitulatione, quæ eſt ſecundum moralitatem. *Per pelles rubricatas*, inquit, *intelligimus martyres, qui ſanguinem ſuum pro Deo fuderunt, per hyacinthinas vero accipimus confeſſores, qui pro amore cæleſtis patriæ toto vitæ ſuæ curſu laborauerunt; per cilicia vero peccatores accipimus: ſi ergo anima noſtra velit eſſe tabernaculum Dei, habeat in ſe charitatem martyrum, fidem confeſſorum, ſpem peccatorum: poſſideat enim neceſſe eſt adhuc inter aduerſa, & proſpera fortitudinem & patientiam martyrum, in bonis operibus perſeuerantiam & longanimitatem confeſſorum, pœni- C tentiam & confeſſionem humilem peccatorum.*

Sancti doctores exemplo paſſionis & patientiæ, corda infirmorum muniunt.

37. *Facies & operimentum aliud tecto de pellibus arietum, &c.* Arietum vocabulo ſolent nonnunquam ſancti Doctores accipi, ex eo quod ſint duces ſequentiũ Domini gregum. Vnde Pſalm. 118. pulchrè regius Pſalm. 128. ait, Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum. Quod eſt aperte dicere, afferte Domino ô Angeli Dei quibus officij huius cura delegata eſt, afferte Domino in cœlos, ſpiritus fidelium, qui per imitationem vitæ, & fidei, filij Apoſtolorum fieri meruerunt. Verum, cur huiuſ- D modi pelles arietum rubricantur ad operiendum tabernaculum? manent in ſuo colore natiuo? quia Apoſtolici viri pellibus arietum deſignati, ſanguinem pro Chriſto Domino, fidei veritate libentiſſime fundunt, vt exemplo paſſionis ſuæ, & patientiæ, corda infirmorum muniant & roborent. Adduco verba Ven. Beda. Vener. Bedæ c. 4. lib. 2. *Rubricantur pelles arietum ad operiendum tectum tabernaculi, cum Apoſtoli, ſiue Apoſtolici viri vſque ad paſſionem martyrij verbo doctrinæ inſtare non deſinunt, quo tutius ſubiectos ab ingruentibus tentationum periculis protegant, dum ipſi perpeti perſecutionem propter iuſtitiam ad mortem vſque non re-* A *fugiunt, operiuntque tabernaculi Domini pelles arietum rubricatæ, atque ab iniuria tempeſtatum defendunt, cum ſancti prædicatores exemplo paſſionis & patientiæ ſuæ, corda infirmorum ne in preſſuris tribulationum deficiant, muniunt.*

Virginitas eminentem locum in Eccleſia Dei obtinet.

Facies & operimentum aliud tecto de pellibus arietum, cui aliud ſuperimponendum, nempe de ianthinis, ſiue hyacinthinis pellibus: hyacintus cœleſtis eſt coloris, pellis vero mortui animantis pars eſt; per huiuſmodi pelles ergo virtus exprimatur virginum, ſiue illorum qui mortificatis ad purum cunctis concupiſcentiæ carnis illecebris, cœleſtem quodammodo in terris vitam gerunt, atque inter homines poſiti Angelicam magis puritatem imitantur: & hoc quod tempore futuræ immortalitatis cunctis promittitur electis, quia non nubant neque ducant vxores, ſed ſint æquales Angelis Dei, ipſi adhuc mortali carne retenti, præuenire ſatagunt. Huius virginitatis encomia referens B. Theodorus Studita ſerm. 35. ait, Virginitatis maxima perfectio eſt, quæ cœli culmen attingat, ſiquidem humana vita in duo tributa, matrimonium ac cœlibatum; illud citiuum componit orbem, hic ſuperum complet, illud præſtitutum qui corruptelæ ſeruiat, hic qui immortalitate reſplendeat, ac quemadmodum ſi hominem quis cernat alitem, non iniuria miretur, vt hac hominis, hac Angeli gerat faciem: ita ſane qui virginitatem exerceat, inſolens eſt hominibus, iuxta & Angelis ſpectaculum in carne eſt, at ſupra carnem in mundo, aut ſupra mundum, &c.] Quo poſito, cur variatum decus cortinarum poſt cilicinorum munimina, poſt rubricatas arietum pelles, ſupremam tabernaculi partem, & quaſi cœlo proximiorem tenent pelles iacynthinæ? quia virginitas eis adumbrata in Eccleſia Dei eminentem valde locum obtinet. Suffragatur Archiepiſcopus. Mogunt. lib. 13. *Quoniam inter præcipua Chriſti, & Eccleſiæ membra eximium ſacra virginitas locum obtinet: additur, & facies aliud operimentum de ianthinis pellibus:* deinde, *merito pelles hyacinthinæ ſupremum in domo Dei locum tenent, colorque cæleſtis proximam cælo ſortitus eſt ſedem, vt chori virginales, animi & corporis ſpeciali vicinia, agnum ſecuturi, & hymnorum, & laudes decantaturi deſignentur.* 38. Theodorus Studita. Rabanus Maurus.

Certamen martyrij, & Deo dicata virginitas, nihil commune cum terris habere videntur.

39. *Facies & operimentum aliud tecto de pellibus arietum*, & ſuper hoc rurſum aliud operimentum de ianthinis pellibus, de velis cortinarum ac ſagorum dicitur quod licet in alto poſita, ad terram tamen demiſſa penderent;

imo & de columnis, ac de tabulis tabernaculi licet in altum erectis, dicitur tamen de eis, quod haberent baſes in quibus ſtarent, humi defixas: cur vero de rubricatis arietum pellibus, & de hyacinthinis licet efferatur, quod in alto tectum operiant, non refertur quod vſque ad terram etiam demiſſæ ſint? nonne diximus per pelles rubricatas, martyrium, ſicut & per hyacinthinas virginitatem deſignari? Quid mirum igitur, ſi non dicitur quod verſus terram huiuſmodi pelles demittantur? quia martyrium & virginitas, nihil commune cum terra, ſed ſolum cum cœlis habere videntur. Annuit Rabanus Maurus,

Archiepiſc. Mogunt.

De rubricatis atque hyacinthinis pellibus quod in alto tectum operiant dicitur, quod vero ad terram eſſent deflexa non additur: quia nimirum cætera virtutum ſpecies commune aliquid cum his, qui in terra adhuc detinentur habere videntur; certamen vero martyrij ac decus Deo dicatæ virginitatis, quaſi ab infimis ac terrenis rebus ſuſpenſum, & ſupernis ciuibus ſpecialiter conſtat eſſe coniunctum.

Poſt pœnitentiam peccatorum & ſimplicitatem cordis, cœlum promittitur.

40. *Facies & operimentum aliud tecto ex pellibus arietum*, cum aliud ex pellibus iantinis, ſiue hyacinthinis? cur poſt ſaga cilicina, poſt operimentum de pellibus arietum, vltimum debet eſſe de pellibus iacynthini coloris? quã hic color nimis ſpecioſus, vt operimentum ſit ab imbribus defendens, cito enim mutabitur ex pluuijs vento, procellis, &c. per ſaga cilicina, peccatorum pœnitentiam non pauci doctores intelligunt, per arietes & oues, vt habet Petrus Riga, cordis ſimplicitatem, & per iacynthinum colorem, ipſum cœlum quod refert: merito ergo vltimum operimentum eſt de pellibus iacynthinis, quia poſt peccatorum pœnitentiam, poſt cordis ſimplicitatem, quid amplius manet, niſi cœlum, niſi cœli retributio? Sic canit Petrus Riga in lib. ſuo de Aurora.

Petrus Riga.

Eſt triplex tegmen, primũ eſt veſtis cilicina
Pungens, & medium veſtis ouina tenet,
Tegminis extremi decus ex fulgore iacynthi
Splendens, aerei ſigna coloris habet.
Tegmen habes primum, dum culpas mente relinquens
Pungeris, & veſtis te cilicina tegit:
Tegmen habes medium de rubra pelle bidentis,
Si fueris ſimplex, & patienter agas.
Extremo dabitur tectum cœleſtis iacynthus,
Quod bene deſignat aereuſque color.

VARIET. LECT. à Verſ. 17. ad 19.

Vulg. In lateribus tabulæ duæ incaſtraturæ fient; quibus tabula alteri tabulæ connectatur, atque in hunc modum cunctæ tabulæ parabuntur.

Sept. Duos anconiſcos columnæ vni contradicentes, vnum alteri, ſic facies omnibus columnis tabernaculi.

Flaminius. Anconicos, alij cubitulos.

Symmach. χετοχῦς retinacula.

Pag. Duos cardines habebit vnaquæque tabula, & duabus incaſtraturis erunt coniunctæ, vna cum alia, ſic facies omnibus tabulis tabernaculi.

Onk. Excipientes ſe mutuo incaſtraturis.

Pag. Duæ incaſtraturæ erunt tabulæ vni, diſpoſitæ altera ad alteram.

Mont. Duæ manus tabulæ vni diſpoſitæ, quælibet ad ſororem ſuam.

Cajet. Duas manus tabulæ vni graduatas, mulierem ad ſororem ſuam.

Lippom. Duo denticuli fiant in vnoquoque aſſere inciſi, alter è regione alterius.

Vatab. Duo cardines erunt tabulæ vni, inſtar graduum ſcalæ diſpoſiti, alter è regione alterius.

Vulg. Quarum viginti erunt in latere meridiano, quod vergit ad auſtrum.

Sept. Et latus ſecundum, quod contra auſtrum viginti columnas.

Sept. Facieſque viginti tabulas, tabernaculo ad meridianum latus.

Onk. Et facies tabulas pro tabernaculo 20. tabulas ad latus meridionale.

Arias, Ad angulum meridiei ad auſtrum.

Pag. Ad latus meridianum ad auſtrum.

Vulg. Quibus quadraginta baſes argenteas fundes, vt binæ baſes ſingulis tabulis per duos angulos ſubijciantur.

Sept. Quadraginta baſes earum argenteas fundes, duas baſes columnæ vni, in ambas partes eius, & duas baſes columnæ vni, in ambas partes eius.

Cald. Et 40. baſes argenteas facies ſub viginti tabulis, duæ baſes erunt ſub tabula vna, in duobus cardinibus eius, & duæ baſes ſub tabula alia, in duobus cardinibus eius.

Pag. Duabus incaſtraturis eius, & duas baſes ſubter tabulam alteram duabus incaſtraturis eius.

Mont. Duabus manibus eius, & duas baſes ſubter tabulam vnam, duabus manibus eius.

CONCORDIA.

NOſter Vulg. nouo vocabulo incaſtraturas vocat, quas Latini auctores vocarunt tabularum commiſſuras, quæ fieri ſolent in tabularum lateribus, ligno vnius tabulæ attenuato, & in alterius tabulæ concauitatem immiſſo, vt inter ſe tabulæ cohæreant. In Hebr. eſt ידות iadoth, manus ſignificans, quæ metaphoricè ſumitur, vti hîc pro denticulis, pro cardinibus, nam Hebræorum idiotiſmo, non malè quid alterum quaſi comprehendit manus dicitur. Vnde & Symmach. retinacula reddidit, & verbum

Hebr. [illegible] taaſa, quod noſter vertit fundos genetale eſt, & facere ſignificat: ſolent tamen baſes argenteæ & metallinæ dici fundi: habet interpres, in hunc modum cũctæ tabulæ parabuntur, Pagn. ſic facies omnibus tabernaculi tabulis: ſed idem eſt ſenſus, nempe quod omnes tabulæ erunt ſimiles in longitudine, & latitudine, & incaſtraturis: conſulto aliquor verba dimiſit interpres, quæ in Hebr. præce- A dunt, videlicet & facies tabulas tabernaculo, quæ ideo dimiſſa ſunt, vt vitaretur verborum repetitio Hebræo idiomati propria: nam iam ſuperius dixerat, facies & tabulas ſtantes tabernaculi: dictionem iadoth, quam ſupra incaſtraturas verterat, hic reddit angulos, licet in textu Hebr. non ſit vox quæ angulis reſpondeat.

EXPOSITIO.

IN *lateribus tabulæ duæ incaſtraturæ fient.* Quænam ſint propriè incaſtraturæ, iam diximus in concordia, quibus tabula alteri tabulæ connectatur, ne huc & illuc moueantur, ſed fixæ & quaſi immobiles maneant: quarum 20. erunt in latere meridiano, taliter quod fiat paries decem cubitorum altitudinis, & 30. cubitorum longitudinis, ex viginti tabulis erectis, & compactis, quibus nempe viginti tabulis, *quadraginta baſes argenteas* B *fundes*, vt his immiſſæ tabulæ ſtare poſſint: baſes vero dicit, quod eſſent veluti fulcimenta, & quaſi pedes tabularum & illarum pondus ſuſtinerent: Vnde Hebraicè adamin dicuntur, id eſt ſuſtentacula, & fundamenta, *vt binæ baſes ſingulis tabulis per duos angulos ſubijciantur*: hoc eſt iuxta duos angulos, ſic videlicet, vt duos angulos latitudinis tabularum attingerent non excederent.

CONCEPTVS.

Veri concionatores ſpinis peccatorum exuti, candorem ſolum virtutum retineant.

41. *In lateribus tabulæ, duæ fiant incaſtraturæ*, tabulas ex lignis ſetim fieri præcipit Deus, quod quidem faceſſit negotium, nam cum ſolum ad id ſeruiant, vt tabernaculum ſuſtineant, ſic- C que longe ſint minoris æſtimationis, imo nullius pretij ſi cum arca conferantur: cur ergo eiuſdem materiæ cum ea, nempe ex lignis ſetim? cur ergo ex alijs arboribus, vt quercu, pinu, &c. non fiunt tabulæ tabernaculi? aduerte deſignari illis Apoſtolos eorumque ſucceſſores, per quorum ſermonem Eccleſia dilatata eſt: latitudo enim tabularum, dilatatio eſt fidei, & ſacramentorum, quæ prius in vna plebe Iſraelitica latebat, ſed horum miniſterio, ad totius plebis plenitudinem peruenit: quamuis in latitudine tabularum ipſa quoque dilatatio cordis ſanctorum verbi Dei præconum poteſt intelligi, per quam mundum deſpicere, atque ad intelligenda cœleſtia ſolent ſublimiter accēdi, per quam non ſolum D amicos in Deo, ſed etiam inimicos gaudent diligere propter Deum: verum cum ligna ſetim albæ ſpinæ ſint ſimillima, vt vidimus ſuperius, & ideo habeant aculeos pungentes, quo modo viri Apoſtolici ipſis poſſunt deſignari, cum in eis maxima manſuetudo & benignitas ad peccatorum mentes poſt Chriſtum Dominũ adducendas requiratur: non eſt dubium, quin huiuſmodi ligna ſetim antequam poliantur ad aliquod ædificium, ſpinas habere, ſed polita aculeis depoſitis eximium præ ſe candorem ferre: en ergo vt recte conferuntur cum tabulis tabernaculi factis ex lignis ſetim veri concionatores & Apoſtolici: quia ſpinis peccatorum exuti, ſolum virtutum

Ven. Beda. candorem retinent. Fauet Vener. Beda: *Quia prædicatores ſancti, & à punctionibus peccatorum ſe purgare, & omnibus mundi curis & delectationibus ſe exuere ſtuduerunt, quatenus libera mente in amore Dei, & proximi, dilatari atque ad prædicandum verbum longe lateque poſſint diſcurrere, rectè dicitur quia de lignis ſpinarum factæ ſunt tabulæ tabernaculi, factæ ſunt namque de ſpinis, ſed his quæ omnes aculeos prorſus exuerunt, ac ſolo candore nitebant: nam & ſancti quique ac virtutibus ſplendentes, etiam cum ipſi peccato ſunt primæ præuaricationis concepti ac nati, ad illos quoque pertinet generalis illa damnatio, quæ Adæ peccanti dictum eſt, terra tua ſpinas & tribulos germinabit tibi, ſed gratia Dei per Ieſum Chriſtum ſpiculis ſunt peccatorum omnium exuti, ac digno virtutum exercitio in ſtructuram domus eius aptati.*

In proſperis & in aduerſis iura charitatis ſemper ſeruemus.

In lateribus tabulæ, duæ incaſtraturæ fiant, quibus tabula vni connectatur tabulæ: In lateribus tabularum virtus humilitatis in ſtotum 41.
deſignatur, per quam ſibi inuicē fraterna charitate coniunguntur; dum enim ſinguli eorum quique corde contrito, & humiliato, receptaculum in ſe proximorum dilectioni præparāt, & diligendi ſe fratribus, merito pietatis ac deuotionis ſe exhibent, quaſi tabulæ omnes tabernaculi in alterutrum per incaſtraturæ nexum copulantur, & quidem erecto tabernaculo, ac regulariter iam ordinata compage tabularum, figura incaſtraturæ non cernitur. Quanta tamen virtute tabulas ſibimet coaduinauerit, ipſa parietis inconcuſſi firma ſtabilitas oſtendit, quia nimirum humilitas ſanctorum, qua ſibi alterutrum fœderantur, foris hominibus videri non poteſt, ſed quid intus operetur, ex ipſo ſanctæ Eccleſiæ pacatiſſimo ſtatu palam omnibus patet, per quam mira diuinæ gratia diſpenſationis agitur, vt nos in quos fines ſæculorum deuenerunt, etiam eos qui

in primordio ſæculi fuerunt fideles, ſyncero affectu diligamus, & non minus illos quam eos, qui nobiſcum in præſenti viuunt, in ſinu amoris noſtri ſuſcipiamus, & nos quoque ab illis per complexum charitatis ſuſcipiendos eſſe credamus. verum cur duæ incaſtraturæ iubentur fieri in vtroque tabularum latere? nonne vna ſufficeret vt ſtantes permanerent, dummodo aduncis vel retinaculis quibuſdam exterioribus vna cum altera firmaretur? cur ergo non ita factum? reſpondet Raban. Maurus lib. 3. c. 14. *Quod iubet duas in tabulis ſingulis incaſtraturas fieri, hoc eſt in vtroque latere illarum, accipi per figuram poteſt, vt & in proſperis ſimul atque aduerſis inuiolata erga fratres iura charitatis ſeruemus.* Rab. Maur.

Compaginatio charitatis prælatis neceſſaria.

43. *In lateribus tabulæ, duæ incaſtraturæ fiant, quibus tabula connectatur tabulæ*, per tabulas ſtantes in tabernaculo prælati deſignari poſſunt, in Eccleſia præeminentes, ſcilicet decori ſimplicitate, prudentia tuti, in ſæcularibus prouidi, in diuinis rebus conſiderati: in tabulis enim neque decor cum teneritudine, vt in cortinis, neque munimentum eſt cum ſqualore vt in ſagis. ſic prælati neque curam ſubditorum propter amorem cæleſtium, nec cæleſtium contemplationem negligere debent propter temporalem ſubditorum curam: innititur tamen illis quies contemplationis, propter ſtudium operationis: verum cur duæ incaſtraturæ fient quibus tabula alteri tabulæ connectatur? reſpondet Rupert. Abb. c. 12. lib. 4. *Connexio tabularum, compaginatio charitatis eſt rectoribus Eccleſiarum neceſſaria, vt fiat quod per Apoſtolum dictum eſt, vt idipſum dicatis omnes, & non ſunt in nobis ſchiſmata.* Rupert.

Nunquam prudentia in actionibus tuis te deſerat.

44. *In lateribus tabulæ, duæ incaſtraturæ fiant*, cur illa tam arcta tabularum connexio? an bonorum operum connexionem ſignificat, cum bonum opus ſolitarium eſſe non debeat, ſed vnum ex alio ſequi? quidni? verum quid illæ incaſtraturæ? an duplicem humilitatem ſignificant, quam quilibet iuſtus tum in corde tum in opere habere debet? an etiam geminam prudentiam qua quiſque pollere debet in operis principio & fine? ita ſentit Steph. Cantu. apud Tilm. *Geminam* (inquit) *diſcretionem debet habere homo in principio operis & fine, in principio ne corrumpatur per intentionem, in fine per diſcuſſionem, prius enim conſiderari debet animal, ne vitioſum ſit, antequam offeratur, & poſt pelles detrahi & carnes in fruſtra concidi.* Steph. Can.

Prophetia ſanctorum de Christo Domino, ipſo naſcente redduntur manifeſta.

In lateribus tabulæ, duæ incaſtraturæ fiant, quibus baſes argenteas fundes, poſſunt per baſes prophetæ ſignari, quia dum primi de Incarnatione dominica locuti ſunt, quaſi quaſdam baſes eos conſpicimus, à fundamento conſurgere, & ſuperpoſitæ fabricæ pondera ſuſtinere: vnde ad Moyſem Dominus, cum tabernaculi tabulas erigi præcipit, fundi earum baſes argenteas iubet. quid enim per tabulas niſi Apoſtoli extenſa in mundum prædicatione dilatati? quid per baſes argenteas; niſi prophetæ ſignantur? qui ſuper impoſitas tabulas ipſi infirmi & fuſiles ſuſtinent, quia Apoſtolorum vita dum eorum prædicatione inſtruitur, eorum & auctoritate ſolidatur; vnde & coniunctæ binæ baſes ſingulis tabulis ſuperponuntur, quia dum Prophetæ ſancti in verbis ſuis de mediatoris incarnatione concordant, ſubſequentes prædicatores Eccleſiæ indubitanter ædificant, vt cum à ſemetipſis non diſcrepant, illos in ſe robuſtius figant. verum cur baſes tabularum argenteæ eſſe debent, cum tabulæ ſint vilioris materiæ? quod autem aliquid ſuſtinet eo pretioſius eſſe non ſolet. ſatisfacientem huic difficultati audiuimus S. Greg. Magn. 28. Moral. c. 9. *Argenti claritas ex vſu ſeruatur, ſine vſu autem in nigredinem vertitur: prophetarum quoque dicta ante mediatoris aduentum, quia in vſu ſpiritalis intelligentiæ non erant, dum conſpici præ obſcuritate non poterant quaſi nigra manebant: at poſtquam mediator veniens, ea ante oculos noſtros Incarnationis ſuæ manu terſit, quidquid in eis lucis latebat, inclaruit, ſenſuſque patrum præcedentium in vſum dedit, quia verba rebus expoſuit.* 45. S Greg. Ma.

VARIET. LECT. à Verſ. 20. ad 23.

Vulg. In latere quoque ſecundo tabernaculi, quod vergit ad aquilonem, viginti tabulæ erunt.

Sept. Et facies columnas tabernaculo, viginti columnas ab latere quod reſpicit ad aquilonem.

Cald. & alij Heb. Ad plagam aquilonarem.

Vulg. Quadraginta habentes baſes argenteas, binæ baſes ſingulis tabulis ſupponentur.

Sept. Et quadraginta baſes argenteas facies, viginti columnis baſes, duas columnæ vni in ambas partes eius, & baſes duas columnæ vni in ambas partes.

Vulg. Ad occidentalem vero plagam facies ſex tabulas.

Sept. Et retro tabernaculum ſecundum partem quæ eſt contra mare, facies ſex columnas.

Cald. Et ad poſteriorem partem occidentalem tabernaculi.

Pag. Et ad latera tabernaculi ad mare.

Vulg. Et rurſum alias duas, quæ in angulis erigantur poſt tergum tabernaculi.

Sept. Et duas columnas facies in angulis tabernaculi à poſterioribus.

Cald. In extremitate eius.

Pag. In lateribus, *addit Mont.* duobus. A *Aly.* In concurſu duorum laterum.
Vatab. In latere occidentali.

CONCORDIA.

AD Occidentalem plagam, Sept. ſecundum partem quæ eſt ad mare, nam quia Mediterraneum mare Iudæis eſt ad Occidentem, ſolet ſcriptura Occidentem per mare deſcribere, ſicut Caldæam quoque deſcribit per Orientem vel Aquilonẽ, quia ipſa Iudeæ Euro-Aquilonaris eſt, ſic malum omne dicitur pandendum ab Aquilone: & Ierem. videt ollam ſuccenſam in facie Aquilonis, vt ſignificetur calamitas Iudæis à Nabuchodonoſore Cal- B dæorum rege inferenda. Vulg. quæ in angulis erigantur poſt tergum tabernaculi, verba autem Heb. ſunt diuerſa facies ad angulos tabernaculi in extremitate eius. licet dictionem בירכתים baiarchataim quam aliqui in concurſu duorum laterum, Vatab. in duobus lateribus vertit, ſed vtrobique idem eſt omnium ſenſus, nam in extremitate illius partis, hinc & inde latera duo erant ſecum reſpectiue copulanda.

EXPOSITIO.

IN *latere quoque ſecundo*, nempe Aquilonari, *viginti tabulæ erunt*, ita vt vnaquæque tabula ex parte inferiori binis baſibus ſit infixa, *binæ baſes ſingulis tabulis ſupponentur*, ita vt non excedant ambæ ſimul baſes ſpatium latitudinis cuiuſque tabulæ, ne ſint impedimento contiguitati illarum, *ad Occidentalem vero plagam facies ſex tabulas*, ſcilicet integras ex nouem cubitis, & rurſum alias duas non integras, ſed ſemicubitales, nam cum latitudo tabernaculi deberet eſſe decem cubitorum, ſex autem tabulæ darent tantum nouem cubitos, hinc illis ſex additæ ſunt aliæ duæ minores, videlicet vtrimque vna medium habens cubitum, vt ita decimus cubitus latitudinis tabernaculi per eas compleretur, quæ proinde in angulis erectæ dicuntur, quia vna latus Meridianum altera Aquilonare tangebat, *poſt tergum tabernaculi*, id eſt ad latus Occidentale tabernaculi, omnes hæ tabulæ erant, hoc autem tergum tabernaculi, id eſt ad latus Occidentale tegebat ſanctum ſanctorum, nam pars anterior & Orientalis tabernaculi nullas habebat tabulas, ſed C patebat, quia ibi erat ingreſſus in tabernaculum.

CONCEPTVS.

A tenebris tranſitoriæ mortis peruenient iuſti ad gaudia lucis æternæ.

Ad Occidentalem plagam tabernaculi facies
46. *ſex tabulas*, Orientalis plaga quæ vtrumque in ſe parietem recipiens, ædificium tabernaculi conſummat, recte ad impletionem totius ſanctæ vniuerſalis Eccleſiæ, quæ cum fine huius ſæculi perficitur, deſignat: ad quam vſque fides, & operatio recta vtriuſque populi perſeueratura, quaſi gemini longitudo parietis pertingit: neque enim eſt credibile, vel ante tempus dominicæ Incarnationis vnquam defuiſſe, qui ex gentibus crederent, nec nunc quamuis grauiter damnato ob perfidiam populo Iudæorum, non eſſe aliquos ex illis tametſi pauciſſimos, qui inter Chriſtianos exulantes, quotidie credendo D ad ſalutem perueniunt: verum cur in Occidentem tabernaculum conſummatur, in quo ſol claudere curſum, & cuncta ſolent aſtra occidere, nam in Oriente potius cõſummari deberet: reſpondet Vener. Beda c. 6. lib. 2. *Ante tabernaculum in Occidentali plaga conſummatur ſcilicet, vel propter obitum vniuſcuiuſque electi, vel* Beda. *generalem totius ſæculi terminum, quaſi enim ei ſol occidit, qui ab hac temporali luce per tenebras tranſitoriæ mortis, ad gaudia lucis & vitæ tranſmigrat æternæ, quaſi occidit omni Eccleſiæ ſol in Occidente, vt rurſus in oriente tenebris tranſeuntibus oriatur, cum finita in aduentu Domini vita, ſæculi præſentis, mox verum futuri ſæculi mane iuſtis veradies æternitatis apparebit.*

Electi pœnas impiorum conſpicient.

Ad Occidentalem plagam tabernaculi facies ſex tabulas, Septuag. ſecundum partem quæ eſt contra mare, *Mont.* & ad latera tabernaculi ad mare, & ſic hæc plaga Occidentalis mare reſpiciebat: cæterum myſterio quod mare reſpiciat? quodnam mare niſi rubrũ, in quo demerſus cum ſuo exercitu ſuorum ſcelerum dedit pœnas Pharao? & de quo exiens Iſrael eorum cadauera intuitus eſt? die ergo Orientalem plagam tabernaculi mare reſpicere, quia electi deficiente ſole huius vitæ, ad requiem cœleſtis patriæ tranſeuntes, peccatorum pœnas conſpicient ab his liberi. fatetur Archiep. Mogunt. *Reſpicit mare plaga occidentalis tabernaculi, cum ſancta Eccleſia poſt bonorum operum perfectionem coronata, in Chriſto, libero aſpectu intuebitur vitia vel impiorum pœnas, quas ipſo iuuante cauere* Rab Mau. *fecit. Iſaia atteſtante cap. 66. quia ſicut cæli noui & terra noua, quæ ego ſtare facio coram me dicit* Iſai 66 *Dominus, ſic ſtabit ſemen veſtrum, & nomen veſtrum.* & paulo poſt, *Et egredientur & videbunt cadauera virorum, qui præuaricati ſunt in me, vermis eorũ non morietur & ignis eorũ non extinguetur, maris namque fluuiis profundi, amari, & turbulenti, non ſolum peccata poſſunt ſignificari quibus reprobi in hac vita male delectati intereunt, ſed etiam futura barathrũ perditionis, cum in vltione examine in ignem cum diabolo mittentur æternũ.* 47.

Poſt bonorum operum complementum, requies animarum & reſurrectio corporum glorioſa ſuperueniet.

48. *Ad Occidentalem plagam tabernaculi facies ſex tabulas, & alias duas quæ in angulis erigantur,* neſcio cur potius ſex quã ſeptem tabulas requirit Deus, poſt quarũ poſitionem duæ adhuc in angulis eriguntur? aduerte ſenario numero ſolere perfectionẽ boni operis exprimi, eo quod Dominus in illo ornatũ omniũ conſummauerit, in illo hominem in primordio creauerit, in illo genus humanum ſua paſſione reſtaurauerit: vel quia ſunt ſex ætates huius ſæculi, in quibus oportet nos bonis operibus perfici, vt ad æternam requiem in futuro & reſurrectionis A gloriam peruenire poſſimus: aliæ duæ tabulæ in angulis poſitæ, remunerationem vitæ futuræ reſpiciunt, quæ bifariam diuiditur, in ſabbatiſmum ſcilicet, ideſt requiem animarum ſanctarum, & in gloriam reſurrectionis. Dic ergo Deum in tabernaculo in occidentali plaga ſex tabulas requirere, & poſtea in angulis eiuſdem, duas, quia poſt bonorum operum complementum, non ſolum requies animarum, ſed etiam poſtea glorioſa corporum reſurrectio ſuperueniet, quod paucis verbis exprimit, Anſel. Anſelm. Laudunenſis *Sex tabulas requirit propter perfectionem operis, quia in ſenario Deus mundi ornatum compleuit, duas in angulis propter ſabbatum, ideſt requiem animarum poſt mortem, & reſurrectionis gloriam, vtrique populo commu-* B *nem & interminabilem.*

VARIET. LECT. Verſ. 24. & 25.

V*Vlg.* Eruntque coniunctæ à deorſum vſque ſurſum, & vna omnes compago retinebit, duabus quoque tabulis quæ in angulis ponendæ ſunt, ſimilis iunctura ſeruabitur.

Sept. Et erunt æquales deorſum verſus in ſe conuenientes erunt æquales de capitibus in vnam commiſſuram, ſic facies vtriſque angulis binis, æquales ſint.

Cald. Et erunt coniunctæ ab inferiori parte, ſimulque erunt coniunctæ in capite vno, in annulo ſuo, ſic erunt ambobus hoc eſt duobus angulis.

Onk. Simulque erunt coniunctæ in capite ſuo ad circulum vnum, ſic erit pro duabus illis inquam quæ in angulis ſint.

Mont. Et erunt geminatæ de infra & pariter erunt perfectæ ſuper caput eius, ad annulum vnum, ſic erit ambabus ipſis, in duobus angulis erunt.

Pag. Et pariter erunt geminatæ ſuper caput eius.

Vatab. Quæ erunt quaſi gemellæ infernè ſimul erunt, quaſi gemellæ in faſtigio eius, in circulum vnum.

Cajet. Similiter erunt æquatæ ſuper caput ſuum.

Quidam ſic. Gemini erunt, (nempe aſſeres) in capite ſuo ad vnicum vnum.

Vulg. Et erunt ſimul tabulæ octo, baſes earum argenteæ ſexdecim, duabus baſibus per C vnam tabulam ſupputatis.

Sept. Et earum octo columnæ, duæ baſes columnæ vni, in ambas partes eius, & duæ baſes columnæ vni.

Heb. Duæ baſes ſubter tabulam vnam, & duæ baſes ſubter tabulam alteram.

CONCORDIA.

ERuntque coniunctæ deorſum vſque ad ſurſum, Hebraice eſt ויהיו תואמם מלמטה veehiu thoamim milemalta, dictio thoamim ſecundum aliquos, coniunctas vel geminatas, vel gemellas ſignificat: verum vt fatear, hic verſus totus ex Heb. longe obſcurior eſt noſtro. licet vtriuſque idem ſit ſenſus, nam quod putat Caiet. verba illa prout noſter vertit ex Heb. inferius & ad caput ſuum, non eſſe idem quod à ſummo & in vno, non autem in medio aſſeres hi coniungi debeant, præter morem ſcripturæ facit, quæ cum rem totam vult deſcribere, tantum duas partes, ſummam ſcilicet & infimam v. g. pedes, & caput nominat.

EXPOSITIO.

E*Runtque coniuncta à deorſum vſque ad ſurſum*, ſermo eſt de omnibus tabernaculi tabulis, quæ erunt coniunctæ à parte quidem inferiori propter baſes, in terra fortiter fixas, & ordinatè poſitas, quæ tabulas ipſis infixas maximè coniungent, à parte vero ſuperiori, & vna compago omnes retinebit propter vncinos ſummitatibus tabularum applicandos, quorum quilibet iungit duas tabulas, ſimul intrans ſummitatem vtriuſque tabulæ, *duabus quoque tabulis quæ in angulis ponendæ ſunt*, quarum ſeorſum mentio fit ob diſparitatem latitudinis illarum, à latitudine aliarum, vt vidimus, in ex- D poſitione præcedenti. *Similis iunctura ſeruabitur*, tam in inferioribus baſibus, quam in vncinis ſuperioribus, *Et erunt ſimul tabulæ octo*, quæ debent collocari in plaga Occidentali, *baſes earum ſexdecim duabus baſibus per vnum ſupputatis*, quorum verborum eſt ſenſus, cum eſſent ſex maiores tabulæ, duæ vero angulares, & ſemicubitales, ſexdecim erunt baſes, ſic vt cuilibet tabulæ, etiam ex ſemicubitalibus, duæ baſes ſuppoſitæ ſint, in quibus denticuli duo ſiue incaſtraturæ, vniuſcuiuſque tabulæ includantur, & in eis immittantur.

CONCEPTVS.

Omnes electi bonis operibus vnanimiter ad cæleſtem tendunt patrium.

49. *Erant coniunctæ à deorſum vſque ſurſum, & vnu omnes compago retinebit*, cur diuerſis compaginibus non retinentur? ſicut enim quælibet habet ſuas incaſtraturas, etiam vnaquæque diuerſa conſtet compagine; nonne tabernaculum componere poſſunt huiuſmodi tabulæ, licet à deorſum vſque ſurſum non ſint coniunctæ? apte & ſimul coniunguntur, & vna omnes compago retinet, quia omnes electi tabulis tabernaculi denotati, bonis operibus vnanimiter ad cœleſtem tendunt patriam. *Omnis electorum vita* (inquit Venet. Beda) *vna eademque fide ac charitate ad cæleſtia tendit, in vnum eumdemque finem diuinæ viſionis peruenit, in vna eademque voce recti dogmatis omnis ſanctorum prædicatorum ſermo concordat: dehiſceret namque ab inuicem compago tabularum, ſi quod vnus propheta* B *aut Apoſtolus dixiſſet, hoc alius negaret: verum quod concors fabricam Eccleſiæ ſermo diuinorum eloquiorum erigit, profecto vna omnes tabernaculi tabulas iunctura compaginat, atque ab inuicem ſeiungi non deſinit.*

Beda:

A *Beatitudo cæleſtis tam prophetica fide, quam Euangelica ſolidatur.*

Erunt coniunctæ à deorſum vſque ſurſum, non de duabus tabulis angulorum de quibus immediate facta fuit mentio, hoc ſolum intelligendum, vt à deorſum vſque ſurſum coniungantur, ſed de omnibus octo. verum cur tabulæ cum hoc numero octonario, in plaga Occidentali? aliqui octo beatitudines hoc numero exprimi arbitrantur, poſt occidens huius vitæ digne metentibus ſucceſſuras: cur duabus illis tabulis lateralibus ſimilis iunctura cum aliis ſeruabitur? quia ſcilicet primæ & vltimæ beatitudini eadem poſitio gloriæ id eſt, promiſſio regni cœlorum ſeruatur; ſed cur his tabulis ſingulis, binæ baſes ſupponuntur? nam tantæ non eſt vnaquæque earum latitudinis, quin vna baſis vnicuique ſufficeret tabularũ: non vnica ſed B duæ vnicuique ſupponuntur baſes, *Quia beatitudinem earumdem ſpes* (inquit Rupert. Abb. c. 12. lib. 14.) *tam prophetica quam Euangelica, vel Apoſtolica fide ſeruatur.* 50.

Rupert.

VARIET. LECT. à Verſ. 26. ad 28.

VVlg. Facies & vectes de lignis ſethim, quinque, ad continendas tabulas in vno latere tabernaculi. *ſic Cald.*

Sept. Et facies ſeras de lignis imputribilibus quinque vni columnæ ex vna parte tabernaculi.

Mont. Facies & vectes lignis ſethim quinque tabulis, coſtæ tabernaculi vnius.

Pag. Quinque tabulis lateris tabernaculi vnius.

Vulg. Et quinque alios in altero, & eiuſdem numeri ad Occidentalem plagam.

Sept. Et quinque ſeras columnæ vni lateri tabernaculi ſecundo, & quinque ſeras columnæ poſteriori lateri tabernaculi, quod eſt ad mare.

Cald. Et quinque alios vectes ad continendas tabulas lateris ſecundi tabernaculi, & quinque vectes ad continendas tabulas poſterioris partis tabernaculi ad occidentem.

Onk. Et quinque vectes pro tabulis lateris D tabernaculi, quæ ſunt in extremitate verſus Occidentem.

Pag. Tabulis lateris tabernaculi ad latera ad Occidentem.

Mont. Et quinque vectes tabulis coſtæ taber- C naculi ſecundi, & quinque vectes tabulis coſtæ tabernaculi ad duo latera ad mare.

Vatab. Pro latere vergente ad Occidentem, *alij*, in latere angulorum Occidentis.

Vulg. Qui mittentur per medias tabulas à ſummo vſque ad ſummum.

Sept. Et ſera media inter medias columnas pertranſeat, ab vno latere in alterum latus.

Cald. Et vectis medius qui mittetur per medias tabulas, tranſiet à ſummo vſque ad ſummum.

Oleaſt. Medius vectis per medium aſſerum fugiens.

Aliqui. Medius autem vectis per medium aſſerum traiiciens, continget à fine ad finem.

CONCORDIA.

VVlg. interpres habet, ad continendas tabulas, quod de ſuo addidit, ſed non inconuenienter, ſic enim etiam habet Cald. nam vectes illi ita tabulas conſtringebant, & compaginabant adinuicem, vt nec humiditate excreſcere nec ſiccitate diminui poſſent, quod continuo fieri videmus in aliis aſſeribus, etiam glutino compaginatis, ex quo vel curuatura vel ſciſſio prouenire conſueuit: *& quinque alios in altero*, more ſuo perſtringit Heb. interpres, ſenſum reddẽs, verborumque multiplicitatem fugiens: quod nos dicimus ad Occidentalẽ plagam, proprie in Heb. ſcriptum לירכתים ימה laiarchataim iamma ad duo latera maris, vel in latere angulorum occidẽtis &c. mara enim hoc loco, vt alibi ſæpius, ponitur pro Occidente, verum eſt quod ברח barach proprie fugere ſignificat, & quoniam vectis qui per medias tabulas mittitur, mouetur de vno extremo ad aliud, inde eſt quod beriach dicitur.

Aduerte autem noſtrum interpretem in hoc verſu, qui mittuntur per medias tabulas non ſe-

qui textum, nec Heb. nec Cald. nec Græcum, ſi- A quidem ea refert quæ hoc verſu, habentur ad præcedentes vectes, quinque in ſingulis lateribus quemadmodum perſpicuè requirit relatiuum, qui, ac in Cald. Heb. & Sept. agitur hoc verſu de ſexto vecte, in ſingulis lateribus, non iam qui exterius cotineret tabernaculi fabricam, ſed qui intra ipſas tabulas medius immitteretur, qui vectis mire ad totam fabricam cōtinendam conferebat. porro in Heb. ita hic habetur, & vectis medius in medio tabularum erit tranſiens ab extremo ad extremum, neque hic poteſt eſſe mendi ſuſpicio in Heb. cum paraphraſis Caldaica & Sept. hic cum Heb. conſpirent, & infra turſus c. 36. verſ. 33. non tantum in Heb. Cald. & Sept. ſed etiam in textu noſtro vectis hic deſcribatur factus in ipſa tabernaculi fabrica, vbi & diſerte noſter textus habet vectem alium, quo indicatur quinque prioribus fuiſſe diuerſum, quid ergo dicemus, niſi quod hunc vectem ſextum hic omiſerit interpres, quia inferius exprimendus erat?

EXPOSITIO.

F*Acies & vectes de lignis ſethim*, qui totam B exterius continerent fabricam, vt moueri ſuo locu tabulæ non poſſent, *quinque in vno latere tabernaculi*, ſicque exterius iubentur fieri quindecim vectes, nempe quinque parti Auſtrali, quinque Aquilonari, quinque Occidentali. quod declarat Vulg. dicens, & quinque alios in altero &c. *Qui mittentur per medias tabulas à ſummo vſque ad ſummum*, non à ſummo vnius tabulæ ad imum eiuſdem, hoc enim tantum vnum aſſerem, vel vnam tabulam tangeret & nihil firmaret, ſed à prima tabula per intermedias vſque ad vltimam, & ſic intelligo quod noſter dixit à ſummo vſque ad ſummum, quod ſit idem quod ab initio vſque ad finem. ſed quid dicemus de illo ſexto vecte omiſſo, hic ab interprete? niſi quod poſitus fiet vt omnia latera tabernaculi firmius ſimul aſtringeret ſibi: fuit autem hic vectis à latere Occidentali tabernaculi quod tangebat ſanctum ſanctorum, aliud enim latus ſolum habebat angulos. ſed plura de hoc vecte verſ. 33. c. 26.

CONCEPTVS.

Lex bene intellecta etiam cum morimur, completionem boni operis annuntiat.

Facies & vectes de lignis ſethim, quinque &c. C
51. Quos conſtat fuiſſe in qualibet parte tabularum tabernaculi, qui numerus quinque libros Moyſis denotare poteſt, quorum munimine ſancta Eccleſia ab omni ſceleratorum ſpirituum impulſione protegitur, & hoc in duplici latere, quia non ſolum priorem Dei populum littera legis erudiebat ad fidem & bona opera, ſed etiam nos noui tempore teſtamenti Deo ſeruientes eadem littera ſpiritaliter intellecta, maioris gratia dulcedinis & in præſenti ad fidem operationemque virtutum inſtituit, & in futuro ad ſpem perpetuæ remunerationis accendit. verum ſi huiuſmodi vectium numerus quinque libros legis adumbrat, cur etiam in Occidentali plaga ſtatuuntur? nam quid denotare poterunt? reſpondet Rab. Maurus. *Eiuſmo-*
Rab Maur *di numeri vectes ſunt ad Occidentalem plagam, quia ipſam quoque completionem operis, quando* D *ad præmia futura de carne egredimur, lex nobis bene intellecta prædicat, vnde interroganti diuiti ac dicenti, magiſter bone, quid faciam vt habeam vitam æternam? reſpondit idem magiſter, ſi vis ad vitam ingredi, ſerua mandata, & non illi alia quam legis mandata ſubdidit.*

Ante Deum nullus ſe cenſere debet alicuius eſſe momenti.

52. *Facies & vectes de lignis ſethim, quinque ad continendas tabulas*, quas noluit iumentis, bobus, aut camelis deferri, ſed humeris ſacerdotum & leuitarum: cur onera hæc tabernaculi non ab animalibus feruntur? cur humeris ſacerdotum, qui magnæ ſunt æſtimationis, imponuntur? vt nullus ante Deum ſe alicuius eſſe momenti cenſeat, imo indignum qui diuino cultui inſeruiat. ferè ſunt eadem verba Oleaſt. Oleaſt.
Noluit Dominus onera tabernaculi bobus aut iumentis portari, ſed humeris leuitarum & ſacerdotum, vt nobis oſtendat neminem ſe ante eum debere alicuius momenti aut dignitatis reputare, ſed maiores & digniores, inter homines viliora munia ante eum exercere; quemadmodum Rex Dauid fecit, qui ante arcam Domini vilibus indutus ſaltauit.

Apoſtolici viri tam ſpiritualium quam temporalium præſidio fulciendi.

Facies & vectes de lignis ſethim, quinque ad 53.
continendas tabulas, Nonne vt ſtare poſſent immobiles, ſatis erat ſingulis binas impoſuiſſe baſes? cur adhuc vectibus fulciri debent, ne ſuo, nec tempeſtatum, nec ventorum procellis, loco moueri poſſint? per tabulas intelligit Rupert. prælatos, per baſes, ſpiritalia, per vectes autem temporalia. quo poſito reſponde, non ſolum baſibus inhærere tabulas, ſed etiam vectibus fulciri, quia Apoſtolici viri vel prælati, non ſolum ſpiritualium, ſed etiam temporalium præſidio indigent, ſiſto præf. Abb. *Tabulæ vt ſtare* Rupert.
poſſint, gemino baſium ſcilicet atque vectium robore fulciuntur, quia ſcilicet Eccleſiæ rectores Apoſtoli vel Apoſtolici viri, tam ſpiritualium quam & carnalium præſidio neceſſario fulciuntur, ſicut enim per baſes prophetica eloquia ſignantur, quorum cum auctoritate ſpiritualia ſeminant; ſic per vectes diuitum atque potentum ſubſidia recte figurantur, de quorum abundantia carnalia metunt.

VARIET. LECT. Verſ. 29. & 30.

V*Vlg.* Ipſas quoqoe tabulas deaurabis, & A fundes annulos aureos in eis, per quos vectes tabulata cootioeant, quos operies laminis aureis.

Sept. Et columnas inaurabis auro, & annulòs facies aureos, in quos induces ſeras, & inaurabis ſeras auro.

Cald. Tabulas autem cooperies auro, & annulos earum facies aureos, vt ſint loco vectibus, vectes quoque cooperies auro.

Onk. Tabulas quoque obducas auro, & circulos earuro facies aureos.

Mont. Earum anoulos facies auro, domos vectibus, *ita Caiet.*

Vatab. Per quos vectes traiiciantur.

Vulg. Et eriges tabernaculum iuxta exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt.

Sept. Et eriges tabernaculum iuxta ſpeciem, *alij*, ſecundum formam vel figuram.

Pag. Et ſurgere facies tabernaculum ſecuodom diſpoſitionem eius, quam factus es videre io monte.

Arias. Et eriges tabernaculum ſecundum iudicium eius, *alij*, ſecundum ordinem.

CONCORDIA.

VErbum תצפה tezappe futuri temporis, B tegere & cooperire ſignificat, vnde & Cald. habet, & cooperies. ſed vnico verbo expreſſit Vulg. qua ex materia deberent tabulæ cooperiri, ait enim deaurabis: vbi legit Vulg ſecundum exemplar in Heb. eſt כמשפטו chemiſpato שפט ſaphat autem iudicare, diſponere, ordinare, figurare ſignificat.

EXPOSITIO.

I*Pſas quoque tabulas deaurabis*, veſtiens eas laminis aureis, intus & foris, *& fundes in eis annulos aureos*, affigendos ipſis tabulis, debent enim eſſe tanquam domus vectium, *per quos vectes tabulata contineant*, ne à ventis moueantur, oequealia de cauſa tabernaculum conturbetur, ſed tabulata fixa retineantur à vectibus, qui etiam laminis aureis, ſicut tabulæ cooperiri debent, C *& eriges tabernaculum*, ac facies ſuſtentari ſuper hanc ſtructuram tabularum tanquam ſuper parietes, *iuxta exemplar quod tibi monſtratum eſt*, hoc declaratur quod alia præter explicitè ſcripta, facta ſunt quæ implicitè inſinuantur, cum dicitur iuxta exemplar, quod tibi in monte monſtratuio eſt.

CONCEPTVS.

Præſentia Dei cum veneratione ſuſcipienda.

54. *Ipſas quoque tabulas deaurabis*, non ſolum autem tabulæ laminis aureis coutextæ, ſed etiam vectes, imo etiam facti ſunt circuli aorei. non mirarer equidem, quæ intra ambitum tabernaculi continentur, vel auro contegi, vel omnino aureum eſſe. verum cur quod ſolum exterius apparet, ventis, pulueri, & aliis aeris iniuriis ſubiiciendum, etiam metallo decoratur pretioſiſſimo? nonne ligna ſethim, ex quibus tum vectes cōficiendi, tum tabulæ, ſatis ſpecioſa ſunt? ſeruetur ergo aurum in alios vſus, & magis neceſſarios; imo in tabulis etiam & vectibus expendatur, vt præſentia Dei, quæ in tabernaculo declaratur adeſſe, maiori cum veneratione ſuſcipiatur. fauet Vincent. de Marzilla. *Pretioſiſſimum & admirabile eſſe debet in oculis omnium hoc tabernaculum, quo myſterium præſentiæ ſummi Dei declaratur.* Vinc. Marz.

In præconibus verbi diuini, nihil aliud quam ſapientia cæleſtis, quam virtus inſpiciatur.

55. *Ipſas quoque tabulas deaurabis*, an ita prodigus futurus eſt Moyſes in auro ſubditorum expendendo, vt etiam in tabularum ornamentum illud conſumat? ſi tabulæ ſunt, ex lignis fiant, nullo auro ſuperaddito! verum ſi concionatores his adumbrantur, merito laminis aureis teguntur, quia in verbi diuini præconibus, nihil aliud quam ſapientia cœleſtis in auro denotata, quam virtus fulgere debet, quod obſeruat Vener. Beda. *Tabulæ tabernaculi deauratæ ſolo præfulgere debent, cum omnis vita, omnis ſermo ſanctorum prædicatorum, lucem præmonſtrat ſapientiæ cæleſtis, nihilque in eis aliud quam virtutum Deus aſpicitur.* D Vener. Beda.

Eloquium diuinum ex promiſſione beatitudinis, Eccleſiam corroborat.

Ipſas quoque tabulas deaurabis, & fundes in eis annulos aureos quibus vectes tabulata continebunt, nonne tabulæ firmæ & ſtabiles erigentur, dummodo baſibus innitantur, & vna alteri per commiſſuram coniungatur? cur adhuc ergo vectes neceſſarij, vt hi tranſeant per annulos aureos? requirūtur vt tabulata firmiter contineantur, ne à ventis moueantur: non eſt dubium, quin circuli aurei deſignent beatitudinem, quæ ſuæ ſplendorem charitatis, recte auro, propter æternitatem recte circulo comparatur. quo poſito, cur non dicemus, non ſolum præter baſes in tabulis, ſed etiam propter earum incaſtrationem. adhuc requiri vectes per circulos aureos tranſeuntes, vt tabulata immobiliter 56.

biliter contineantur, quia eloquium diuinum A ex promiſſione beatitudinis confirmat Eccleſiam. ſuffragatur Anſelm. Laudunenſ. *Vectes per annulos tabulata continent, cum verba prædicationis per promiſſionem regni cæleſtis ſtatum Eccleſiæ conſummant, ne perturbationes mundi timeat, quo certius ſtabilitatem perpetuæ remunerationis didicit.*

Superiores alios docere debent vitæ puritatem, & conuerſationem Angelicam.

57. *Ipſas quoque tabulas deaurabis*, & quid amplius? *eriges tabernaculum iuxta exemplar quod tibi in monte monſtratum eſt*, Pagn. ſecundum diſpoſitionem eius, quod in monte oſtenſum eſt: cur diſpoſitio tabernaculi in monte Moyſi oſtenditur? ſine dubio vt artifices peritiſſimos de eius ſtructura inſtrueret, ne in iis quæ B ad eius ornatum, pulchritudinem, conſtructionem, errarent, ne aliquid imperfectum aut indecens reperiretur in eo: ſed myſtice, cur exemplar eius in monte potius quam in alio loco, famulo ſuo oſtendit? vt conuerſans cum Deo, videnſque ſublimem Angelicæ puritatis & immortalitatis vitam, ad cuius inſtar, humanam in terra conuerſationem, in quantum mortalibus imitari poſſibile eſt, inſtituere iuberet, & vt exemplo eorum mutuæ in Deum dilectioni, diuinis laudibus, veræ concordiæ, ſynceræ caſtitati, cæteriſque huiuſmodi virtutibus in terra vacaremus, vt mereremur & in cœlis eorum eſſe conſortes: exemplum enim nobis Moyſes Angelicæ conuerſationis, quam in monte contemplationis vidit, præceptis legalibus oſtendit, per quorum obſeruantiam, & ipſi de terra editi, ad conſortium Angelorum in cœlis peruenire poſſemus: exemplum idem nobis vitæ perfectioris, & beatæ retributionis in figura tabernaculi & miniſterij ſacerdotalis, ac leuiticæ, quod deſcribit, præbuit. ſed quandonam huiuſmodi tabernaculum erigitur ſecundum exemplar quod habuit in monte Moyſes? quando electi imitationi Angelicæ puritatis, quam ipſe in occulto contemplari meruit, mentem & opera componunt. paucis verbis id exprimit Gloſſa interl. *Eriges tabernaculum nempe mentes electorum iuxta exemplar Angelicæ puritatis.* Gloſſa interl.

VARIET. LECT. à Verſ. 31. ad 32.

VVlg. Facieſque & velum de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta, opere plumario, & pulchra varietate contextum.

Sept. Et facies velamen de hyacintho, & purpura, & cocco torſo, & byſſo neta, opus textile facies illud Cherubim. C

Cald. Opere artificis facias illud Cherubim.

Arias. Facies velum vermiculo cocci, &c. opus cogitantis facies illud Cherubim.

Pag. Opere phrygionico facies illud, cum figuris Cherubim.

Oleaſt. Facies illud opere excogitato.

Aly. Opere artificis facies illud cum picturis.

Alij. Cherubim facies in eo, opere artificioſo, aut polymitario.

Vulg. Quod appendes ante quatuor columnas de lignis ſetim, quæ ipſæ quidem deauratæ erunt, & habebunt capita aurea, ſed baſes argenteas.

Sept. Et ſuperimpones illud ſuper quatuor columnas imputribiles, inauratas auro, & capita earum aurea ſuper quatuor baſes argenteas.

Pag Vncini earum aurei ſuper quatuor baſes argenteas, *ita etiam Mont. & alij.*

CONCORDIA.

NOn eſt cur immoremur in his verbis, opere plumario, ſiue Cherubim, aut opere excogitato, cum in Concordia primi verſus D huius capitis abunde de earum verſionum diuerſitate diſſeruimus. *quod appendes ante quatuor columnas*, ſed dictio על proprie ſuper, vel contra, vel iuxta ſignificat, & ſic hic etiã intelligendũ ponitur in Heb. dictio וויהם vanehē, quam noſter reddit capita earum, de qua ſic Oleaſt. meo iudicio ignoratur propria ſignificatio וו dictio eſt rara vau in ſcripturis, ponitur tamen hîc ſequenti capite, neque eſt mihi coniectura bona ad venandam propriam ſignificationem, eſt tamen aliqua, quod non ſignificet capita ſed vncinos, hæc Oleaſt. verum ſic reddidere Sep. ſic Cald. ſic Vulg. an his omnibus eruditior Oleaſter?

EXPOSITIO,

FAcies & velum de hyacintho &c. tam in forma quam in materia ſimile erat cortinis tabernaculi ſuperius deſcriptis, recurre ad ea quæ diximus in expoſit. primi verſus huius capitis, *quod appendes*, tranſuerſaliter de latere in latus tabernaculi, *ante quatuor columnas*, hoc ſolum expreſſit Vulg. licet hoc velum non ſolum ante, ſed etiam ſuper columnas fuerit appenſum, quæ diſſimilis fuerunt figuræ & profunditatis à tabulis, vt magis ad rotundam figuram declinarent, quam ad planam vti erant tabulæ.

CONCEPTVS.

Coniugium Deiparæ & Ioſephi velum ante arcamteſtamenti appenſum.

58\. *Facies & velum de hyacintho & purpura*, quod quidem appendebatur etiam ante illam, de qua ſupra diximus, arcam, fulgenti auro intus foriſque contextam, velum ſane ſpecioſum pulchra varietate contextum. nunc recurramus ad id quod dixit Matth. antequam ſermonem inſtitueret de Maria Deipara, ait enim, cum eſſet deſponſata, quid eſt hoc? quid cum ſpōſo, quid Deiparæ cum matrimonio? matrimonium ante arcam id eſt, intemeratam Virginem appenſum, quo virginitatis illius fulgor & incarnationis abditiſſimum myſterium contegitur, honorq; defenditur, ait enim Alb. Mag. in c. 1. Lucæ, Albertus Magnus. qui afferens cauſas, cur de deſponſata Virgine B naſci Chriſtus voluerit, *quia ſi non de deſponſata naſceretur, illegitimus haberetur, & ſic doctrina eius iuſte coram hominibus refutaretur.* ô quam mira varietate velum hoc ex cœleſti hyacintho, regia purpura, candidaq; byſſo contextum eſt! cœleſte plane coniugium eſt, vt hyacinthus, quod Domino cœlorum deſeruiuit, ita illud appellat Rupert. Rupert. Matth. 1. *O coniugium verum, & Sanctum coniugium, cœleſte, non terrenum, vnus ſpiritus & vna fides erat in eis, ſola illic carnis corruptio deſinit*: regium, vt purpura, quod totius orbis reginam inſeparabili nexu obſtrinxit: candidiſſimum vt byſſus, in quo fuit perpetuus Virginitatis candor, antequam illud velum arcam, propitiatorium, Cherubinoſq; velabat, hoc Deiparam Virginem Incarnatum in vtero Deum, magnumque illum Cherubinum contegebat. matrimonij velamen apparebat, nam coniuges C eſſe Virginem & Ioſephum omnes nouerant, propitiatorium id eſt Dei Incarnati propitiatio latebat, verbi enim in vtero Virginis Incarnatio, hominibus ignota erat: Deiparæ, Ioſephique Virginitas occultabatur; quis enim Ioſephum corporis integritatem ſeruare crederet? quis Deiparam grauidam cernens, illibatæ Virginitatis decus illi tribueret? quam recte tunc illa potuit verba vſurpare Cant. 1. Cant. 1. nigra ſum, ſed formoſa filiæ Hieruſalem, ſicut tabernacula cedar, ſicut pelles Salomonis, nolite me conſiderare quod fuſca ſim, quia decolorauit me ſol &c. nigra ſum, Abbas Rupert. interpretatur, id eſt grauida inuenta ſum, ſed formoſa id eſt ſalua Virginitate, ex Spiritu ſancto concepi, nigra ſum ſecundum opinionem male videntium, formoſa ſecundum fidem recte credentium, nigra ſum, D quia virginitatem amiſiſſe ignorantibus videor, ſed formoſa ſum, quia cum magno Virginitatis ſplendore conceptum Dei filium gero, nigram putat ſponſus meus Ioſeph, ideoq; me dimittere vult, & veluti alteram Agar, cum filio domo eiicere, formoſam me, non à me ſed ab Angelo eſſe cognoſcet ac retinebit: nolite me conſiderare quod fuſca ſim, quia decolorauit me ſol, nolite in matrimonium oculos conicere, nolite nigroris aliud ex eo me contraxiſſe exiſtimare: id quod apparet in me eſſe nigroris, maximæ eſt pulchritudinis, quia decolorauit me ſol, propter ſolem matrimonij candidum virginitati colorem, vt ſolem ſaluo honore poſſim concipere, ſub matrimonij velo Deus occultauit. A verumtamen ſolem ventre incluſum habeo, Incarnatus Deus in vtero meo eſt, non poteſt non magnam mihi afferre pulchritudinem Dei conceptus, nolite me conſiderare (interpretatur Rupert) quod fuſca ſim, id eſt non virgo, nam quod tumentem vterum habeo, non fecit vir, quia virum non cognoſco, ſed ita decolorauit me ſol, verus ſol, & ſole Deus longe pulchrior, ſemetipſo me impleuit, hoccine eſt decolorari? non apud vos ô filiæ Hieruſalem, quæ habetis oculum ſimplicem, ſed apud ſuperborum cogitationes &c.

Quæ pulcherrima in terris videntur, vileſcunt ſi cum cœleſtibus conferantur.

B *Facies & velum ex hyacintho & purpura &c. opere plumario*, pulchra varietate contextum, Ioſeph refert ita eximiæ pulchritudinis fuiſſe, vt omnium oculos ad ſe conuerteret: non deſunt qui referant huius venuſtatem, ad illam quam in cœlis intueri licet. verum ſi decorem flammaſque aſtrorum, ſi multifariam nubium ſpeciem, ſi ipſam irim conſideras, mille trahentem varios aduerſo ſole colores, nonne videbuntur tibi multo plures & pulchriores quam qui velo tabernaculi intexti? nec miror, quæ enim pulcherrima in terris videntur, vileſcunt, ſi cum cœleſtibus conferantur. 59

Angeli laudes Dei inceſſabiliter concinunt.

Facies & velum de hyacintho &c quod appenditur ante quatuor columnas, quarum capita aurea & baſes argenteæ, per velum hoc cœlum intelligunt plures, ſicut per quatuor columnas, C cœleſtium poteſtates agminum, quatuor virtutibus eximiis præditas, nempe fortitudine, temperauria, iuſtitia, & prudentia: quæ aliter in laboribus & ærumnis huius vitæ, à nobis, aliter in cœlis ſeruantur ab in Angelis & animabus ſanctis, eſt enim immortalis omnino iuſtitiæ, nullum bonum Deo præponere vel æquare: prudentiæ, Deo firmiſſime cohærere nullo defectu noxio delectari, temperantiæ: hîc autem quod agit iuſtitia in ſubueniendo miſeris, quod prudentia in præcauendis inſidiis, quod fortitudo in moleſtiis perferendis, quod temperantia in coercendis delectationibus prauis, non ibi erit, vbi nihil omnino mali reperitur; nunc inquiro autem, cur huiuſmodi columnæ ſint de lignis ſetim? quia notum omnibus, D ſpiritus Angelicos incorruptibilis naturæ & immortales conditos fuiſſe. verum cur huiuſmodi columnæ aurea habent capita & baſes argenteas? cur omnia non ſunt eiuſdem materiæ? nonne auro ſapientiæ ſplendor, ſicut argento nitor verborum adumbratur? quo poſito ſic reſpondet Rabbanus Maurus. Rabban. Mautus. *Deaurata ſunt columnæ ante quas appenditur velum, quia poſitæ intra velum cœli virtutes Angelorum ſummæ claritatis ſunt gratia veſtitæ, quia capita habent aurea, quia mentem qua reguntur, habent præſentia diuinæ cognitionis ac viſionis illuſtratam: habent & baſes argenteas, quia omnis natura eorum hoc quaſi fundamento ſpecialiter ſubſiſtit, vt laudes hymnorum ſuo conditori decantet, vt voluntatem eius conditoris* 60

nobis adhuc in terra peregrinantibus, quaſi extra velum poſitis ſuis concinibus narrent, vnde & ipſi de terra congratulantes eorum laudibus ſedulo, quaſi voce exhortatoria dicere ſolemus, benedicite Dominum omnes Angeli eius potentes virtute.

VARIET. LECT. Verſ. 33. & 34.

VVlg. Inſeretur autem velum per circulos, intra quod pones arcam teſtimonij, quo & ſanctuarium, & Sanctuarij ſanctuaria diuidentur.

Sept. Et pones velamen ſuper columnas, & induces illuc intra velamen, arcam teſtimonij, & diuidet vobis velamen, inter medium Sanctum, & inter medium Sanctum ſanctorum.

Cald. Et pones velum ſub fibulis, & introduces ibi vltra velum, arcam teſtimonij vt diuidat nobis velum inter Sanctum, & inter Sanctum ſanctorum.

Onk. Ponaſque velum ſubter vncinos, atque diſtinctionem ita faciet, velum vobis &c.

Mont. Et dabit velum ſubter vncinos, & introduces illuc à domo veli arcam teſtimonij, & diuide velum vobis inter ſanctitatem, & inter ſanctitatem ſanctitatum, *ita Pag.*

Vulg. Pones & propitiatorium ſuper arcam teſtimonij, in Sancto ſanctorum.

Sept. Et cooperies velamine arcam teſtimonij, in Sancto ſanctorum.

Aly. In ſanctitate ſanctitatum.

CONCORDIA.

DIctio Hebr. תחת tachath ſub, ſubter, ſubtus, vel deorſum ſignificat, קרסים Keraſim autem circulos, vncinos & fibulas, Sept. hæc verba pones propitiatorium ſuper arcam teſtimonij in Sancto ſanctorum, vel in ſanctitate ſanctitatum, quod idem eſt, nam בקדש הקדשים bekodes hakodaſim, vtroque modo verti poteſt, Septuag. inquam hæc verba paulo dioerſa reddiderunt, vt videre eſt in eorum lectione, in qua nullam propitiatorij ſed ſolius veli faciunt mentionem.

EXPOSITIO.

I*Nſeretur velum per circulos*, ſeu vncinos, ſitos inter columnas & capitella eorum, inſerebatur igitur velum funibus ſuſtentandum per aureos circulos, vt illis mediantibus, trahi & detrahi poſſit, *intra quod pones arcam teſtimonij*, de qua ſatis abunde in capite præcedenti, quo & ſanctuarium & ſanctuarij ſanctuaria diuidentur, hoc enim velo duæ partes diuidebantur, quarum vna intra velum vbi arca, Sancta ſanctorum ſiue ſanctitas ſanctitatum dicebatur; altera vero pars extra hoc velum vſque ad ſanctuarij ingreſſum, Sanctom. vel Sancta, vel ſanctitas dicebatur, *pones & propitiatorium ſuper arcam teſtimoni*, vide quæ diximus de propitiatorio cap. præced. verſ. 17.

CONCEPTVS.

Cælum empyreum in æternum manebit.

61. *Inſeretur velum per circulos*, cum velo cælum denotetur, eo enim nobis velatur quidquid viſu ſpecioſum conſpici poteſt, quid eſt quod per circulos inſeri debeat? aut quid hoc denotare poteſt? nonne circuli nec initium nec finem habere videntur? & ſic nonunquam in ſcriptura ſumi pro æternitate, dicamus velum per circulos ſuſpenſum, denotare ſtructuram cœlorum, non diſſoluendam, ſed finem non habituram, nec verba Chriſti Dom. Matth. 24. dicentis, cœlum & terra tranſibunt, hunc annulate conceptum, quia licet quoad actus & figuram generationis tranſire debeant, ait Albert. Mag. non autem quoad ſubſtantiam, vel hunc ſenſum ea verba poſſunt habere, nempe facilius hæc firma & immobilia deſtruentur, quam verba Dei poſſint decidere, ſed illa non deſtruuntur, ergo nullo modo quidquam decidet de verbo Dei.

A Chriſto Domino Deus nobis innoteſcit.

62. *Inſeretur velum per circulos*, deinde, *pones & propitiatorium ſuper arcam*, à quo propitiatorio inde præcipiam & loquar tibi, Sept. & innoteſcam tibi inde, nempe è propitiatorio, quid? nonne notus es, antequam propitiatorium eſſet fabricatum? nonne apparuiſti Moyſi nec non alijs patribus in lege naturæ? nonne tibi tanquam Deo cognito cultus in ſacrificiis exhibitus? quomodo nunc ais, inde, nempe à propitiatorio, innoteſcam tibi? quia cum Chriſtus eo deſignetur, recte dixit Deus, quod inde innoteſceret, à Chriſto enim Domino Dei perfecta notitia eſt, *Non ſolum Moyſi*, (inquit Origen. lib. 3. cap. 3. Epiſt. ad Roman.) *ſed vnicuique ſanctorum qui Dei famulus eſt non aliunde innoteſcit Deus nec a iunde cognoſcitur, niſi de propitiatorio iſto, quod ſupra expoſuimus, & de medio Cherubim: hoc & Abacuc Propheta ſignificat, cap. 2. vbi dicit, in medio duorum animalium cognoſceris, dum appropinquant anni cognoſceris, & cum affuerit tempus oſtenderis: nemo enim ſcit patrem niſi filius, & cui voluerit filius reuelare, ſed & Paulus dicit quod nobis reuelauit Deus per filium ſuum.* Origen. Abacuc 2.

A diuina gratia & miſericordia incipit noſtra ſalus, & perficitur.

63. *Inſeretur velum per circulos*, deinde, *ponet propitiatorium ſuper arcam*, quod quidem propitiatorium de auro mundiſſimo erat: cur ſuper arcam Dei propitiatorium? nam vt omnibus propitiaretur Iſraelitis Deus, non videtur neceſſarium, quod ſuper arcam exiſteret, non enim loco includitur: ſi arcam Dei, animam, cuius virtutes quæ neſcire debent corruptionem, ſunt ligna quæ eam compingunt, diximus eſſe, quæ auro mundiſſimo deaurata eſt intus, ſi mens ab immunditia emundatur, cum noua ſobole virtutum fæcundatur, foris autem cum ſermo ratus & verus, cum oculus ſimplex & pudicus, cum manus pia & larga, cum auditus purus & caſtus, cum inceſſus rectus & bonus, auro mūdiſſimo deaurata eſt, cum ſolius Dei cauſa cogitationes in mente caſtigantur, & bona opera exercentur: ſi igitur arca intus & foris deaurata eſt anima, omni virtutum genere decorata, cur imponitur ei propitiatorium? ſi enim virtus ſola ſibi ſufficit, etiam anima omnibus decorata virtutibus ſibi ſufficientiſſima erit: ne tale aſſerueris, ſi propitiatorium non incluſum fuerit, vel potius ſuperimpoſitum, à diuina enim gratia, à diuina propitiatione & miſericordia noſtra ſalus, virtutes & bona opera noſtra incipiunt & perficiuntur. fauet Petrus Cellenſ. Quantumcumque opulentiſſimo cōſcientiæ bonæ theſauro locupletetur anima, ſemper infra iuſtitiæ regulam conſiſtit, & ſi ad vnguem humana iuſtitiæ diuinæ cōparetur, teſte ſcriptura quaſi pannus menſtruatæ reputaretur, elaboraret ergo humana induſtria cum gratia, nec deſidiæ arguatur, ſed non præſumat de meſſe ſua, vt ſtultitiæ condemnanda, cum fatuis virginibus excludatur, ſupponat arcam propitiatorio dicens cum Pſalmis, quia melior eſt miſericordia tua ſuper vitas: nullum enim genus vitæ per ſe ſaluti ſufficere, cum ſine gratia nec nominari vita, aut bonum opus valeat: ſine me, inquit, nihil poteſtis facere. propitiatorium igitur faciendū eſt de auro puriſſimo, vt dicas exaudi me Domine, non quia merui, ſed quia benigna eſt miſericordia tua, ſemper obiiciendū Deo, non noſtrū meritum, quod malum eſt, ſed naturæ & bonitatis ſuæ priuilegium, quo interdū pene audacius mali quam boni: quia enim ſine priuilegij huius auctoritate phariſæus gratias agebat, vt mendax prædicator repulſus eſt; publicanus vero renouem priuilegij relegens, & de proprio nihil, niſi reatum habens, ſummam precum ſuarum iudici allegās. de communitate priuilegij; Deus, inquit, propitius eſto mihi peccatori! ô propitiatorium! ô propitiatorij priuilegium! nec vetuſtas corruptæ mentis te abhorret, imo tu recipis omnia execrabilia hominum facinora, indulges indulgenda, audeo dicere, ſecundum atrocitatem criminum pene etiam non indulgenda, niſi propitiatorium eſſes.

Petrus Cellenſ. l. 1. de tabern.

Cognitio propria, Deum propitium nobis efficit.

64. *Inſeretur velum per circulos*, deinde, *ponet & propitiatorium ſuper arcam*, quod quidem propitiatorium ex auro mundiſſimo erat. per illud intelligit Richard. à S. Vict. in alleg. tabern. quartum genus cōtemplationis, quod eſt circa res inuiſibiles, fit autem de auro puriſſimo, & locatur in ſummo: in his enim notamus intelligentiæ puritatem, & ſupereminentiæ dignitatē, hîc enim vtendum eſt inſtrumento rationis, ſiue officio imaginationis. propitiatorium in ſummo locatur & dignitas rationalis creaturæ ſuperat cæteras, verum cur hoc opus propitiatorium nominatur? vocetur tabula aurea in qua Deus edebat oracula? recte propitiatorium appellatur, quia in hoc genere contemplationis, profunde ſcrutamur quinam ſumus, & ex hac exacta noſtri cognitione, Deus nobis miſericorditer propitiatur. ſubiicio verba præfat. Doct. *Notandum quod hoc opus propitiatorium dicitur, quoniam per multam cognitionem & conſiderationem ſui, rationali creatura Dominus propitius redditur.*

Richard. Victorin.

Niſi per Chriſtum non erat acceſſus ad Deum.

65. *Inſeretur velum per circulos*, deinde, *ponet & propitiatorium ſuper arcam*, inde nempe è propitiato præcipiā & loquar ad te, è medio duorum Cherubinorum; quid eſt inde præcipiam & loquar ad te? numquid non aliunde poterit homo reſponſa Dei percipere? quid? an neceſſe eſt vt oracula à Deo excipiat, propitiatoriū adeat? ſi Chriſtus deſignatur propitiatorio, quis in dubium reuocare poteſt, neceſſe eſſe, vt Deum conueniamus, accedere ad propitiatorium? niſi enim per Chriſtum nobis morte ſua propitium redditum, nullū ad Deum acceſſum habemus. Rupert. audias lib. 4. c. 6. *Niſi per mortem filij ſui parietem inimicitiarum Deus diruiſſet, non erat acceſſus hominis ad Deum, non erat aliud quod daret homini reconciliationis pretium, per mortem propitiatoris huius reconciliati ſumus, & deinde reconciliationis ſpiritum accepimus, de quo Ioann. 16. ipſe propitiator dicit, niſi abiero paracletus non veniet ad vos, ſi autem abiero mittam eum ad vos: ergo quia per illum paraclitum accepimus, qui docet nos omnem veritatem, & quæ ventura ſunt annuntiat nobis, inde inquit præcipiam, & loquar ad te cuncta quæ mandabo per te filiis Iſrael.*

Rupert. Ioannis

Chriſtus Dominus Angelicis virtutibus ſuperior.

66. *Inſeretur velum per circulos*, deinde, *ponet & propitiatorium ſuper arcam*, è quo, nempe propitiatorio præcipiam & loquar ad te è medio duorum Cherubinorum, quibus inſidebat: nonne propitiatorio Chriſtus deſignatur, de quo loquens regius vates ait, minuiſti eum paulominus ab Angelis? ſi minor eſt Angelis etiam infimi ordinis, quomodo nunc eminentior eſt eis, quod ipſemet Pſalmiſta Pſalm. 17. canit, & aſcendit ſuper Cherubim & volauit? vtrumque verum, nam ſecundum naturam humanam Angelicis ſpiritibus inferior, ſecundum vero diuinam eis in infinitum ſuperior & eminentior. *Ille qui paulominus ab Angelis minoratus eſt, per humanitatem, multo ſublimior Angelis* (inquit Ruffinus Aquileienſ. in Pſalm. 17.) *declaratus eſt per diuinitatem, & aſcendit ſuper*

Pſalm. Pſalm. 17. Ruffin.

Cherubim & volauit, in eo enim quod Deus eſt, ipſas angelicas dignitates plenitudine ſcientiæ ſuperauit, volauit ſuper pennas ventorum, quia celſitudine ſuæ diuinitatis tranſcendit virtutes ſupernorum ſpirituum, cui enim Angelorum aliquando dixit Deus ſede à dextris meis, aut ego hodie genui te? ſuper pennas ergo ventorum volauit, quia ſolus ſedere ad dexteram patris meruit, lege B. Cyrill. Alexand. lib. 9. de ador. in ſpir. & verit. idem habentem.

VARIET. LECT. Verſ. 35.

VVlg. Menſamque extra velum, & contra menſam, candelabrum in latere tabernaculi meridiano, menſa enim ſtabat in parte Aquilonis.

Sept. Et impones menſam extra velamen, & contra menſam candelabrum in parte tabernaculi, quæ reſpicit ad auſtrum, & menſam pones in parte tabernaculi quæ reſpicit ad Aquilonem.

B *Cald.* Poneſque menſam extra velum, & candelabrum è regione menſæ in latere meridionali tabernaculi.

Mont. Candelabrum contra menſam ſuper coſta, tabernaculi ad auſtrum, & menſam dabis ſuper coſtam Aquilonis.

EXPOSITIO.

Circa Concordiam nihil habemus dicendum quod ſuperius nõ fuerit annotatum, imo nec circa expoſitionem, tamen breuiter adhuc hunc verſum exponemus, *menſamque* nempe illam auream ſuper quam conſtituendi erant panes propoſitionis, *& contra menſam cãdelabrũ in latere tabernaculi &c.* homini ingredienti tabernaculum arca cum propitiatorio poſt velum tamẽ è regione occurret, vt pote in Occidente, menſa autem propoſitionis extra velum à dextris, candelabrum vero à ſiniſtris, nam ingreſſus debet eſſe ab Oriente.

CONCEPTVS.

Occaſio Idololatriæ excluditur.

67. *Menſam contra velum, & contra menſam candelabrum in latere tabernaculi meridiano*, menſa enim ſtabat in parte Aquilonis, menſa hæc apponebatur ad ſignificãdũ, quid ſacerdotes tabernaculo miniſtrantes, in victum habere debuiſſent, vnde duodecim panes ſuperpoſitos mẽſæ, in memoriã duodecim tribuũ, edere licitum erat ſolis ſacerdotibus: verum cur illa menſa conſtituebatur in parte Aquilonari? cur directe non ponitur in medio tabernaculi ante propitiatorium? aduerte Gentiles infidelitate infectos, ſolitos fuiſſe corã Idolo Lunæ ſacrificia ei oblaturos, menſam ponere: en cur Deus ita menſam panum propoſitionis diſponit, vt non ſit coram propitiatorio, vt omnis Idololatriæ occaſio vitaretur. huius ſententiæ eſt An- D Angelic. Doctor. gelic. Doct. 1. 2. q. 102. art. 4. *Menſa non ponebatur directe in medio ante propitiatorium ad excludendum ritum Idololatriæ, nam gentiles in ſacris lunæ ponebant menſam coram Idolo lunæ, vnde dicitur* Ierem. 7. *Ierem. 7. mulieres conſpergunt adipem, vt faciant placentas reginæ cœli.*

Ingens Dei beneficium, Euchariſtiam inſtituiſſe pro hominibus, qui etiam peccatis poſſent irretiri.

68. *Menſamque extra velum, & contra menſam candelabrum*, menſa autem ſtabit in parte aquilonari, menſa, in qua panes propoſitionis, Euchariſtiam deſignat, verum cur hæc menſa collocanda in plaga Aquilonis? nam hæc regio diabolo & viris peccatoribus ſolet aſſignari, iuxta illud Prophetæ, ab Aquilone pandetur omne malum: quid ergo eſt, quod menſa, id eſt Euchariſtia, in parte Aquilonari collocatur? C quia Deus Euchariſtiam condidit pro hominibus, qui multis erant peccatis irretiti, ſane ſi hoc ſacramentum condidiſſet pro Angelis & beatis, ingens ſine dubio beneficium fuiſſet, illud autem omnem hominum captum excedit, ſcilicet datã Euchariſtiã hominibus adhuc in hac vita degentibus, qui ſubinde peccatis ſubmerguntur. audiendus Rupert. l. 4. c. 15. *Et notandum quia menſa erat in parte Aquilonari candelabrum autem in latere tabernaculi meridiano, Dominus ſtare iuſſit, ad nos enim qui eramus pars Aquilonis, id eſt regnum diaboli & à Deo alieni, menſa Domini porrecta eſt.* Rupert.

Euchariſtia non ſolum alimentum præbet ſed & lumen.

Menſamque contra velum, & contra menſam 69.
D *cãdelabrum*, cur ex aduerſo menſæ candelabrũ conſtituitur? non mirarer equidem, ſi ſolum lucernæ arderent nocturno tẽpore, ſed cur diurno, vel ſaltem aliqua parte diei, verſus menſam quæ lucem præſtolari non videbatur? Optime in aduerſo mẽſæ candelabrum collocatur, quia Euchariſtia non ſolum præbet alimentum hominibus, ſed & lucem infundit, qua poſſimus alta quæque myſteria cognoſcere, reliqua quidẽ eſculenta & poculenta tenebras menti afferunt, & animi aciem obtundunt. cæterum potus & cibus Euchariſticus, tenebras depellit, mentẽ illuminat, aciem acuit, ſic autem proſequitur Rupert. *Et contra tenebras noſtras meridianum candelabrum gratiæ poſuit, vt edamus & bibamus, pariterq; in lumine ambulantes deambulemus, Dominus regit me & nihil mihi deerit in loco paſcuæ ibi me collocauit: item, ſi ambulauero in medio vmbræ mortis non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Abbas Tuicenſis. Pſalm 22

In myſterio Euchariſtico notitia lumana cæcutit.

70. *Menſam extra velum, & contra menſam candelabrum in latere tabernacali meridiano*, menſa autem ſtabat in parte Aquilonis, quid eſt, quod Deus menſam longiuſcule à candelabro remouet? nam menſam quidem poni præcipit in parte Aquilonari, candelabrum autem verſus meridiem: ſane qui lucernam cænaturus accédit, eam quidem menſæ imponit, vel propius ſtatuit, vt cænantibus lumen poſſit præbere; quid ergo eſt, quod Deus menſam & candelabrum poſuit in locis ab inuicem remotis? hæc menſa diſtat à candelabro, quia neceſſe eſt in tanto myſterio humanam cæcutire notitiam, ergo qui ad Euchariſtiam accedis, non curioſius myſterium diſcutias, ſed fide firma Chriſtianis dogmatibus te ſubiice.

Nullum eſt tempus quod te arceat à ſumenda Euchariſtia.

71. *Menſam extra velum, & contra menſam candelabrum*, cur contra menſam candelabrum ponitur? nonne ſub noctem lumen infundebat, tenebras diſcutiebat, vt cuique menſam liceret adire? nonne menſa hæc Euchariſtiam denotat, ad quam aditus debet die & nocte patere? ná quocúque tēporis articulo ad Euchariſtiam veneris, gratum Deo exhibebis officium, nullum vitæ tempus, nulla ætas adulta ab hac menſa repellitur, aditus cunctis patet, neque vllum tempus non opportunum, au-
B. Auguſt. diamus B. Auguſtinum ſermone 45. de diuerſis, *Quis comedit de nocte: prorſus & tunc dedit eſcas, quibus enim dedit ſemper eſuriunt, beati enim qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quia ipſi ſaturabuntur, à nocte ſpiritus meus vigilat ad te, media nocte ſurgebam ad confitendum nomini tuo, hæc alimenta nocturna abundant in domo mulieris huius, nemo ibi famem patitur nec palpat, & inuenit quod manducetur, ardet lucerna prophetia.*

Quæ obſcura in diuinis litteris, à Chriſto Dom. illuſtrari debent.

72. *Menſam extra velum, & contra menſam candelabrum*, cur contra candelabrum menſa panum propoſitionis? nonne diximus pluries mēſâ denotari ſacram ſcripturam, ſicut candelabro Chriſtum Dominum? apte ergo candelabrum contra menſam conſtituitur, vt ſcilicet omnia obſcura in diuinis litteris, à Chriſto, qui vera lux eſt, illuſtrari diſceremus, recte
S. Bruno. Bruno in alleg. cum dixiſſet, menſâ ſacri eloquij ſcientiam denotari, addit. *Ponetur contra menſam candelabrum, vt fercula impoſita videantur, quoniam niſi Chriſto illuſtrante diuina non valet ſcriptura intelligi: ipſe enim vera eſt lux, qua illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, huc vocari poſſunt Apoſtoli
2 Tim 2. verba, ſic enim ad Timoth. ſcribit Epiſt. 2. c. 2. dabit tibi Dominus in omnibus intellectum,
Primaſ. quam ſententiam expendens Primaſius ait, *diligenter aduerte quod vt intelligamus, Dominus donat intellectum, ne nobis aliquid adſcribamus ſed donatori gratias referamus.*

Sacra ſcriptura omni malo occurrens.

Menſam extra velum, & contra menſam candelabrum, menſa autem ſtabit in parte aquilonari, iam diximus diuini eloquij ſcripturam menſâ denotari, quod confirmat Diodorus apud Agell. in Pſalm. 68 menſa eſt ſcriptura diuinitus inſpirata, cuius contemplatio & intelligentia animarum rationalium cibum continet, ipſa vero dictio menſæ rationem habet, ſed cur ab Aquilone ponitur menſa? vt ſicut ab Aquilone panditur omne malum, ſic contra Aquilonem menſa apponitur, quæ omnis boni cauſa poſſet eſſe: accinit Petrus Bleſenſ. Epiſt. 134. *Sacra lectio* (inquit) *nobis neceſſaria eſt ipſa eſt menſa tabernaculi, quæ ad Aquilonem vnde panditur omne malum poſita eſt, quod Pſalm. inſinuans dicit, poſuiſti in conſpectu meo menſam*, quam firmum contra omnia mala munimen, menſa iſta! irruant hoſtes omnes, ſæuiant aduerſa, ſecurus erit, qui ad hanc menſam aſſidet. 73. Diodor. Petrus Bleſ. Pſalm. 22.

Scientia communicanda.

Menſam extra velum, & contra menſam candelabrum, cur panum propoſitionis mēſam extra velum collocatam intuemur, non autem intra? nam eiuſdem materiæ erat ac arca ex lignis ſetim, & aureis laminis cooperta, cur ergo ſolum extra velum conſtituitur? vt denotaretur ſapientiæ doctrinæque menſam nulli eſſe inuide negandā, nulli ſubducēda ſcientiæ fercula, probe Philo l. alleg. *Mēſa ponitur extra velum, quia ſcientia ſacri eloquij nulli inuidioſe abſconditur, ſed cunctos ſatiat, qui ad eam cum gratiarum actione deſiderant credere*: legimus reges aliquos velis atque cortinis circumtectos cum menſæ aſſiderent, ne ab omnibus viderentur, in ſapientiæ menſa magis regium eſt nihil tegere, ac obuelare, omnibus exponere, quæ nobis à Deo exhibita, & ſcire datum eſt. 74. Philo.

Afflictionis locus hic mundus, vbi eſurire & ſitire, in cælo ſolum ſatiari.

Menſam extra velum, & contra menſam candelabrum, miror menſam panum propoſitionis velo templi non obtegi, ſed extra illud eſſe; cur in ſancti ſanctorum ambitu non continetur? nōne cœlū eo adūbratur? de quo Vigilantius in vita Epirecti preſbyteri & Aſtionis Monachi martyrum, ait, tēplum mirificū eſt, in ea nempe gloria habens ſancta ſanctorum, & altare aureum, plateæ huius ciuitatis ex auro puriſſimo ſunt ſtratæ, cuius fluuius vitam æternam emanat, cuius lumen inenarrabile eſt, & portæ nunquam clauduntur, eo quod nunquam ibi nox erit, nec vllæ habentur tenebræ, ſed ſemper gaudium & perpetua lætitia, ibidem iugiter commoratur? en vt Sanctum ſanctorum ſymbolum erat cœli empyrei vitæque æternæ? ne mireris ergo menſam extra velum Sancti ſanctorum poſitam, quia in cœlo non eſt edere, non eſt eſurire, ſed ſolum ſatiari. ad inſtitutum noſtrum recte Petrus Abb. Celleuſ. lib. de panibus cap. 1. *Nulla intra velum eſca neceſſaria, quia ibi nulla indigentia, ibi vna ſatietas, vbi* 75. Vigilant. Abbas Celleſ.

gloria perennis incommutabilitas intra ſe, ſimulque guſtaſſe, & ſemper ſatiatum manere.

Manſuetudinem cum zelo coniungas.

Menſam extra velum, & menſam contra candelabrum, noſter [illegible]. Antonius Paduan. ſerm. de Transfigur. Dominus deſcribens quid in tabernaculo [illegible] quicquid illud adumbrat, [illegible] tabernaculum teſtimonij, eſt vir iuſtus, eo quod vt Iob. in. 7. de homine dicit, militia eſt vita huius ſuper terram, ex tabernaculo ſolent armati milites hoſtes impugnare, & ab ipſis impugnari, & vir iuſtus in pugna conſtitutus, dum pugnat, impugnatur: vnde teſtimonij, quod habet non tantum ab iis qui foris ſunt, quorum teſtimonium aliquando verum non inuenitur, ſed etiam à ſeipſo, cuius gloria eſt teſtimonium ſuæ conſcientiæ, non alterius linguæ: in tabernaculo teſtimonij, candelabrum aureum ductile, cum ſeptem lucernis, eſt aurea cordis viri iuſti compunctio, quæ multiplicibus ſuſpiriis, quaſi quibuſdam malleis tunditur, eſt etiam in tabernaculo viri iuſti, menſa propoſitionis, per quam ſanctæ vitæ intelligitur excellentia, & ſupra quam debent poni panes propoſitionis, id eſt refectio prædicationis, quæ omnibus eſt proponẽda: vnde Apoſt. Rom. 1. Græcis ac Barbaris debitor ſum] hæc ſunt extra velum, ſed quid intra cõtinetur? arca teſtamenti & iuxta eam virga & manna, cur hæc duo ſimul? optime præſ. Antonius. *In arca, id eſt in mente iuſti debet eſſe manna manſuetudinis, vt ſit Moyſes, & virga correctionis vt ſit Helias.*

S. Anton. Pad. Rom.

Doctores vel concionatores in ſacra ſcriptura continuo meditantes, vt habeant quod auditoribus annũtiẽt, maxime ſunt Deo accepti.

Menſam contra velum, & menſam contra candelabrum, ſuper quam, dixerat Deus, pones panes propoſitionis in conſpectu meo ſemper, quæ eſt hæc menſa niſi de qua per Pſalmiſtam dicitur Pſal. 22. paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos qui tribulant me: ſacra enim ſcriptura menſa eſt, & ſpiritalis refectio ad conſolationem nobis data contra inimicos, quæ puriſſima dicitur, quia eloquia Domini eloquia caſta ſunt, Pſal. 11. argentum igne examinatũ, probatum terræ, purgatum ſeptuplum. panes duodecim fieri præcipiuntur, vt in Apoſtolicis doctoribus reperiatur numerus, & in eorũ doctrina ſanctorum patrũ auctoritas cõſeruetur, habent ſinguli panes decimas duas, dum ſancti prædicatores per geminam dilectionem legem complent, dilectionem Dei & dilectionem proximi, in quibus duobus præceptis vniuerſa lex pendet & Prophetæ: ſeni altrinſecus panes ponuntur, id eſt duo & duo vt prædicationis Eccleſiaſticæ conſonantia deſignetur, hinc etenim Dominus binos ad prædicandum miſit, quam ſacræ legis Concordiam cum & ipſi imitantur, bini pariter incedunt, & panes ſancti ſuper menſam puriſſimam altrinſecus poſiti mutuo ſe reſpiciunt: & ſuper hanc menſam ſicut panes, doctores ſtatuuntur, cum à negotiis ſæcularibus expediti, lectioni vacant, atque in ea bonam cordi ſuo parant manſionem, & aſſidua illius meditatione capientes vnde populos in prædicando reficiant: ſed quid eſt, quod huiuſmodi panes debeant eſſe coram Domino & in conſpectu eius ſemper? reſpondet acute Radulp. Flauiac. lib. 17. in Leuit. *Quia per hæc ſtudia diuinis ſe aſpectibus acceptabiles reddunt, vt poſſint dicere cum regia vate Pſalm. 18. meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.*

Pſalm. 22. Pſalm. 11. Radulp. Pſalm. 18

VARIET. LECT. Verſ. 36. & 37.

VVlg. Facies & tentorium in introitu tabernaculi de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta, opere plumario.

Sept. Et facies adductorium oſtio tabernaculi de hyacintho, & byſſo torta, opus variatoris.

Cald. Facieſque velum in oſtio tabernaculi &c. opere polymitarij.

Pag. Et facies aulæum ad oſtium tabernaculi &c. & opere acu pictoris, *ſic Onk.*

Mont. Facies operimentum ad oſtium tabernaculi &c. Opere recamantis.

Vulg. Et quinque columnas deauratis lignorum ſetim, ante quas ducetur tentorium, quarum erunt capita aurea, & baſes æneæ.

Sept Et facies velaminis quinque columnas, &c. & capita earum aurea, & conflabis eis quinque baſes æreas.

Cald. Et facies velo quinque columnas de lignis ſetim, & coöperies eas auro, capita earum erunt ex auro, & fundes eis quinque baſes æneas.

Pag. Et facies aulæo quinque columnas ſittinas, &c. & vncini earum aurei.

Oltaſ. Extendes quinque baſes æris.

CONCORDIA.

VBi tentorium habemus, Hebraice eſt מסך maſath, quod velum, opertorium, ſeu operimẽtum aut expanſorium, vel aulæum ſignificat, opere plumarij Hebraice eſt מעשה רקם mahaſe rokem, rokam variegare, polymitare, id eſt opere vario fila intexere, vel diuerſo colore veſtem texere, vel acu depingere denotat: vnde Sept. ἔργον ποικιλτοῦ opus variegatum ſeu variatoris; ante quas ducetur tentorium, hæc verba licet in Heb. non ſint, neceſſario tamen ſubaudienda, quid enim eſt dicere fieri columnas quinque niſi vt ante eas ducatur tentorium? quod Hebraice eſt וויהם זהב vauehem zahab aliqui reddiderunt, vncinos aureos, ſed idem ſentiunt nobiſcum.

EXPOSITIO.

FAcies tentorium, in introitu tabernaculi, ſeu velum vel cortinam loco parietis Orientalis, quod ſit quaſi oſtium in introitu tabernaculi, fiet autem *de hyacintho &c.* nullatenus diſſimile quantum ad materiam & formam velo prædicto, quo diuidi oportet Sanctum à Sancto ſanctorum, *& quinque columnas &c.* in hoc diſtinguebatur hoc velum à præcedenti, quod illud pendere debebat in quatuor columnis, hoc vero in quinque, *deaurabis*, non laminis aureis cooperies ſed zonis aureis eas circũcingentibus: vide dicenda c. 36. ad vltimum verſum, quas pones in introitu tabernaculi, A duas quidem iuxta duos parietes collaterales, reliquas vero tres æqualiter à ſe & ab alijs duabus diſtinctas, *ante quas ducetur tentorium*, ad operiendum ingreſſum tabernaculi, quarum erunt, *capita aurea*, ſimilia capitibus aliarom columnarum, *& baſes aneæ*, in hoc etiam diſtinguebantur hæ columnæ ab alijs, quod earum baſes erant argenteæ, hæ autem ſolum æneæ, de quarum vſu, & quod eſſet terræ infixæ intelligendum cenſeo, ſicut de alijs, vt diſcrimen tantum ſit, quod hæ æneæ, illæ vero argenteæ.

CONCEPTVS.

Occaſio Idololatriæ excluditur. B

18. *Facies & tentorium in introitu tabernaculi*, nempe in parte Orientali, ita vt illud ingrediẽtes deberent verſus Occidẽtem adorare, quod miror, nam virtus primi mobilis quæ eſt Deus, primo apparet in parte Orientali, à qua parte incipit primus motus, cur ergo cum tabernaculum fuerit inſtitutum ad Dei adorationem, cur non ita diſpoſitum, vt verſus Orientem fieret adoratio non verſus Occidentem? aduerte gentiles ad orientem ſolem adoraſſe, tanquam verum numen, & luminis auctorem, recte igitur à Deo ita diſponitur tabernaculum, vt verſus Occidentem ſibi fiat oratio, vt ſic excluderetur Idololatriæ occaſio, ita reſpondet Angelicus Doctor 1. 2. q. 102. art. 4. ad 5. *Dicendum quod adoratio ad occidentem fuit introducta in lege, ad excludendam Idololatriam, nam omnes gentiles ad reuerentiam ſolis adorabant ad Orientem, vnde dicitur Ezech. 8. quod quidam habebant dorſa contra templum Domini, & facies ad Orientem, & adorabant ad ortum ſolis, vnde ad hoc excludendum, tabernaculum habebat Sancta ſanctorum ad Occidentem vt verſus Occidentem adorarent.*

Angelicus Doctor. Ezech. 8.

Qui virtutibus fulget, leuis in aſtra ducitur.

19. *Facies tentorium in introitu tabernaculi de hyacintho &c* deinde concludit, quod opere debeat fieri plumario. pluries diximus varias his coloribus adumbrari virtutes, quibus ornari debent, qui tabernaculo Dei inſeruiunt: verum cur poſtquam ait, quod tentorium debeat fieri ex illo multiplici colore, ſtatim ſubiungit, quod opere plumario fieri debet? nam ad eius venuſtatem ſpecioſiſſimis illis coloribus ſufficeret contexere: bene ſubiungitur, quod opere plumario debeat fieri, quia qui varijs fulget virtutibus, leuiſſime in aſtra ducitur, quaſi alas haberet, duobus verſibus id explicat Petrus Riga in lib. ſuo de aurora.

Presbyter. Rhemensis.

Velo plumatum ſtat corpus, eoſque figurat
Qui ſine ſorde, leues ſemper ad aſtra volant.

Vanitas fugienda.

20. *Facies tentorium in introitu tabernaculi*, ante aliquot columnas ducetur, quarum baſes erunt æneæ, nonne totum tabernaculum auro, argentoue fulgebat? nonne aliæ baſes quæ ſuſtinebant columnas, in quibus ſuſpendebatur velum diuidens ſanctuarium à Sancto ſanctorum, erant argenteæ? cur ergo iſtæ ſolum æneæ? an argenti inopia erat? an totum in aliis expendi debebat? nequaquam, cur ergo ita factum eſt, cum pretioſa ſoleamus omnium oculis obiicere? quo hæc ſpectent recte ponderauit Oleaſt. in expoſit. mor. *Mirum eſt valde* (inquit) *quod Dominus iubeat omnes tabularum baſes argenteas fieri, baſes vero porta ſeu ingreſſus* C *in ſancta, æreas: ſeparata ſunt à noſtris opera tua Domine, conſueuerunt filij Adæ quidquid pretioſum aut pulchrum habent, in ingreſſu domus ſuæ locare, vt qui perſonam ignorant, cognoſcant eius vanitatem, non ſic autem Deus tuus ſed pretioſa ponis in occulto, vilia in ingreſſu, diſce ergo à Deo tuo pretioſa tua abſcondere & viliora oſtendere.*

Oleaſt.

Concionatores Apoſtolici primitiui ea quæ dicebant, præcipue communire debebant auctoritatibus quinque librorum legis.

21. *Facies & tentorium in introitu tabernaculi de hyacintho, &c.* D tentorium hoc in introitu tabernaculi pulchra colorũ varietate contextũ, primitiuæ eſt decus Eccleſiæ fidelium, diuerſis virtutũ floribus glorioſum; de quibus B. Lucas Actuum 4. quia multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, & non erat ſeparatio in eis vlla, per intentionem enim rationis, inquit B. Greg. Mag. c. 1. lib. 1. Reg. ſolum conditorem aſpiciebãt, & per affectionem amoris, ſolum eius faciem videre deſiderabant, inerat autẽ Eccleſię hyacinthus, quia cœleſtia cogitare, cœleſtem in terris vitam ducere ſolebat, inerat purpura quia mori erat parata pro Chriſto: inerat coccus bis tinctus, quia Dei & proximi dilectione flagrabat: inerat & byſſus retorta, quia continentia carnis & caſtitate gaudebat, colũnæ quibus ſuſtentabatur huiuſmodi

Actuum 4. S. Greg. Magnus.

tentorium, ſunt concionatores Apoſtolici, quorum mens quanto robuſtius ad ipſa ſuperna erigitur, tanto firmius docendo, & alios ad amorem ſupernorum, ſufficit attollere, imo propter inexpugnabile robur cordis, & intentionem, ad cœleſtia ſemper erectam, non inconuenienter nomine columnarum figurantur, Apoſtolo teſtante ad Galat. 2. Iacobus, Cephas, & Ioan. qui videbātur columnæ eſſe: verum cur de lignis ſetim hæ columnæ factæ, iubentur operiri laminis aureis? vt inſinuentur prædicatores ſancti & firmitate cordis intus integri, atque in nullo deficientes & operum claritate forinſecus debere eſſe conſpicui. vel certe columnæ lignorum ſetim deaurantur, cum iidem doctores fortitudinem ſuæ actionis, diuino ſemper adiutorio docent protegendam, cum in omnibus quæ faciunt, gloriam patris qui eſt in cœlis, requirant, cum in vniuerſis quæ loquuntur, Chriſtum Dominum noſtrum annuntient: ſed cur hæ columnæ viros Apoſtolicos præcipue in Eccleſia primitiua deſignantes, quinario numero includuntur? nam cur potius hoc numero quam alio maiori vel minori gaudent, apte ad mentem noſtram reſpondet Venerab. Beda lib. 2. de tabern. c. 9. *Columnæ bene quinque ſunt factæ propter totidem legis libros, quibus neceſſe eſt vt ſancti doctores ſuæ verbo prædicationis communiant, & maxime, qui primitiuam inſtituere Eccleſiam, quæ ex Hebræorum populo congregata, ſola Moſaicæ legis auctoritate nouerit inſtitui, cum* (Venerab. Beda) A *necdum Euangelica & Apoſtolica per orbem ſcriptura effulgeret.*

Per paſſionem Chriſti, myſteria in lege & Prophetis ſcripta, reuelata.

Facies & tentorium in introitu tabernaculi, 823
Cald. *facies & velum*, aliud vidimus diuidens Sancta ſanctorum & Sanctuarium, & ſicut in tabernaculo, ita ſimiliter & in templo duplex erat velum, ſecundum in morte Chriſti diſciſſum fuit: cur non interius fuit diuiſum, ſicut exterius? aduerte vtroque hoc velo duplicem adumbrari velationem, primo myſteriorum cœleſtium, quæ ad Eccleſiam triumphantem pertinent, ſecundo myſteriorum, quæ ad Eccleſiam militantem: quo poſito dicamus ſecundum velum ideo ſciſſum & diuiſum, quia per paſſionem Chriſti, myſteria in B lege & Prophetis ſcriptis reuelata ſunt & aperta. S. Thomæ Angelici obſeruatio eſt cap. 27. in Matth. *Exterius velum fuit ſciſſum, alterum non, ad ſignificandum quod myſteria per mortem Chriſti manifeſtabantur, quæ ad Eccleſiam pertinent, ſed aliud non fuit diuiſum, quia ſecreta cœleſtia adhuc remanent velata, vnde Apoſt. 2. Corinth. 3. ait, cum autem Iſrael conuerſus fuerit ad Deum amouebitur velamen: vnde per paſſionem omnia myſteria quæ in lege & Prophetis ſunt ſcripta, aperta fuerunt, vt habetur Luc. vltimo, incipiens à Moyſe & omnibus Prophetis interpretabatur illis, in omnibus ſcripturis quæ de ipſo erant.* (S. Thom. 2. Cor. 3. Luc. vltim.)

SYNOPSIS CAPITIS XXVII.

Præſcribit Deus formam conficiendi altare holocauſtorum, cum ſuis vaſis, craticula & vectibus; iubet fieri atrium tabernaculi, habens centum cubitos longitudinis, & quinquaginta latitudinis, vtque cingatur tentorijs byſſinis, ac columnis æneis, & argento veſtitis: & tandem docet quale debeat eſſe oleum lucernarum exiſtentium in candelabro aureo, intra tabernaculum.

VARIET. LECT. Verſ. 1. & 2.

A *VLG.* Facies & altare de lignis ſetim, quod habebit quinque cubitos in longitudine, & totidem in latitudine; id eſt quadrum, & tres cubitos in altitudine.

Sept. Facies altare ex lignis imputribilibus, &c. quadrangulum erit altare, & quinque cubitorum altitudo eius.

Mont. Facies & altare, &c. trium cubitorum ſtatura eius.

Vulg. Cornua autem per quatuor angulos ex ipſo erunt, & illud operies ære.

Sept. Et facies cornua in quatuor angulos, ex ipſo erunt cornua, & teges illa ære.

Cald. Et facies cornua ſuper quatuor angulos eius.

CONCORDIA.

Legimus iuxta Heb. tres cubitos in altitudine ושלש אמות קמתו nihilominus apud Sept. quinq; cubitorum erat altitudo, ſed mendum irrepſit, vel de aliis loquuntur cubitis, vel nō de corpore altaris, ſed ſimul de crepidine & B Auguſt. cornibus in altum porrectis, nam B. Aug. qui Sept. interpretum lectionem ſecutus eſt, legit B ſolum tres cubitos in altitudine, imo miratur, quomodo trium cubitorum fuerit eius altitudo, ait enim q. 115. in Exod. quæritur quomodo tribus cubitis altū voluerit eſſe altare, cum tanta ſit fere ſtaturæ hominis altitudo, quomodo ergo altari miniſtrabatur, cum gradus habere alio loco prohibeat?.

EXPOSITIO.

F*Acies & altare*, nempe holocauſtorum extra tabernaculum, ante eius oſtium, ſub dio cōſtituendū, & licet non ſolū holocauſta, ſed & hoſtiæ pacificę, & quæ pro peccato erāt, in hoc altari Deo offerrentur, à principaliori tamen nomen accepit, vnde altare holocauſtorū vbiq; dictum eſt, *de lignis ſetim*, de quibus ſuperius, *quod habebat quinque cubitos &c.* erat admodum quadratæ arcæ, fundo & operculo carentis, nā ſuperficiem terræ pro fundo habebat [*cornua autem per quatuor angulos*, quæ cornua non intelligas fuiſſe adinſtar eorum, quibus boues & hirci, armantur, ſed Hebraico more cornua vocantur radij quidam elegantes erecti, directi ſurſum, cum ornamento aliquo, pomelli vel lilii, iuxta quam phraſim ſcribitur de Moyſe,

quod erat cornutus, non quia cornua propric haberet, ſed quia apparuit radios effundens de facie. aliqui per huiuſmodi cornua intelligunt non aliquid ſupra altare prominens, ſed ipſoſmet angulos ad latus in acutum protenſos, *ex ipſo erant*, hoc eſt prominebant, non tanquam A aliunde aſſuta, aut ab altari ſeparata, ſed quaſi vnum corpus cum altari efficientia. *cooperies illud ære*, non exteriorem ſolum partem, ſed totum altare, ne ſi ligna eſſent plane nuda, ab allabente igne adurerentur.

CONCEPTVS.

Magna Dei miſericordia, victimis animalium velle placari.

Facies altare de lignis ſetim, in quo holocauſta, & quæuis ſacrificia Deo immolabantur & cremabantur, ea quidem acceptabat Deus, vt eis propitius redderetur: ſed quid commune animali cum offenſis condonandis? pro pœna remittenda? in hoc diuina elucebat miſericordia, vt victimis animalium vellet hominibus placari: *Magna Dei dignatio fuit* (inquit Oleaſter) *velle vt victimis & holocauſtis poſſit gens illa apud eum, carnis immunditias delere. & mortem quam commeruerat, pecorum occiſione compenſare.*

Cor iuſtorum altare Dei, in quo ardet compunctionis ignis.

Facies altare de lignis ſetim, myſtice de hoc altari ſermo inſtituatur, quod mens bene viuentium poteſt eſſe, verum cur in altari holocauſtorum, carnes animalium cremabantur? & C ignis ad hunc effectum eis ſubiiciebatur? vbinam in iuſtis carnes immolantur, & ignis inuenitur? vbinam victima? vbinam hoſtia? non ex animis quidem, ſed viuens: vbi caro? non iugulata, ſed per abſtinentiam & ſui mortificationem quidem: macerata: vbi ignis? non phyſicus, ſed moralis ex compūctionis mœrore ardens. B. Greg. Mag. conſulendus hom. 22. in Ezech. qui hoc modo de hac veritate diſſerit, *Quid eſt altare Dei ſpiritaliter, niſi mens bene viuentium? qui peccatorum ſuorum memores, lachrimis ſe lauant, carnem per abſtinentiam macerant, multis ſe mundi huius actionibus miſcent, quæ habent, indigentibus tribuunt, & habere quæ non habent, non concupiſcunt: recte igitur horum cor altare Dei dicitur. vbi ex mœrore compunctionis ignis ardet, & caro conſumitur: altare ergo ante D faciem tabernaculi eſt, cum multi in ſancta Eccleſiæ conſpectu ſunt propoſiti, qui æterni iudicii memores, ſemetipſos quotidie Deo ſacrificium in lamento compunctionis mactant: qui corpora caſtigant, quatenus hoc quod per magiſtrum gentium dicitur impleant, vt exhibeatis corpora veſtra, hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem: hoſtia quippe occiditur vt offeratur, ſed hoſtia viuens eſt corpus Domino afflictum, quod & hoſtia dicitur viuens, quia viuit in virtutibus, & eſt à vitiis occiſum, hoſtia videlicet, quia iam huic mūdo eſt à prauis actibus mortuum, viuens autem quia, cuncta quæ praualet, bona operatur.*

Duo compunctionis genera, vnum per amorem, alterum per timorem.

Facies altare de lignis ſetim, non ſolum altare fieri iubetur interius, quod erat ante arcam & auro veſtitum, in quo accendebantur aromata, ſed hoc etiam exterius, quod erat in atrio ære coopertum, in quo carnes immolabantur: quid eſt hoc, quod foris carnes concremantur, intus autem aromata? quod vnum altare ab alio differt? vnum ex auro, alte- B rum ex ære coopertum? reſpondet præf. ſummus pontifex, Hæc duo altaria, ſunt compunctionis genera, quia alii adhuc per timorem plangunt, alii vero iam ſe per amorem in lamentis affíciunt: multi namque peccatorum ſuorum memores, dum ſupplicia æterna pertimeſcunt, quotidianis ſe lachrimis affligunt, plangunt mala quæ fecerunt, & incenduntur vitia igne compunctionis, quorum adhuc ſuggeſtiones in corde patiuntur. quid iſti, niſi altare ſunt æneum, in quo carnes ardent; quia adhuc ab eis carnalia opera planguntur; alii vero à carnalibus vitiis liberi, aut longis iam fletibus ſecuri, amoris flamma in compunctionis lachrymis inardeſcunt, cœleſtis patriæ præmia cordis oculis aſpiciunt, ſupernis iam ciuibus intereſſe concupiſcunt: dura eis apparet ſeruitus, longitudo peregrinationis ſuæ, regem in decore ſuo videre deſiderant, & flere quotidie ex eius amore non ceſſant, quid iſti niſi altare ſunt aureum in quorum corde aromata immenſa ſunt, quia virtutes ardent. Præfat. ſummus Pontifex

Munda debent eſſe corda in quibus ſpiritus ſanctus habitat.

86\.

Facies altare de lignis ſetim, hoc altari, quod proprie holocauſti vocabatur, corda electorum deſignantur, qui ad offerenda Deo ſacrificia bonorum operum, ipſius dono ſunt conſecrata: habet quinque cubitos longitudinis & totidem latitudinis, cum fidelis D quiſque corporis ſui omnes ſenſus in longitudine patientiæ, & in latitudine charitatis exercere ſatagit, vt in omni ſuo viſu, guſtu, attactu, & tactu, ſemper ſe meminerit diuino mancipatum eſſe obſequio, iuxta illud Apoſtoli 1. Corinth. 10. ſiue manducatis, ſiue bibitis, ſiue quid aliud facitis, omnia in Dei gloriam facite: habet & tres cubitos altitudinis, cum corda electorum per fidem ſpem & charitatem ad cœleſtia tendunt; verum cur ſolum de lignis ſetim huiuſmodi altare? nam cum ignis ſupponendus eſſet, lignum autem ſit eius materia, inconueniens videtur eſſe quod fiat de quocumque ligno. ſcio quid reſpondeat Venerab. Beda, *Si quem monet*, (inquit) *iuxta litteram, quomodo ligna altaris ſancto igne vicino incombuſta permanere potuerint, accipiat B. Hieronym. de hac quæſtione reſponſum, altaris inquit ligna, quæ ſunt de lignis paradiſi, non cremantur igne vicino, ſed puriora red-* 1.Cor. 10.

duntur, nec mirum hoc de ſanctuario, & inferioris templi, & thymiamatis altari hoc credere, quod etiam amtanton, quod ligni genus vel ligni habens ſimilitudinem, quanto plus arſerit, tanto mundius inueniatur: ſed cur lignum non combutator igne vicino, ratio præcipua eſt, quia ære totum tegebatur altare. ſed myſtice reſpõdeamus, altare Dei conuenienter fieri ex lignis ſetim vel vt habent Sept. ex lignis imputribilibus, quia viuida & incorrupta debent eſſe corda & corpora in quibos tanquam in altari ſpiritus Dei qui eſt ignis, habitet.

Perfecti velut aurum quod non reſonat ſub ictibus malleorum, patienter tribulationes ſuſtinent.

87. *Facies altare de lignis ſetim*, quod ab altari thymiamatis in aliquibus diuerſum erat, nam altare holocauſtorum illud ſub dio, tabernaculũ hoc laminis aureis obtectom, iſtud æneum, non eſt dubium qu in altare bulocauſti, illos ſignificet, qui pugnant contra illicitos motus carnis, qui per quinque ſenſus aguntur, in quo, igne diuini amoris cremantur deſideria carnalia, & effunditur ſanguis peccati: hoc erat ſub dio, quia iſti adhuc terrenis operibus detenti, nondum in cellam vinariam, id eſt in cognitionem diuinorum arcanorum introducti ſunt, nondum peruenerunt ad illod, vacate &

p ſalm. 45. videte quoniam ſuauis eſt Dominus: ſed altare in tabernaculo vbi accendebat ſacerdos incenſum mane & veſpere, perfectos denotabat, qui carnis tentationibus ſuperatis, à ſæculi operibus alieni, hoſtiam laudis, igne charitatis accenſam, in arca cordis frequenter offerunt, in odorem ſuauitatis Domino. vno cubito menſuratur, quia perfecti in charitatis vnitate formati ad fœlicitatem vnitatis æternæ omni tendunt deſiderio: verum cur altare thymiamatis aureum, aliud vero æneum? æs ſi malleo contunditur, alte reſonat, clamoroſum autem aurum nequaquam: non miror ergo ſi altare holocauſtorũ imperfectos denotans, ære cooperiatur, quia ſi afflictionum ictibus concutiuntur, alte & clamoroſe reſonant, pluries diuinæ prouidentiæ detrahentes, altare autem thymiamatis auro cooperiatur, quia tribulationum ictibus percuſſi perfecti obſurdeſcũt, quæcumque aduerſa ferentes patienter. obſer-

Sello. uatio eſt Sellonis apud Tilm. *Non prætereundum quod altare holocauſti æneum, thymiamatis autem aureum, quia imperfecti velut æs in confeſſione reſonant peccatorum, perfecti vere ictus tribulationum patienter ſine ſono murmurationis tolerant, velut aurum quod non reſonat ſub ictibus malleorum.*

Sacrificium legalium beneficio, minime ſpiritus ſanctus conciliabatur.

88. *Facies altare de lignis ſetim*, quod ne igne vicino comboratur, laminis aoreis cooperies: quid hoc eſt quod in huiuſmodi altari, nec in iis quæ ipſius miniſterio ſeruiebant, nihil aureum erat, quale profecto in arca & in candelabro, menſa &c. videre licet? non eſt dubium quin auro illius diuinæ & immortalis naturæ ſupra res omnes præſtantia ac ſplendor incomparabilis aptiſſime ſignificetur. ne inquiras ergo, cur altare holocauſtorum aureum non ſit, quia ſacrificiis legalibus minime Deus conciliatur. S Cyrill.

quod doctiſſime confirmat B. Cyrill. Alexand. Alexand. lib. 9. de ador. in ſpiritu & verit. *Conſidera illud legalis cultus altare expers omnino auri fuiſſe, quia in re apertiſſima nobis innuit Deus legis beneficio Spiritum ſanctum minime conciliari nobis, neque vim illam figurati cultus eſſe eiuſmodi gratia decoratam, ſpiritus enim ſeruitutis erat ſuper Iſrael, nobis autem hoc donum poſt Christum tributum eſt, poſteaquam à mortuis reuixit, inſufflauit enim dicens accipite ſpiritum S. Ioan. 20.* Ioan. 20. *itaque Paulus alloquebatur credẽtes, non enim accepiſtis ſpiritũ ſeruitutis iterũ in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum in quo clamamus Abba Pater, Rom. 8* Rom. 8. *illam porro cultus legalis facultatem non fuiſſe ſancti ſpiritus participatione præditam, cumque potius iis datum fuiſſe qui fide confirmati ſunt, confirmat ſapientiſſimus Ioann. cum dicit, nondum erat Spiritus ſanctus quia nondum Ieſus erat glorificatus c. 7.* Ioan. 7 *nondum enim reuixerat Chriſtus, tum enim hominis natura ſpiritu & eius communicatione propemodum eſt inaurata, hac igitur de cauſa ſine auro fieri iuſſit altare.*

Virtus cœpta immobiliter teneatur.

Facies altare de lignis ſetim, recte Eccleſia pro- 89.
pter vnum cor & animam vnam credentium multitudinis, factura vnius altaris deſignatur, quatuor angulos habet, quia per quatuor mũdi plagas, ſancta dilatatur Eccleſia, ex quo altari quatuor naſcuntur cornua, cum quatuor virtutibus cardinalibus iuſtorum cornua muniuntur, ex ipſo altari producuntur, cum munima virtutum fideles non ſpecie tenus, & ad facies hominum oſtentant, ſed ex intima cordis ſui radice teſte generant: cornua ſunt quatuor per quatuor angulos altaris, cum in omnibos mundi terminis Eccleſia virtutum potentia ſpirituali, cunctis omnium inſidiis inuiolabilis perſiſtit, imo cunctis ipſa ſe impugnantibus fortior efficitur: verum cur ære potius cooperitur quam ferro? non eſt dubium quin æris metallum longe ſoleat incorruptibile manere: conuenienter igitur huiuſmodi metallo obtegitur, quia teſte Raban. Maur. c. 16. Rabanus Maurus.
lib. 3. in Exod. *Virtus cœpta fidelium perſeueranter vſque ad finem firma teneatur*, & Petrus Petrus
Abb. Cell. lib. 1. de Tabern. *operies illud ære id* Cellens.
eſt perſeuerantia.

Libertas noſtra nec amore conſumitur, imo magis in eo purgatur.

Facies altare ex lignis ſetim, Ioann. Ruiſbro- 90.
chius comment. de tabern. fœderis per altare quod eſt in atrio, ſenſibilem cordis noſtri vni- Ioann.
tatem Deum ſolum diligentis ait ſignificari, Ruisbroch.
verum cur de lignis ſetim fieri debet? nonne abundant auro Iſraelitæ? illud in altaris ſtructuram etiam expendant: non eſt dubiũ, quin hæc ligna ſint leuiſſima, quæ neque putreſcunt, nec ſecundum Hyeronymum igne cõflagrant, per hæc ligna libertatem noſtram præf. auctor intelligit, quæ leuis eſt, & ſpiritualiter ducit hominem quocumque deſiderat: verum quid aliud cõmune libertati cum huiuſmodi lignis

ſetcis?

teticis? quod ſicut huiuſmodi ligna corruptione carent, & ex Hieron. igne non conſumuntur. *Sic*(inquit doctiſſimus Contemplator) *libertas perpetua, nec vlli obſtricta, ſi tamen eam in virtutibus colere & exercere velimus, nec poteſt vnquam in amoris igne conſumi, conflagrare aut perire, ſed repurgatur potius eo ab omni inordinatione.* deinde ſubiungit, *ſetbim ſi latinè red-* A *das vt quidam volunt, etiam appetitionem quorumlibet fructuum ſignificat, itidemque libera per amorem ad Deum conuerſio, deſiderium quoddam & fons ac origo eſt virtutum omnium, quæ de re materia eſt vnde altare conficiatur, in quo cultus omnis corporeus, cunctaque opera externa amore Dei perpetuo ſunt offerenda.*

VARIET. LECT. Verſ. 3.

V*Vlg.* Faciéſque in vſus eius lebetes ad ſuſcipiendos cineres, & forcipes, & fuſcinulas, & ignium receptacula, omnia vaſa ex ære fabricabis.

Sept. Et facies coronam altari, & operculum eius, & phialas eius, & acetabola, & fuſcinulas, & focum eius, & omnia vaſa eius facies ænea, *ita Cyrill. Alex.*

Cald. Et facies lebetes, vt colligatur cinis, & batilia eius, & acetabula, & fuſcinulas, & thuribula eius.

Onk. Facias quoque ollas eius, ad tollendum cineres eius, palas quoque eius, pelues eius.

Mont. Et facies ollas eius ad excinerandum B illud, & ſcopas eius, & aſperſoria. *Farſterus*, ſparſoria eius, & tridentes eius, & receptacula eius, omnibus vaſis eius facies æs.

Pag. Et facies lebetes eius, ad remouendum cinerem eius, & ſcopas eius, & crateras eius,

Caiet. Et ſcopa eius, & malluuia eius, & fuſcinula eius.

Tygur. Et pelues ſparſorios.

CONCORDIA.

DIctio Hebraica סיר lebetes ſiue ollas ſignificat, ad ſuſcipiendos cineres, dictio דשנו verbum דשן daſan in coniugatione piel hic poſitum, remouere, ſiue colligere cineres, C interpretatur, & דשנו deſen eius, Sept. diuerſe hic legunt καὶ ποιήσεις στεφάνην τῷ θυσιαστηρίῳ & facies coronam altari, addidit ex ſuo Vulg. ad vſus eius nempe altaris, quod additum fuiſſe puto, vt ſcilicet horum vſus fuiſſe inſinuet ad altaris myſteria de quo eſt ſermo; & forcipes, Hebraice eſt יעיו iaaf, à verbo יעה iaha, quod eſt afferre, ſiue remouere, venit dictio יעים iahim quæ ſunt inſtrumenta, à quibus accipiebant prunas ſeu carbones de altari holocauſti, vel quibus voluebantur carnes, quæ cremabantur ſuper altare. alij volunt inſtrumenta eſſe, quibus pauimenta verruntur, vnde aliqui verterunt, & palas eius, & ſcopas eius, Cald. & batilla eius, Sept. & hic quid diuerſum habent καὶ τὸν καλυπτῆρα αὐτοῦ & operimentum eius. nota vero voci forcipes ſubiici alteram in Heb. מזרקת miſtrakol, quæ non videtur à no- D ſtro explicari, nam certum eſt vnius vocis hic interpretationem deeſſe, & eam quæ hanc ſequitur, ab omnibus fuſcinulas reddi, illud autem miſtrakol Sept. phialas hic & alibi ſæpe etiam πυρεῖα hoc eſt thuribula vel ignium receptacula verterant: noſter interpres alibi etiam ſæpe phialas, maxime numer. 7. paſſim toto cap. alibi hamolas, alibi batilla, alibi thuribula Pag. crateres Onk. pelues, Caiet. malluuia, Latinus Caldaicæ paraphraſis interpres acetabula, Tygu. & pelues ſparſorios, Mont. aſperſoria, Forſterus ſparſoria, in eo fere conueniunt, quod velint eſſe vas, in quod vel ex quo potius aliquid ſpargitur vel funditur, ſiue ij cineres ſint, aut prunæ, ſiue victimarum ſanguis, ſiue oleum, ſiue vinum, ſiue quid ſimile. radix enim זרק zarak ſpargere ſignificat ignium receptacula, ita & Sept. qui vertunt πύραον, vel πυρεῖον, & à Latino interprete focus redditur, Hebraice eſt מחתות machtoth, à חתה chata, quod recipere vel fouere ignem ſignificat.

EXPOSITIO.

F*Aciéſque in vſus eius*, nempe altaris, quæ verba diximus addita ab interprete, *lebetes ad ſuſcipiendos cineres*, vaſa ænea vel ollas æneas, pro amouendis cineribus, *& forcipes*, vel ad voluendas carnes quæ cremabantur ſuper altare, vel ad accipiendos carbones ex eo, *fuſcinulas*, quas exiſtimo inſtrumentum eſſe dentes recurnos habens, quo carnes èx olla extrahebantur, eas vocat Mont. tridentes; ſunt & qui dicant inſtrumenta eſſe, quibus vel ligna, vel carbones, aut in ignes componebantur, aut de igne altaris extrahebantur, & certè vtrumque inſtrumentum intelligi valet, cum vno nomine in plurali fuſcinulæ dicantur. *& ignium receptacula*, quæ ſunt vaſa quædam in quibus vel accendebatur, vel ſuſtentabatur, vel ignis deferebatur, *omnia ex ære fabricabis*, nihil ex auro, nihil ex ferro &c. ſed omnia ex ære, vnde non audiendus Ioſeph. 3. antiq. cap. 7. cum ait, ad aram vero præſto erant infundibula, & phialæ, thuribulaque & crateres, cum inſtrumento alio rei diuinæ peragendæ accommodo, nihil non ex auro puriſſimo.

CONCEPTVS.

Cum idololatrę non communicandum in ſuis ritibus. A

91. *Facieſque in vſus eius*, nempe altaris holocauſti, quod non in tabernaculo, ſed ſub dio erat, qui locus minimè conueniens fuiſſe altari videtur. nam ſi tempus minime ſerenum, ſi pluuiis abondans, quæ in aliquot dies aliquando protrahuntur, quomodo ergo holocauſta poterunt Deo offerri? nam ignis à pluuiis decidentibus extinguitur: aduerte gentiles altaria ſua, in quibus, ſuis falſis numinibus offerebant ſacrificia, in templis erexiſſe, ea vt Deus, ne ſui viderentur cum idololatris in ritibus communicare, voluit altare holocauſtorum non in tabernaculo, ſed ſub dio contineri. quod paucis verbis exprimit Guillel Pariſienſ. Epi. lib. de B legib. c. 2. *Voluit Deus altare holocauſtorum ſub dio eſſe, vt diſſimilem haberet poſitionem ſiue ſitum altaribus idolorum*, & D. Thomas 1.2. q. 102. art. 4. *eſt hoc altare extra tabernaculum in atrio conſtitutum, ad remouendum cultum idololatria*, nam gentiles infra templa altaria, conſtituebant, ad immolandum idolis.

Guil. pariſ.

S. Thomas.

Nihil fœtidum nec indecens ſit in templis.

92. *Facies in vſus eius altaris lebetes, &c.* cum Deo offerantur ſacrificia, cur non in loco diuinæ maieſtati ſpecialiter dicato, nempe in tabernaculo exhibentur? non eſt dubium quin fœtor animalium occiſorum aliquem produceret odorem olfactui omnino ingratum. ne mireris ergo, cur ſub dio voluerit Dominus eſſe altare holocauſtorum, nihil enim debet eſſe indecens aut fœtidum in templis. hanc rationem in medium adducit præf. Epiſcop. *Hoc altare ideo ſub dio erat, hoc eſt ſub aere libero, ne ignis ſacrificiorum & vapores tabernaculum denigrarent, atque dehoneſtarent, & ne fœtor etiam cadauerum ſacrificiorum ipſum fœtidum redderent, & ideo deſpicabile atque abominabile.* C

Epiſc. Pariſ.

Chriſti Domini humilitas in morte, perferenda, pia commemoratione excipienda.

93. *Facies in vſus eius lebetes*, Vaſa quidem ænea, ad amouandos & recipiendos altaris cineres, quid altaris iſtius cineres denotant? nonne hoc altare holocauſti Chriſtum deſignat? cineres ergo illius dominicæ mortis, multi iugam humilitatem, ſed cur lebetibus recipiendi? quia Chriſti D. humilitatem in morte perferendam pia commemoratione excipere debemus, ait ſanctus Contemplator. *Iſta videlicet* [illegible] *cineres ſunt & reliquiæ amoris diuini,* [illegible] *nobis ingiter deuota, amicabili, & pia commemoratione, animique commiſeratione ſeu condolentia.*

Ruisbroch.

Quibus ignis charitatis ſtruendus.

Facies in vſus eius lebetes, & forcipes, quibus carbones ſumebantur, vt debita diſpoſitio ignis eſſet vegetior, ſi enim non in vnum coaceruarentur, ſed ſparſim à ſe diſiungerentur, ignis non fieret, ſed ſi accenſus, ſtatim extingueretur, forcipes ergo neceſſarij, vt ſparſi carbones in vnum accumulentur, debite tamen, vt mirum in modum ignis accendatur. verum quibus alter charitatis ignis accendendus forcipibus? quinam illi forcipes ſpirituales? reſpondeat Ruſbroch. *Forcipes ænea quibus ignis ſtruatur; id ſibi volunt in cunctis noſtris actionibus bonis, & cum virtute coniunctis, quas Deo præſtamus, intus nos minime contentos, itidemque in his omnibus quæ nobis viciſſim conferuntur, ac præſtantur à Deo, nequaquam quietos ac pacatos nos eſſe debere, quibus rebus charitatis ignis ſtruitur.* 94.

Concionatores ignem nobis geminæ charitatis accendant, & ſpiritualiter reficiant.

Facies in vſus eius lebetes, & forcipes, & fuſcinulas, cur forcipibus indigent ſacerdotes ad ignem accendendum, nonne ignis arderet etiamſi abeſſent? nonne etiam fuſcinulis non habitis, carnes victimarum de caldariis coctæ proferri poſſent, & ad eorum eſum qui his forent reficiendi adferri? cur ergo tot vtenſilia in altaris miniſterio? forcipes duplici conſtant ferramento, merito ergo adhibentur, vt ignis altaris à ſacerdotibus accendatur, quia concionatores ignem in nobis geminæ charitatis nempe Dei & proximi accendere debent; mens eſt Vener. Bedæ. *Forcipe duplici videlicet ferramento, ſacerdotes ignem altaris emendant, cum in omnibus quæ docent prædicatores ſancti, virtutem nobis geminæ charitatis infundere & huius gratia nos ardere ſimul & lucere precipiunt: verum ad quid vtuntur fuſcinulis ſacerdotes?* quomodo verbi diuini præconibus conuenienter adaptari poterunt? ad quid eis vtentur? an earum vſus ſanctorum prædicatorum figuræ poterit congruere? quidni reſpondet præf. Doctor? *Eorum miniſterij eſt* (inquit) *animas fidelium verbo reficere, & iuxta regulam Apoſtolicæ diſcretionis rudibus adhuc diſcipulis, & rationabile ſine dolo lac doctrinæ ſimplicis adhibere, perfectioribus autem ſolidum cibum doctrinæ ſublimioris miniſtrare, quicumque enim ſacramenta Chriſti ſummatim agnoſcere, atque ad imitationem ſuſcipere norunt, hi quaſi carnibus hoſtiæ ſalutaris refecti ſatiantur, & quia doctorum eſt ſpiritualium quæ cuique perſonæ myſteria audienda committant, ſolertiſſimè diſcernere, recte faſcinulas facere iubetur ſacerdotibus Moyſes, quibus carnes hoſtiarum prout oportuerit componant, & alia quidem hominibus, ſed mundis edenda offerrent, alia vero altaris ignibus conſumenda relinquant, quia ſunt in verbis Dei nonnulla, quæ noſtra humilitati reuelare ad noſtræ epulas cõfectionis comedere dignatus eſt, ſunt itẽ alia tãta, profũditatis,* 95. D

Venerab. Beda.

quæ ſancti Spiritus ſolummodo ſcientiæ pateant, noſtræ vero capacitatis per omnia menſuram tranſcendant.

Concionatores ſuos doceant auditores, de virtute in virtutem progredi.

96. *Facies in vſus eius lebetes, forcipes & faſcinulas*, & quid amplius, *& ignium receptacula*, nonne ignem altare recipit? ad quid alia receptacula? nam ſacrificiis abſolutis, nonne de nouo potuit ignis accendi in receptaculis non cuſtodito? aduerte receptacula ad hoc deputata eſſe, vt per hæc ignis ſanctus ab altari holocauſti ad altare thymiamatis veſpere & mane ad ponendum incenſum, deferretur: cur ſacerdotes deferunt ignem ab altari holocauſtorum ad altare thymiamatis, quorum primum æneum, ſecundum autem aureum? nunne aromata accendi potuerunt non deſumpto igne altaris holocauſtorum ab altari æneo? ad altare aureum deferunt ignem ſacerdotes, quia verbi diuini præcones ſuos auditores docere debent, vt de virtute in virtutem progrediantur. ſauet Archiep. Rab. Maur. Mogunt. lib. 3. c. 16. *Ipſa receptacula patenter tenent figuram doctorum, qui tanquam ignem de altari holocauſtorum ad altare deferunt incenſi, cum ſuos doceant auditores de virtute in virtutem ſemper proficere, meritiſque creſcentibus paulatim ad altiora & interiora diuinæ viſionis arcana penetrare.*

Sacerdotes peccata in ſe ſuſcipiunt aliorum, & ab Eccleſia proiiciunt.

97. *Facies in vſus eius lebetes, & forcipes*, an miniſterio altaris tui lebetes exigis? nam odio à te Pſal. 107. habitos video, Pſal. enim 107. vocatur Moab lebes, Moab, lebes ſpei meæ, ſi autem credimus S. Hieron. S. Hieron. per Moab diabolus intelligitur, qui veluti quæſtionarius Dei eſt, cuique traduntur improbi, vt ab ipſo cruciati conuertantur, Greuios ſer. 251. in Pſal. per lebetem, vel hanc ollam intelligit limoſam, fragilem, corruptam carnem noſtram inimici ſuggeſtione ſuccenſam. cur ergo lebetes requirit? optime S. Bruno in alleg. Tilm. Bruno. *Hi lebetes boni ſunt, qui altari deſeruiunt, qui altare mundant, qui altaris cineres ſuſcipiunt, per hos enim ſacerdotes intelliguntur, qui Dei altare quod eſt Dei Eccleſia, ab omni ſorde tegentes aliorum ſordes & peccata, in ſe ſuſcipiunt, & ab Eccleſia longe proiiciunt, ſuſcipiunt enim vt doleant, non vt teneant.*

Quos pro nomine Chriſti afflictos videris, cum humanitate ſuſcipe.

Facies in vſus eius lebetes, & forcipes, & ignium receptacula, quis ignem recipere dicendus eſt, niſi velit conſumi? quis enim ardores ignis ſuſtinere poterit? an illi dicendi ſunt ignis receptacula, qui flammam cœleſtis ſacrificii, quam in fratribus conſpiciunt, & in ſuis quoque accendere mentibus ſatagant? recte quidem, ſed vere etiam præfat. Carthuſianorum Patriarcha. Bruno. 98. *Quid per ignium receptacula, niſi vt eos qui charitate feruentes hoſpitalitatem ſequuntur, & omnes pro Chriſti nomine affligi, vel eius ardore flagrare cognoſcunt, omnem eis humanitatem exhibentes, libenter recipiunt? ſi enim carbones Chriſti fideles afflicti & charitate feruidi intelliguntur, quicumque eos recipit, ignium receptaculum eſt.*

Omnis gradus humilitatis altiſſimus eſt.

Facies in vſus eius, nempe altaris holocauſtorum, quod non ſolum longitudine, latitudine, ſed etiam altitudine conſtabat: verum altitudo eius non eiuſdem menſuræ ac eius longitudo, aut latitudo, tribus enim ſolum cubitis altum erat: noſter Seraph. Doctor tract. de dieta ſalutis tit. 7. de beatitudine cap. 5. per hoc altare, mentem humilem intelligit, ſed cum mens humilis ſuper terram ſerpat, ſe profundiſſimè deiiciat, & vſque ad viſcera terræ ſe deprimat, quomodo hoc altare tribus altum eſt cubitis? & cur potius tribus quam duobus vel quatuor? recte confertur humilis mens cum altari, cuius altitudo trium eſt cubitorum, quia non vnus ſolum gradus illius, ſed quilibet altiſſimus eſt. S. Bonauen. 99. ſubiicio verba S. Doctoris. *Nota quod tres gradus ſunt humilitatis, primus eſt ſubeſſe maiori nec præferre ſe æquali, & hæc eſt ſufficiens & neceſſaria: ſecundus gradus eſt ſubeſſe pari nec ſe præferre minori, nec velle præferri & eſt humilitas copioſa: tertius gradus ſubeſſe minori & nemini præferri, & hæc eſt humilitas excellens & perfecta, & ideo humilitas cum gradibus ſuis eleganter figuratur per altare tabernaculi, quod habebat tres cubitos in altitudine.*

VARIET. LECT. Verſ. 4. & 5.

V*Vlg.* Craticulamque in modum retis æneam, per cuius quatuor angulos erunt quatuor annuli ænei.

Sept. Et facies ei craticulam opere reticulato æneam, & facies craticulæ quatuor annulos æneos ad quatuor latera.

Oak. Et facies ei craticulam opere retis ex ære, & facies ſuper rete quatuor circulos ex ære ſuper quatuor lateribus.

Mont. Et facies ei cribrum opere retis æris, & facies ſuper rete quatuor annulos æris, ſuper quatuor extremitatibus eius, ita *Pag.*

Aly. Facies ibi cancellos æreos.

Vulg. Quos pones ſubter arulam altaris, eritque craticula vſque ad altaris medium.

Sept. Et ſuppones eos ſub craticula altaris ab imo.

Cald. Et pones eam ſub circulo altaris deorſum, & erit rete vſque ad dimidium altaris.

Onk. Ponaſque eam ſub ambitu altaris infetne, vt ſit tete ipſum vſque ad medium altaris.

Cajet. Et dabis ipſum ſub ambitu.

A

Pag. Subter ambitum altaris, de inferno.

Aliq. Vt ſit rete ipſum in medullitio altaris.

Oleaſt. Dabis illud ſubter circuitum altaris.

CONCORDIA.

HEbraica dictio מכבר machbar, cribrum, craticula, rete, & cancelli, verti poteſt, verbum autem Heb. כבר chabar à quo michbar ſignificat propriè multiplicate, ſeu multum eiſe, à quo chabbim id eſt multum, vt patet Iob 8. vbi dicitur ſpiritus ſeu ventus chabbit, id eſt multus, inde michbat id eſt cribrum, ſic à multitudine foraminum aut iuncorum vel pilorum ex quibus fit: pro arula, in Heb. eſt vox כרכב carcob quæ alibi nuſqnam vſurpatur, niſi hoc loco, & infra c. 38. vbi de eadem re ſermo eſt, vt petinde difficile ſit eius venari ſignificationem. Sept. pro hac voce, nihil habent, ſed pto arula craticulam repoſuerunt, Hebræi paſſim, & eorum ſequaces ambitum vertunt, quibus manifeſtè conſentit Cald. is enim pro voce illa כרכב carcob, habet סובבא ſobiba, quod ſine dubio circulum, gyrum, & ambitum ſignificat, quæ omnia non contrariantur interpreti, vt videbimus in expoſit, nam licèt habeant Heb. & Caldæus, & pones eam ad craticulam, vel illud, ad rete referentes, noſtræ inquam lectioni non contradicunt, nam ſolum dicunt ambiri rete ab altari, & quaſi à ſummo deſcendere infetne.

Iob, 8

B

EXPOSITIO.

CRaticulam, non ſeparatam ab altari, reticulato opere ad modum cancellorum, ad arcendum eos, qui præter ſacerdotes eo accedere vellent, ſed altari ſuperpoſitā, vt victimas cremandas ſuſtineret, in modum retis, multis denſiſque foraminibus pertuſam, non vt cineres vel fauillæ minores per illam deciderent, ſed vt ignis inferne poſitus, in arulam per illa ingrederetur, vt victimas combureret; vel ad modum cancellorum factam, ad inſtar noſtrarum craticularum, quæ non foraminibus conſtat, ſed quibuſdam virgis ferreis pauliſper à ſe ſeparatis & in longum extenſis. cum dixi craticulam altari ſuperpoſitam, ne intelligas externe; nam extrinſecus altare non circumdabar, ſed ab altari non ſeparatam vt volebant aliqui. erat ergo in altari non externe ſed interne, nempe in interna ſuperficia altaris, ſic tamen vt inferri in illam poſſet, & inde extrahi, per cuius nempe craticulæ, *quatuor angulos, erunt quatuor annuli*, per quos vectes immittebantur, cum ſeorſum deberet aſportari craticula, non enim ſimul cum altari ſiue arca caua ferebatur, erant enim & in lateribus altaris circuli, per quos vectibus traiectis, ſeorſum ferebatur.

Quos pones ſubter arulam, id eſt verſus illam partem, vbi arula eſt, non autem in ſuperiori parte craticulæ, quis vſus fuit eius arulæ, & quis eius ſitus minime conueniunt interpretes, breuiter ſententiam meam in re difficillima aperiam, poſita fuit hæc arula in concauo altaris, ſub craticula fuit lamina ænea, cum limbis aliquo vſque potrectis, longa iſtaque pro ratione diſtantiæ pedum ipſius craticulæ, quibus in arula ſuſtinebatur intra altaris cauitatem: vſus eius fuit ad excipienda ligna, quibus hoſtiæ impoſitæ craticulæ cremari deberent, & excipiendos cineres qui ex lignis conſumptis proueniebant, & ad adipem hoſtiarum ſuperne decidentem recipiendum.

C

Sed difficultas in hac poſitione apparet, nam ſi arula ſuſtinere debet ignem, ſemper craticula auferenda eſſet ad ligna ſubiicienda, quod maximè oneroſum eſſet, cum plures extrahi deberet in oblatione ſacrificiorum, nam ſæpius victimis ſubiicienda erant ligna, vt illæ in integrum cremarentur, qnod etiam omnino indecens: colloca in latere aliquo feneſtram, qua ligna intromittantur, & cineres extrahantur, & ſic nihil difficile tibi videbitur in hac arulæ poſitione, *eritque craticula vſque ad altaris medium*, per illud non intellige medium latitudinis in ſuperficie ſuperiori, ſeu menſa altaris, ſed medium cauitatis illius, ita vt ſit ſenſus; erit craticnla vſque ad altaris medium, vel verſus medium interioris partis altaris: ſi autem quæras, cum altare illud eſſet vacuum quomodo ſuſtiueri potuit arula? dicendum quod in hoc altari lapidum ſtructura ad cubitum, cum dimidio in concauo illius aſcendebat, cui ſuperponebatur arula.

D

CONCEPTVS.

99. *Optima preces cum eas comitatur carnis mortificatio.*

Craticulam in modum retis aneam, nempe facies, in qua, ſuperimpoſitæ victimæ cremabantur in hoc altari holocauſtorum. cuiquidem talis ſitus erat, vt per illud prius tranſeundum quam ad altare thymiamatis perueniendum: verum cur hæc altaria ita conſtituta? nam ma-

gis rationi conſentaneum videtur, quod priori A loco eſſet thymiamatis altare, vt in tabernaculum pergentes ſuauiſſimo odore recrearentur, & quaſi attraherentur; non eſt dubium, quin victimæ immolatæ ſuper illam altaris craticulam, ſint concupiſcentiæ vitiæ, ad quas conſumendas, iugiter ignem charitatis in corde fouere oportet, in quo conſiſtit noſtra mor-
Ma tificatio. teſte S. Gregor. Mag. hom. 22. ſuper Ezech. per altare thymiamatis, quas Deo preces offerimus, deſignantur: en vt recte diſpoſitum hoc vtrumque altare, ita vt primo tranſeundum per altare holocauſtorum, quam ad altare thymiamatis perueniatur, quia vt preces noſtræ ſint Deo acceptæ; prius ſupponenda eſt,
illi. carnis mortificatio, quod recte cecinit Abbas Billius in embl.

At tua, ne fructus pede elaudo vota ſequantur. B
Fac tua cum vitiis, vt caro morte cadat.
Ara duplex templi, quondam hoc ſine voce docebat.
Thus vna, at cæſas altera habebat oues,
Obtulit hic cæſas pecudes, qui membra necauit,
Qui pia vota facit, thus dedit ille Deo.

Vnde noſter Seraph. Patriarcha rogatus, quænam
sc, preces Deo eſſent gratioſiores. *Illa* (ait) *quas propria carnis comitatur mortificatio.*

Summa veneratione cuncta Dei obſequia perficienda.

Craticulam in modum retis æneam, ſuper quam impoſitæ hoſtiæ cremabantur, ad eas autem mactandas, excoriandas, ſceandas, abluendas, ibi maxima multitudo ſacerdotum, & C leuitarum aderat præſertim in feſtis, cum plurimæ immolandæ eſſent victimæ. Ariſtæas lib. de Sept. interpret. tenet fere ſeptingentos fuiſſe, qui huic miniſtrarent altari. nonne maxima erat confuſio? nonne ingens ſtrepitus audiebatur? nonne clamoroſis vocibus tot hominum, omnia reſonabant? imo mirum erat ſilentium, vt maxima cum reuerentia, & veneratione ſuum perficerent miniſterium. ſubiicio verba Ariſteæ. *Tantum ſilentium ineſt, vt cum ſeptin-*
pt. *genti fere miniſtrorum continuo adſint, & offerentium libamina multitudo ſit ingens, nec vnum quidem hominem in loco verſari putes, ſumma namque veneratione cuncta & magna Dei pietate perficiuntur.*

Cuncta quæ virtuoſum complectitur deſiderium, ad Deum referat. D

Craticulam in medium retis æneam, conficies contemplator cap. 7. de Tabern. fœderis ait, craticulam illam, liberum & cum bona voluntate coniunctum deſiderium ſignificare. ſed cur ad modum retis fieri iubetur? quid enim deſiderium cum rete? aduerte hanc craticulam eſſe ad modum retis, &c. foraminibus plenam, quibus ignis ſurſum exhalari poſſet, en cur deſiderium craticulæ non cuilibet, ſed ad modum retis factæ aſſimilatur! quia quæcumque bona complectitur, deſiderium quibuſcumque gratiis repletur non in ſe hæc omnia detinet, ſed in Deum omnium refert auctorem. ſubiicio verba Ruiſbroch. *Idcirco retis habet ſimilitudinem, quod ſenſibilis erga Deum charitatis, ignis ſubter ipſum in cordis ardeat vnitate, ignisque flamma, id eſt deuotio per quam actus ſeu opera qualibet bona, & cum virtute coniuncta, ardeat vnitate, ignisque flamma id eſt deuotio, per quam actus ſeu opera qualibet bona & cum virtute coniuncta ardent, Deoque offeruntur, per ipſum penetret, & quidquid ſentiri poteſt: tamen ex his quæ ex Deo deorſum manant in cordis vnitatem, quam quæ ex eadem vnitate per deuotionem rurſus ad cælum referuntur ac ſubuehuntur, id omne per ipſum penetret atque peruadat, neque poſſit idipſum retinere, cum ſit craticula retis inſtar, cui impoſita ſunt quæcumque ſunt Deo in charitatis igne offerenda & ſacrificanda.* Ruisbroch. 3

Deuotio quaſi fundum ſenſibilis amoris noſtri in Deum.

Craticulam in medium retis æneam, &c. Deinde arulam præcipit fieri, quæ quaſi fondum altaris poteſt dici, quid illa denotari poteſt arula? nonne deuotio cordis intima? ſed cur in fundo altaris ponitur? *Quia deuotio* (inquit cit. Doctor) *imum eſt ſuper quo omnem noſtrum ſenſibus amoris ſtruere, extendere, inflammare debeamus*, non alienus ab hoc ſenſu Raban. Maurus cum ait, *præparant electi locum Domino in intimo ſui cordis affectu, vbi deuotas cogitationes collocent.* 102. Rab Maur.

Deo noſtro corda noſtra non obduremus, ſed eius gratia & miſericordiæ aperiamus.

Craticulam in modum retis æneam, altare quidem cauum fieri iuſſum eſt, vt verſu octauo videbimus, ſed in medio ſui habens craticulam in modum retis diſtinctam, in qua victimarum carnes comburendæ imponerentur, & ſubter eam, arulam, in qua compoſitis lignis arderet ignis, ad conſumenda ſuperpoſita holocauſta: erat autem iuxta arulam oſtium vel feneſtra in pariete altaris, vnde vel ligna ad alendum ignem immitti, vel carbones & cineres poſſent detrahi: habet altare arulam ſubter craticulam, in qua ligna & ignem holocauſtorum ſuſcipiat, quia electorum corda receptaculum in ſe præparant auditui verborum cœleſtium, quibus calefacti, imo & inflammati, per donum ſancti Spiritus, grata Deo referunt vota piarum cogitationum; ligna namque arulæ ſacerdos imponit, cum doctor quiſque deſiderantibus, atque auide quærentibus fidelium mentibus ſanctarum teſtimonia ſcripturarum, quibus amplius in fide & dilectione confirmentur, ingerit: addit & ignem lignis, cum intellectum verbi atque efficaciam piæ operationis à Deo quærendum edocet: ardent ligna in altari, cum charitas Dei diffunditur in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis, atque hoc igni ſuperpoſitum conſumitur holocauſtum, cum vniuerſa quæ bene agere diſpoſuimus donante gratia ſancti Spiritus, per virtutem 103.

dilectionis Deo acceptabilia redduntur, ſed cur craticula inſtar retis efficitur? cur non ſolida? cur neceſſe eſt, vt per varia illius foramina ignis ſuperpoſitus, ad conſumendas omnes hoſtiarum partes libere penetret? rectè & verè ſatisfacit Vener. Beda c. 12. lib. 2. de Taber. *Sic etenim ſic omnino neceſſe eſt, vt nequaquam obduremus neque obſeramus more Pelagianorum, aduerſus gratiam Dei; ſed diligenter aperiamus ea,* (Beda.)

A *& quaſi plurimis ſimul patefactis ianuis ſeduli deprecemur, vt per omnia ſua nos miſericordia illuſtrare, & vt amorem ipſe ſuum accendere dignetur: namque Pelagiani qui ſine gratia, aliquid boni ſe perficere poſſe præſumunt, non in altari cordis maculoſam inſtar retis, craticulam ſancto igni ſuperponunt, ſed quaſi parietem potius ſolidum inter ſe & ignem ſancti Spiritus, nequando in dilectione Dei caleſiant, interponunt.*

VARIET. LECT. à Verſ. 6. & 7.

V*Vlg*. Facies & vectes altaris de lignis ſethim duos, quos operies laminis æneis.

Sept. Et facies altaria geſtatoria ex lignis imputribilibus, & inærabis ea æramento.

Pag. Et facies vectes altari è lignis ſittim, & cooperies eos ære.

Vulg. Et induces per circulos, eruntque ex vtroque latere altaris ad portandum.

B *Sept*. Et introduces geſtatoria in annulos, & ſint geſtatoria ſecundum latera altaris, portando illud.

Alij. ad geſtandum ipſum.

Cald. Et inducentur vectes per annulos, & erunt vectes in duobus lateribus altaris, quando portabunt illud.

CONCORDIA.

IN Heb. ſolum eſt ועשית בדים & facies vectes, ſed duos appoſuit Vulg. qui ad minus neceſſarij erant ad illud ferendum altare, cætera quæ in alio verſu variè redduntur, quoad verba nequaquam ſenſum immutant.

EXPOSITIO.

F*Aciet & vectes*, laminis æneis coopertos, *& induces per circulos*, annulos æneos, *eruntque ex vtroque latere altaris*, vt de loco in lo- C cum ferantur, quando caſtro mouenda fuerint cum tabernaculo.

CONCEPTVS.

Amor in corde Chriſti, & dolor in corpore ſuo, ad lachrymas mouere nos debent.

105. *Facies & vectes altaris de lignis ſethim*. Hoc altare ſicut & thymiamatis abluebatur, teſte S. Antonio Paduano, ſed cum his altaribus denotetur Chriſtus Dominus, iuxta illud Iſaiæ 19. in die illa erit altare Domini in medio terræ Ægypti, id eſt mundo, in cuius medio operatus eſt ſalutem. verum ſi hoc duplici altari Chriſtus adumbratur, quomodo abluendum eſt, cum in eo nulla ſit omnino macula, ablutio autem id præſuponere videatur? dicamus ta- D men hoc altare myſticum abluendum eſt noſtris lachrimis, quia maximus eius amor in corde, & maximus dolor in corpore ſuo ſacratiſſimo, ad fletum nos prouocare debent. fletũ inquam deuotionis propter ſuam in nos eximiam charitatẽ, & fletum cõpaſſionis paſſione eius in memoriam reuocata. præſtat id audire à ſanctiſſimo Antonio in ſerm. de cœna Domini. (S. Anton.) *Duo altaria abluenda ſunt, quia duo in Chriſto conſideranda ſunt, ad lachrymas mouentia, amor in corde, dolor in corpore, de primo Ioan. 15. maiorem hac dilectione nemo habet, quam vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis: de ſecundo Thren. 1. attendite & videte, ſi eſt dolor ſicut dolor meus: altare ergo aureum eſt charitas in corde Chriſti,* (Ioan. 15. Thren. 1.) *vbi thymiama incenſum eſt odorem ſuauitatis exhalans, cum ex feruore charitatis dixit, pater dimitte illis quia neſciunt quid faciunt, Luc. 23. altare æreum holocauſti exterius eſt dolor & anguſtia ipſius corporis, quo dolore totus incenſus fuit, vnde dicit conſummatum eſt, id eſt non reſtat membrum in corpore meo puniendum; abluuntur altaria aqua & vino, altare interius aqua deuotionis cum eius charitas recogitatur, altare exterius vino compunctionis, cum eius paſſio ad memoriam reuocatur.* (Luc. 23.)

Iuſtorum vita perennis.

106. *Faciet & vectes altaris de lignis ſetim*, altari holocauſtorum iuſtos denotari minimè dubium, cum qui peccatorum ſuorum memores, ſclanant, carnem per abſtinentiam macerant, vbi ex mœrore compunctionis ignis ardet, & caro conſumitur, iuxta illud Apoſt. Rom. 12. vt exhibeatis corpora veſtra, hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem. (Rom. 12.) Si ita, quod huiuſmodi altari, iuſtus denotetur, quomodo ex lignis ſethim fieri iubetur? nonne ex materia ditiori potuit conſtrui? nonne vbi legimus ex lignis ſethim, Septuag. reddunt, lignis imputribilibus? merito ergo ex huiuſmodi lignis altare erigitur, quia iuſtorum vita, omnis expers corruptionis, in æternum duratura eſt.

Sic canit Preſbyter Rhemenſis in lib. ſuo de Autora.

Chriſti ſignatur altaris nomine ſponſa,
Se Chriſto mactans, quaſi ſit ara Dei,
De lignis altare ſethim connectitur, inde
Collige quod iuſtis vita perennis erit.

Quadruplicem Dei amorem in nos fiduciâ, & perſeuerantiâ communiamus.

107. *Facies & vectes altaris de lignis ſethim, & induces per circulos, eruntque ex vtroque latere altaris ad portandum*; eorum ergo duo altaris vectes operti laminis æneis erãt qui ex vtraq; parte altaris inducentur per circulos, ſinguli vectes per geminos annulos, verum quinam ſunt hi quatuor annuli, per quos vectes inducendi, vt altare ſenſibilis noſtræ vnitatis cordis, quocumque velimus, circumferamus, & in loco ſuo perpetuo ornatu erectum conſeruemus? Conſulendus eſt doctiſſ. Ruiſbroch. c. 7. ita de his annulis diſſerens; Primus quidem annulus noſter is eſt quod æternam Dei Opt. Max. charitatem, quâ nos ex omni æternitate elegit ac prædeſtinauit, amanter contemplabimur: alter annulus eſt, quod id etiam perſpiciemus vti ab æterno ex amore viuentium filium ſuum elegerit, quem ad noſtram eleuandam neceſſitatem, ad vſuſque noſtros mitteret indutum naturam noſtram, quo nos tum verbis, tum rebus & exemplis inſtitueret, ac rectam nobis demonſtraret iter, & ob errata & ſcelera noſtra mortem perferret longè acerbiſſimam. Hi ſunt duo annuli petennes qui ex duobus angulis erunt ab altera altaris, id eſt, vnitatis noſtræ parte: atque per eos inducere quilibet poterit vectem, nunquam niſi vna cum ipſo periturum, puta liberam firmamque fiduciam, quâ vnuſquilibet præditus eſſe debebit. Ita vt omnino confidat ex æternitate ſe à Deo electum & amatum eſſe, ſuaque cauſa eum hominem factum, mortemque oppetijſſe: hanc inquam fiduciam cum ſpe, & confidentia certa ad amorem vſque conſeruabit, & ita dextrum vnitatis latus probe erit communitum, æterneque vectis iſte in ſuis circulis, vel annulis permanebit. Tertius inde annulus noſter eſt vt præſentem Dei erga nos contemplemur charitatem, qua per omnes dies ſingulis quibuſque horis tantum nobis gratiæ, & donorum largitur, & largiri paratiſſimus eſt, quibus vna cum ipſo æternam poſſimus vitam promereri. Quartus denique circulus noſter eſt, vt animo conſideremus eum, daturum ſe ſe nobis, & quidem ex amore puriſſimo æterni præmij loco quo illo in omne æuum fœliciſſimè perfruamur, itemque cuncta humanitatis ſuæ merita, quatenus nos illorum capaces erimus, idque perinde ac ſi nos ipſi ea noſtro labore ac ſudore adepti, ac emeriti eſſemus, iſti circuli duo ea altero erunt latere, ita omnes iugiter agnoſcere, & animo, & imaginatione complecti queamus: eſt autem, & his vectis adhibendus quo per eos inducatur, quiquidem non alius erit, quam vt Deum ſuper omnia liberrimo proſequamur amore, nec vnquam non humili cultu, aut famulatu, tum illius, tum Eccleſiæ ſanctæ præceptis obtemperemus, & ita ad ſupremum vſque vitæ diem perſeueremus.

Non vni populo ſed omni prædicandum.

Facies & vectes altaris de lignis ſethim duos, vectes quibus altare deferebatur, Doctores ſunt qui ſanctam Eccleſiam quaſi portare ſolent, dum fidem ac ſacramenta veritatis, vel eis qui neſciebant prædicantes, vel in eis qui iam nouerant & acceperant, confirmantes roborant, qui quoniam non ſua prædicant, ſed ea quæ ſunt Ieſu Chriſti, non doctas fabulas ſecuti, ſed cognitam cœleſti oraculo virtutem, Domini noſtri faciunt virtutem. Aptè vectes vt portare queant altare mittuntur in circulos, circulos namque vectibus portare altare Domini eſt ſanctis Doctoribus corda fidelium per verba Euangelij, quæ, nec cœlo & terra tranſeuntibus, præteribunt, exhortando erigere. Verum cur duo ſunt vectes? nonne vnus ſufficere poſſet? Rectè Vener. Beda, *Duo ſunt vectes vt vtrique populo, & Iudæo videlicet & Gentili verbum prædicetur, erunt enim Doctores qui Iudæam, erunt qui Gentilitatem in vnam eamdemque fidei gratiam conſono ore, & opere adducent.* Ven. Beda.

In aduerſis & proſperis eamdem tenere conſtantiam à ſanctis concionatoribus inſtruimur.

Facies & vectes altaris de lignis ſethim duos, eruntque ex vtroque latere ad portandum, non eſt dubium quod in vno latere eſſe non deberent, cur ergo & præcipitur, vt ex vtroque latere conſtituantur? vectibus diximus verbi diuini præcones intelligi, ſed quid innuitur, quod ex vtroque latere debeant conſtitui? Bene Rab. Maurus, *Quia mentes fidelium ſancti prædicatores, & in proſperis, & in aduerſis inconcuſſam tenere virtutum conſtantiam docent, ne aut hac blandiendo extollant, aut illa terrendo conturbent.* Rabanus Maurus 108.

VARIET. LECT. Verſ. 8.

Vlg. Non ſolidum, ſed inane & cauum intrinſecus facies illud, ſicut tibi in monte monſtratum eſt.

Sept. Concauum tabulatum facies illud, ſecundum illud quod tibi demonſtratum eſt in monte, ſic facies illud.

Cald. Concauum ex tabulis facies illud, ſicut oſtenſum eſt tibi in monte ſic facient.

Oleaſt. Cum vacuo inter tabulas facies illud, quemadmodum videre fecit te in monte ſic facient.

CONCORDIA.

IN Hebræo eſt נבוב לחת תעשה אתו nebub luchot tahaſe otho, concauum tabulis facies illud, & quia dubitari poſſet, vtrum vacuum omnino tabulis ædificari deberet, Sept. ſatisfaciunt, vertentes concauum tabulatum, & Cald. concauum ex tabulis, quaſi diceret, licet vacuum intrinſecus fieri debet, non tamen ſine tabulis; in Hebr. eſt כן יעשו chen iahaſu ſic facient: ſed vitauit noſter interp. more ſuo verborum repetitionem, & ſufficere arbitratus eſt dicere, & cauum intrinſecus facies illud.

EXPOSITIO.

NOn ſolidum ſed inane, quod intelligendum non eſt, vt quidam voluot, vacuum tabnlis, id eſt non de tabulis, nam ex eis confectum erat laminis æneis coopertis, intus tamen vacuum debebat eſſe, vt pote intra quod, & craticula cum arula, & ignis, & quod B litandum erat, eſſent: quod autem vacuum erat, vel lateribus impolitis, vel terra replendum, *ſicut tibi in monte monſtratum eſt*, vbi huius altaris exemplum, & rerum quæ ad ipſum pertinent, conſpexiſti.

CONCEPTVS.

Altare noſtrum pleniſſimum, Iudæorum autem vacuum & inane.

109. *Non ſolidum ſed inane, & cauum intrinſecus facies illud*; Cur inane? inanitas enim in malam partem regulariter ſumitur, quod enim inaue vacuum eſt, vanitas autem ab ipſo Deo reprobatur: merito inane, & cauum erat Iudæorum altare, quoniam gratia vacuum erat, quam ſacrificia eorum vi ſua minime efficiebant, noſtrum autem altare non inane aut cauum, ſed pleniſſimum, ſed ſolidiſſimum, C etenim ſtupendum ſacramentum, ac ſacrificium quod in illo offertur, vi ſua gratiam efficit, eamque copioſam, gratiæ totius fontem, Chriſtianum altare continet, ideo ſolidiſſimum dicatur: gratiam minime continebat Iudaicum, ideo inane & cauum iure appellatur: præterea ex impolitis lapidibus, rudibuſque præcepit Deus altaria fieri, quoniam impolita ac rudia fuerunt Iudæorũ ſacrificia, boum, ouium, agnorum, quæ animalia ethnici etiam commentitijs dijs immolabant: et Chriſtianum altare expolitiſſimum eſt, atque ornatiſſimum, non enim vitulorum, aut agnorum ſacrificia in eo offeruntur, ſed ipſe offertur Dei filius, quem cætera adumbrabant ſacrificia.

Cor noſtrum ſuperne ſit patens, ab omni amore inordinato vacuum.

110. *Non ſolidum ſed inane, & cauum intrinſecus facies illud*; Cur non ſolidum, cum diuinitus conſtructum maneret? cur non omnino coopertum & perfectum, cum in eo ſacrificia Deo Opt. Max. offerri deberent? iam diximus hoc altari cor noſtrum deſignari, quod iure merito ſuperne patens eſt, & intrinſecus vacuum, quia ſemper cor noſtrum ſurſum verſus cœlum pateſcere, & ab omni amore inordinato vacuum eſſe debet. Religio eſſet ſilentio obuoluere verba S. Contemplatoris c. 7. de Tabern. fœderis, *Cordis noſtri vnitas ab omnibus ijs quæ imagines parere, vel imprimere* Rusbroch. *queant, itidemque ab amore inordinato inanis, id eſt euacuata eſſe debet, ſola dumtaxat liberi, & cum bona voluntate coniuncti deſiderij craticula inibi pendente, qua vtique ratione tum intro nos recipere ad ſenſibilem Dei amorem, quam foras egredi, vel extro vertere ad virtutum exercendos actus & opera bona, æque prompti ac parati erimus: cauum etiam ac patulum ſemper erit altare, quod eſt cordis vnitatem nunquam non ſurſum verſus ad cœlum cum deuotione, ac digno reuerentique cultu, & famulatu pateſcere, & apertam eſſe debere.* C

Niſi te exinanias, & ab omnibus terrenis te euacues, non poteris flammam ſancti Spiritus recipere.

Non ſolidum ſed inane, & cauum intrinſecus facies illud; Quod ideo ita fieri præcipitur, vt copioſum haberet locum, vbi vel ignem ſacrum ſanctum, & ligna ad ignem, vel holocauſta quæ igne conſumenda erant reciperet: an ideo vacuum eſſe debet, vt hæc omnia ſuſcipiat? quidni? ſic tu etiam, niſi te exinanieris, & ab omnibus terrenis te euacuaueris, flammã ſancti Spiritus recipere non poteris. Teſtis eſt Vener. Beda, *Tu ſi vis eſſe altare Dei exinani te ipſum, & euacua ab omni contagio rerum mundanarum, quatenus in te verba lignorum cœleſtium, & hoſtiæ virtutum locum poſſint habere ſufficientem, capiaſque flammam ſancti Spiritus, qua eædem hoſtiæ Domino conſecrentur, & ad finem perfectionis firmum perducantur.* 111. Ven. Beda. D

Nihil fruſtraneum in tabernaculo Dei debet eſſe.

Non ſolidum ſed inane, & cauum intrinſecus facies illud, plenum fiat, ita vt nihil ſit in eo vacuitatis & inanitatis, cum alia quæ in tabernaculo deſeruiebant, non vacua eſſe iubeantur. Verum quid prodeſſet, ſi ſolidum foret? nihil equidem, bene ergo ita fieri præcipitur, quia in tabernaculo Dei nihil fruſtraneum eſſe debet. Mens eſt Epiſcopi Abulenſ. 112. Abulenſ.

Cauſa huius erat, ſcilicet vt fieret vacuum, ne A *magnitudine ponderis importabile videretur, etiam quia nihil proderat fore ſolidum, & erat pondus ingens.*

Soliditatem & plenitudinem nobis Chriſtus attulit.

Non ſolidum ſed inane, & cauum intrinſecus facies illud; Quid in eo implendo conſumeretur? exiguum ſane, nam lignis ſethim repleri potuit, cum hæc inter alia ſint leuiſſima: fiat ergo ſolidum ſicut fit in lege gratiæ: nequaquam ita præcipitur, ſed vt ſit inane & vacuum, deerat enim illis Chriſtus Dominus qui nobis ſoliditatem, & plenitudinem attulit. B Siſto Iacobum Epiſcopum Lauſanenſem in hoc cap. *Spiritualiter altare veteris legis fuit vacuum & inane, illud noui teſtamenti debet eſſe ſolidum, oportet ibi includi reliquias Sanctorum quando conſecratur, quia tempore veteris legis non habebatur Chriſtus, ſed expectabatur, & ideo in ſignum huius altaria ſunt ſolida.*

Vacui ab omnibus peccatis, & quaſi Angeli effecti, Deo ſacrificium offerre debemus.

Non ſolidum ſed inane, & cauum intrinſecus facies illud; Deinde ſubiungit, ſicut tibi in monte monſtratum eſt: quod ſuperflue dictum eſſe videtur, nam de toto tabernaculo ſuperius iuſſum fuerat, facies illud, ſicut in C monte oſtenſum. Ad quid ergo cum de altari loquitur, ſuperius repetitum inculcat? aduerte quod cuncta nobis myſtice in altaris, & tabernaculi totius conſtructione facienda ſignauit Moyſes, prius in illa cœleſti conuerſatione, in qua cum Domino diebus 40. permanſit, ſacra à ſupernis ciuibus indefeſſa, & perenni obſeruatione cernebat: neque enim dubitandum eſt, cum potuiſſe ante ſolium Dei videre altare illud Sacroſanctum, quod videre meruit Eſaias, viuis carbonibus internæ charitatis pleniſſimum, videre & forcipes ſanctos, quos idem vidit Propheta, è quorum vno, tulerat Angelus carbonem de altari, quo eius labia purgaret, eiuſdemque gratia Spiritus, quo Angeli inflammantur ad amandum Deum ſemper in cœlis, & hominibus in terra, & dimittuntur peccata, & virtutum dona conceduntur: Nonne etiam altaria fiunt, vt in ijs ſacrificium Deo offeratur? non immerito igitur altare vacuum fieri iubetur à Moyſe, ſicut in monte intuitus erat, quia ſicut Angeli vacui ab omni opere malo, Deo ſacrificium cordis ſui offerunt, ita nos etiam ad inſtar eorum ſacrificemus. Fauet Archiepiſc. Moguntinus, Rabanus Maurus. *Altare cauum, & inane fieri iubetur, ſicut Moyſi monſtratum eſt in monte, quia ſicut Angeli & Spiritus iuſtorum in cœlis vacui à peccatis, & pleni ſunt pietatis & iuſtitia, ita & nos in terra pro modulo noſtro declinare à malo, & facere bonum debemus, quod ipſum exhortationibus apertis verbi cœleſtis, item & myſticis tabernaculi, ac vaſorum & cæremoniarum eius figuris ſemper agere docemur.*

VARIET. LECT. à Verſ. 9. ad 11.

Vulg. Facies & atrium tabernaculi, in cuius auſtrali plaga contra meridiem erunt tentoria de byſſo retorta, centum cubitos, vnum latus tenebit in longitudine.

Sept. Et facies atrium tabernaculo in latere, quod reſpicit ad atrium, tentoria atrij ex byſſo torta, longitudo centum cubitorum vni lateri.

Cald. Facieſque atrium tabernaculi, in cuius auſtrali plaga erũt cortinæ de byſſo retorta, centum cubitorum longitudinis in plaga vna.

Onk. Erunt cortinæ pro atrio.

Mont. Ad angulum meridiei ad auſtrum, funda atrio, byſſo retorta, centum in cubito longitudo ad angulum vnum.

Pag. Ad angulum auſtralem ad meridiem, centum cubitorum erit longitudo cubiti vnius.

Vulg. Et columnas viginti cum baſibus totidem æneis, quæ capita cum cælaturis ſuis habebunt argentea.

Sept. Circuli earum, & arcus argentei.

Nobilius, alij dixerunt, pro circulis & arcubus, fibulas & forcipes.

Cald. Capita columnarum, & cælaturæ earum erunt de argento.

Lippom. Et capitella columnarum cum zonis ſuis, argentea.

Onk. Capitella columnarum, & cincturæ earum erunt ex argento.

Pag. Et vncini columnarum, & fila eas cingentia argentea, *ſic Oleaſt.*

Cajet. Et vncini columnarum, & cingula earum argentea.

Vulg. Similiter & in latere Aquilonis per longum erunt tentoria centum cubitorum, co- D lumnæ viginti, & baſes æneæ eiuſdem numeri, & capita earum cum cælaturis ſuis argentea.

Sept. Sic lateri quod ad ſubſolanum, tentoria centorum cubitorum longitudo, & columnæ earum viginti, & baſes earum æreæ viginti, & circuli, & arcus columnarum, & baſes earum inargentatæ, argento.

Cald. Erunt cortinæ longitudinis centum cubitorum.

Pag. Vncini columnarum, & fila eas cingentia, argentea.

Mont. Et ſic ad angulum Aquilonis in longitudine funda centum longitudine, vncini columnarum, & circuli earum argentei.

CONCORDIA.

QVod nos dicimus, & etiam Cald. in cuius auſtrali plaga contra meridiem, Hebraice legitur לפאת נגב תימנה liphat negeb temana, ad latus ſiue angulum auſtralem, ad ſiue verſus meridiem, Septuag. εἰς τὸ κλίτος τὸ πρὸς λίβα, hoc ad latus ad auſtrũ, ſed nulla eſt ſenſus mutatio: erunt tentoria noſter Vulg. omiſit *atrio*, cum in Hebr. ſit לחצר lechazer, ſed hoc parum eſt. Vox Hebraica חשק chazuk, ſignificat ſolum, vel circulos, & alia ornamenta, quæ per gyrum ambiunt columnas, velut circulus doliaris qui coniungit lignea dolia: vnde varietas lectionum prouenit. Septuag. ψαλίδες, quod vetus interpres forcipes reddidit, ſed inepte, quid enim columnis cum forcipibus? Nobilius autem vertit arcus, & non malè: verum manifeſtum eſt B Septuag. ψαλίδας, non intellexiſſe arcus vel fornices inter binas columnas interiectos, intellexerunt ergo aliquod columnarum emblema, circuatim ipſas columnas ambiens.

Vbi habemus capita, pleriqne vncinos vertunt, alij fibulas, ſed noſter interpres vbique capita, vel capitella reddit: & Oleaſt. licet ſit dubius, videtur tamen melius, inquit, cõgruere, ſi capitella vertas, Septuag. vbique infra κεφαλίδες, capitella reddiderunt neque aliorum ratio, qui vncinos vertunt multum vrget, A quod in Hebr. ponatur vox וו, vel in plurali ווים vauim, quod littera ו etiam forma ſua vncinum exhibeat, valere poſſet id argumentum ſi Moyſis tempore, litteræ illæ quæ poſt captiuitatem in vſu eſſe cœpere, vſurpatæ in ſcribendo fuiſſent, non antiquiores illæ quæ Samaritanæ poſtea dictæ, non repugno tamen vt hac voce intelligantur capitella cum vncinis.

Arias Mont. cui non diſſentit Oleaſt. vbi habemus tentoria, & alij cortinas, legit funda, quod quidem difficile intellectu eſt, ſic autem de hac verſione loquitur. Oleaſt. quidam Hebræorum dicunt cortinas ſic vocatas, quod fundarum imagines depictas haberent, quod enim verbum chalo ſignificet funda iacere, B ex multis ſcripturæ locis conſtat, Ierem. 10. ecce ego ſcholea, id eſt funda proijcio, item 1. Samuel. c. 7. & 2. Reg. 3. adiungit: poſſemus etiam dicere cortinas factas ad modum fundæ, non pictas eius imaginibus, vt ſcilicet manerent in eis foramina quædam, quibus qui erant extra atrium, poſſent videre quod intus erat & fiebat, præſertim fœminæ, quibus non licebat ingredi atria, quem ſenſum valde iuuat vox Caldaica ſarada, id eſt rete, quaſi huiuſmodi cortinæ formam aliquam retis haberent, hæc Oleaſt. Ierem. 10. 1 Reg. 7 & 2. Reg. 3.

EXPOSITIO.

F*Acies & atrij tabernaculi*, quod atriũ omnibus erat commune, exiſtimo tamen aliquam illius partẽ deputatã ſacerdotibus, aliam laicis, *in cuius auſtrali plaga*, contra ſeu verſus, *meridiem erunt tentoria*, paramenta quæ auſtralem atrij partem conſtituent; *centum cubitos vnum latus tenebis in longitudine*, centum cubitorum fuit in longitudine à parte ſcilicet auſtrali & boreali ab Oriente vero & Occidente 50. cubitorum, ſic vt duplo longius fuerit quam latum: *columnas* 20. *cum baſibus totidem æneis*, illud, *ænea* tam ad columnas, quam ad baſes referendum, *quæ capita epyſti-* C *lia cum cælaturis ſuis habebunt argentea*, argenteis enim veſtitæ erant laminis columnæ, non vndequaque, ſed quod floſculis quibuſdam argenteis circumcirca eſſent diſtinctæ, nam capitella earum cum ſuis cælaturis erant, ex puro argento, *ſimiliter & in latere Aquilonis, &c.* columnæ ſingulæ quinque cubitis à ſe inuicem diſſitæ erunt, ex quibus vela byſſina abſque vllo opere phrygio dependebant, præter velum illud 20. cubitorum, quod in fronte, ſeu aditu atrij erat ab Orientali latere, quod aut pictum, & opere phrygio variegatum erat.

CONCEPTVS.

Bona voluntas erga virtutes adipiſcendas diuini amoris refert ſpeciem.

115. *Facies & atrium tabernaculi, in quo erunt columnæ viginti cum baſibus*, ſcilicet ex parte auſtrali, per columnas, inquit Ioannes Rusbroch. Comment. in Tabern. fœderis, vehemens aut forte accipimus deſiderium, & affectum erga cuncta Dei mandata, mores omnes, & inſtituta, ritus, & exercitia, quæ in ſancta Eccleſia obſeruantur: verum cur æneæ vel ex ære? an vt æs ignis ardore liqueſcit, & vt artifex æs ipſum igne, & malleis pro ſuo arbitrio diducere ac dilatare poteſt, ita & deſiderium hoc, ſeu affectus in omnibus rebus bonis dila- D tari, ducique debet, tam amoris igne tam malleis inſtitutionum Domini? bene equidem, ſed vlterius addamus, quod ſicut æs ſoli expoſitum, fulgentis auri quemdam præ ſe fert ſplendorem ac ſpeciem, ita & bona voluntas, & deſiderium erga virtutes diuini amoris refert, & exhibet ſpeciem, idque in omnium illorum aſpectibus, qui foris illud in operibus conſpiciunt ac contemplantur.

Ioannes Rusbroch.

Bonam voluntatem pia & honeſta conuerſatione comitemur.

Facies & atrium tabernaculi, cuius columnæ licet æneæ, tamen eo modo quo diximus la- 116.

minis veſtiendæ argenteis, ad maiorem decorem. Nonne ſufficiebat ita puro ære fieri, cur adhuc argento decorantur? an tanta argenti copia ex Ægypto allata, vt ad omnia quæ in tabernaculo erant, ſufficere poſſit? bene laminis veſtiuntur argenteis columnæ, quia pium deſiderium piæ & honeſtæ conuerſationi debet coniungi. Id habet expreſſè S. Contemplator eodem cap. *Hæ bonæ voluntatis, ſeu deſiderij columnæ argenteis ſunt operiendæ laminis, id eſt vita bona & honeſta conuerſatione, quod ſic rectè faciemus, ſi ita vt decet ſtudioſe ac ſedulo nos iuxta Dei præcepta ſanctorumque inſtitutiones exercitabimus, ac excolemus, ita vt quiuis noſtris in moribus, ſeu in argento diligenter expolito, & à maculis expurgato ſeſe contemplari queat, maioremque adferat voluptatem ac iucunditatem bonæ vitæ noſtra fama, atque exiſtimatio piorum percepta, quam vllus argenti ſonus, aut tinnitus.*

Non ſatis eſt pio deſiderio erga virtutes ferri, niſi tuam voluntatem diuinæ omnino ſubieceris.

17. *Facies & atrium tabernaculi*, cuius columnæ licet eſſent ex ære, tamen earum capita ex argento erant, varijs decoratæ cælaturis, cur partes extremæ columnarum, abſque vllius æris admixtione, penitus ſunt argenteæ? cur varijs cælaturis ornatæ? quid hoc denotat? Reſpondet Rusbroch. *Debere quemque ijs omnibus quæ Deus ipſi euenire velit, etiam naturæ contrarijs, ac moleſtis, ſuæ renuntiare voluntati, & abſque vlla alia dilectione, aut optione, patientem ſeſe præbere, atque in omni perpeſſione manſuetum, ac tolerantem eſſe: quippe quidem virtutum eſt morumque omnium qui foris poſſint agnoſci, in homine præcipuus decor, & præcipuus ornatus: & hæc ſunt virtutum capita, nullo ære admixto prorſus argentea: ſæpe namque ita vſu venire ſolet, vt quæ quis vel inſtituta, vel opera cupidè, & cum affectu amplexus ſit, & aſſumpſerit, ea cuncta ad Dei honorem interim deſerere cogatur, atque ſimplici ex obedientia, & animi ſubmiſſione, aliud quiddam agere, quod ex Dei ſit, vel ſuperioris voluntate, ſicque in cunctis ſuis actionibus propria ſeſe abdicat voluntate, ſeu voluntatis proprietate, liberumque arbitrium ſuum, ſiue in Dei, ſeu Prælati ſui transfundit, reſignatque liberrimam voluntatem, atque ea re iam pro ſuæ vitam agit naturæ proprietate, ſed æquè paratus eſt quarumlibet virtutum incumbere actibus, perpeti ac tolerare omnia quæ Deus ipſi accidere velit, hoc pacto virtutes abſque proprietate ſumma obedientia coluntur, & capita argentea quæ ſunt quælibet voluntates abdicationes cælantur atque exſculpuntur, pro liberrima Dei voluntate.*

Prima bene incipientium rudimenta, carnis illecebris valedicere.

8. *Facies & atrium tabernaculi*, in cuius auſtrali plaga erunt tentoria de byſſo retorta, ſicut ſancta ſanctorum, eam quæ in cœlis eſt ſanctæ Eccleſiæ partem deſignat, & prius tabernaculum perfectam piorum vitam, in hoc dumtaxat ſæculo commorantium typicè deſignat, ita atrium tabernaculi quod exterius erat, prima incipientium rudimenta demonſtrat. Sed cur tentoria illius atrij de byſſo retorta fiunt? cur non de purpura, vel hyacintho? non eſt dubium byſſum quæ contunditur, torquetur, ſiccatur vt fiat candida, deſignare carnem noſtram, quæ variè maceratur, vt tandem innocentiam accipiat: bene ergo tentoria atrij fiunt ex byſſo retorta, quia prima benè incipientium rudimenta, eſt carnis illecebris valedicere media carnis maceratione. Quod paucis expendit Vener. Beda lib. 2. c. 13. *Benè tentoria eiuſdem atrij de byſſo retorta erant facta, quia prima incipientibus cura impendenda eſt, vt illecebras carnis ſimul & ſpiritus refrænent, iuxta illud Apoſt. 2. Cor. 7. quod de filijs adoptionis loquens adiecit, has igitur habentes promiſſiones chariſſimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis, & ſpiritus: relinquitur autem byſſus, ne facile poſſit diſſolui, cum non ſolum luxuria carnis reſtringitur, verum etiam tota eius memoria ab intimo corde radicitus euellitur.* Ven. Beda. 2. Corint. 7.

Eloquium Dei tanquam propriam æſtimemus vitam.

Facies & atrium tabernaculi, conſtans ex parte auſtrali viginti columnis, quarum capita erunt argentea, columnæ, quibus tentoria ſuſpenduntur in altum, Doctores ſunt ſancti, qui ſuorum corda auditorum, à terreſtribus contagijs extracta, ad cœleſtia deſideranda extolluntur, & hæc quaſi veſtem Domini extendunt, ne quid in his eſſe duplicitatis valeat, ſed ſimplici & munda intentione coram Domino velut tentorio byſſina niteant, quæ columnæ licet æneæ, tamen veſtitæ argento fuerunt, æneæ quidem propter perſeuerantiam virtutis, ſiue propter ſonum ipſius prædicationis, argento autem veſtitæ, quia non aliud quam verbum Dei ſonant, cuius claritas argento ſæpe figuratur. verum cur capita earum ex puro argento? Rectè Rab. Maur. *Hoc proprium Doctorum eſt, totos ſe verbis Sacræ ſcripturæ ſubijcere, hiſque ambiunt corpuſque meditando, prædicando, operando mancipare, ſicut enim membra noſtra ſine capite ſubſiſtere ac viuere nequeunt, ſic eloquia diuina illi ſuam vitam æſtimantes, nunquam hæc obediendo portare, & ſemet humiliando exaltare deſiſtunt.* 119. Rabanus Maurus.

Nihil in Eccleſia confuſum ſit.

Facies & atrium tabernaculi; Nonne ſanctum ſufficit conſtructum eſſe, vel ſaltem Sancta ſanctorum? cur adhuc atrium ita latum & longum, quod adhuc in alias diſtinctum partes? vt nulla in Eccleſia, quæ hoc tabernaculo deſignatur, debeat eſſe confuſio, ſed vbique inueniatur ordo. Aptè Oleaſt. *Nihil in Eccleſia confuſum eſſe debet, ſed cuncta ſuo ordine diſpoſita, in qua ſtatuendus eſt locus pro ſacerdotibus, ſæcularibus, & fœminis, quemadmodum in templo erat ſanctum à Sancta ſanctorum diuiſum, nunc ferè cuncta in Eccleſia confuſa ſunt, viri inter ſacerdotes, religioſos, fœminæ quoque paſſim inter viros.* 120. Oleaſt.

VARIET. LECT. à Verſ. 12. ad 15.

VVlg. In latitudine vero atrij quod reſpicit ad Occidentem, erunt tentoria per 50. cubitos, & columnæ decem, baſeſque totidem. A

Sept. Et laritudo atrij quæ ad mare tentoria 50. cubitorum.

Cald. Et in latitudine atrij erunt ad latus Occidentale cottinæ longitudinis 50. cubitorum.

Arias, Et latitudo atrij ad angulum maris, fundæ 50. cubitorum.

Vulg. In ea quoque atrij latitudine, quæ reſpicit ad Orientem 50. cubiti erunt.

Sept. Et latitudo atrij quæ quod ad auſtrum tentotia 50. cubitorum, columnæ earum, & decem, & baſes earum decem.

Pag. Et latitudo atrij ad latus Orientale ad Orientem. B

Mont. Et latitudo atrij ad angulum anteriorem, ad Orientem 50. cubiti.

Vulg. In quibus cubitorum quindecim tentoria lateri vno deputabuntur, columnæque tres, & totidem baſes.

Sept. Et 15. cubitorum altitudo tentorium lateri vni.

Cald. Et cortinæ 15. cubitorum erunt in latere vno.

Mont. Et 15. cubitorum fundæ humero.

Vulg. Et in latere erunt tentoria cubitos obrinentia quiodecim, columnæ tres, & baſes totidem.

Sept. Et latus ſecundum 15. cubitorum tentotiorum altitudo.

Cald. Et in ſecundo latere cortinæ 15. cubitorum erunt.

Mont. Et humero ſecundo 15. fundæ.

CONCORDIA.

QVod reſpicit ad Occidentem, in Hebr. eſt לפאת ים lipbat iam, ad latus maris, quod eſt idem cum ad Occidentem: ſic & Sept. τὸ κτ' θάλασσαν, quod ad mare nempe rubrum, quod ad Occidentale latus tabernaculi erat, tentotia per 50. cubitos, intellige prout ſunt Hebr. קלעים חמשים אמה kelaim chamiſſim amma, tentoria, ſiue cortinæ Mont. fundæ. Vide quæ in præcedenti Concordia diximus, verbum deputabantur, non eſt in Hebr. ſed addidit interpres maioris claritatis gratia.

EXPOSITIO.

IN *latitudine atrij quod reſpicit ad Occidentem*, tetro tabernaculum, *erunt tentoria per* 50. *cubitos columnæ decem totidemque baſes*, quæ claudent omnino partem illam non relinquendo oſtium aliquod ad atrium, *in ea quoque atrij latitudine quæ reſpicit ad Orientem*, vbi ingreſſus, ſeu oſtium atrij exiſtere oportet, 50. *cubiti erunt*, menſurantes diſtantiam C lateris auſtralis atrij, à latere Aquilonari, *in quibus* in quinquaginta cubitis, 15. *cubitorum tentoria*, quæ ſimilia omnino debent eſſe alijs atrij tentorijs, *lateri vno deputabantur*, *columnæ*, tres, & hæc conſtituens latus vnum portæ atrij, *& in latere altero*, nempe oſtij vel introitus in atrium, *erunt tentoria*, ſimilia ſuperiotibus, &c.

CONCEPTVS.

Vitam iam tranſactam ſecundum Dei præcepta attendere debemus, vtrum eis ſatiſfecerimus.

141. *In latitudine atrij quod reſpicit ad Occidentem columnæ decem*; Quid eſt quod in hac parte Occidentali, ſolum columnarum numerus decennarius, cum in meridie, ſeu in parte auſtrali, imo & ad Septentrionem, ſint viginti?

Rusbroch. Ioan. Ruſbroch. de his viginti columnis diſſerens ſic loquitur, harum columnarum viginti ad Meridiem, eiuſdemqne numeri verſus Septentrionem erunt, quod eſt affectu beneuolentiæ, & amoris exercitijs, ſeu officijs charitatis ad dexteram, atque ad læuam, ad malos atque bonos, ad amicos, & inimicos extendi vos debere: ita vt mandata Dei, & in nobis, & in cæteris magno ſtudio cooemur, quod vtique nec amici nec inimici, non compendij, vel diſpendij cuiuſquam cauſa, non ob res ſecuodas, vel dubias & aduerſas, vnquam omittendum eſt: neque committendum, quin Dei præcepta, quantum quidem in nobis ſitum eſt, in cunctis exequamur hominibus, D hac vbi conſtantia ac firmitate præditi erimus, iam tum columnas vtrique 20. habebimus, id eſt decalogum geminatum: quas enim virtutes amamus, atque tum in nobis, tum cæteris perficere appetimus, ſi adhibeamus id quod in nobis eſt, haud ſecus illæ virtutes noſtræ ſunt, quam ſi ipſi eas re ac opere præſtitiſſemus, hac ratione ſpiritaliter cunctis illis, quæ toto fiunt terrarum orbe virtutibus patrandis, cooperiamur, itemque ſceleribus, & peccatis omnibus, quæ mundus in ſe admittit affligimur, & excruciamur. Et ita quidem proximos, vti nos ipſos diligimus, & Dei iuſſa vtrimque exequimur dupliciter dum & malos,

los,& bonos eodem quo nos ipſos amore proſequimur, id optaotes, vt ad Dei cultuio æternamque eos beatitudinem perducere, ac prouehere queamus, id eſt, vt ſeruiant Deo, ſintque in æternum beati. His ita animaduerſis cur viginti columnæ in meridie, & verſus Septentrionem conſtituantur reſtat aperire, cum ſolum ſint decem iu Occidente: cur retro nos, verſus Occidentem ſolum ſit numerus columnarum decennarius? Sic erudite ſatisfacit præf. Contemplator, *Per hoc ſignificatur omne ſuperioris exactaque vita noſtra tempus diſpicere nos atque expendere debere, itemque perueſtigare, & examinare, & expiare conati ſumus, & pro viribus iuxta Eccleſiæ inſtituta & decreta, vt emendetur dare operam velimus, & iſta quidem retroſpiſcieЁtes ratione, neminem niſi nos ipſos iudicabimus: cum diuina lege cautum ſit, ne alios iudicemus, vnde etiam nonniſi decem dumtaxat columnas à parte habemus poſteriori, quæ ſunt decem præcepta Dei, quibus nos hoc pacto ſatisfacere oportet, vt quod ad omne præterita vitæ noſtræ tempus attinet, nullam ſentiamus conſcientia reprehenſionem.* Rusbroch.

Honorum contemptus, vitæ aſperitas, rectaque intentio vitam moralem perfectam efficiunt.

122 *In latitudine atrij erunt tentoria, &c. in quibus columnæ tres, & totidem baſes.* Per atrium tabernaculi, vitam moralem aliqui intelliguot, ſed quid commune columnis cum vita morali? ſed cur tres, non quinque? aduerte harum numero, tres virtutes intelligi, prima eſt, vt deſpiciamus, ac nullius penſi habeamus, negligamuſque omnem honorem temporalem, opeſque mundanas: altera eſt vt vitam agamus aſperam, idque hoc pacto, vt ea omnia naturæ commoda quæ non neceſſaria ſunt, deſerere, flocci pendere, & aſpernari queamus, miniſtremuſque corpori iuxta præcepta Dei, & Eccleſiæ ſanctæ vera cum moderatione, ſeu diſcretione, ea quibus neceſſario indiget, atque ita corporis tuebimur, & ſeruabimus puritatem: Tertia, recta intentio, qua Deum cunctis in actionibus noſtris, ſeu ſcopum ſpectemus, & inquiramus, & ita diuinæ ſemper morem geramus voluntati. En cur non quinque, aut duæ in vtroque latere introitus atrij ſunt columnæ! quia vt perfecte vitam moralem ducamus, ſunt hæc tria neceſſaria, contemptus honorum, vitæ aſperitas, rectaque intentio. *Tres quadam hæ*, inquit Rusbroch. *exprimuntur virtutes ex vtraque noſtri parte nobis colendæ atque exercendæ, quæ quidem eiuſmodi ſunt, vt ſine ijs vitam moralem obtinere nequeamus, aut ſi adepti eam etiam eſſemus, abſque ijs tamen non poſſet conſeruari.* Contemplator.

Baſis virtutum humilitas.

123 *In latitudine atrij erunt tentoria, & columnæ decem, totidemque baſes.* In immobili collocantur fundamento, nempe in terra, quid neceſſe eſt hoc obſeruate? quid enim refert vtrū hoc habeant fundamentum vel aliud? ſi columnis diximus virtutes denotari, non immerito obſeruatione dignum cenſemus, quod A terreno conſtent fundamento, vt nobis compertum eſſet virtutes omnes ſuper humilitatis baſi fixas ac ſtabiles permanere. Audiamus Ioann. Abbatem apud Pallad in Lauſiaca hiſt. cap. 45. *Præcipuè ô filij exerceamus humilitatem, quæ eſt fundamentum omnium virtutum.* Ioannes Abbas.

Prima fidei confeſſio, remiſſione peccatorum gaudet, & ſpe vitæ æternæ.

In latitudine atrij quæ reſpicit ad Orientem quinquaginta cubiti erunt, latitudo atrij quæ ad Orientem reſpicit primordium bonæ noſtræ conuerſationis, quæ à fide incipit, ſignificat, quæ propter primam cœleſtis gratiæ perceptionem, recto ad Orientem reſpicere di- 124
B citur. Iuxta illud Zachar. Luc. 1. Viſitauit nos Oriens ex alto, illuminare his qui in tenebris, & in vmbra mortis ſedent. Verum cur in illa parte Orientali ſunt quinquaginta cubiti? nonne quadraginta ſufficerent? aduerte numerum quinquagenarium ad remiſſionem peccatorum pertinere. Vnde in Pſalmo eiuſdem numeri, pœnitentia, confeſſio, & remiſſio deſcripta eſt peccatorum, ita vt is qui peccauerat, & coram Domino malum fecerat, cognoſcendo ipſe & vere deteſtando iniquitatem ſuam, ablutus ſit ab ea, & ſuper niuem dealbatus, ruſumque lætitiam ſalutaris Dei, hoc eſt Domini Ieſu quem offenderat, receperit, & ſpiritu illius ne vltra laberetur, fuerit confortatus: en cur Orientalis atrij latitudo quinquaginta cubitis merito conſtet! C quia prima fidei confeſſio remiſſione peccatorum gaudet, necnon ſpe vitæ æternæ: quod paucis exprimit Anſelm. Laudun. *In primordio bonæ conuerſationis quæ reſpicit ad Orientem, nempe fidem, quia in ipſo ingreſſu, qui catechiſantur, remiſſionem peccatorum, & requiem ſperare debent.* Luc. 1. Anſelmus Laudun.

Si recte decem præcepta Dei ſeruaueris, præmium manet æternum.

In latitudine atrij quæ reſpicit ad Occidentem, quinquaginta cubiti, latitudo atrij quæ ad occaſum ſolis reſpicit, vbi terminato labore diurno, noctis ſopor, & gratia ſuccedit, merito tempus ſignificat illud, quando ceſſante poſt mortem vita actuali, quies electorum & merD ces ſequitur æterna: denique illi qui in vinea ſummi patris familias operabantur, cum ſero eſſet factum, præmia ſui perceperé laboris, quia nimirum ſinguli quique iuſtorum cum ad huius vitæ finem perueniunt, tum veræ ingreſſum vitæ ſortiuntur. Vnde in Apoc. c. 14. Ioannes ait, Audiui vocem de cœlo dicentem, beati mortui qui in Domino moriuntur, amodo iam dicit ſpiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis: propter quam requiem recte latus occidentale atrij habebat quinquaginta cubitos, quinquagenarius namque numerus annorum ſignificat in lege quinquageſimum, qui libertati, qui remiſſioni totus erat conſecratus: propter quod & Iobilæus vocari iuſſus eſt. Iobel namque dimittens aut mutatus interpretatur. Verum cur columnæ decem? quæ enim connexio lateris Occidentalis, 125 Apoc. c. 14.

atrij quinquaginta cubitorum, & decem columnarum, potius quam vndecim, aut duodecim? Nonne decennarius numerus decem Dei præcepta denotat? bene ergo coniunguntur cum huiuſmodi latere Occidentali, cum cubitis 50. requiem vitæ æternæ denotãtibus, quia Matth 19. ſi rectè præcepta Dei ſeruaueris, præmium manet æternum, teſte Chriſto Domino qui in- A terroganti, quomodo vitam æternam poſſideret, reſpondit, ſerua mandata: Quæ explicans Guillaud. ait, *Breuis quidem ſententia paucis contenta verbis, ſed quæ omnibus propoſita, veluti generalis regula, qua docetur quid boni faciendum, & qua pateat ad cœlos via, bonum & coram bona opera facies, ſi ſeruaris mandata, vitam ingredieris, ſi ſeruaueris mandata.* Guillaud.

VARIET. LECT. Verſ. 16. & 17.

V*Vlg.* In introitu vero atrij fiet tentorium cubitorum viginti, ex hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta B opere plumarij, columnas habebit quatuor cum baſibus totidem.

Sept. Et portæ atrij tegmen viginti cubitorum altitudo, ex hyacintho, & purpura, & cocco. *S. Auguſt.* Cocco torto, & byſſo neta, & byſſo torta, varietate acu picti.

Cald. Et in oſtio atrij erit tentorium. *Onk.* Velum 50 cubitorum ex coccino, & byſſo bis retorta, opere polymitario.

Pag. Et porta atrij erit aulæum, &c. opere phrygionico.

Mont. Et portæ atrij operimentum, &c. vermiculo cocci opere recamantis.

Vatab. Et portæ atrij diſponetur aulæum 20. cubitorum, opere acu pictoris.

Vulg. Omnes columnæ atrij per circuitum veſtitæ erunt laminis aureis, capitibus argenteis, & baſibus æneis.

Sept. Omnes columnæ atrij in circuitu inargentatæ argento.

Cald. Cælatæ erunt argento, & vncini earum erunt ex ære.

Pag. Cinctæ erunt argento, & vncini earum argentei. *Ita Arias, Cajet.*

CONCORDIA.

DIctio שער quæ proprie portam ſignificat, C pro introitu, ſiue oſtio ſumitur; fiet tentorium, מסך maſach, etiam aulæum, velum, tegmen reddi poteſt, de hac varietate lectionum opere plumario, phrygio, acu pictoris vide quæ ſupra diximus: columnas habebit quatuor, Hebr. עמודיהם ארבעה hammudehem arbaha, columnæ earum quatuor, ſubaudi cortinarum, ex quibus tentorium viginti cubitorum erit concinnatum: Sept. autem & Cald. legunt columnæ eius quatuor, vbi dictio eius, ingreſſum atrij non cortinas refert, verum hoc modicum, nec Vulgatæ lectioni officit.

EXPOSITIO.

IN *introitu vero atrij*, qui erit è regione introitus tabernaculi, *erit tentorium*, quod eiuſdem materiæ & texturæ fuit cum aulæis, quæ intra tabernaculum erant, & ſic Ioſeph. ſimiliter loquitur, ſicut de illis: pendebat ad ianuam, inquit, velum viginti cubita longum, & 5. cubita altum, ex purpura byſſoque, & hyacintho contextum, varie picturatum, exceptis animalium formis: & quia viginti cubitorum ſpatium occupare debet tentorium D iſtud, *columnas habebit quatuor tum baſibus totidem,* quinque cubitis à ſe inuicem diſtantes, quæ ingreſſui atrij deſeruiunt, *omnes columnæ atrij per circuitum veſtitæ erunt argenteis laminis;* Pulchro ornatu argenteo cinctæ erant, ita vt circumcirca, in rotunditate columnarum argentea fila erant, alij tamen licet cælaturas argenteas non negent, volunt tamen columnas argenteis laminis coopertas.

CONCEPTVS.

Opera noſtra non ſolum exterius candida appareant, ſed & interius.

In introitu tabernaculi fiat tentorium ex hyacintho, purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta, Byſſus genus eſt lini Ægyptij, candidiſſimi, ſubtiliſſimi, atque leuiſſimi, poteſtque per id laudabiliter accipi morum vitæque candor & mundities. ſed ſi ita eſt, nõne ſufficeret dicere tentorium ſit ex byſſo, cur addidit retorta? Ioannes Rusbroch Rectè Ioann. Rusbroch. c. 5. quandoquidem candor hic, & puritas, tum foris præferenda, & exhibenda eſt in moribus, & conſeruatione, tum quoque ſeruanda, cuſtodiendaque intus in animi intentione: ſed cur inter columnas ſingulas, quinos nonniſi dumtaxat in longum cubitos habent cortinæ, cum non potior ratio eſſe videtur, cur potius quinque quã quatuor? Reſpondet præf. Doctor, *Mores externi quibus virtutes ornantur & declarantur, quinque ſenſibus voluntur, & exercentur, atque ita inter virtutes ſingulas, quinque cubiti ſunt, quæ ſunt opera noſtra, quæ ſenſibus efficimus, quæ ſunt intus foriſque munda, & pura conſeruanda, ſicque & nobis ipſis, & cæteris quibuſcumque quod ad mores attinet, ſatiſfaciemus.*

Prudentia, fortitudo, commiſeratio, & pura innocentia, moralem vitam perficiunt, & faciunt conſiſtere.

126. *In introitu tabernaculi fiet tentorium ex hyacintho, purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta;* Introitus atrij tabernaculi eſt vita moralis, virtutibus dedita, vel earum ſtudioſa actio. Verum cur in introitu eius tentorium fieri debet ex huiuſmodi quatuor his coloribus? nonne ſpecioſum fieri potuit ex alijs? aduerte quod per hyacinthum, cuius color eſt inſtar violæ, ſeu cœli ſereni, diſcretionis, ſeu moderationis, virtutem accipimus, quę vim exornat rationalem, edocetque diſtinctè in omnibus hominem, vti ea aut agenda ſint, aut omittenda. Per purpuram quæ eſt coloris rubri conchatum ſanguine tinctum, virtus fortitudinis in vi iraſcibili declaratur, vt pote quæ proprium naturæ extinguit, & ſuperat ſanguinem, dum ſeſe exercet homo, non pro naturæ appetitione, aut affectu, vel propenſione, ſed rationis, ſeu diſcretionis, ſeu moderationis ſuaſu, conſilioque, tum obluctationis motes eius proprio illius ſanguine tinguntur & exornantur. Coccus autem bis tinctus, qui itidem eſt coloris rubicundi, ex vermiculorum ſanguine confecti condolentiæ, ſeu compaſſionis, ſeu commiſerationis virtuté ſignificat, quam gemmam, ſeu duplicem eſſe oportet, eo quod vim implere habeat concupiſcibilem, quo vnumquemlibet ex vera condolentia, & ſui ipſius miſereatur, & cuiuſlibet cæterorum, ſitqueac præſtet, tum alijs quidquid poteſt, & ratio dictat, tum etiam ſibi ipſi in eodem amoris gradu. Denique byſſus retorta quæ eſt inſtar niuis candidi, nitidique coloris, ſynceram ac minime fictam deſignat innocentiam, id eſt internam cordis puritatem, & externam ſenſuum cunctarumque actionum, vel operum munditiem, & candorem. En cur tentorium in introitu tabernaculi à Deo requiritur, vt ex his quatuor coloribus fiat? quia virtutes his deſignatæ, nempe prudentia, fortitudo, commiſeratio, & innocentia, vitam moralem conſtituunt perfectam, nec vna ab alijs ſeparanda, nam vna ablata vita moralis perfectè conſiſtere non poſſet.

Licet Cathecumenis pulchra facies Eccleſiæ appareat, ſed baptiſatis pulcherrima.

127. *In introitu tabernaculi fiet tentorium ex hyacintho, purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta,* pendamus quid antea dictum, cum iubetur fieri atrium. Facies, inquit Deus Moyſi, atrium tabernaculi, in cuius auſtrali plaga, erunt tentoria de byſſo retorta: cur non ex alijs etiam tribus coloribus tentoria conficientur, ſicut & tentorium quod eſt in introitu tabernaculi? per huiuſmodi introitum intelligũt quidam baptiſma, quo in Eccleſiam fit primus ingreſſus, per alias partes tabernaculi, varia hominum genera qui eam ingredi deſiderant medio baptiſmate. Et ideo fiunt antea Catechumenis: ne mireris ergo tentoria quæ sũt in parte auſtrali ſolum eſſe de byſſo retorta. quod autẽ eſt in ingreſſu tabernaculi ex quatuor pulcherrimis coloribus, quia licet Catechumenis pulchra facies Eccleſiæ appareat, ſed baptiſatis ſpecioſiſſima. Obſeruatio eſt Vener. Bedæ c. 12. de Tabern. *Rectè hoc in introitu tabernaculi tentorium, non ſicut in reliquo atrio de byſſo retorta, ſed de quatuor nobiliſſimis coloribus fit, hyacintho ſcilicet, purpura, coccoque bis tincto, ab ipſa byſſo retorta opere plumario: quia pulchra quidem Eccleſiæ facies in eis qui catechiſantur exterius fulget, ſed multo præclarior eius dignitas ac virtus apparebit his qui eam per ſacramentum Baptiſmatis ingredi merentur, nemo enim repentè fit ſummus, ſed gradatim neceſſe eſt à minoribus ad perfectiora tendamus.* Ven Beda.

Virtutes ad inuicem copulatæ, longe ſpecioſiores, quam à ſe inuicem ſeparatæ.

In introitu tabernaculi fiet tentorium ex hyacintho, purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta opere plumarij, alij opere phrygionico, 128.
Cald. opere polymitario. Nonne ſatis erat dixiſſe, ex quibus & his ſpecioſiſſimis coloribus confectum erat tentorium introitus atrij tabernaculi? nam ad alicuius velaminis exprimendam venuſtatem, quid amplius dici poterat, quam textum eſſe purpura, hyacintho, cocco bis tincto, byſſoque retorta? cur ergo ſubiungitur, quod hoc, non quocumque opere, ſed plumario phrygionico abſolutum? aduerte iam dictum à nobis hyacintho, ſpem bonorum cœleſtium, purpurâ, tolerantiam temporalium malorum, cocco bis tincto, ardorem perfectæ dilectionis exprimi, byſſo retorta carnalis delectationis mortificationem ſignificari. Quo poſito merito dicere poſſumus, huiuſmodi colores opere plumario inuicem variatos, & diſtinctos eſſe; quia vt optimè Anſelm. *Vnaquæque virtus fidelium vicinarum ſibi virtutum ſocietate, & velut quadam conſanguinitate amplius clareſcit.* Anſelmus Landun

Niſi patientia muniti fuerimus, aliæ virtutes in nobis non valent conſiſtere.

In introitu tabernaculi fiet tentorium, &c. Sed 129.
omnes columnæ atrij veſtitæ erunt laminis argenteis, & baſibus æneis. Si decoratæ ſunt argento, cur baſes ex eadem non fiunt materia? nonne argentum ſatis copioſum erat, vt baſes earum etiam ex argento fierent, non ſolum autem ex ære? diximus per columnas, Doctores Eccleſiæ denotari, ſicut per argentum eloquia Domini, teſte regio vate, eloquia Domini eloquia caſta, ſicut argentum igne examinatum. Psalm.
Ære autem quod contũditur malleorum ictibus, & non frangitur, cur non intelligemus inuincibilem patientiam quæ neſcit aduerſis cedere? bene ergo columnæ licet laminis ſint coopertæ argenteis, licet ſicut argentea capita, baſibus tamen æneis conſtant, quia licet Doctores Eccleſiæ fulgeant virtutibus, eloquia Domini argentea proferant, niſi patientia ſtabiliantur, facilè præcipites ruent. Teſtem adhibeo Rabanum Maurum, *Nemo inter Doctores veritatis columnas atrij cæleſtis poteſt computari, qui non inſtar æris inuincibilem inter aduerſa patientiam habere didicerit.* Rabanus Maurus

VARIET. LECT. Verſ. 18. & 19.

V*Vlg.* In longitudine occupabit atrium cubitos centum, in latitudine quinquaginta, altitudo quinque cubitorum, fietque de byſſo retorta, & habebit baſes æneas.

Sept. Longitudo autem atrij centum per centum, & latitudo quinquaginta ad quinquaginta, & altitudo quinque cubitorum ex byſſo torta, & baſes earum æreæ.

Cald. Altitudo cortinarum 5. cubitorum ex byſſo retorta.

Mont. Longitudo atrij centum in cubito, & ſtatura 5. cubitorum.

Vulg. Cuncta vaſa tabernaculi in omnes vſus & cæremonias, tam paxillos eius, quam atrij ex ære facies.

Sept. Et omnis ſupellex, & omnia inſtrumenta, & paxilli atrij ſint ærei.

Cald. Omnia vaſa tabernaculi in omne miniſterium eius, & omnes paxilli eius, & omnes paxilli atrij erunt ex ære.

Pag. Et omnes claui eius, & omnes claui atrij ex ære.

Mont. Omnibus vaſis tabernaculi in omni ſeruitio eius, & omnes claui eius, & omnes claui atrij æs.

CONCORDIA.

IN latitudine quinquaginta, in Hebr. וְרֹחַב חֲמִשִּׁים בַּחֲמִשִּׁים vetochab chamiſſim bechamiſſim, & latitudo quinquaginta in quinquaginta: ſic & Septuag. [illegible], quinquaginta ad quinquaginta, in omnes vſus & cæremonias eius: Hebraice eſt לְכֹל עֲבֹדָתוֹ becol habod atho, in omne miniſterium eius, ſiue in, aut, cum, miniſterio eius: ſed hoc parum, dictionem יְתֵדֹת ithdoth verterunt clauos, & rectè, quia paxilli hic non aliud ſunt quam claui.

EXPOSITIO.

IN *longitudine occupabit atrium centum cubitos*, ſcilicet à parte auſtrali, & boreali, nam ab Oriente, & Occidente, ſolum cubitorum quinquaginta erat, ſic vt duplo longius fuerit quam latius, *altitudo 5. cubitorum erat*, quæ ſufficiens fuit, vt arceretur populi adſpectus, ne paſſim viderent, quæ à ſacerdotibus in atrio fierent, *fietque de byſſo retorta*, quod conuenit atrio ratione tentoriorum, ſeu velorum, quæ ambiebant atrium, *& habebit baſes æneas*, quæ verba competunt atrio ratione columnarum, quæ in eiuſdem erant circuitu.

Cuncta vaſa tabernaculi, nempe ex ære facies, intellige præterea quorum vſus erat in ipſo tabernaculo, hæc enim omnia debuerunt eſſe aurea: *et claui, paxilli*, inſtrumenta alia quæ exterius adhibebantur tabernaculo, quorum materia aliquod metallum exigebat, ex ære fuerunt conficienda, *in omnes vſus, & cæremonias*, dicitur cæremonia, aliquis ritus colendi Deum, & ſic vaſa dicuntur in cæremonias, quæ immediatè applicantur ad aliquem Dei cultum, ſicut vaſa miniſtrationis holocauſtorum, &c. aliqua vaſa dicebantur ad vſus, qui non erant immediate ad aliquem actum cultus diuini, ſed per ſubordinationem, ſicut labrum æneum, in quo lauabantur ſacerdotes, faſcinula, tridens, &c. *paxillos eius*, quorum vſus hic videtur fuiſſe, vt tabernaculi operimenta ſaltem exteriora his in terra defixis firmarentur.

CONCEPTVS.

Aduerſis pulſatus, ne deficias.

130. *Cuncta vaſa tabernaculi in omnes vſus, & cæremonias eius ex ære facies*, per hæc vaſa in vſus tabernaculi præparata; varia ſunt hominum genera quæ in diuerſis meritis & gradibus in Eccleſia Domino ſeruiunt: verum ſi ita eſt, cur huiuſmodi vaſa iubentur fieri ænea, non aurea, non argentea, cum Dei famuli, charitate feruidi, aurei ſint, candore vitæ ſint argentei? æs nonne ſonorum, & naturæ diu durabilis licet confuſum? benè ergo huiuſmodi vaſa in vſus tabernaculi ex ære fieri iubentur, quia veri famuli Dei licet aduerſis pulſentur, non deficere, ſed in omnibus debent eſſe conſtantes. *Eſt figura myſterij*, inquit
Ven. Beda. Vener. Beda lib. 2. c. 12. *vt ſi quis pulſetur aduerſis, perſeueret in finem, nec promiſſam ſibi ſalutem deſidia perdat, ſiue vt fidem quam didicit etiam inimicis obluctantibus confiteri non metuat.*

Humilis animus omnia contemnit aduerſa.

Cuncta vaſa tabernaculi in omnes vſus, & cæremonias eius, tam paxillos eius ex ære facies, quorum vſum diximus fuiſſe, vt tabernaculi operimenta ſaltem exteriora, his in terra defixis, firmarentur, idque vt illæſa omnia eſſent contra ventorum impetus, & omnigenas aeris tempeſtates, cur neceſſe eſt, vt in terra figantur, ad hæc omnia ſuperanda? ſane per paxillum humi defixum, rectè hu-

milem animum intelligere poſſumus, qui omnia contemnit aduerſa, hiſque omnibus ſuperiorem reddit. Annuit eximius Contemplator cap. 5. *Ita nimirum & vita noſtra in humilitatis fundo fixa, & conſtabilita eſſe debebit, & hoc paxillis ſenſibilis ſtrenuitatis, qua & nouas adipiſci virtutes, & adeptas continenter ſeruare, & cuſtodire ſerio contendamus, quibus rebus exercitatio noſtra contra omnem vitiorum impetum, aduerſitatem, tempeſtatemque ſtabilis ac firma reddetur.*

Concionator ſiue Prælatus in fide ſit ſtabilis, vt alios in ea ſtabiliat.

Cuncta vaſa tabernaculi in omnes vſus, & ceremonias, paxillos eius ex ære facies; Non pauci ſunt, qui tenent paxillos ad hoc fabrefactos, vt infixi columnarum ſummitatibus foris eminerent, & impoſitis ſibi velorum, ſiue tentoriorum funibus, ſi ea leuantes à terra ſuſpenderentur. Vnde fit quod paxilli in tabernaculo neceſſarij eſſent ad ſuſpendendum, dilatandum, ſtabiliendum, ſeu figendum. Nonne ſatis quod in ſe paxillus ſit firmus & A ſtabilis, cur & huic miniſterio deſeruit, vt alios etiam firmet & ſtabiliat? per huiuſmodi paxillos Rabanus Maurus, & gloſſa interl. Verbi diuini concionatores intelligunt, qui ſermonibus ſuis audientium corda tangunt, ac tangendo ſubleuant. Ne ſciſciteris ergo, cur paxillus in ſe firmus, alia ſtabiliat; concionator enim, ſiue Prælatus, non ſolum in fide debet eſſe ſtabilis & firmus, ſed & alios in ea debet ſtabilire. Berchorij in Exod. obſeruatio

Berchorius.

eſt moralis, *Prædicatores, vel Prælati debent alios per contemplationem, & ſpem cæleſtium ſurſum ſuſpendere; dicentes illud Apoſt. ad Coloſſ. 3. quæ ſurſum ſunt quærite, Eccleſiam augere & extendere, & etiam per charitatem dilatare,*

ad Coloſſ. 3.

B *& diffundere; dicentes illud Iſai. 54. dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende: debent etiam & Eccleſiam & perſonam figere, & in fide, & in moribus confirmare, & ſtatum eorum ſpiritualiter, & temporaliter ſolidare, dicentes illud, longos fac funiculos tuos, ac clauos tuos conſolida, & de tali paxillo: dicitur illud Iſai. 22. figatur paxillus in loco fideli, quaſi diceret talis paxillus debet eſſe in fide, & in fidelitate fixus, vt alios melius firmet figatque.*

Iſai. 54. Iſai. 22.

VARIET. LECT. Verſ. 20.

Vulg. Præcipe filijs Iſrael, vt afferant C tibi oleum de arboribus oliuarum puriſſimum, piloque contuſum, vt ardeat lucerna ſemper.

Sept. Et ſumant ſibi oleum ex oliuis defæcatum, purum, contuſum, ad lumen accendendum.

Schol. Samar. De ſeminibus oliuarum.

Cald. Vt offerant tibi oleum mundiſſimum, de oliuis contuſis, vt luceat, & incendantur lucernæ ſemper.

Onk. Oleum de oliua purum, contuſum, vt incendantur lucernæ iugiter.

Pag. Oleum oleæ, purum, pro luminari. *Sic Vatab.*

Mont. Et accipiens ad te oleum oleæ, ad faciendum accendere lucernam ſemper. *Sic Oleaſt.*

CONCORDIA.

ADdidit noſter interpres *pilo*, ſolum enim eſt in Hebr. כתית katit contuſum quod addidit, ad denotandum non mola exprimendum, ſed pilo, vt purius & defæcatius eſſet, vt ardeat lucerna ſemper, ſingulare pro plurali: inde Cald. vt incendantur lucernæ ſemper, niſi velis dicere, quod pro lucerna, candelabrum accipiendum ſit.

EXPOSITIO.

P*Ræcipe filijs Iſrael*, exhortare, vltraneè D enim omnia offerebant, *vt afferant tibi oleum de arboribus oliuarum*, non aliarum, ex quibus oleum conficitur, & ex nucibus, nec ex aliquibus alijs ſeminibus, *puriſſimum* quod exponit dicens, *piloque contuſum*, nam quod tundendo exprimitur, à ſola carne oliuæ educitur, ob idque defæcatum eſt ac purum, non autem illud quod mola exprimitur, quod minus purum exprimitur, etiam ex oſſibus quæ molo atteruntur, *vt ardeat lucerna ſemper*, aduerbium *ſemper*, pro tempore debito ſolum ponitur, non enim illimitatè & abſolutè accipitur, ita vt ſine intermiſſione arderet: ſed ita debet intelligi, vt idem ſit quod ſingulis vicibus, ſicut nulla dies naturalis præterflueret, qua is Deo cultus religioſus non exhiberetur. Interdiu ergo non lucebat, ſed tantum nocte, vt ex verbis ſequentibus patet, opinio contraria tanquam probabilis ſuis nititur fundamentis.

CONCEPTVS.

Quæ ſelectiora Deo offerenda.

Afferant tibi oleum de arboribus oliuarum puriſſimum, Septuag. *defæcatum, purum, contuſum,* Cald. *mundiſſimum.* Ad quid huiuſmodi oleum? vt ardeat lucerna ſemper exigitur, ergo huiuſmodi oleum tanquam alimentum luminis lucernarum candelabri aurei: nonne ſufficiebat oleum ex nucibus expreſſum, vel ſaltem mola contuſum? nonne materia ſufficiens lucernis accendendis? ſufficiens quidem eſt, ſed non ſelectior, Deo autem quæ meliora ſunt offerenda, non autem quæ viliora, ſicut pluribus accidit, quorum munera ſunt diuinæ maieſtati ingrata nec accepta.

Conſulere deberemus ſacerdotes in offerendis Deo muneribus noſtris.

132. *Afferant tibi oleum de arboribus oliuarum,* Cur non ait Deus, offerant mihi oleum, non autem offerant tibi, cum cultui diuino inſeruire debeat? vt denotaret quæ illi offerenda ſunt, prius à ſacerdotibus examinanda, vel ſaltem ſacerdotes conſulendos, an diuina acceptatione digna ſunt. Annuit Oleaſt. *Aduerte quod præcipis ad ſacerdotem deferri antequam offeratur Domino; vt ſacerdos illud examinaret, & videret, an dignum eſſet quod offerretur Domino.*

Oleaſt.

Miſericordiam erga alios exerceamus.

133. *Afferant tibi oleum de arboribus oliuarum, puriſſimum,* vt iugiter lucerna poſſit ardere, oleo enim deficiente, etiam & lumen deficiet: Aduerte quod ait afferant tibi, quid? nonne etiam ſi ei non adferrent, lucerna ardere non poſſet? nequaquam equidem, ſi enim oleum ſymbolum miſericordiæ & charitatis, merito præcipit Deus, vt Moyſi nempe proximo afferamus oleum, niſi enim proximo miſericordiam impendamus: lucerna operum noſtrorum ante Deum lucere non poterit. E probo calamo id depromptum, nempe Ioanne Rusbroch. cap. 6. Ieſus Chriſtus verus Deus & homo, nobis omnibus quotquot eius ſanguine redempti ſumus, mandauit vt oleum purum, piloque contuſum feramus, id eſt mutuam condolentiam, ſeu compaſſionem, mutuam charitatem, [illegible] in alios, in cuiuſque neceſſitate declaremus, & ita lucere atque ardere poterit lucerna noſtra; etenim figuræ vox præterijt qua oleum oliuarum ardere conſueuit, & iam manè expertum eſt, ipſique modo adſtamus coram Domino, qui ſi miſericordiæ erga alios præſtamus; exercemuſque opera, lucernam atque lumen quæ lex deſignauit, intra nos habemus. Chriſtus namque cum ſuis lumen hoc ad vltimum vſque iudicij componet, curabitque diem, cum verò benedicet & ſaluos beatoſque

Ioannes Rusbroc. de Taber.

A efficiet, omnes quotquot modo erga proximos miſericordia lucent & ardent.

Non intermittendus labor pius in ſeruitute.

Afferant tibi oleum de arboribus oliuarum, puriſſimum, vt iugiter lucerna poſſit ardere; 134.
Diximus etiam probabilem eſſe ſententiam, non modo nocturnò tempore, ſed etiam diurno, candelabri aurei lucernas ardere. Cur vtroque tempore? lucernæ iuxta moralem ſenſum ſunt viri pij, dies virilis ætas, nox ſenilis, luceant ergo & ardeant, non modo in ætate perfecta, bonis operibus, ſed etiam in ſenectute extrema, iubarque ſuum tunc etiam
B diffundant. Hæc habet B. Ambr. in Pſal. 118. *Iſtas lucernas lex ſignificauit ſemper lucere debere tabernaculo teſtimonij, tabernaculum enim teſtimonij corpus hoc noſtrum eſt, in quo Chriſtus aduenit per amplius, & perfectius tabernaculum luceat noſtrarum lex clara virtutum. Iſta ſunt lucernæ ardentes, quæ die ac nocte in templo Dei lucent, ſi templum Dei in corpore tuo ſerues, ſi membra tua, membra ſunt Chriſti, lucent virtutes tuæ, quas nullus extinguit, niſi eas crimen tuum extinxerit: luceat ergo ſemper lucerna tua, arguit Chriſtus etiam eos qui vtuntur lucerna, ſi non ſemper vtantur, dicens, ſint lumbi noſtri præcincti, non ad horam exultemus, in lumine.*

S. Ambroſ.

C

Prælatus non de ſpineto, ſed de oliueto ſumatur.

Afferant tibi oleum de arboribus oliuarum: Cur ſubiunxit de arboribus oliuarum? nonne ſatis erat dixiſſe, tibi oleum afferant? oleo non pauci Prælatum intelligunt: bene ergo de arboribus oliuarum ſumi iubet Deus oleum: nam Prælatus, non quilibet offerendus, ſed miſericors, ſed pacificus. Mens eſt Selſonis apud Tilman. in Allegor. *Oleum à filijs Iſrael affertur, quando aliquis vir gratia Spiritus ſancti, & pietate, & miſericordia plenus, à toto populo eligitur: ſuſcipitur autem de arboribus oliua-* 135.
D *rum, id eſt de doctrina & congregatione ſanctorum, quatenus & pacem diligat, & ſanctorum Patrum dulcedinem & ſaporem imitetur.*

Sella apud Tilman.

Prælatus ſit irreprehenſibilis varijs probatus tentationibus.

Afferant tibi oleum de arboribus oliuarum puriſſimum, piloque contuſum, Cald. *mundiſſimum:* Cur mundiſſimum iungitur, ſimul cum contuſo? nonne diſſluere poteſt oleum puriſſimum ex oliuis maturis? cur ergo pilo contundi debet? nonne oleo diximus Prælatum deſignari? merito ergo exigitur, vt ſit mundiſſimum, puriſſimum, & ſimul pilo contuſum, Prælatus enim debet varijs probari 136.

tētationibus, & ſimul puriſſimus, id eſt irreprehenſibilis eſſe. primam partem habet cit. Sello. *Sit pilo contuſus, non delicatus, non otioſus, ſed in tribulatione per patientiam & iniuriis probatus.* ſecundam S. Paul. 1. Timot. 3. *oportet epiſcopum irreprehenſibilem eſſe.* quæ verba explicans Ludouic. Soto maior ait, *id eſt omni vitio & reprehenſione carere oportet, & neceſſe eſt.*

In domo Dei nullæ ſint tenebræ.

Afferant tibi oleum de arboribus oliuarum, vt ardeat lucerna ſemper, id eſt nocturno tempore, verum hoc à ratione alienum mihi eſſe videtur, nam potius interdiu neceſſariæ erant lucernæ, quam noctu, eo quod nocturno tēpore, nullus ingrederetur in tabernaculum, tempore autem diurno ſingulis diebus, ad minimum ingrediebantur ſacerdotes bis, & ſummus pontifex etiam in ſacrificiis quibuſdam: ſcio aliquos dicere ideo nocturno tempore lucernas ardere, quia ſicut diurnæ tenebræ ſunt pro conciliatione maioris reuerentiæ, ita nocturnum lumen erat pro declaratione maioris honoris, & ad ſignificandum quod ſolus Deus ſit, qui illuſtrat omnem hominem venientem in hunc mūdum. ſed dicamus, quod ſicut ſol diuino tempore illuſtrabat tabernaculum, ita nocturno lucerna illuminabat, quia domus Dei neſcit tenebras. rectè in hanc rem Venet. Beda lib. 3. de Taber. c. 1. *Diſpoſito omni ornamento tabernaculi, conſequenter etiam lumen lucernæ prouidetur, vt decor eius admirabilis, ſicut interdum lumine ſolari, ita etiam noctu lucernalibus flammis illuſtretur, ne vnquam in domo Dei aliquis tenebrarum locus, aliqua vmbrarum poſſit hora ſubrepere.*

Non qualiſcumque conſcientia, ſed puriſſima concionatoribus offerenda.

Afferant tibi oleum de arboribus oliuarum, puriſſimum piloque contuſum, cur non indifferēter oleum offerre præcipiatur à filiis Iſrael, vt deuotio eorum, in illius oblatione dignoſceretur? cur ſpecialiter iubetur, vt ſit oleum de arboribus oliuarum, & illud puriſſimum, piloque cōtuſum? nemini dubium quin ſoleat oleum nardium, raphaninum, de nuce, nec non aliis ſpeciebus fieri, quod quidem nec tantæ puritatis, ſicut oleum oliuarum, quod conſcientiam denotat. bene ergo præcipitur filiis Iſrael vt de oleo, nō de quocumque, ſed puriſſimo de arboribus oliuarum offerant, quia non qualiſcumque conſcientia, ſed puriſſima ſacerdotibus offerenda. Archiep. Mogunt. ſiſtu hæc dicentem. *Offerant boni auditores ſpiritualibus doctoribus conſcientiam puram, & charitatis gratia fœcundam, piloque ſedulo probationis, ab omni nequitiæ commixtione permundatam, quæ ſola videlicet intentione placendi, & ſeruiendo Domino verbo eius audito, delectetur.*

Iure merito lampas ante ſanctiſſimum ſacramentum ſemper accendetur.

Afferant tibi oleum de arboribus oliuarum, vt ardeat lucerna ſemper, non moror in nexu qui reperitur inter auguſtiſſimum Euchariſtiæ ſacramētum, & oleum, de quo ſic diſſerit probus quidam author teſte doctiſſ. Nouarrino in lib. de Agno Paſchali c. 60. num. 604. oleum quo Athletæ inungebantur, eos aduerſus hoſtium manus armabat, vt facile iniectos nodos diſſoluere poſſent, & ſi arctius eos premerent dilaberentur. Euchariſtia oleum eſt, quo in palæſtra vngimur; hoc quidem oleum non modo nos tutatur aduerſus inimicorum fraudes & verſutias, verum etiam inimicos imbelles & imbecillos reddit. Nō immoror inquam in hoc nexu Euchariſtiæ & olei, ſed inquiro quid colligere poſſumus quod ardere deberet iugiter lucerna in tabernaculo? niſi quod optimo iure ſancitum eſt vt lumen continuum reperiatur ante ſacramentum altaris, cum hoc in figura à Spiritu ſancto mandatum ſit. hoc habet Seraphinus concl. 2. *Si ante ſanctuarium illud ſeu in tabernaculo teſtimonij, quod nil ad Euchariſticum ſacramentum erat, lucerna ardebat ſemper, nonne hoc multo magis in ſacramento iſto nobiliſſimo ſeruandum eſt? nec hoc ipſum ſit vt lex antiqua ſeruetur, ſed vt quæ figurata per ea ſint oſtendantur, futurum enim per hanc Iudæorum cæremoniam ſignificabatur, vnum aliquod digniſſimum ante cuius conſpectum lucerna ſemper arderet, & hoc figuratum eſt ſacramentum altaris, ante quod lumen ſemper continuatur.* Seraphin.

Hæretici adulterinum oleum auditoribus afferant.

140. *Afferant tibi oleum de arboribus oliuarum, puriſſimum, vt ardeat lucerna ſemper*, quænam eſt lucerna quæ iugiter ex oleo mundiſſimo ardet in Eccleſia? vel an in ea lucerna accenditur ex oleo adulterino, ſi per lucernam doctrina intelligitur, ad rem Procop. reſpondet. *Lucerna perennis quæ alitur vero & puro oleo, nihil aliud eſt quam verorum ſacerdotum doctrina, Chriſti auribus noſtris lucem infundens & erroris tenebras propulſans: non ferens artificiale & adulterinum oleum, quorum de numero ſunt, quæ homines ex quibuſdam ſeminibus exprimunt: non enim veri & legitimi doctores docent in perſuaſoriis humanæ ſapientiæ verbis vanitatem, quemadmodum hæretici adulterinum excogitant oleum, & ex ipſo lumen producere machinantur, aut ſi habuerint oleum oliuarum, id tamen non poſſident purum, ſed turbidum & amurea inquinatum, vt veriſimile ſit dæmonibus ipſis, oleum, hoc conſpurcantibus per impietatem.* Procopius.

Vera & non ficta exigit à nobis Deus dona charitatis.

141. *Afferant tibi oleum de arboribus oliuarum puriſſimum, vt ardeat lucerna ſemper*, Ecce nutrimentum ignis lucernarum, quæ iugiter ardere debent, quia omnia tempore ſiue proſpero, ſiue aduerſo ignem diuini amoris, in corde ardere neceſſe eſt, & ita vtroque tempore nutriendus: nutrimentum quod lampadibus ſeu lucernis apponitur, eſt pingue, ſuaue, facile, & hoc ſæpius commendatur in Euangelio, cum Saluator noſter comparat regnum cœlorum virginibus, quæ obuiam exierunt ſponſo cum lampadibus, & oleo in vaſis præparato, ne lampades extinguantur, & iterum Luc. 12. iubet nos habere lucernas ardentes in manibus

noſtris, ad hunc autem ignem diuini amoris nutriendum, duplex oleum adhiberi debet, alterum ab ipſo Deo, alterum etiam à nobis, à Deo quidem effunditur, in animas tanquam in lucernas oleum beneficiorum, quæ vehementer amorem accendunt & augent, à nobis autem quamuis non ſine adiutorio ipſius Dei, qui eſt oleum effuſum in operibus noſtris adhibendum, eſt oleum bonorum operum, quæ vim habent hunc ignem nutriendi & augendi, ad hoc enim inſinuandum præcipitur, vt lucernæ ardentes ſint in manibus, quæ ſunt operum inſtrumenta, quanto autem vehementior eſt ignis lucernæ tanto maiori indiget nutrimẽto. ignis diuini amoris vehemens eſt de quo dicitur lampades eius lampades ignis atque flammarum Cant. 8, id eſt erumpentes in vehementes flammas, ad quas nutriendas crebro oportet infundere oleum bonorum operum, quæ ſint vel deuotionis cultus, & religionis erga Deum, cuiuſmodi ſunt oratio, contemplatio, oblatio ſacrificij, &c. hæc ſi debitè fiunt, oleum ſunt pingue & efficax ad amorem Dei nutriendum, vt inſtar lucernæ & lampadis vehementer in corde ardeat. verum quale debet eſſe hoc oleum? primo quod ſit de arboribus oliuarum, puriſſimumque, nonne oleum quod fit de nuce, lino, nardo, &c. non eſt verum, ſed confictum, & per quamdam ſimilitudinem? ne mireris ergo quod ſpecialiter dixerit, oleum ſibi offerendum ea arboribus oliuarum, quia à nobis exigit vera, & propria charitatis dona, non vero ficta, non apparentia, vt diligamus ſicut ait Ioan. non verbo & lingua, ſed opere & charitate, id eſt opera quæ vera ſunt & dilectionis ſolidæ ſigna. *Filioli mei* (inquit Titelm. noſter) *non oſtendamus tantum per linguam & ſermonem blandiloquum, fraternam dilectionem, quemadmodum plurimi faciunt, ſed in operibus miſericordiæ demonſtrate charitatem veſtram, quæ eſt ſola & vera dilectio*, ſed ſi dixit quod oleum ſit de arboribus oliuarum, cur ſubiungit puriſſimum, nempe omnino defæcatum? quia ſicut vera charitas ab omni fictione eſſe debet aliena, ita omnem fugit impuritatem, nolens miſceri peccatis, vel terrenis & carnalibus deſideriis, vel intentionibus depranatis, quare per opera ab his omnibus deputata nutriri deſiderat, vt etiam flamma eius aſcendat pura, & ſplendida, & non aliquo fumo vanitatis, vel terrenæ cupiditatis obſcurata.

Cant. 8 · Ioan. 3. · N. Titelm.

Cum charitate coniuncta ſit cordis contritio, & ſui abnegatio.

142. *Afferant tibi oleum de arboribus oliuarum puriſſimum, piloque contuſum*, nonne exprimi hoc poſſet oleum, licet non pilo moleretur, aut contunderetur? cur ergo hæc conditio requiritur in oleo lampadarum nutrimento? quia bona opera oleo deſignata, debita perfectione carebunt, ad nutriendam charitatem, niſi adſit vera cordis contritio & ſui abnegatio, quæ ſeparet pretioſum à vili, bonum à malo. vnde dictum eſt Cant. 8. fortis vt mors dilectio, poſtea vero lampades eius lampades ignis atque flammarum. nam cum dilectio mortificat vitia, oleum exprimit vt ſuam nutriat lampadem, rurſus ſicut oleum non continuo effunditur in lampadem, ſed temporibus ſtatutis, oportet tamen præ manibus illud habere, vt cum opus fuerit infundatur, vnde de prudentibus virginibus Matt. 25. dicitur, quod acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus, ita etiam bona opera congruis & opportunis temporibus ſunt exercenda, oportet tamen potentias & vires animæ ſemper eſſe promptas, & paratas ad ea præſtanda, & hoc eſt oleum habere in vaſis ſuis, quo fiet vt charitas id obtineat, quod ſummè appetit: vt ſicut ait D. Auguſt. tract. 5. in epiſt. Ioann. ad finem, *cum nata fuerit nutriatur, & cum nutrita roboretur, & cum roborata fuerit perficiatur.*

S. Auguſt.

Virgo ſanctiſſima, tanquam oliua pietatis, oleum exhibet bonorum operum, quibus mundus illuſtratur.

Afferant tibi oleum de arboribus oliuarum. 143.
Pag. & Mont. offerant oleum oleæ, quænam eſt hæc olea? nonne beatiſſima Virgo, quæ ob pietatem & erga omnes miſericordiam talis nuncupatur? ſic enim Georgius Nicomedienſis, ſic templo virginem excipienti gratulatur, accipe oleam frugiferam, per quam ſcaturit oleum exhilarans, & pingueſcit creaturam, olea fuit & fructifera, & in domo Dei plantata, & ſpiritu impinguata vnde S. Ioann. Damaſc. lib 4. c. 15. de fide orthodoxa. *In Domo*, inquit, *domini plantata & impinguata ſpiritu veluti oliua fructifera*, omnis virtutis habitaculum facta eſt. ſed ad quid illius oleæ oleum puriſſimum mundiſſimum? vt eo mundus illuſtretur, mundus pingueſcat, omnibus creaturis benefaciens. hoc voluit Richard. à S. Laurent. lib. 4. de Laud. Virg. *Oliua ſpecioſa id eſt omnimoda ſpecie ſpirituali repleta, per miſericordiam quæ eſt virtutum ſuarum gloria, vnde de ea dicitur Oſeæ 14. erit quaſi oliua gloria eius in campis propter communitatem, nam miſericordia eius & gratia communis eſt omnibus inuocantibus eam in veritate*, ecce quam omnibus pateat olea virginea, cunctis exhibet oleum miſericordiæ & pietatis. vnde noſter Seraph. doctor omnes ſic hortatur in Pſal. Virg. *Benedicite virginem toto corde veſtro, miſericordia enim illius, plena eſt terra.*

Geor. Nico. · Richard. à S. Laurent. · S. Bonau.

Sit tibi ſpiritualis olei abundantia, in æternum duratura.

Afferant tibi oleum de arboribus oliuarum, & ardeat lucerna ſemper, ſi ſemper ardere debet, vnde tanta illius olei puri copia, ab Iſraelitis accipienda? illis minimè deficiebat vt iugiter lucernæ admouerent, ne extinguerentur: ſic tibi maxima ſpiritualis olei abundantia tibi neceſſaria, vt tuæ in æternum luceant lucernæ, quod optimè his verbis explicat Saluian. Maſſil. lib. 2 ad Eccleſ. Cathol. *Lucernæ opus eſt vt poſſit eſſe lumen diuturnum, nam ſi in lichnis ipſis quibus ad breue tempus vtuntur homines langueſcit lumen ac deficit, niſi oleum largè fuerit infuſum, quanta tibi quæcumque illa es, quanta tibi olei abundantia opus eſt, vt lucerna tua, vt luceat in æternum?* caueat quiſque ne fatuus audiat virginibus fatuis par, ſi indigentia olei laborat, & oleum tunc quærat cum ſponſus aduenerit, & erit abeundum. 144.

Saluia. Maſſil.

Maxime Deo placent, quæ pacem referunt.

Afferant tibi oleum de arboribus oliuarum, non aliud flagrantius, licet maioris pretij, ſed ex oleis. cur tantum ex huiuſmodi arboribus? nemini dubium oliuam eſſe pacis ſymbolum. cur ergo non expoſceret tantum oleum de huiuſmodi arboribus expreſſum, cum ſolum Deo placere poſſint, quæ pacem referunt? id quod

A acutè obſeruabat S. Cyrill. Alex. in Leuit. lib. 13. ſic autem ait. *Oleum offerri iubetur à populo,* S. Cyrill. *& oleum non qualecumque fuerit, & ex quibuſcumque ſeminibus, vt fieri in diuerſis regionibus mos eſt, ſed de oliuis expreſſum in quibus iudicium pacis oſtenditur*, nec enim accepta poſſunt eſſe opera tua, niſi in pace peragantur, ſicut & Iacob. Apoſt. dixit, *fructus autem iuſtitiæ in pace ſeminatur, facientibus pacem.*

VARIET. LECT. Verſ. 21.

VVlg. In tabernaculo teſtimonij extra velum quod expanſum eſt teſtimonio, & collocabunt eam Aaron & filij eius, vt vſque mane luceat coram Domino, perpetuuſque erit cultus per ſucceſſiones eorum à filiis Iſrael.

Sept. In tabernaculo teſtimonij extra velamen, quod eſt ſuper teſtamentum, accēdet illud Aaron & filij eius, à veſpera vſque ad mane, ante Dominum, legitimum ſempiternum in progenies veſtras à filiis Iſrael.

Cald. In tabernaculo fœderis extra velum, quod eſt ſuper teſtamentum, accendet illud Aaron à veſpere vſque ad mane coram Domino, ritu perpetuo, in generationibus ſuis à filiis Iſrael.

Mont. In tabernaculo conuentus ab extra B velum, quod ſuper teſtimonium, diſponet eam Aaron & filij eius à veſpera vſque ad mane coram Domino, ſtatutum ſæculi generationibus eorum à filiis Iſrael.

Pag. In tabernaculo Eccleſiæ.

Cajet. In tentorio parationis extra velum quod appenſum eſt teſtimonio, & concinnabunt eam Aaron & filij à veſpere vſque mane coram Iehoua.

Vatab. In tabernaculo congregationis, *alij*, conuentionis *quidam* in tabernaculo conſtituto.

CONCORDIA.

DIctio Hebraica מֹועֵד mohid quam reddidit interpres teſtimonij dicitur, à conueniendo, eo quod illuc conueniret Deus vt loqueretur Moyſi & ſucceſſoribus eius, vt c. 25. Deus ipſe exponit, quare ita ſit appellatum, ait enim, & conueniam tecum illuc. pro quo interp. noſter tranſtulit, inde præcipiam tibi. item num. 27. coram teſtimonio: vbi conueniam vobiſcum, pro quo Vulg. vbi loquar ad te, ſicut & qui licet dicant à conueniendo di- D ctum tabernaculum conuentionis, aliam tamen reddunt rationem, quod illis videlicet conueniret cætus Iſrael ad orandum, & ſacrificandum, & ſic reddiderunt vel Eccleſiæ, vel congregationis verbum יַעֲרֹךְ iaharoch ordinabunt, diſponent, component, & præparabunt, etiam reddi poteſt, eſt autem iaroch dictio ſingularis numeri, quæ pro plurali ponitur. Sept. καύσει αὐτὸ incendet illud, nempe lumen in Heb. deeſt verbum luceat.

EXPOSITIO.

IN *tabernaculo teſtimonij*, licet hæc verba partem præcedentis verſus efficere videantur, tamen ſecutus eſt noſter interp. Heb. contextum, qui incipit ab his verbis independenter à C ſuperioribus, eſt enim punctum, quod apud nos colon & orationis nouum principium indicat. *In tabernaculo teſtimonij*, vocat tabernaculum teſtimonij eo quod tabernaculum contineret legem, quæ erat teſtimonium voluntatis, & fœderis diuini, *extra velum quod appanſum eſt teſtimonio*, nempe arcæ continenti teſtimonium, id eſt legem ſiue tabulas legis, *& collocabunt eam*, nempe lucernam, *accendentes illam ad veſperum Aaron & filij* eius, id enim non Leuitis, ſed ſacerdotibus incumbebat, *& vſque mane luceat coram Domino*, hæc explicant verba ſuperius dicta, nempe lucernas de die in candelabro non arſiſſe, ſed tantum nocturno tempore ita vt veſpere lucernas accenderent ſacerdotes, & tota arderent nocte, manè vero eas extinguerent, mundarent, componerent, & oleum infunderent, ſententiam autem aſſerentium per omne tempus tam diurnum quam nocturnum, probabilem diximus fuiſſe.

Perpetuuſque erit cultus, perpetuum ſæpe pro eo quod multo tempore durat, accipitur; quod etiam hîc ita ſumendum eſt, nam ritus ille veſpere accendendi lucernas, erit perpetuus nempe in lege ſcripta, non autem perpetuus; abſolute etiam pro lege gratiæ, vnde additur *per ſucceſſiones eorum*, ſcilicet ſacerdotum Aaronicorum, qui *à filiis Iſrael*, iugiter recipiebant oleum, ad accendendas veſpertino tempore lucernas, vnde ſubditur à filiis Iſrael, oblaturis oleum mundiſſimum.

CONCEPTVS.

In domo Domini nullum vile officium.

A

146. *Collocabunt eam Aaron & filij eius, vt vſque mane luceat coram Domino.* en vt non permiſſum etiam Leuitis lucernas accēdere, ſed id iuſſum ſacerdotibus? quid? nonne indignum munere ſacerdotali, candelabrum accendere, componere &c. cur ergo hæc cura Aaron & filiis eius, nec non ſucceſſoribus eorum demandator? vt colligas nullum in domo Domini officium vile eſſe, cum id quod tibi abiectum eſſe videtur, ſacerdotibus tantæ auctoritatis & dignitatis iniungatur. annuit Card. Caiet. *Subditur coram Domino, ne vile officium pontifici & ſacerdotibus imponi videatur, facies enim Iehoua dignitatem maximam, confert officio componendi lucernas ad ardendum.*

Card. Cajet.

B

In præſenti ſæculo non in futuro requiritur, vt bonis operibus luceamus.

147. *Collocabunt eam Aaron & filij eius*, nempe lucernam, *vt vſque mane luceat*, verum vbinam conſtituenda eſt? extra velum inquit Dominus, quod oppanſum eſt teſtimonio, cur non intra velum tabernaculi? nonne tabernaculum interius Eccleſiam denotat triumphantem, ſicut & lucerna bona opera, teſte Chriſto Domino, ſic luceat lux veſtra coram hominibus, vt ardeant bona opera veſtra? en vt recte ſtatuitur vt lucerna ardeat extra velum? non enim in futuro ſæculo, ſed in præſenti requiritur, vt bonis operibus luceamus. *Quid ergo*, ait Abb. Tuit. lib. 4. c. 19. *niſi myſterium & in hoc ritu videlicet propoſitum? quia in illis ſanctis non manufactis quæ Ieſus ſemel introiuit lucerna opus non eſt. ſic enim in Apocal. de illa ſancta & æterna ciuitate dicit Ioan. nam claritas Dei illuminabit eam & lucerna eius agnus eſt: igitur extra velum in priore tabernaculo ſemper ardeat lucerna vſque mane cultu perpetuo, id eſt in præſenti Eccleſia luceat quiſque fidelium, eo quam habet Spiritus ſanctus gratia, vt videant homines eorum opera, & inde aperiant oculos ſuos ad glorificandum Patrem, qui in cælis eſt.*

Rupertus

C

Non omnium eſt ſacramenta Dei populo annuntiare.

D

148. *Collocabunt eam Aaron & filij eius*, collocent eam ſacerdotali munere carentes, nam id ſæcularibus competere videtur, vel ſaltem Leuitis, & inferioris ordinis Eccleſiaſticis. quid? an nunc ſacerdotes intuemur lucernas accendere, in eas oleum effundere vt ardeant? per lucernam extra velum, non deeſt qui intelligat lucem prædicationis, quæ intra velum cœli minimè neceſſaria. cur ergo Aaron & ſacerdotes & non alij lucernas accendere iubentur? quia non omnium eſt Dei ſacramenta populo annuntiare. mens eſt Vener. Bedæ lib. 3. c. 1. *Collocabunt eam Aaron & filij eius, quia non omnium eſt ſacramenta Dei prædicare in populo, ſed eorum ſolummodo qui caſtitate fidei & executione boni*

Venerab. Beda.

A *operis ad filios ſummi ſacerdotis videlicet & Saluatoris noſtri pertinere probantur ceterum quiſque vel à puritate fidei prauo dogmate aberrat, vel integritatem cognita & ſeruata fidei operum nequam improbitate commaculata, talis & ſi ſacerdos nomine vel perſona præeminere videtur, nihilominus auditurus eſt à Domino, quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? tu vero odiſti diſciplinam.*

Non deerunt veri ſacerdotes Dei in Eccleſia, vſque in finem ſæculi.

149. *Collocabunt eam Aaron & filij eius, & perpetuus erit cultus per ſucceſſiones eorum à filiis Iſrael*, quomodo iuxta litteram perpetuus poterit eſſe cultus officij ſacerdotalis, vbi & ipſum ſacerdotium, & tabernaculum in quo gerebatur, & populus cui gerebatur, iamdudum eſſe ceſſauerunt? quid ergo dicendum? niſi quod ait Rabb. Maur. *Conſtat hoc in ſancta Eccleſia verbum eſſe complendum vbi ſuccedentibus per ordinem ſibi doctoribus, ſimul & auditoribus veritatis, nunquam deerunt ſpiritales & filij Iſrael, qui in domum Domini dona pietatis offerant & filij Aaron id eſt veri ſacerdotes noſtri, qui illis lucem verbi miniſtrent, donec completo huius ſæculi ſtatu, & ipſo quoque tabernaculo Dei toto, id eſt vniuerſa electorum multitudine, ad regnum cæleſte tranſlata, non erunt vltra qui ab hominibus erudiantur homines, cum ſit Deus omnia in omnibus.*

B

Rab. Maur.

C

Prælatus non ſolum illuminare, ſed ſemper etiam debet ardere.

150. *Collocabunt eam Aaron & filij eius vt luceat coram Domino*, ſuperius dixerat, & ardeat ſemper. nonne ſatis erat dixiſſe, vt arderet? cur ſubiungit, vt luceat, cum id quod ardet lumine non careat? aliud eſt in ſpiritalibus ardere & lucere, vnumque ſine altero reperiri poteſt. ardet enim qui charitate, qui Dei amore feruet, & poteſt fieri quod non luceat, quia opera eius à proximis non videntur, iuxta illud Chriſti Domini, luceat lux veſtra coram hominibus, vt ardeant opera veſtra bona, bene ergo vtrumque addidit, vt & ardeat & luceat, lucerna prælati ſymbolum, quia non ſolum exemplo virtutum ſuarum debet inferiores illuminare, ſed & interius operibus charitatis ardere. obſeruatio eſt Bruno. Archiepiſc. Colonienſ. apud Tilm. *Ille quidem ad hoc eligitur vt luceat lucerna ſemper in tabernaculo teſtimonij, vt nunquam tabernaculum ſit ſine lucerna, vt Eccleſia numquam ſit ſine lumine, vt numquam populus ſit ſine Epiſcopo & doctore, ipſe enim eſt lucerna, ipſe ſit & oleo plenus, ipſe ſit miſericordia & pietate repletus: debet autem lucere hæc lucerna vt ab omnibus videatur, vt omnes illuminet, & ſecundum Euangel. luceat omnibus qui in domo ſunt.*

D

Bruno.

Chriſti Domini illuminatio in Eccleſiis nunquam deficit.

Collocabunt eam Aaron & filij eius vt mediis 151.

veris doctoribus ardeat ſemper in conſpectu Domini, quid neceſſe eſt vt ſacerdotes eam diſponant, ardendi ſemper gratiâ, an lucere deſineret etiam ſi alij in illam oleum infunderent? non enim ideo lucet, quia talis conditionis & auctoritatis perſona eam diſponit, Sed quia oleum ei non deficit. aduerte, lucernæ vel ſeptem candelabri lucernis ardentibus, & ſemper in tabernaculo lucentibus, Chriſti illuminationem aptiſſimè comparari, quæ ad animos fidelium illuſtrandos atque accendendos, complendoſque ſufficit. nam ſeptenarius numerus vbique ſignificationem perfectionis inſinuat, vt 1. Reg. 2. verbi gratia dicitur, ſterilis autem peperit ſeptem, id eſt plurimos. vides cur neceſſe eſt, vt ſacerdotes eam accendant lucernam, quia Chriſti Domini illuminatio in Eccleſia ſemper vigebit, ſed mediis veris ſacerdotibus & doctoribus. quem ſenſum confirmat S. Cyrill. Alex. lib. 9. de adorat in ſpirit. *Accendunt lucernas Aaron & reliqui ſacerdotes qui ei ſucceſſerunt, non enim extinguitur illa Chriſti illuminatio, quæ in Eccleſiis eorum qui ad ſacerdotij munus eliguntur probitate ſeruatur, dum rectis diſciplinis animos credentium illuſtrant: hoc enim vt opinor eſt à veſpera vſque mane lucernas videre*, deinde ſubiungit, *Perpetuum & iuge noſtri Saluatoris lumen in Eccleſiis videbitur, ſi earum magiſtri diuina Euangelicaque præconia recte interpretantur: purgatum eſt oleum, nam ab omni fæce & craſſitudine prorſus remota eſt illa, de diuinis dogmatis vera, & omnis vitij expers prædicatio quæ illam Saluatoris noſtri illuminationem ſemper excitat, non ipſa per ſe aliquid ad Chriſti ſplendorem adiiciat, (nam illum putare hominis opera indigere ſummæ dementia eſt) ſed cum lux vera & ſplendor potius ſit Chriſtus, doctorum rectis prædicationibus idipſum, quod reuera eſt credentium mentibus appareat.*

SYNOPSIS CAPITIS XXVIII.

Deſcribuntur pontificis ornamenta ſeptem, videlicet ſuper humerale ex humeris dependens, ante & retro, & rationale in pectore geſtandum, cum duodecim gemmis, inſculptis nominibus duodecim filiorum Iſrael, & tunica talaris hyacinthina, alia item tunica byſſina, è cuius fimbria pendere debent malogranata hyacinthina, & tintinnabula aurea, tiara caput pontificis tegens, & habens laminam auream, cum ea inſcriptione, ſanctum Domino, & balteus, ac tandem fœminalia pro ſacerdotibus quoque inferioribus & ſummo pontifice.

VARIET. LECT. Verſ. 1.

Vlg. Applica quoque ad te Aaron fratrem tuum cum filiis ſuis, de medio filiorum Iſrael, vt ſacerdotio fungantur mihi, Aaron, Nadab, & Abiu, Eleazar, & Ithamar.

Sept. Et tu adduc ad te fratrem tuum & A filios eius, & de filiis Iſrael vt ſacerdotio fungantur mihi, Aharon, Nadab, & Abihu, Elhæzar, & Ithamar filij Aaron.

Cald. Vt miniſtrent coram me, *ſic Onk.*

Arias, Pag. Et tu appropinquare fac ad te, &c.

CONCORDIA.

VErbum קרב applicare, accerſere, appropinquare &c. ſignificat, & quia hic imperatiuum eſt in hiphil, הקרב hakreb recte vertitur, appropinquare fac, Sept. habent nec B non Cald. paraphraſes *filij Aaron*, ſicut habet Heb. בני אהרן bene Aharon, ſed conſulto omiſit hæc verba Vulg. interp. nam ſufficere credidit quod antea dixerat cum filiis ſuis.

EXPOSITIO.

A*pplica quoque ad te fratrem tuum*, prima Aaronis ad ſacerdotium vocatio, *applica ad te*, accerſe vt eum, in ſacerdotem conſecres, *cum filiis ſuis*, alij ſic explicant, ſepara eos ab alia turba, & ad ſacras functiones conſerua: *de medio filiorum Iſrael*, de conſortio, omnis namque pontifex vt inquit Paul. Heb. 4. ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur Heb. 4. in iis,

in iis, quæ ſunt ad Deum, *Aaron, Nadab, &c.* A Aaron qui ante conſecrationem non miniſtrabat ſed Moyſes, vt ex cap. ſequenti conſtat, qui & ſummus pontifex conſtitutus eſt, *& filij eius*, adnumerati ſacerdotes, ex quibus Eleazarin pontificatu ſucceſſit.

CONCEPTVS.

Quæ ad Deum pertinent hæ prima & præcipua debent eſſe in republica.

Applica ad te fratrem tuum cum filiis ſuis, vt ſacerdotio fungantur mihi, deinde de veſtibus ſacerdotum multa præcipit, nulla de Rege conſtituendo facta mentione: nam nonniſi poſt multos annos, imo poſt aliqua ſæcula de rege ſtatuendo loquitur 1. Reg. 8. hoc erit ius regis qui imperaturus eſt vobis. cur Dominus voluit plurium ſæculorum ſpatiu, ſine rege ſuum populum vixiſſe, non autem ſine ſummo pontifice? cur Deus prius de Antiſtite inſtituẽdo in populo ſuo, quam de rege curauit? quia ea quæ ſunt religionis, & ad Deum pertinent, prima & præcipua debent eſſe in republica ſtabiliter ſtabilienda. obſeruatio eſt S. Iſidori Peloſ. lib. 3. epiſt. 249. *Ex ſacerdotio & regno rerum adminiſtratio conflata eſt, illud enim velut anima eſt, hæc velut corpus, quapropter cum Iudaica res initium ſumebant, ſacerdotium vt magis neceſſarium inſtitutum, ac perdiu perdurauit: poſteaquam autem cum carni addictiores eſſent, regnum popoſcerunt, quod illis conceſſum fuit; quippe quod viliſſimum eſſet, atque eorum qui ſacerdotio minime parebant, peccata coerceret, ac reſtringeret*, pende hæc verba, *illud enim velut anima, hæc velut corpus*, & illud, *ipſis conceſſum fuit quod viliſſimum eſſet*, quaſi diceret, ſacerdotium vt primum & præcipuum reipublicæ ſtabilimentum prius, quam regnum, tanquam quid eo vilius conſtituendum.

Fœliciter diuina myſteria procedunt cum concordia.

Applica ad te fratrem tuum cum filiis ſuis, vt ſacerdotio fungantur mihi, cur quæſo Moyſes frater, & fratris filii in ſacerdotium, & regiminis ſocietatem eligendi Moyſi proponuntur? D cur ex aliis tribubus non aſſumuntur, etiam qui fungantur huiuſmodi miniſterio? aptè & conformiter noſtro inſtituto Vener. Beda lib. 3. de Tabern. cap. 2. *Quod fratrem ſuum Moyſes cum filiis in ſacerdotium ordinare præcipitur, quid aliud nobis myſtice commendat, niſi quod omnes qui officium doctoris ſortiuntur, tanto debere ſtudio & amore diuinæ legis adhærere, vt quaſi germana videantur cognatione coniuncti?* Mirum enim quam fœliciter diuina myſteria procedant, ſi miniſtri ad ea ſubeunda fraterna inter ſe charitate ſocientur.

Munus ſacerdotij nullus ſibi aſſumat.

Applica ad te fratrem tuum cum filiis ſuis (quorum nomina exprimit) *vt ſacerdotio fungantur mihi*, Septuag. *adduc ad te*, Vatab. *accerſe ad te*, nonne Aaron natu maior, fratrem videns temporali dignitate præditum, populi Iſraelitici regimen habere, ſibi ſacerdotium aſſumere potuit? cur ergo iuſſu Dei ad Moyſem accerſitur, vt ab eo cum filiis in ſacerdotem vngatur? quia expectare debet quilibet, vt huic tantæ dignitatis officio præficiatur, nec ad illud ſe intromittere: *Nominatim* (inquit S. Cyrill. Cyrill. Alexand. lib. 11. de adorat.) *electi illi ſunt viri, ad ſacerdotis munus vocati, neque enim quiſquam ſibi ſumit honorem, ſed qui vocatur à* B *Deo* Heb. 5. *igitur ad ſacerdotij munus quod à* Hebr. 5. *Deo defertur ſua ſponte accedat nemo, ſed vt vocetur expectet, alioqui ſi diuino ſuffragio minime tributum rapere tentauerit, in eaſdem quas Dathan & Abiron pœnas, incidet: neque vero tibi mirum videri debet, ſi hoc ipſum ſponte ſe ingerere in nobis abſurdum ac turpe ſit, quando etiam de ipſo Chriſto ſcribit Apoſt. non ſeipſum clarificauit vt pontifex fieret, ſed qui locutus eſt ad eum, tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Ergo vocationis quo Chriſtus* Pſalm 109. *vocatus eſſe dicitur, imago eſt quod ad Moyſem ſapienter eſt dictum, & tu applica &c. nam illud applica, quid aliud eſt quam adiunge, aduoca, ſignificat? vocatus eſt autem Chriſtus tanquam ad munus pontifici per voluntatem patris, ſimul autem* C *cum eo quodammodo vocati cooperatoreſque officij ſacerdotalis effecti ſunt ſancti illi diſcipuli.*

Sacerdos continuo legem Domini meditetur, & cum ea quaſi ſit coniunctus.

Applica ad te fratrem tuum cum filiis ſuis, vt ſacerdotio mihi fungantur. Cur non ait, voca fratrẽ tuum, cur ait applica ad te? nam vocatum etiam potuiſſet in ſacerdotem vngere: nonne Moyſes legem, ſicut ſacerdotium Aaron ſignificat? bene ergo dicitur Moyſi, vt ſibi fratrem ſuum futurum ſacerdotem applicaret, quia ſacerdos cum lege Dei debet eſſe coniunctus, vt eam perpetuo meditetur. mens eſt Odonis Odo Tuſc. Tuſcul. apud Tilm. *Lex & ſacerdotium quam familiariter ſibi conueniant, fraterno nomine voluit Dominus aſſignare, vnde nec ait voca ſed applica: qui ergo vult ſacerdotio fugi, oportet eum in lege Domini iugiter meditari*: verum cur in lege Dei perpetuo meditabitur ſacerdos? itane neceſſaria eſt ei huiuſmodi legis diuinæ cognitio & coniunctio? quis hoc in dubium reuocare poteſt? audiat præfatum Odonem. Cura paſtoralis in tribus conſiſtit, in cura vulneris, id eſt peccati, in cuſtodia ſanitatis, in promotione virtutis: de curando vulnere dicitur, curam illius habe, de cuſtodia ſanitatis: vos eſtis ſal terræ, ſicut enim caro aſpergitur, ne ſoluatur in ſaniem: ſic & ouis paſtorali vigore confirmatur, ne laxetur in peccati putredinem, de promouenda oue vſque in perfectionem Dominus dicit: paſtor bonus educit oues, & cum eas eduxerit, ante eas vadit, & cum oues ſequuntur, ſacerdos igitur ſi ignoret legem Dei, quo

ſuum officium exequetur, qui nec etiam de vulnere ſciret iudicare, præſertim curare? cum ergo reprobandus ſit ea mala vita, debet potius reprobari ex ignorantia; peccat ſacerdos: cautè peccet, vt ſaltem noceat ſibi ſoli, ſi vero cæcus fuerit, non ſe ſolum, ſed totum gregem trahit in foveam. ſi quis tamen eſt qui de ſua cura caueat ſibi, non tamen eius caſus ſuo minus imputatur paſtori, eſt enim in ipſo vt ouis cadat, audacter dico, quot prouidere debet animabus, tot animarum homicida eſt.

Sacerdos ab aliis hominibus ſegregetur.

5. *Applica ad te fratrem tuum cum filiis ſuis, de medio filiorum Iſrael, vt ſacerdotio mihi fungantur*, illud applica ad te, ſecundum aliquos idem eſt ac ſegrega mihi: verum ſi hic ſenſus eſt, cur ait de medio filiorum Iſrael? non enim ab aliis poterit ſegregare, cum alteri populo non miſcerentur? nihil quidem ſuperflue dicitur. nam ſacerdos ita ab aliis hominibus ſegregatus eſſe debet in modo viuendi, vt alium excellentiorem & ſublimiorem ducat. Ita conſentit S. Ambroſ. lib. 1. epiſt. 6. Pythagoricum mandatum in aliquorum ſcriptis prædicari inuenimus, quod ille diſcipulos communem atque vſitatam populo prohibuerit ingredi viam, ſed hoc vnde aſſumpſerit non eſt incognitum. nam cum ex populo Iudæorum (vt plerique arbitrantur) genus duxerit, ea eius diſciplina deriuauit etiam magiſterij præcepta, meritoque magnus apud Philoſophos habitus, æqualem vt aiunt via reperit: legerat itaque in Exodo Moyſi diuino præceptum eſſe oraculo, ſolue calceamentum pedum tuorum, id etiam præceptum Neſu naue, videlicet, vt detritæ & popularis viæ deponerent puluerem, qui viam Domini ambulare deſiderarent: legerat eſſe præceptum eidem Moyſi, vt montem cum ſacerdotibus aſcenderet, populus autem deorſum ſtaret. ſeparauit igitur ſacerdotes à populo, & poſtea ipſum Moyſem introire nubem præcepit. legerat item in Exodo eidem Moyſi mandatum, vt applicaret ad ſe fratrem ſuum Aaron cum filiis ſuis, de medio filiorum Iſrael, vt ſacerdotio fungerentur coram eo. vides diuiſiones? nihil in ſacerdotibus plebeium requiri, nihil populare, nihil commune, cum ſtudiu atque vſu & moribus inconditæ multitudinis. Sobriam à turbis grauitatem, ſeriam vitam, ſingulare pondus dignitat ſibi vendicat ſacerdotalis. quomodo enim poteſt obſeruari à populo, qui nihil habet ſecretum à populo, diſpar à multitudine? quid enim in te miretur, ſi ſua agnoſcat in te, in te nihil aſpiciat quod vltra ſe inueniat, ſi quæ in ſe erubeſcit, in te, quem reuerendum arbitratur, offendat? ſuper egrediamur igitur plebeias opiniones, & ſtrata quædam gregalis conuerſationis ac detritæ viæ orbitat declinemus ac vulgaris ſemitæ ſolum, quam currit ille, cuius vita lenior curſore, de quo dicitur tranſiuit, & non vidit, ſed quæramus nobis viam inacceſſam ſermonibus inſolentium, inulam operibor imperitorum, quam nullus maculoſus deterat, maculoſus ſcilicet ignauiæ ſuæ ſordibus, & fumo iniquitatis oblitus, tenebriſque & parietinis quibuſdam animæ ruinoſus, qui nullam virtutis ſuauitatem guſtauerit, aut certe nimis eam ſpectandam magis quam directo affectu, & aperto ſinu mentis ſuſcipiendam arbitratus ſit.

[S. Amb.]

Abulenſ. Sed Abulenſ. diſtinctius loquitur. Filij Iſrael erant homines dediti curis mundanis, ſcilicet quod quilibet ſuis inſiſtebat negotiis, voluit autem aliquos ſegregare, qui non ſuis negotiis intenderent, ſed cultum Dei ſolum principaliter exercerent, & iſti fuerunt Aaron & filij eius, qui de medio populi ablati ſunt, ne talia eſſent ſtudia ſua, ſicut popularia.

Mira connexio inter Chriſtum & Moyſem, vetus & nouum teſtamentum.

6. *Applica ad te Aaron fratrem tuum cum filiis ſuis.* Nonne honor ſacerdotalis alteri familiæ conferri debuit? nam à Deo toti populo in principem præfectus iam fuerat Moyſes: nonne aliæ tribus conqueri poſſent, ſe à Deo contemni, cum ex vnica & duces & pontifices eligantur? ne ergo Aaron frater Moyſis hoc honore ſacerdotali donetur? *Bene tabernaculi ſacerdos* (inquit Raban. Maur.) *figuram tenet veri pontificis Ieſu Chriſti, qui ſemetipſum obtulit oblationem & hoſtiam Deo pro nobis in odorem ſanctitatis, qui etiam iure poteſt frater Moyſi vocari, quis enim amplius altari fraterno fœdere eſt coniunctus quam Chriſtus Moyſi, legi gratia, nouum teſtamentum veteri? cum & ipſe Moyſes tale de eo teſtimonium reddat Deut. 18. dicens populo quem docebat, prophetam de gente tua & de fratribus ſuis ſicut me ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus, ipſum audies.* & paulo poſt, *ex perſona Domini prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilem tui, & ponam verba mea in ore eius.*

[Rab. Maur.] [Deut. 18.]

Cum inter principes & ſacerdotes eſt concordia, reſpublica nullam detrimentum accipit, ſed augmentum.

7. *Applica ad te Aaron fratrem tuum cum filiis ſuis*, disiungatur ſacerdotium & principatus ſæcularis, ne aliqua in populo oriatur ſeditio, videns eamdem tribum hoc duplici honore gaudere: imo ſacerdos ſummus ſit frater principis Iſrael, cum enim inter principes & ſacerdotes eſt germanitas, eſt concordia, reſpublica nullum accipit detrimentum, ſed augmentum. *Ad quid Domine* (exclamat Luſit.) *ducis fratrem conſtituis ſacerdotem? turbari ſolet Eccleſia, & maximè reſpublica Chriſtiana, cum inter principes & ſacerdotes non conuenit, & vice verſa, videmus concordiam in populo ſummam, cum inter Reges & ſacerdotes fuerit pax, qua de cauſa voluit Dominus ex germanis alterum ducem, alterum vero ſummum facere ſacerdotem: omni enim tempore quo Ioas Rex ſecutus eſt conſilia Ioiadæ ſummi ſacerdotis, optime præfuit, cum vero ab eo receſſit, defecit & regnum eius maxime turbatum eſt.*

[Oleaſt.]

Iuſti maximè conſanguineis proficiunt.

Applica ad te fratrem tuum cum filiis ſuis, vt ſacerdotio mihi fungantur, vnde hoc Aaron, vt tanta dignitate, qualis eſt ſacerdotalis, frueretur? nonne illius poſſeſſionem in merita Moyſis refundere poſſumus? quidni? id confirmat Oleaſt. *Videns Ieſus flentem Montham & Mariam ſororem eius, manum ad Lazari fratris ſuſcitationem admouit, non ingredietur ait Dominus* 4. Reg. 19. de rege *Aſſyriorum huc ſcilicet in Ieruſalem, neque iaciet in illam ſagittam, ſed protegam eam, propter me & propter David ſeruum meum, & ſic propter eum dedit Dominus tribui Iuda lucernam in Ieruſalem; apud Iſai. etiam habes orantem prophetam, ecce inquit iratus es poſtquam peccauimus, propter ipſos iuſtos in ſæculum ſalui ſuimus, quemadmodum enim nihil eſt conſanguineis & patriæ iniquis pernicioſius, ita nihil eſt eis iuſtis vtilius*, deinde concludit, *credendum ſanctum Domini Aaron in ſacerdotem ob fratris ſanctitatem electum.*

Primus ſacerdos à monte nomen ſumens, vt oſtenderetur omnes ſacerdotes virtutis eminentia præſtare debere.

Applica ad te Aaron fratrem tuum cum filiis ſuis, vt ſacerdotio fungantur mihi. Myſterione vacat, quod primus ſummus ſacerdos dictus fuerit Aaron? quis hoc dicet? quid enim ſacerdotio cõferre poteſt appellatio? quid Græce denotat Aaronis nomẽ? montẽ virtutis: rectè quidem, nam ſicut primus tale nomen ſortitus, ita & cæteri virtutum eminentiâ, tanquam montes myſtici præſtare debent: Lucas Creſcent lib. 1. c. 15. hoc excogitauit, Præditi ſacerdotio myſtici appellantur ſacerdotes montes hi vero Ioui ſacri virtutibus vt cedris ſublimibus coronati, ſunt numinis ſacraria, diuerſoria ſempiternæ maieſtatis quæ illorum familiaritate commercioque, lætatur: *pergit & rem firmat*, & vero ita hoc proprium ſacerdotij nomen eſt vt qui primus in antiqua lege ad aræ cultum, & ſacrificium diuino iudicio fuit delectus, mons fuerit, nam Græcus Sept. ſcholiaſtes id Dauidis pronuntiatum exponens, Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius, Aaron inquit eſt ὄρος δυνάμεως mons virtutis] hunc titulum habuit, qui ſacrificia illa oblaturus erat, qui vmbra nuda noſtrorum erat, cur non iuſtius hoc donentur titulo, nouæ legis ſacerdotes, qui incruentum offerunt ſacrificium?

Sacerdos nihil aliud in ſacerdotio quærat quam Deo ſeruire.

Applica ad te Aaron fratrem tuum cum filiis ſuis, vt ſacerdotio fungantur mihi, cur non ait, vt ſacerdotio fungantur tibi vel ſibi, non autem mihi? ſicut enim dixerat applica ad te, ſic dicere potuit vt ſacerdotio fungatur ſibi, quia cùm Deo miniſtrare deberet, oportebat vt conſecraretur, vt veſtibus pontificalibus indueretur, hæc autem Moyſes conferebat, ideo rectè dictum eſt applica ad te, ſimiliter & rectè, vt ſacerdotio fungantur mihi, non ſibi, non tibi: quia ſacerdos vnum in munere ſacerdotali attendere debet, nempe Deo obſequium præſtare, id paucis verbis exprimit Hugo à S. Theod. *Fungantur mihi non ſibi, contra aliquos qui quærunt aliud in ſacerdotio.* 10. Theodor.

Occaſio ſuperbiendi à nobis amouetur.

Applica ad te Aaron fratrem tuum cum filiis ſuis, vt ſacerdotio fungantur mihi, Nonne Moyſes ſacerdos erat, teſte Spiritu ſancto, per regium vatem Pſal. 98. Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius: in quæ verba S. Auguſt. exprimit Pſalmus iſte quia & Moyſes ſacerdos erat; Philo, ſuos de vita Moyſ. libros his verbis concluſit, huiuſmodi fuit vita obituſque Moyſis Regis, legiſlatoris, vatis, & pontificis. Greg. Nazianz. ora. 6. Ambo, id eſt Moyſes & Aaron æque ſacerdotes, Moyſes princeps & ſacerdotum ſacerdos, Aaron pro lingua vtens. D. Leo Epiſt. 88. præcipiente Domino ſolus Moyſes in tabernaculo Dei erexit altare, ſolus ipſe vnxit, qui vtique ſummus ſacerdos Dei erat. Si autem iſto ſummus ſacerdos erat, cur alium ordinari & conſecrari voluit? Dices Moyſem quidem pontificem fuiſſe, ſed pontificia poteſtate non eſſe vſum poſtquam Aaron vnctus eſt in ſacerdotem, Aaron tamen fuit ordinatus, cui poſteri ſuccederent. Moyſes autem extraordinarius Dei miniſterio, in deſerto abſque vllo pontificiæ auctoritatis ſucceſſore: tum etiam, quia Moyſes ſacerdos quidem ſummus fuit, ſed vnctus oleo inuiſibili, Aaron autem viſibili. Sed Lorichius Adamarus arbitratur Aaronem fratrem Moyſi in ſummum ſacerdotem electum, vt occaſio in Moyſe ſuperbiendi adimeretur, ſic enim ait. *Fratrem vocat ne ſibi ſolus placeret.* 11. Pſal. 94. S. Auguſt. Philo. S. Greg. Nazianz. Lorichius.

VARIET. LECT. Verſ. 2.

V*Ulg.* Facieſque veſtem ſanctam Aaron fratri tuo, in gloriam & decorem.

Sept. Et facies ſtolam ſanctam Aaron fratri tuo, ad honorem & gloriam.

Mont. Et facies veſtes ſanctitatis, *alij* veſtes ſanctas.

Oleaſt. Facies veſtes ſanctitatis ad grauitatem, ad pulchritudinem.

CONCORDIA.

VEſtem ſanctam vel ſanctitatis pro veſtibus ſanctis aliquidicuot, eſt enim dictio בגדי bigde nempe ſingulare pro plurali. de his autem duabus dictionibus לכבוד ולתפארת ſic diſſerit Oleaſt. prima nempe chobed ſignificat A grauitatem, ſicut chabad grauare, onerare, diuitem eſſe, quod diuites ſint onuſti & grauati diuitiis, hîc autem nomen chebod ſignificat, quamdam grauitatem & maieſtatem, ſecunda vero dictio decorem & pulchritudinem.

EXPOSITIO.

F*Acies veſtem ſanctam*, ſingulare pro plurali, plures enim erant ornatus ſummorum pontificum, dicitur veſtis ſancta, quia conſecrata oleo ſacro vnctionis, & ea incedebat indutus ſummus ſacerdos, ſolum cum ſacræ miniſtrationi erat ſeruiendum: duo genera veſtimentorum ſummo ſacerdoti reliquiſque miniſtris Dei, neceſſario deſtinare cogimur, quotidianum nimirum & feſtiuum, & inter quotidianas veſtes, diſtinguendæ erunt domeſticæ à publicis, ſicut etiam ſummo ſacerdoti erant dandæ veſtes & domeſticæ & publicæ, & inter publicas aliquæ non ſacræ, ſed inter ſacras aliæ erant minus ſolemnes, quibus ſummus ſacerdos vteretur & in feſtiuitatibus & ſolemnitatibus, quando diuinis miniſteriis aſſiſtere deberet: aliæ vero ſolemniores quibus ipſemet oracula conſulebat exercebatque & ſacrificiis oblationibuſque ipſemet dabat operam: erant itaque ſummo ſacerdoti Hebræorum veſtes ſacræ, & non ſacræ, quibus etiam à minoribus ſacerdotibus, leuitis, & à reliquo populo diſtin- B gueretur, domique inter domeſticos vteretur: illis etiam Aaron, qui minorum ſacerdotum miniſterio ac munere initiati fuerunt, ſua à Deo ex officio linea veſtimenta deſignata fuerunt, non quidem quibus domi vterentur, nam de his Deus nihil præcepit, ſed quibus ad altare, & in Dei tabernaculo ex munere miniſtraturi ornarentur, quæ quidem à veſtibus ſummi ſacerdotis plurimum differebant, *ad decorem & gloriam*, nam ex illis veſtimentis quæ illi parabuntur, & maior gloria atque æſtimatio accreſcet ſibi apud homines, & etiam pulchrior & ornatior apparebit.

CONCEPTVS.

Deus cum ſit pulcherrimus, decorem & pulchritudinem in omnibus requirit.

12. *Facies veſtem ſanctam Aaron fratri tuo in gratiam & decorem*, Oleaſt. *in pulchritudinem*, cur decor & ornatus in veſtimentis? nonne ſatis eſt vt nudum corpus vilibus pannis cooperiatur? abſit ergo à veſtimentis ſacerdotalibus pulchritudo, imo Deus hanc exigit, cum ſit ipſe pulcherrimus, quam rationem aſſignat Abul. Abulenſ. *In hoc Deus vult pulchritudinem in rebus ſuis, cum ipſe pulcherrimus ſit: quod apparet in omnibus vtenſilibus tabernaculi & atrij, quæ erant de materia excellenti, ſcilicet de argento, auro & ære: qualibet enim ſecundum genus ſuum perfecta erat in pulchritudine, templum etiam Salomonis ita pulchrum erat quod totum laminis aureis tegebatur.*

Veſtium ſacerdotalium decor & pretioſitas, ipſos & alios ad reuerentiam miniſterij ſacri promouere debet.

13. *Facies veſtem ſanctam Aaroni fratri tuo in gratiam & decorem*, cur in decorem? quæ enim vtilitas in alios promanare poteſt ex veſtimentorum pretio & pulchritudine? imo quid conferunt ipſi ea deferenti, cum decor nihil tribuat veſti, vt magis corpus contegat? non ergo hunc exigat Deus in ſuorum veſtibus ſacerdotum: imo requirit, vt ipſos & alios ad reuerentiam C ſacri miniſterij tanta veſtium pulchritudine & maximi pretij prouocet, & inducat. ſuffragatur præf. Alphonſ. Toſtat. *Volebat Deus iſtam pulchritudinem in veſtibus ſacerdotalibus & aliis ſupellectilibus, propter reuerentiam miniſterij ſui,* Toſtat. *nam populus rerum merita non cognoſcit, ſed ſola quæ extra ſunt intuetur: illud enim magno honore, atque reuerentia dignum putat, quod magno rerum nitore coruſcat: decebat ergo vt ſacerdotes Dei cum miniſtrare deberent, talibus tanquam pretioſis veſtibus vterentur, & ipſa rerum pretioſitas eos ſaltem ad attentionem miniſterij prouocaret, ne ſi crederent communes, & profanas adminiſtrationes exercere, etiam vt ipſi vulgares talium reuerentia admoniti, ipſum quod gerebatur miniſterium honorarent, non enim decebat iiſdem veſtibus atque humanas miniſtrationes exercere.* D

Maieſtas Dei in ſuis ſacerdotibus apparere debet.

Facies veſtem ſanctam Aaron fratri tuo in gloriam & decorem, Oleaſt. in grauitatem, qua grauitate maieſtatem intelligit, ita vt veſtimenta quibus ornari deberet ſummus pontifex, regiam quaſi maieſtatem referrent. ſed cur tanta grauitas in ſuorum veſtibus miniſtrorum requiritur à Deo? vt ex ipſis quanta ſit in ipſo Deo, deducere valeamus. hanc rationem habet Oleaſt. in annot. iuxta litt. *Veſtium gloria ſeu maieſtas maieſtatem, & gloriam Dei oſtendebat.* 14 Oleaſt.

Virtutum varietas in ſacerdotibus.

15\. *Facies veſtem ſanctam Aaron fratri tuo in gloriam & decorem*, hanc deinde qualis eſſe debeat explicat, vt varijs coloribus intexta ſit. neſcio cur totus eſt Deus in aperiendo, quale eſſe debeat veſtimentum ſacerdotale, an myſterio hoc viduum? nequaquam ſane, ſed ſic monitos volebat eſſe ſacerdotes, vt virtutis ornamenta quærerent, quibos ſibi honorem à multitudine adſciſcerent, magis quam eximiis & ſpecioſi coloris veſtibus. ſcite Theodor. q. 60. in Exod. (Theodor.) *Hæc vniuerſa erant ſacerdotibus ſummo ornamento, populi vero admirationi propter varietatem figurarum, inſtituebantque ſacerdotes ipſos quorum oporteat animam decorare & illam ornamento virtutis circumdare.* Idem premit S. Cyrill. Alex. in collect. (S. Cyrill.) aduerſus Iudæos q. 1. vbi veſtium ſacerdotaliũ colores varios ad varietatẽ virtutum vocat ſub bis verbis. *Si quis dixerit ſacerdotum quoque veſtẽ eiuſmodi coloribus tunc fuiſſe depictam, dicemus quod ipſa quoque omnino erat diuina, aut etiam aliter hæc varietas colorum eſt ſymbolum varietatis virtutum, quæ ante omnia debet amiciri ſacerdos, & vt veſtis varietas, varium quoque & ei acquirat honorem à multitudine.* caueat ergo ſacerdos ſpecioſis amictus indumentis mores irreligioſos habere, & Albin. Flaccus lib. de diuinis officiis (Albin. Abb.) 5. de ſingulis veſtibus. hæc habet. *Veſtimenta quæ in ſanctis officiis portanda erant, typus erant ſanctarum virtutum, vnde & ſancta dicebantur.*

Vult Deus vt in maxima habeamus ſacerdotes reuerentia.

16\. *Facies veſtem ſanctam Aaron fratri tuo in gloriam & decorem*, nonne dicitor 1. Reg. 16. homines vident ea quæ patent, Deus autem cor intuetur? ſed ea quæ exterius patent in homine ſunt vel corporalis diſpoſitio, vel indumenta; inconuenienter igitur ſacerdotibus maiotibus & minoribus, quædam ſpeciales veſtes deputantur. aduerte legis intentiooem fuiſſe ad diA uini cultus reuerentiam inducere dupliciter quidem. primo excludendo à cultu diuino id omoe quod in contemptum inducere poterat, quale fuit præceptum vt ſacerdotes omni macula & defectu carerent corporali, qui enim maculoſi ab aliis contemptui habentur. ſecundo quod ad honorem & reuerentiam inducere potuit. dicamus ergo Deum præſcripſiſſe precioſas & non communes veſtes ſacerdotibus, vt à ſæcularibus etiam ex hoc veſtimento exteriori in honore haberentur, teſtis eſt Angel. Doctor 1.2. q 102. art. 5. ad 6. (Ang Doct.) *Ad hoc quod in reuerentia haberentur, adhibebatur eis ſpecialis ornatus veſtium & ſpecialis conſecratio.*

In ſacerdotis vita omnes habeant quod imitentur.

B

17\. *Facies veſtem ſanctam Aaroni fratri tuo in gloriam & decorem*, In oumero harum veſtium erat illa de qua loquitur omnium ſapientiſſimus Sapieot. 18. (Sapie. 18.) io veſte poderis quam habebat, nempe Aaroo, totos erat orbis terrarum. nunc non immoror in quo huiuſmodi repræſentatio vniuerſi orbis figurabatur, & quinam colores hunc referre potuerunt, paſſim in hoc capite aperiemus: ſed ſciſcitor quid denotet, qood totus orbis vnius ſacerdotis veſte contineretur? ao hoc indicat, nec rotum mondum voios digoitati ſacerdotis conferendum, vel cæteros omoes à ſacerdotibus dependere, adeo vt boni eorum mores ſanctitatem aliis iohalent, & praui iniqoitatem, vt qoales ſacerdores fuerint, tales quoque alij eſſe ſoleant? benè C equidem. ſed addamus ideo in veſte ſacerdotali totum orbem terrarum fuiſſe, vt in vita ſacerdotis & moribus, omnes inueniant quod æmulentur. huc flexit Hugo Carenſ. in Pſalm. (Hugo Car.) 131. *Sapientiæ 18. dicitur quod in veſte poderis quam habebat ſacerdos, erat deſcriptus vniuerſus orbis, quia omnes debent inuenire in vita ſacerdotum, quid valeant & debeant imitari.*

VARIET. LECT. Verſ. 3.

Vulg. Et loqueris cunctis ſapientibos corde, quos repleui ſpiritu prodentiæ, vt faciaot veſtes Aarun, in quibos ſanctificatus miniſtret mihi.

Sept. Et tu loquere omnibus ſapientibus mente, quos repleui ſpiritu ſapientiæ, & ſenſus, & faciant ſtolam ſanctam Aaroo, ad ſanctum, in qua ſacerdotio fungetur.

Auguſt. Ad ſanctuarium, *alij* ad ſanctitatem.

D

Pag. Quos repleui ſpiritu ſapientiæ, & facient veſtes Aaron ad ſanctificandum eum, vt ſacerdotio fungantur mihi.

Cald. Vt ſanctificetur ad miniſtrandum coram me.

Mont. Loqueris ad omnes ſapientes corde, quem repleui eum ſpiritu ſapientiæ.

CONCORDIA.

Licet dictio cacham cõmuoiter omnẽ ſapiẽtẽ ſignificet, præcipue tamen hîc ſignificat prudẽtem in agibilibus, vnde omnes alij vertẽrũt ſpiritu ſapientiæ, recte noſter interpres reddidit ſpiritu prudentiæ, Arias Moot. relatiuum אשר ad eor retulit qood Hebraice eſt maſculinnm, vnde vertit quem repleui, Vulg. in qoibus ſanctificatus miniſtret mihi, לקדשו לכהני לי

lekaddeſo lechabano li, vt ſanctificaretur ad A miniſtrandum mihi, Sept. ad ſanctum vel ſanctuarium, in qua (ſubaudi veſte) ſacerdotio fungetur mihi, ſed hæc adinuicem inter ſe non diſcrepant.

EXPOSITIO.

Loquere cunctis ſapientibus corde, id eſt intellectu, eſtque Hebraiſmus ſignificans peritos artifices, pertinet aliquando hoc nomen ſcilicet *ſapiens corde* non ad eos artifices, qui in inueniendo ſolum induſtrij ſunt, & cauſas ignorant, ſed ad eos qui vtrumque coniunctim habent, atque ita opus artis diſponunt, vt rationes ſingulorum reddere poſſint, & eodem modo accipiendum eſt quod Sept. habent ſapientes mente, nam ſignificant præſcriptos tabernaculi artifices ita feciſſe opus ſuum exterius, vt ſimul quoque myſteria multa ſub eis latentia cognouerint, quod probabile eſt, primarijs ſaltem architectis datum fuiſſe, vel ſaltem operis ipſius proportionem, ſpiritus enim prudentiæ quo Deus ſe ſcribit repleuiſſe architectos, ad vtrumque extendi poteſt, ſed ſigillatim ſingula expendamus, *quos repleui ſpiritu prudentiæ*, id eſt prudentia à me aſpirata, porro prudentia hîc artem ſignificat, ſpiritu ergo prudentiæ, id eſt arte fabricandi, vel conficiendi has veſtes ſacras, quæ ars eſt donum Dei naturale ſicut & cæteræ artes, aliquando tamen donum eſt ſupernaturale per accidens infuſum à Deo, vti hic accidiſſe ſatis innuitur cap. 35. vbi dicitur de Beſelcel, impleuitque eum ſpiritu Dei, ſapientia, & intelligentia, ad excogitandum & faciendum opus in auro, argento &c.

B *Vt faciant veſtes Aaron*, non communes ſed futuras ſacras *in quibus ſanctificatus*, id eſt mundatus, vt quidam volunt, aliqui ſeparatus, & cultui meo dicatus, alij conſecratus, & quidem hæc omnia in illa voce includuntur, poſt conſecrationem enim eius per quam diuino cultui erat addictus, *veſtibus ſanctis*, id eſt diuino etiam cultui dicatis, & à profanis diſtinctis, quæ omnia ad legalem ſacerdotis munditiam ſpectabant, miniſtrabat Domino & non aliter in ſanctuario.

CONCEPTVS.

Aliqui ſolum ſunt ore ſapientes.

18. *Loqurre cunctis ſapientibus corde*, cur corde addidit? nonne ſatis erat dixiſſe loquere ſapientibus? nam nomine ſapientum intelligendi veniebant periti artifices, nempe ſartores, de his enim erat ſermo, etenim ſubiunctum eſt, vt faciant veſtes Aaron: quot quæſo qui ſe peritiſſimos in aliqua ſcientia vel arte gloriantur, & tamen in ea tanquam imperiti cæcutiunt? hi ſane ſapientes ſunt ore. merito ergo dixit Deus ſapientes corde, plurimi enim ſolum ſunt ore ſapientes, corde autem vel intellectu imprudentes & imperiti.

Vt eximia operemur, ſapientia à Deo nobis concedenda.

19. *Loquere cunctis ſapientibus corde, quos repleui ſpiritu prudentiæ*, alij ſapientiæ, quid? nonne confectio veſtium à quolibet artifice, à quolibet ſartore perito eſt? ad quid ergo vt Aaroni D veſtimenta fiant, neceſſe eſt vt Deus ſpiritu ſapientiæ aliquos impleat? reſpondet Hieron.

Oleaſt. 1.Cor.3. Oleaſt. *Sapientia noſtra ait Paul. 1. Corint. 3. ſtultitia eſt apud Deum, ideo opus eſt vt ipſe ſapientes faciat quos diuina operari diſpoſuit, ſed quemadmodum tabernaculi exemplar è cælo eſt, ita & ſapientes qui inſtrumenta miniſtrorum ſunt futuri, è cælo edoctos eſſe oportet.*

Vana hæreticorum noſtrorum Religio.

20. *Loquere ſapientibus corde, vt faciant veſtes Aaron*, quas ſuperiori verſu ſanctas appellauit, ſanctas non communes, non profanas, ſed diuino miniſterio dicatas: quid ergo ſentiendum de pluribus temporis noſtri hæreticis, qui ad ſacra ſua nihil adhibent niſi communia & profana veſtimenta? niſi quod re ipſa teſtantur ſacra ſua non eſſe, ſed ſolum profana & omnino ſæcularia *Religio diuina*, ait S.Hieronym. in C cap. 44. Ezechiel. *alterum habitum habet in miniſterio, alterum in vſu vitaque communi*, deinde ſubiungit, *per quæ diſcimus, non quotidianis & quibuſlibet, pro vſu vitæ communis pollutis veſtibus nos ingredi debere in ſancta ſanctorum, ſed munda conſcientia, & mundis veſtibus tenere Domini ſacramenta.* S. Hieron.

Sanctitas ſacerdotum maxima deberet eſſe.

Loquere ſapientibus corde, vt faciant veſtes Aaron, in quibus ſanctificatus miniſtret mihi, 21. nonne tibi poterit miniſtrare non ſanctificatus veſtibus? nam nonne immolare, nonne victimas offerre, & ſacrificia conficere, etiam profanis indutus veſtibus poterit? hoc quidem omnino lege cautum eſt, quod ſi ſanctitas etiam in ſacerdotij veſtibus requiritur, vt Deo digne ſacrificiũ poſſit offerri, quã eximia & excellenti ſãctitate animæ præditus eſſe debet? tã præclare vrget S. Greg lib. 6. c. 3. in lib. Reg. dum ait, S.Greg. Ma. *Vigilanter eſt diſcutiendum quod dicitur, ſanctificamini & venite mecum, hæc dicebat Samuel populum alloquens*, ſi enim intereſſe ſacrificiis non audent niſi ſanctificati, quid de ſanctificantibus dicendum? ſanctificare enim eſt purgare, quantum ergo puros decet eſſe pontifices, vbi inuitatæ ad ſacrificium nonniſi ſanctificatæ admittendæ ſunt plebes? à ſimili, ſi ſanctitas requiritur in veſtibus ſanctificatis, qualis exigitur in ipſius anima? aliter agentes reprehendit Anaſt. Anaſt. Synait. oratione de ſacra ſynaxi. *Multi quidem non laborant, qua puritate & conſcientia ad ſacram menſam adeant, ſed quibus veſtimentis exornentur.*

Sacerdotes memores ſint ſe potius familiæ Dei eſſe quam hominum.

Loquere ſapientibus corde, vt faciant veſtes Aaron, in quibus ſanctificatus miniſtret mihi. Sanctificatus, veſtimentis ſacerdotibus indutus, ab hominum commercio ſemotus, munere ſacerdotali mihi fungatur: in antiquis ſacerdotibus, veſtes ſpeciales requirebantur ad diuina officia peragenda, ergo multo magis hæc in noſtris requiruntur ſacerdotibus: hæc omnique illis in figura noſtri temporis contingebant, vnde figuratum hoc eſt veſtis noſtra ſacerdotalis ſuccedere debet, non tamen quatenus quid cæremoniale, ſed quatenus quid morale: nonne nobis hunc morem dictauit natura, vt ad Deum accedentes ipſi miniſtraturi, ſpecialibus ad hoc tantum veſtimentis induantur? nonne Regis alicuius miniſtri hoc ipſis dictante natura, veſtibus induuntur ſpecialibus, quando coram rege miniſtraturi, vel aliud acturi accedunt? nunquid Deus minori in pretio habendus quam Rex? abſit, veſtibus igitur ad hoc tantum deputatis indui, quando conſpectui diuino ſacerdotes accedunt miniſtraturi, dictat naturalis ratio, & experientia demonſtrat: O inſania hæreticorum, qui etiam in hoc ipſi aduerſantur naturæ! ſed ſacerdotes quid his ſpecialibus induti veſtibus colligere tenentur? ſane ſe diuinæ eſſe familiæ non humanæ. *Admonentur hic ſacerdotes*, inquit Oleaſt. *vt cum ſe ſanctis veſtibus indutos viderint, reminiſcantur ſe ad Dei potius, quam hominum familiam pertinere.*

Exterior ſacerdotum veſtis, quales eſſe interius debeant, demonſtrat.

22. *Loquere ſapientibus corde, vt faciant veſtes Aaron, in quibus ſanctificatus miniſtret mihi,* Has antea dixit ſanctas, & in gloriam, & in decorem; quid? tantane eſt Deo cura ſpecialis ſacerdotum indumenti, vt ſolum in decorem, & gloriam illud iubeat fieri? an ita ſollicitus exterioris indumenti, vt in eo ſiſtere velit? abſit hæc in Deo cogitatio, nam hoc exterius veſtimentum, quales eſſe interius debeant ſacerdotes, demonſtrat: Accipite S. Iuonem Epiſcop. Carnot. ſerm. qui eſt de ſignificationibus indumentorum ſacerdotalium, ſic ait, *Sicut bona domus in ipſo veſtibulo agnoſcitur, ſic ſacerdos cultu ſacrarum veſtium oſtendit exterius, qualis apud ſe eſſe debeat interius:* deinde ſubiungit, *in ornamentis ſacerdotum commendatur, & ſacerdotum caſta dignitas ſignificatur.* S. 100.

Non in quotidianis vſibus, veſtibus ſacris vtendum.

Loquere ſapientibus corde, vt faciant veſtes Aaron in quibus ſanctificatus miniſtret mihi; Cur hæc poſtrema adduntur verba? nonne licet tibi non miniſtret, nec actu ſacerdotale exerceat officium, poteſt indui veſtimentis, quibus præcipis vt induatur? recte addidit, *In quibus ſanctificatus miniſtret mihi,* non enim in quotidianis vſibus ſacris, vtendum eſt veſtibus. Hæc habet Amalarius Epiſc. Treuir. *Stephanus natione Romanus conſtituit ſacerdotibus leuitiſque veſte ſacrata, in vſu quotidiano, non vti in Eccleſia, tale quid Dominus per Ezechielem loquitur, hæc ſunt gazophylacia ſancta in quibus veſtiuntur ſacerdotes, qui appropinquant ante Dominum in Sancta ſanctorum.* Et paulo poſt, *Cum autem ingreſſi fuerint ſacerdotes non egredientur de ſanctis in atrium exterius, & ibi reponent veſtimenta ſua, in quibus miniſtrant quia ſancta ſunt, veſtienturque veſtimentis alijs, & ſic procedent ad populum, &c. per quæ diſcimus non quotidianis, & quibuſlibet pro vſu vitæ communi pollutis veſtibus nos ingredi debere in Sancta ſanctorum, ſed munda conſcientia, & mundis veſtibus.* 23. Amalarius Eccleſ. offic. lib. 2. de c. 16.

VARIET. LECT. Verſ. 4. & 5.

V*Vlg.* Hæc autem erunt veſtimenta quæ facient, rationale, & ſuperhumerale, tunicam & lineam ſtrictam, & cidarim, & balteum, facient veſtimenta ſancta fratri tuo Aaron, & filijs eius, vt ſacerdotio fungantur mihi.

Sept. Et hæ ſunt ſtolæ, quas facient, pectorale, & ſuperhumerale, & talarem, & tunicam coſymbotam, & cidarim, & zonam, & facient ſtolas ſanctas.

B. Aug. Et ſtolas quas facient, pectoralem, & humeralem, & tunicam talarem, & tunicam cum cornibus.

Cyrill Alex. Sunt autem ea opificis, pectorale, & ſuperhumerale, & talaris tunica, & tunica fimbrijs ornata.

Cald. Ionat. Pallium, & tunicam ſtrictam, &c. miniſtrent mihi.

Pag. Et pallium, & tunicam opere phygionico oculis contextam.

Cald. Onk. Pectorale ephod, *ita etiam Aquila,* interula tunica ocellata, galeru, & baltei. *Alij*, cingulum.

Mont. Et tunicam ocellationis.

Oleaſt. Oculis contexta.

Alij, Tunicam incluſionis.

Scholiaſtes Samarit. loco cydaris habet, pileum, *Vatab.* mitram.

Vulg. Accipientque aurum, & hyacinthum, & purpuram, coccumque bis tinctum, & byſſum.

Cald. Et illi accipient aurum, & coccinum.

Sept. Et coccum, *Mont.* & vermiculum cocci.

CONCORDIA.

HÆc veſtimenta varijs nominibus appellantur in Hebr. apud Ioſeph. ſont corrupta, rationale enim Hebraicè dicitur חשן choſchen, à Ioſepho corruptè, vel certè lenita prima adſpiratione, eſſen, à Cald. חושנא chuſchena, vbi abſolute habemus tunicam, Hebraicè eſt מעיל mehil, apud Ioſephum corruptè methir dicitur, Septuag. & talarem, ſeu poderem vocant Symmach. ἐπένδυμα, Theod. ἐπενδύτην, quod interiori tunica ſuper indueretur. Habemus & lineam ſtrictam, Hebr. כתנת תשבץ ketoner taſbuts, radix enim Hebræa שבץ ſcabats ſtringere ſignificat, hæc enim tunica inſtar interulæ corpus ſtringebat. Vnde Onk. vertit, & tunica interula, alij autem Hebraiz. volunt verbum huiuſmodi interpretari oculis variare, ſeu diſtinguere: Vnde hanc tunicam ocellatam vertunt, quam alij dixerunt tunicam incluſionis, in qua ſcilicet incluſæ erant gemmæ. Auguſt. tunicam cum cornibus, id eſt circis, alij opere phygionico, id eſt ocellis pictam. Scholiaſt. autem Samar. habet tunicam colymbotam, id eſt, tunicam nodatam, ſeu nodis conſtrictam, vel vt alij, fimbriatam cidaris. Hebr. מצנפת miſtnephet, apud Ioſephum corrupte maſnaemphthes, quod quidquid capiti circumuoluitur ſignificat: vnde aliqui galerum, pileum, & mitram, balteus Hebraicè אבנט abnef, Septuag. ζώνην verterunt.

EXPOSITIO.

HÆc autem erunt veſtimenta, quæ facient, peritiſſimi artifices, rationale, ſuperhumerale, &c. de quibus poſtea in particulari, ſolum enim hic in commune diſſeremus, rationale idem quod pectorale, rationale autem ita dictum, quod quid agendum eſſet, quaſi rationis eſſet particeps, ſacerdoti & per hunc alijs indicaret, à Græcis λόγιον, quod ſonat oraculum, hoc enim logio ſacerdotes oracula captabant. *Superhumerale*, quod alio nomine ephod dicitur, ita dictum quod humeros ſcilicet tegeret, *& tunicam, hyacinthinam*, nempe talarem dictam, à qua aurea quædam tintinabula, & mala punica dependere debent, *tunicam lineam* byſſinam *ſtrictam*, quæ ſic corpori adhærebat, & ita arcta eſſet, & manicis ſtrictis, vt nulla ſere, præſertim à ſuperiori parte, in ea eſſet ruga.

Et cidarim, de qua loquens B. Hieronym. ſic ait, rotundum erat pileolum, quale pictum in Vlyſſe conſpicimus, Græci tiaram, nonnulli galerum dicunt, non habet acumen in ſummo, nec totum vſque ad comam caput tegit, ſed tertiam partem à fronte inopertam relinquit, atque ita in occipitio vitta conſtrictum eſt, vt non facile labatur ex capite, eſt autem byſſinum, & ſic fabre opertum linteolo, vt nulla acus veſtigia extrinſecus appareant: & hæc cidaris omnibus ſacerdotibus communis erat, nam præter hanc, tiaram geſtabat ſummus ſacerdos, de qua ſic præf. Doctor, hæc nempe additur, vt in fronte vitta hyacinthina conſtringatur, totamque Pontificis pulchritudinem Dei vocabulum coronet & protegat, ex quo conſtat cydarim, ſiue Hebræis mitznophet, Græcis tiaram, nonnullis galerum, alijs infulam, lineum pileolum eſſe, figuramque dimidiatæ figuræ habere, nullumque in ſummo faſtigium eſſe, ſacerdotibus omnibus communem ornatum, cui ſuperpoſitus eſt ex Ioſepho, alter hyacinthinus pileolus aliquanto ſublimior, quem Eccleſiaſt. cap. 5. mitram, Salomon vero Sapientiæ cap. 18. diadema vocat: hunc aurea corona triplici ordine circumdabat, in cuius poſteriori parte caliculi aurei ſpectantur, in anteriori vero, quæ fronti imminet, ſanctum nomen Dei inciſum erat, *& balteum*, qui zona eſt, vtramque tunicam ſimul, & ſuperhumerale arctius ad corpus arctans.

Accipientque omnia, quæ ingenioſo opere adaptari debent, videlicet aurum, & hyacinthum, &c. non quod quodlibet ornamentum fieri debeat ex his omnibus, ſed quia nullum erit, quod non ex aliquo iſtorum, vel ex aliquibus, vel etiam omnibus conficiendum ſit.

CONCEPTVS.

Voluntaria debet eſſe caſtitas.

24. *Hæc erant veſtimenta quæ facient, rationale, & ſuperhumerale, &c.* Obſeruandum licet poſtea Moyſes fratrem ſuum ſacris indumentis induerit, fœminalibus tamen ipſummet Aaronem ſe induiſſe, cur fœminalibus eum non induit Moyſes, cum ijs caſtitas adumbretur, teſte Arnoldo Abb. bonæ vallis tract. 6. de verbis Domini, & Albino Flacco lib. de diuinis Officijs? Non mirum, non Moyſem, ſed Aaronem ſeipſum fœminalibus induiſſe, vt ita ſignificaretur voluntariam debere eſſe caſtitatem, adeo vt nullus vi ad eam ſeruandam, ſiue in religioſa aliqua familia, ſeu extra adigatur, in quo maxime peccant parentes, qui filios filiaſque nolentes, in religionem obtrudunt, quo fructu, ipſi tantum viderint: cautionem iſtam, ſicut & obſeruationem Petro Bleſenſi debe- Petr. Bleſ.

Arnoldus. Albinus Flaccus.

ſcribit, qui ſermone 9. in Purificat. B. Virg. ita nemini imponitur, *Votum ſane religionis, & continentia in die quo initiata ſunt manus eius, induit Moyſes fratrem ſuum, ſanctis, exceptis fœminalibus illis veſtibus ſanctis eodem veritas ait, non omnes rapinnt verbum hoc, qui poteſt rapere capiat: eſt igitur hortus continentiæ, & caſtitatis voluntarius.* Quod vtinam omnium mentibus inſideret, ne filij filiæque inuiti, in religioſis familijs degerent, vbi amiſſa ſua mentis pace aliorum etiam inturbant.

Caſtitatis veſtis ita propria debet eſſe ſacerdotibus, vt ei quaſi agglutinetur.

Hæc erunt veſtimenta quæ facient, rationale, tunicam, & lineam ſtrictam: Cur tunica ſtricta linea præcingi debet ſacerdos? indumentum enim ſtrictum, & coactum nimis comprimit, ita vt in actionibus corporeis liberos non ſinat nos eſſe: nihilominus præcipit Deus vt ſtricta linea ſacerdoti paretur, vt doceremur, puritatis, & caſtitatis cultori, caſtimoniæ veſtem ita geſtandam, vt ei inhæreat & agglutinetur: puritas, & virtus quælibet ita adhærere debet menti, vt non facile auferri poſſit. Aſſuenda hic quæ habet Gilbertus Abbas ſermone 9. in Cant. *Quod ſtricta ſacerdos indui iubetur linea, veritatis te vult illius quæ de terra orta eſt, habitu arctius adſtringi, vt per ſe caſtimonia, & puritatis, & innocentiæ tibi virtus inhæreat, & agglutinetur tibi, ſed & omnia ſacerdotis indumenta, vel catenulis, vel balteis, vel vittis adſtricta, & colligata ſibi vult lex eſſe:* Parum eſt ſpiritales virtutum veſtes induere, niſi etiam menti inhæreant, & veluti agglutinentur, auferetur caſtimoniæ veſtis, auferetur cæterarum virtutum indumentum, niſi ſtabili propoſito veluti ſtricta quadam linea, arcte conſtringantur, & inter ſe amicabili quodam nexu colligentur.

Qui cæteris virtutibus continentiam non ſtudet adiungere, non debet miniſterium altaris aſſumere.

Hæc erunt veſtimenta quæ facient, rationale, tunicam, & lineam ſtrictam, & fœminalia: Neſcio cur fœminalia ſunt Dei curæ? nonne ſatis eſt aſſignaſſe veſtes ſacerdotibus in gloriam & decorem? ipſi ſibi viderint, ſi fœminalibus indigeant, aſſumant ſi voluerint, cum decori & gloriæ non congruant. Sed ſcitote quæſo, quod fœminalia, partes illas corporis veſtiunt, & aſtringunt, per quas humana generatio propagatur, per quas vir vxori carnali commercio copulatur, per quas vt paulo inuerecundius dicam, pruritus libidinis conſummatur, maior qua nulla eſſe voluptas corporis comprobatur: in fœminalibus ergo continentia deſignatur, per quam huius expletio voluptatatis omnimodo relegatur, per quam concubitos non ſolum adul-

A terinus, vel fornicarius coercetur, ſed etiam maritalis, qui remedij, vel prolis gratia indulgetur pluribus: quaſi enim fœminalia nou videtur habere, qui talibus videtur officijs indulgere, qui à tali copula non ſtudet ſe cohibere, nec contactum mulierum à ſe pœnitus remouere. En cur præter alias veſtes virtutum ſignificatiuas, quæ in decorem & gloriam debent eſſe ſacerdotibus, iubet Deus, vt fœminalia habeant: quia qui cæteris virtutibus continentiam non ſtudet adiungere, non debet miniſterium altaris aſſumere. Audiendus eſt Philippus Abbas lib. de contin. Clericor. cap. 45. *Pulchrè diuinus ſermo ea, nempe fœminalia altari miniſtrantibus aſſeruit ſpecialiter conuenire, vt eis ſtu-* Philippus Abbas.
B *deant carnis ſua turpitudinem operire, ne inueniantur mores ab officio diſſentire, ſi quis ſine illis altari præſampſerit deſeruire: neque enim debet miniſterium ſibi altaris aſſumere, qui cæteris virtutibus continentiam non ſtudet adiungere: quia ſicut nonniſi ſanctus debet altari famulari, ſic ad famulandum, nonniſi continens poteſt ſignificari.* Verum obijcies, Aaron & filij eius ad ſeruiendum altari ſanctificati leguntur, cum tamen huiuſmodi cuntinentiam eius nullatenus habuiſſe cognoſcantur; qui enim vxores & liberos ſucceſſione continua ad aduentum Chriſti habuerunt, conſtat quia huiuſmodi continentiæ operam non dederunt. Sed ſciendum quod illi vitam clericorum non realiter expreſſerunt, ſed figuris
C & ænigmatibus præſignarunt, vt in illis vmbra eſſet pro tempore tranſitura, in iſtis autem veritas permanſura, quoniam, inquit Apoſt. in figura contingebant illis, ſcripta ſunt autem propter nos.

Prælati ſiue antiſtites, alijs fulgere debent virtutibus, & pluribus quam ſacerdotes inferiores.

Hæc erunt veſtimenta quæ facient, rationale, ſuperhumerale, &c. Non his omnibus induebantur omnes ſacerdotes veſtibus, nam minores quibuſdam, nempe fœminalibus lineis, tunica linea, & ſtricta, balteo, necnon mitra. Sed præter hæc alijs induebatur ſummus ſacerdos, rationali, ſuperhumerali, tunica 27.
D hyacinthina talari. Cur plura deferunt ornamenta ſummi Pontifices, quam alij ſacerdotes? Huiuſmodi veſtes, inquit præf. Abbas, virtutes ſignificant eorum qui altari famulantur. Merito ergo pluribus ornamentis induuntur ſummi Sacerdotes quam inferiores, longe enim pluribus virtutibus fulgere debent, quam illi. Hæc eſt obſeruatio Ioannis Ruſbrochij Comment. in Tabern. fœderis cap. 38. *Has & eaſdem veſtes vulgarium ſacerdotum etiam Aaronem Pontificem indutum eſſe oportebat, enimvero Prælati omnes ſiue ſublimis, ſiue inferioris ordinis ſint, illis inſtructi, & ornati virtutibus ſint oportet, ſi tamen Deo placere volunt, quæ quatuor his virtutibus deſignantur: at vero præter has veſtes alijs inſuper præclarioribus ornamentis, ſiue veſtibus Aaron indui debebat, quibus item virtutes ſingulares* Ioannes Rusbroch.

exprimuntur, quæ præter ante commemoratas ſingulis Pontificibus Prælatis merito ineſſe debebunt.

Nihil vile aut ſordidum ſit in ore, vel opere ſacerdotis.

28. *Hæc erunt veſtimenta quæ facient, rationale, & ſuperhumerale, &c.* Deinde captimens ex qua materia deberent fieri ait, accipient aurum, hyacinthum, & purpuram, &c. cum luxus in veſtimentis fugiendus: teſte B. Paulino Panægyr. de Celſo pueto.

S. Paulinus.

Nolo mihi tyrio modo ſerica murice veſtis
Ardeat, & ſuri corporis inuidia.
Ne poſt purpureos me flamma perennis amictus.
Ambiat, & pretium veſtis in igne luam.

Et ſane, qui pulchris & pretioſis veſtibus ſe induunt, ſuis ipſi ſunt inferiores veſtimentis, pretioque viliores. Sic de quibuſdam mulieribus loquebatur Clemens Aleaandrinus a. Pædagog. cap. 10. Si corpus quidem earum, nempe mulierum, venundetur, nunquam mille dragmas atticas inuenerit, vnam autem veſtem mille talentis ementes, ſe eſſe veſtibus inutiliores & viliores arguunt. Cur ergo ita pretioſæ veſtes ſacerdotum fieri debent, vt ſint ea auro, purpura, &c? dices vt dignitas illius miniſterij iudicaretur, tamque ipſi qui miniſtrabant quam reliquus populus ad reuerentiam, & ad attentiorem Dei cultum, ac denique ad religionem excitarentur. Venerab. Bedæ c. 3. lib. 5. de Tabern. rationem licet myſticam in medium adducamus, *Cuncta fiunt de auro, pretioſis coloribus, quia nihil vile, aut ſœdidum in ſacerdotis ore vel opere debet apparere, ſed cuncta quæ agit, vniuerſa quæ loquitur, omnia quæ cogitat, & coram hominibus præclara, & in conſpectu interni arbitri oportet eſſe glorioſa.*

Clemens Alexand.

Ven. Beda.

Sacerdos geminam Dei, & proximi dilectionem habeat, necnon tam interiori, quam exteriori munditia fulgeat.

29. *Hæc erunt veſtimenta quæ facient, rationale, ſuperhumerale, &c.* Quæ non ex qualibet materia, ſed ex pretioſa perficienda ſunt, dicitur enim, & accipient aurum, hyacinthum, purpuram, coccumque bis tinctum, & byſſum: non eſt dubium, quin illa veſtimenta virtutes quibus ornari deberent ſacerdotes, indicent, & ideo ſancta numinari. Sed ad quid aurum ſumitur? vel ſi aurum, cur byſſus? nam potius auro conuenirent gemmæ pretioſæ, quam linum licet puriſſimum. Recte byſſus, imo coccus bis tinctus recte conuenit cum auro in veſtibus ſacerdotum conficiendis, quia præter ſapientiam, quæ auro denotatur, debet geminam Dei, & proximi dilectionem, quæ cocco bis tincto, necnon interiorem, & exteriorem munditiam, quæ per byſſum exprimitur, habere. Siſto Alcuinum lib. de Diui. offic. §. de ſingulis veſtibus, *Ad hæc facienda non tam diuerſæ quam ſpecioſæ ſpecies ſumebatur, aurum videlicet quod eſt ſplendor ſapientiæ diuinæ; cui iungebatur hyacinthus, qui eſt color aereus, cæleſte videlicet deſiderium: purpura apponebatur, quæ ſanguinis imitatur colorem, & per duo genera martyrij nouerint ſe exercendos electi, id eſt, ſi neceſſe ſit non dubitent mori pro Chriſto: & pacis tempore in ſeipſis appetitus occidant, mortificantes membra ſua cum vitijs & concupiſcentijs: coccus bis tinctus Dei, & proximi dilectionem indicat efficaciter tenendam, byſſus geminam caſtitatem, corporis ſcilicet, & animæ ſignificat. Vnde de verè vidua dicit Apoſt. vt ſit ſancta corpore & ſpiritu, his ornamentis debet Chriſti Pontifex refulgere, his coloribus exornari.*

Alcuinus.

Sacerdos non alterius, ſed ſummi eſt omnium conditoris.

30. *Hæc erunt veſtimenta quæ facient rationale, ſuperhumerale, &c.* Et ne materia horum indumentorum voluntati artificum ſubijceretur, eam aſſignat dicens, accipientque aurum, hyacinthum, purpuram, coccum bis tinctum, & byſſum: cur quæſo ex his coloribus, potius quam ex alijs, ornamenta ſacerdotum confici debent? in memoriam reuocetur quid à nobis dictum eſt ſuperius, nempe omnium rerum imaginem perferre huiuſmodi colores, coccus enim ignem imitatur, byſſus terram, hyacinthus aerem, purpura mare. En ergo cur hæc exigit Deus in veſtimentis ſacerdotum, vt ea deferens ſciat ſe eſſe ſummi veri Dei ſacerdotem verum omnium conditoris. Non alienus ab hoc ſenſu noſter Georgius Venet. lib. 3. de harmonia mundi Cantic. 1. tom. 3. c. 5. *Æquum, ait, adiudicarunt Hebræi, vt Pontifex ſummi opificis gratias ageret illi, qui & ipſa elementa, & quæcumque ex eis fabricata ſint, produxit, repræſentaretque ipſa elementa, & conſequenter elementata omnia opifici ſuo.*

Noſter Georgius Venet.

Humani oculi, indices eſſe non poſſunt continentia noſtra interioris.

31. *Hæc erunt veſtimenta quæ facient, rationale, ſuperhumerale, &c.* Deinde ſubiungit inferius fœminalia, quæ licet hic exprimat: tamen in Leuitico eorum non facit mentionem, nec dicitur quod his induerit Aaronem Moyſes: cur licet ea habere deberet ſacerdos, ni reus mortis eſſe vellet, his tamen non induitur ab alio, quamuis cætera à Moyſe recipiat ornamenta? quid hoc eſt? niſi quod licet alias virtutes quæ inſunt ſacerdotibus conſpicere poſſumus, tamen eorum continentiam iudicare minime valemus. *Hac arbitror de cauſa,* inquit S. Iuo Carnot. ſerm. de ſignific. indument. Sacerd. *Quia ad genitalia noſtra, & verenda lex non miſit manum, quia ipſi ſecretiora noſtra confeſſione digna tegere debemus, & velare, & conſcientiam puritatis Deo iudici ſeruare, cæteris vero virtutibus fortitudine, iuſtitia, humilitate, manſuetudine, liberalitate, poſſumus, & alij iudicare, pudicitiam ſola nouit conſcientia, & humani oculi certi huius rei eſſe indices non poſſunt.*

S. Iuo.

VARIET. LECT. Verſ. 6.

V*Vlg.* Facieut autem ſuperhumerale da auro, & hyacintho, & purpura, coccoque bis rincto, & byſſo retorta opete polymito.

Sept. Er facient ſuperhumerale de byſſo torta, opus textum variatoris.

Aquila, Facient aſſumentum: *alij*, ſuperindumentom.

Alius 70. Interp. Scholiaſt. eadem habet qua A *in Hebr. ſed ſolum variat, quod legit*, ex eocco neto.

Onk. Ephod facient, &c. opere artificis.

Tag. Opete phrygiooico.

Mont. Facient ſuperhumerale, &c. vermiculo cocci opere cogitantis.

Oleaſt. Opete exeogitato.

Cajet. Opere polymitano.

CONCORDIA.

ROmanus codex Septuag. plura noo habet quam hic propoſuimus, vetum alij codices Græci etiam quæ in Hebr. ſunt eontinent, verum eſt inueniri apud Aquilam ἐπιρράμμα, id eſt aſſumentum, ſad plures B arbitrantut legendum eſſe ἐπένδυμα, qood eſt ſuperindumentum, de opere polymiro, ſeo vt habetur in Hebr. מעשה חשב mahaſe choſeb, diximus pluries in alijs concordijs.

EXPOSITIO.

FAcient, peritiſſimi artifices *ſuperhumerale*. Non reru.n ipſarum ordinem hîc ſequat, nam à fœminalibus, ſiue fœmoralibus incipieodum eſſet; primaria enim erant indumenta, quibus ſacerdotes veſtiebantur. Hunc ordinem ſecutus eſt Ioſephus, & poſt eum Hieronym. ſed ſacrum proſequar contextum, incipiendo à ſuperhumerali, quod Hebtaicè eſt ephod, ab aphad, quod eſt cinxit, & C ideo quod dictum de ephod, de ſuperhumerali intelligendum, prætermiſſis pluribus illius nominis ſignificationibus, nam aliquibus erat armariolum, quo ſacerdotes ad interrogandum Deum vtebantur. Alijs erat thuribulum, teſte B. Hierooymo epiſt. 103. ad Marcellam: alijs erat ſimulachrum, teſte Beato Auguſtino quæſt. 41. in Iodices. Prætermiſſis inquam his ſignificationibus quaſi alienis, ſermo erit de ephod in propria ſua ſignificatione, eſt quoddam veſtimenti genus, ſecundum tamen duplicem analogiam, nam duplex ſigoificat indumentum, quo humeri cingebantut. Vnum minoribus ſacerdotibus, leuitis, imo & laicis eommune, ſacerdotibus quidem quia Doeg Idumæus irruit in ſacerdotes, & trucidauit octogiota quinque vitos veſtitos ephod lineo. Leuitis, quia Samuel accinctus erat ephod lineo, Samuel autem, inquit textus, miniſtrabat ante faciem Domioi puer accinctus ephod lineo, præterquam quod Salomon 2. Paral. 5. Leuitas induit byſſinis, quæ erant ſtolæ lineæ nihilo ab ephod differentes, nam & ephod hoc loco à Cald. byſſinum appellatur. Laicis tandem, ſaltem quando in diuino obſequio aliquomodo occupabantur, quia Dauid ſaltabat coram arca Domini accinctus ephod lineo. In quibus omoibus additur *lineum*, quia hoc etat lineum candens, ac ſimplex, alterum erat Pontificale, quo ſolus ſummus Pontifex, & de quo hic eſt ſermo, quod diſtinguebatur à ſacetdotali, quia polymitom arat, ex auro, hyacintho, purpura, eocco, & byſſo intertextum.

2. Paralip. 5.

Superhomerale ergo erat veſtis propria Pontifici, quæ tam pectus eius quam humeros regebat, tam inferne quam ſuperne patens, continua & vniformi textura vndique contexta, nullis nodis aut fibulis connexa, vt ijs amoris aperiri poſſet, conſtans manicis, inſtar thoracis, protenſa non vltra, ſed vſque ad eingulum; ligabatur enim zona circa pe- D ctus; patebat locus rationali inſerendo, contexta erat, vt vidimus ex filis aureis, hyacinthinis, purpureis, coccineis, & byſſinis, *opere polymito*, id eſt, opere variorum colorum, & liciorum.

CONCEPTVS.

Concionator prius opere exequatur quæ alijs inſtillat. A

32. *Facient autem ſuperhumerale de auro*, & poſtea verſ. 15. loquitur de rationali dicens, rationale quoque facietis: cur ſuperhumerale prius iubetur induendum quam rationale? rationale enim à ratione dictum, reliqua præcedere deberet ornamenta. Nonne ſuperhumerale curam bonorum operum deſignat, ſicut rationale ſermonem & doctrinam? merito ergo iubet vt ſacerdos prius ſuperhumerale induat quam rationale, quia niſi miniſter Euangelicus prius virtute ſe accingat, vix poterit alios quod pium eſt, docere: aſt nonnulli plurimum ſolliciti de rationali, ſuperhumeralis vero prorſus curam abijciunt, cum B tamen è contra faciendum eſſet, vt prius ſuperhumeralis, id eſt operum curam haberent, poſteà vero rationalis, id eſt verborum & doctrinæ. Ita monet Origenes hom. 4. in Leuit. *Non antea logium, & poſtea ſuperhumerale, quia non ante ſapientia quam opera, ſed prius opera haberi debent, & poſtea ſapientia quærenda.*

Origen.

Prælatus ſubditorum onera portet.

33. *Facient autem ſuperhumerale de auro*: Cur imponendum humeris Pontificis indumentum? nonne ſatis alijs onerabitur, & ornabitur indumentis? humerali induitur, vt intelligat Prælationem non ad decorem, & gloriam ſolum, ſed vt ſubditorum onera portet. C Suffragatur Arnoldus Abbas tract. de vltimis verbis Domini in Cruce, *In ſuperhumerali Pontificis*, inquit, *hoc debet intelligi, quomodo in portandis fratrum oneribus, officium illud ſe habere debeat, in hoc bonorum patientia, in laboribus perſeuerantia indicatur, eorum onera ipſa lege ſui officij ferre neceſſe eſt, & per ſingulos, ſicut diuerſi morbi exigunt eis qui ignorant, vel errant, & infirmari & vri, & ſi præoccupati fuerint in aliquo delicto, in ſpiritu lenitatis feras, & amplius exonerare quam grauare infirmos intendat.*

Arnoldus Abbas.

Præcepta Dei, onus leuiſſimum ferendum à ſuperioribus. D

34. *Facient autem ſuperhumerale de auro, hyacintho, &c.* Non ex auro ſolido, & ductili, ſed ex filis aureis, hyacinthinis, purpureis contextum erat: cur adeo leue hoc indumentum? quia obedientiam huiuſmodi mandatorum Dei ſignificat, qua indui debet ſacerdos; licet obedientiam denotet, quid inde colligere debemus? quod leue eſſe debeat onus, non graue, nempe Dei præcepta leuiſſima eſſe debere, præcipue his qui Prælatura funguntur. Annuit Albinus Flaccus S. de ſing. veſtib. *Superhumerale obedientiam mandatorum Dei ſignificat, vt meminerit mandata Dei ſtrenue, quaſi onus humeris impoſitum debere portare.*

Alb. Flacc.

Prælatus fortis ſit in bonorum operum executione.

Facient autem ſuperhumerale de auro. Cur ornantur humeri Pootificis? nonne ſatis eſt habere duplicem tunicam, vnam hyacinthinam, & vnam lineam ſtrictam? nonne humeris adiuuamur, vt manibus aliquid operemur fortiter? bene ergo hoc indumento veſtiuntur, & humeri, vt notum ſit Antiſtibus, non ſolum ferre debere ſubditorum opera, ſed fortes eſſe ad exequenda bona opera. Monitum eſt B. Ioonis ſerm. de ſignific. indumentorum Sacerdot. *Humeri ſunt fortes ad agenda opera, & portanda onera, quæ ex circumductione humeralis ſuis ligaturis conſtringantur, quia Pontificem, & innocẽtia, & operibus iuſtitia Dei decet eſſe conſtrictum, vt in eo nihil inueniatur diſſolutum, nihil remiſſum.* Deinde paulo inferius ſubiungit, *Venitur, & ſuperhumerali, per quod exiguntur à ſacerdote opera iuſtitia.* 35.

S. Iuonis.

Prælatus ex dignitate non ſuperbiat, ſed potius varias amplectatur virtutes.

Facient autem ſuperhumerale de auro, hyacintho, purpura, &c. Nonne qui in maiori dignitate conſtituitur, vt in plurimum maiorem anſam ex ea ſuperbiendi accipit? cur adhuc ergo quaſi materia maioris elationis miniſtratur; nempe veſtium pretioſitas & venuſtas? non materia ſuperbiendi miniſtratur ex hoc indumento pretioſo, & ſpecioſo, ſed potius ex tot colorum varietate declaratur, quod varijs & pluribus fulgere debet virtutibus. Fauet præf. B. Arnoldus, *Oportet ſane vt ſacerdotalis actio ſemper ſit, & auro ſapientiæ fulgida, & hyacintho ſpei in ſublime erecta, purpura regni, vt debellatrix peccati in captiuitatem redigens dæmoniorum monſtra, circumdata, & cocco bis tincto, dilectione gemina flammea, & byſſo retorta ſemper in oppreſſione, & caſtigatione carnis ſollicita.* Et Beatus Gregorius Magnus 2. par. Paſtor. cap. 13. *Rectè*, inquit, *ſuperhumerale ex auro, hyacintho, purpura, cocco bis tincto, & byſſo retorta fieri præcipitur, vt quanta ſacerdos clareſcere virtutum diuerſitate debeat, demonſtretur.* 36.

S. Arnold.

S. Gregor. Magn.

Prælatus non ad fauores infimos deſcendat, ſed amorem cœleſtium ſurgat.

Facient autem ſuperhumerale de auro, hyacintho, &c. Nonne ſatis pretioſa materia eſt aurum? ex eo ergo ſolo conficiatur Pontificis ſuperhumerale? ne igitur hyacinthus minoris pretij adiungatur? ſane in hoc indumento aurum fulget, vt in ſacerdote intellectus ſapientiæ principaliter emicet; ſed cur hyacinthus requiritur? Reſpondet præf. Doctor, 37.

S. Gregor.

vt

Vt per omne quod penetrat, non ad res infimas, ſed ad amorem cœleſtium ſurgat, hyacintho enim coloris cærulei cœleſtia deſignantur, ad quæ debet aſſurgere & ea ſola concupiſcere.

Prælatus maxime patiens debet eſſe.

8. *Facient autem ſuperhumerale de auro*, cur humeris primum aſſignatur indumentum inter pontificis veſtes? nam capiti præcipuæ & nobiliori hominis parti, prius aliquid aſſignandum: nonne Ephod patientiam poteſt ſignificare, à loco in quo portatur, nempe humeris, qui ſedes ſunt patientiæ, cum oneribus ferendis deputentur, in quibus non exigua requiritur patientia? dic ergo primum non immerito aſſignari hoc indumentum pontifici, nempe Ephod, quia præcipue & maxime patiens debet eſſe. ſic Innocentius Papa lib. 1. de myſteriis Miſſæ cap. 18. vbi docet illud induere pontificem, *Quia debet*, inquit, *induere patientiam, humeris enim onera ſupportamus, iuxta illud Geneſ 49. ſuppoſuit humerum ſuum ad portandum factuſque eſt tributis ſeruiens.*

Prælatus non quomodocumque, ſed regia quadam auctoritate motus obſcænos debet coercere.

9. *Faciēt autem ſuperhumerale de auro, hyacintho, & purpura*, cur color purpureus admiſcetur in ſuperhumerali contexendo? nonne aureus & hyacinthinus ſpecioſiſſimum efficere potuerunt huiuſmodi indumentum, additis byſſino & coccineo? nonne purpura regis ornamentum eſt? in Ephod igitur ſummi ſacerdotis etiam purpura adhibetur, quia ſi eum prauæ ſuggeſtiones moleſtent, non quomodocumque, ſed regia quaſi auctoritate debet coercere. id confirmat Venerab. Beda. cap. 4. *His purpura permiſcetur, vt ſacerdotale cor cum ſumma quæ prædicat, ſperat, in ſemetipſo etiam ſuggeſtiones vitiorum reprimat eiſque ex regia poteſtate contradicat, & nobilitatem ſemper internæ regenerationis aſpiciat, & cœleſtis regni ſibi habitum moribus defendat, quamuis in purpura effuſio etiam ſanguinis pro Chriſto intelligitur & paſſionum tolerantia, quæ merito ſuper ſacerdotis humeros refulget, vt ipſum ad patienda aduerſa ſemper doceat eſſe paratum.*

Cum quis ad prælaturam ſuſcipitur, eius ilico bona opera debent agnoſci.

10. *Faciant autem ſuperhumerale de auro*, à cidari qua caput tegendum & ornandum, cur initium veſtimentorum ſacerdotalium non ſumitur? nam eam ſuperhumerale præcedere non videtur conueniens, cum humeri caput ſubſequantur: nonne per huiuſmodi ſuperhumerale labores bonorum operum, quæ iugiter coram Domino facere debet, oſtenduntur, cum in humeris onera portare ſoleamus? merito igitur prius humeri pontificis Ephod induuntur, quia cum quis ad prælaturam ſuſcipitur, eius opera bona ilico debent agnoſci, moralitas eſt Rabani Mauri. *Apte primo de ſuperhumerali faciendo præcipitur, quia quiſquis ad ſacerdotium myſteriumque populi Dei promouendus eſt, primum eius debent opera agnoſci, vt dum hoc quod foras omnibus patet irreprehenſibile appareris, conuenienter, ex tempore etiam integritas cordis eius, & fidei ſinceritas ſcrutetur.*

Pontifex pro omnibus Deo debet offerre ſacrificium.

Facient autem ſuperhumerale de auro, de hyacintho, & purpura, &c. an myſterio vacuum, quod quatuor coloribus quatuor elementa referentibus induatur ſummus pontifex? nam byſſus terræ deputatur, quia ex terra gignitur, purpura mari, quia ex eius cochleolis tingitur, hyacinthus aeri, propter coloris ſimilitudinem, coccus igni &ætheri: an inquam myſterio vacuum, quod huiuſmodi veſte vniuerſum mundum quatuor ex elementis compactum, referente pontifex induatur? non equidem, *Sed quia iuſtum eſt* (inquiunt Hebr. apud B. Hieronym. in Epiſt. ad Fabriol.) *vt pontifex creatoris, non ſolum pro Iſrael, ſed & pro vniuerſo mundo roget, ſiquidem ex terra, aqua, aere, & igne, mundus iſte conſiſtit & hæc elementa ſunt omnium.* 41. S.Hieron.

Pontificem innocentia ad Deum, & ſapientia ad populum, exornant.

Faciant autem ſuperhumerale de auro, hyacintho, & purpura &c Philo Alexand. lib. de temul. duplex Ephod diſtinguit, vnum lineum ſimplex & candens, alterum polymitum & miro variegatum artificio: primum erat ſacerdotibus inferioris ordinis, poſterius ſuperioris: ſed quid ex vtroque colligere poſſumus? ex primo innocentiam ad Deum. ex hoc poſteriori ſapientiam ad populum. verba Philonis hæc ſunt, *Debet vir ſapiens & intus in animo inuiſibili & externis actionibus ornatus eſſe, prudentia auro pretioſiori, quoties ab humanis ſtudiis ſecedens, eum qui eſt, ſolum adorat, debet vnicolorem veritatis ſtolam induere, quam nihil mortale attigit, eſt enim linea. quæ materia non naſcitur mortalibus, rurſum quoties tranſit ad curam reipublicæ debet alteram pictam & aſpectu mirandam aſſumere, cum enim magna ſit in vita varietas, opus eſt varia ſapientia tenentis clauum gubernatoris.* 42. Philo Alexand.

Caſtitas ad perfectum candorem peruenit, cum per abſtinentiam caro fatigatur.

Facient autem ſuperhumerale de auro, coccoque bis tincto: & byſſo retorta, non eſt dubium quin byſſo candenti caſtitas denotetur, ſed cur in ſuperhumerali pontificis requiritur, quod non ſolum ex purpureis, hyacinthinis, aureis filis, ſed etiam coccineis, ſed & byſſinis fiat, non quibuſcumque ſed retortis? cur byſſus retorta in indumento pontificis requiritur? ſatisfaciet Innocen. *Byſſus torta pulchritudini ſuperhumeralis intexitur, quia tunc caſtimonia ad perfectum munditiæ candorem ducitur, cum per abſtinentiam caro fatigatur.* idem habet Radulph. cit. à Gloſſa in hoc c. *in byſſo caſtitas intelligitur, quia caro noſtra de immundo concepta ſemine, ſine multa corporis & ſpiritus afflictione ad munditiæ honeſtatem nequaquam peruenire poteſt.* 43. Præfat. ſummus pontifex, Radulp.

Chriſtus Domini ex maxima charitate factus eſt propitiatio pro peccatis omnium.

44. *Facient autem ſuperhumerale de auro, hyacintho, & purpura, &c.* non eſt dubium hoc ſummo ſacerdote veſtiendo, Chriſtum Dominum ſupremum pontificem deſignari, cum ille ſit, in quem omnia tendant, & ad quem omnia reſpiciant, tanquam ad rerum Dominum, propter quem omnia alia ordinata ſunt, & in quo omnia debent vettificari, quia ſemper Moyſes cum Chriſto, lex cum Euangelio, ideo erroris notatur Petrus, qui in monte Thabor, quando Moyſes Chriſto Dom. affuit, ſtatuebat tria erigere tabernacula, cum vnum ſuſſiceret Verbo Incarnato, Moyſi, & Eliæ: nam vnum ſunt lex, Prophetia, & Euangelium, & B vnum alteri correſpondens, & connexum, quo poſito, cur præter quatuor colores, ex quibus conficitur ſuperhumerale pontificis aurum intexitur? nam ex his ſolum confectum ſpecioſiſſimum appareret: nō eſt dubium quin ſuperhumerale huius ſacerdotis magni, ſit obedientia charitatis qua Chriſtus Filius Dei portandis, imo tollendis peccatis noſtris humeros ſuppoſuit, & cum illis in crucem aſcendit, nam

A Dominus ioquit Iſai. 52. poſuit in eo iniquitates omnium noſtrum: ſed cur his quatuor coloribus quatuor elementorum ſymbolis, aurum in ſuperhumerali additur? *Quia ipſe eſt,* inquit Rupert. lib. 3. cap. 23. *propitiatio pro peccatis noſtris, non autem pro noſtris tantum ſed etiam pro totius mundi, non coacta ſed ſpontanea charitate, quæ cæteris virtutibus ita præeminet, vt cæteris metallis aurum præualet,* Iſai. 52. Rupert.

Onus quod imponitur, vtraque manu amplectendum.

Faciens autem ſuperhumerale de auro &c pectus tegebat, vltra zonam tamen non tranſiens, manicis non carens, vt quidam volunt, eis enim conſtabat, ſed quid refert vtrum eas habuerit necne? nam de ratione ſuperhumera- 45.
B lis ſolum videtur eſſe vt contegat humeros. verum cum illud onera ſignificet, apte conſtat manicis, quia onus quod nobis imponitur, non ſolum reſpuendum, ſed vtraque manu complectendum, nihilominus etiam pectus tegit, oon ttanſiens cingulum, quia tantum eſt in bono opere elaborandum, quantum Deum velle cogitabimus, vt vltra virtutum limites progrediendum non eſt, quod in zona ſignificatur.

VARIET. LECT. Verſ. 7. & 8.

Vulg. Duas oras iunctas habebit in vtroque latere ſummitatum, vt in vnum redeant.

Sept. Duo ſuperhumeralia erunt ei continentia, alterū alterū in duabus partibus connexa.

Cald. Duo humeruli coniuncti erunt ei, in duobus lateribus eius coniungentur.

Onk. Duo humeri coniuncti erunt ei.

Pag. Duæ oræ iunctæ erunt ei ad duas extremitates eius, & coniunctæ erunt.

Mont. Duæ ſcapulæ iunctæ erunt ei, ad duas extremitates eius, & iungetur.

Vulg. Ipſa quoque textura, & cuncta operis varietas erit ex auro, hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta.

Sept. Et textura ſuperhumeralium, quæ eſt C in eo ſecundum factionem ex eo, erit ex auro, pnro, & cocco neto.

Ionathas. Et balteus ornatus eius, qui eſt ſuper illud, ſicut opus eius ex ipſo erit, *ſic Onk.*

Arias. Et artificium ſuperhumeralis eius, quod ſuper illud, ſicut opus ipſius ex ipſo erit.

Vatab. Cingulum autem ipſius Ephod eius, quod in eo erit ex ipſo erit.

Cajetanus Et artificium accommodationis eius, quod ſuper ipſum, ſicut opus ipſius ex ipſo.

Oleaſt. Excogitatum baltei eius, quod eſt ſuper illud.

Alij. Textura polymita lumbi eius, quæ ſuperne eſt in eo, ſit quemadmodum opus eius.

CONCORDIA.

VErum eſt vocem Hebræam כתפות chetephot humeros primario ſignificare, quapropter hic multi, vel humeros vel ſcapulas reddiderunt, ſed ſecundario pro ora vel latere ſumitur. dictio itē חשב cheſeb ipsā ingenioſam & ſubtilem contexturam ſignificat: vnde verſiones quamuis variæ, nihil aliud ſonant D quam noſtra; nempe quod ſuperhumerale ſeu eius textura & varietas, nec nō ornatus omnis deſuper appoſitus, quantum ad ſuam materiam ex panno de filis harum quoque ſpecierum contexto, videlicet auro, hyacintho & pulchra varietate diſtinctis & intermixtis conficiendus erat.

EXPOSITIO.

DVas oras, tam oram partis anterioris quam partis poſterioris correſpondentem, videlicet oras ſuperhumerales dextras & ſiniſtras iunctas habebit, *in vtroque latere ſummitatum*, quæ eſſe debent à dextris & ſiniſtris ipſius ſuperhumeralis, vt in

vnum redeant, & coniunctæ exiſtant ambæ A per appoſitus, quantum ad ſuam materiam, *erit* ſummitates nodulis, vel vncinis, vel aureis annulis, *ipſa quoque textura*, ſuperhumeralis, *& cuncta operis varietas*, ſeu ornatus omnis deſuper appoſitus, quantum ad ſuam materiam, *erit ex auro, hyacintho*, &c. nempe ex filis (vt diximus in concordia) harum quinque ſpecierum pulchra varietate diſtinctis & intermixtis.

CONCEPTVS.

Optimus vitæ finis laudabili principio debet reſpondere.

Duas oras iunctas habebit in vtroque latere ſummitatum, hoc tamen modo vt in vnum tendeant, quid eſt, quod poſtquam humerale fieri præcipitur, ex auro, hyacintho, & purpura, iubetur quod oræ illius iunctæ ſimul in vnum redeant? cur in vnum redire debent? quid hoc denotat? reſpondet Bruno in alleg. Tilm. *Nihil aliud in hac re ſignificari putamus, niſi vt tota vita noſtra ſic in bonis operibus contineatur, vt & principio finis concordet, & bonum quod cœpimus vſque in finem non relinquamus, duæ namque oræ in vnum redeunt, dum prima & vltima vita noſtra in boni perſeuerantia conueniant*, idem habet Petrus Riga.

Hæ bene virtutes rutilant in præſule, ſanctam
Si ſtudeat vitam claudere fine bono.
Oras ergo duas faciet, iungi ſibi finis
Si bene reſpondet, ad bona cœpta bonus.

Quaſi diceret Deus, vides aurum in ſuperhumerali, da operam & ſtudium ſapientiæ, vides ibi hyacinthum, intuere cœlum, & contemplare Deum, vides ibi purpuram, ſerua iuſtitiam, vides ibi coccum bis tinctum, tingat te, ſi neceſſe fuerit pro Dei & proximi dilectione, ſanguis martyrij: vides ibi byſſum retortam, carnem doma, macera, & afflige, vt ſpiritui ſeruiat, ſemperque candidior & mundior fiat, quod ſi ita feceris, duæ oræ ſuperhumeralis ita iungentur, vt in vnum redeant, optimum vitæ tuæ finem laudabili principio fac correſpondere.

Ita bona opera faciamus, vt nulla in nobis ſit intentio hominibus placendi.

Duas oras iunctas habebit in vtroque latere ſummitatum, vt in vnum redeant, quid eſt D quod duæ oræ ſuperhumeralis ita ſibi inuicem copulari debeant, vt in vnum redire neceſſe ſit? quid ſi in vnum redire nequeant, dummodo copulentur in vnum? redire debet vtraque ſuperhumeralis ora, quia omne opus virtuoſum tam in principio vitæ, quam in fine, in vnam & hanc optimam intentionem redire debet, ita vt non fiat deſiderio hominibus, ſed ſoli Deo placendi: Archiepiſcop. Mogunt. idem ſentit, *Quaſi duæ oræ ſuperhumeralis ſibi inuicem copulantur, dum omnia quæ foris bo-* (Rabanus Maurus.) B *na monſtramus intus pura, & ſimplici opinione Deo placendi gerimus, & hoc in vtroque latere ſuperhumeralis, vt inter aduerſa & proſpera concordi ſemper actione & cogitatione conditori noſtro ſeruiamus: deſerit namque ora breuier latiorem, ac diſcordante menſura, in vnum redire nequeunt, Si cum extrinſecus bona facere pro æterna retributione cernimur intentione placendi hominibus, in ſecreto mentes implicamur, humanique fauoris magis quam vitæ inuiſibilis præmia requirimus.*

In actionibus ſacerdotum, ne ad horam aliqua virtus eis conueniens intermittatur.

Duas oras iunctas habebit, in vtroque latere 48.
C *ſummitatum*, ita vt tamen tota textura erit ex auro, hyacintho, & purpura, &c. an in vna parte ſuperhumeralis, aurum, in alia hyacinthus, in inferna, purpura, in ſuprema coccus, in media, byſſus? nequaquam ſane, ſed omnes hi colores per omnia cum auro ipſo fuere contexti, cur ſimul commiſcentur in Ephod pontificis? cur abinuicem non ſeiunguntur? quia ſacerdotes in ſuis actionibus, aliquam virtutem his coloribus adumbratam intermittere omnino non debent: monitum eſt Venerab. Bedæ (Venerab. Beda.) lib. 2. c. 4. *In actione ſacerdotali nunquam aliqua magnarum virtutum vel ad horam debet intermitti, ſed ſemper auro ſapientiæ lucidus, ſemper hyacintho ſpei in ſuperna erectus, ſemper regni cœleſtis purpura aduerſus vitiorum bella magnanimus, ſemper cocco bis tincto gemma dilectionis flammeus, ſemper retorta byſſo caſtitate carnis ſacerdos ſiue doctor fidelium debet eſſe nitidus.*

VARIET. LECT. Verſ. 9. & 10.

V*Vlg.* Sumeſque duos lapides onychinos, & ſculpes in eis nomina filiorum Iſrael.

Sept. Et ſumes duos lapides ſmaragdi.

Aquila & Ioſeph. Lapides ſardonichos.

Vulg. Sex nomina in lapide vno, & ſex reliqua in altero, iuxta ordinem natiuitatis eorum.

Pagn. Sex ex nominibus eorum in lapide vno. & nomina ſex reſidua in lapide altero ſecundum generationes eorum.

Arias Mont. Et lapides berillos, & aperies ſuper eos nomina filiorum Iſrael.

CONCORDIA.

Iacobus Bolducius.

LApis onichinus Hebr. שהם ſcoham, Ioſephus ſardoochos vocat, ſed veriſimile ſardonichē & onychem non eſſe diuerſos lapides, vnde & noſter Iob c. 28. c. 16. שהם ſcoham ſardonichum vocat, vel ſi qua ſit differentia, ſolo accidente, & aliqua coloris diuerſitate diſtingui obſeruat doctiſſimus Iobi commentator Pater Iacobus Bolducius in idem Iobi caput, vbi plura ſcitu digna de hoc lapide refert, ſed Sept. diuerſimode hos interpretantur, nam hîc Smaragdos, Geneſ. 2. praſinos c. 39. Exod. berillos Mont. vult be- A ryllos eſſe, coniectura ducta à Cald. lingua & Arabica, nam à Cald. hic lapis vocatur בורלא burela, & Arabibus etiam lapis שהם ſcoham vocatur Belor, in qua vtraque lingua reperiuntur tres litteræ radicales, quæ in berillo apud nos, licet in Arabico litterarū ordo ſit aliquantulum mutatus: ſed ſtandum eſt noſtræ verſioni; quod nos habemus iuxta natiuitatem eorū, Hebraice legitur כתולדתם chetoldotham, quod iuxta generationes eorum etiam redditur, תולדה tholada enim vtrumque ſignificat, & hîc vtrumque idem eſt.

EXPOSITIO.

S*Vmeſque duos lapides onychinos*, onyx gemmæ ſpecies, humani vnguis carnibus impoſiti candorem referens: addit Ioſephus onychinum, qui à dextris erat, quoties pontifex ſacrificabat, tanto fulgore micuiſſe, vt etiam diuinus conſpiceretur: hi autem lapides eximiæ magnitudinis eſſe debuerunt, vt pote quibus ſingulis arte gemmaria inſculpta eſ- B ſent ſex nomina filiorum Iſrael, *Vnde ſculpes in eis nomina filiorum Iſrael*, non quidem omnia in vnoquoque lapide, ſed ſex in vno lapide & ſex in alio, *iuxta ordinem natiuitatis eorum*, ita vt nulla fuerit vel ſpecialium priuilegiorum, vel ſortitionis habita ratio, ita vt ſeniores dextrum numerum obtinuerint, alij ſiniſtrum.

CONCEPTVS.

Prælatus ſubditos tanquam gemmas pretioſas in humeris habeat.

Sumeſque duos lapides onychinos, & ſculpes
49. *in eis nomina filiorum Iſrael*, qui quidem lapides, in vtroque latere ſuperhumeralis ponendi, & ab Aaron nomina filiorum Iſrael ferenda: cur huiuſmodi lapides pretioſiſſimi, inſculpta habentes nomina Iſraelitarum in humerali pontificis habentur? vt denotaretur, prælatos gerere debere ſubditos tanquam gemmas pretioſas in humeris, & non tanquam lutum ſub pedibus, nec non eos ſuper humeros geſtare, & non ſe ſuper humeros inferiorum collocare, & peruerſos ac moleſtos illis eſſe, ſed ſubmittere humeros debere, vt defectus & miſerias neceſſitateſque ſubditorum ſuper ſe ſumant, vt eis prouideant, & ſatisfaciant, quod perpendit S. Chryſolog. ſerm. 6. verba illa Chriſti Domini dicta ad Petrum, paſce oues meas, Ioann. vlt. explicans, & inquirens, cur cum oues commendaret, ſemel tantum dixit amas me; cum vero agnos non ſemel ſed bis dixit, & interrogauit amas me? reſpondet prædictus Epiſcopus. *Etenim cum ex agnis, nec lana deſumitur, nec lac eliciatur, nihilque vtilitatis paſtori proferat, ideo eos accuratius commendatos vult eſſe, quia Eccleſiæ paſtores non commodum ſuum curare debent, ſed ſubditorum vtilitati & neceſſitati conſulere, idque commodum ducere proprium*, S. Bernard. Epiſt. 239. ad quoſdam Epiſc. *Ad hoc*, inquit, *vos Deus in ſublimitate poſuit, vt tanto maiori Eccleſiæ ſuæ vtilitati viuatis, quanto in ea maiori authoritate præeſtis*, quæ omnia duobus verſibus exprimit Petrus Riga.

S Petrus Chryſol.
Ioann. vlt.
S. Bernard.
Presbyter. Rhemenſ.

Fert Aaron humerale decent, dum præſul in vlnis
Ægram portat ouem, quam miſerando fouet.

C *Licet Apoſtolorum abiecta fuerit vita, tamen diuino numini maxime perſpicua.*

Sumeſque duos lapides onychinos, & ſculpes in 50.
eis nomina filiorum Iſrael, nempe duodecim Prophetarum, erat in ſingulis humeris lapis onychinus auro incluſus, eorum nominibus exſculptus. præfat. Riga de his & eorum ſignificatione loquens ait.

Petrus Riga.

Inſculpti lapides, ſignant Chriſti duodenos
Diſcipulos, præſul, quos imitando gerit.

Verum, quid commune inter lapides onychinos, & Chriſti Apoſtolos, vt his illi denotentur? aduerte huiuſmodi gemmas fuſcas, D vel ſubcandidas fuiſſe, humani vnguis ſimilitudinem referentes, candidis cingentibus zonis ac venis, quæ feruntur naſci ex Arabia, & India. quo poſito, vtrumque nexum ſic in medium adducit Ioannes Ruiſbrochius comm. in tabern. fœderis cap. 38. *Fuſcos fuiſſe recte quis dixerit Apoſtolos, ob eorum abiectam & deſpectam vitam, & inſtar vnguis humani perſpicuos per diuinam ſapientiam, iidemque ſub vngue hoc perſpicuo ac pellucido carnem gerebant ſanguinolentam ob perſecutiones quas pertulerant: erantque cincti zonis candidis, dum cunctas deſpicerent res temporarias, iiſque carebant niſi quantum ſtricta poſcebat neceſſitas, creuerunt autem in Arabia, id eſt ſubtiles*

Ioan. Rusbr.

& humiles fuere, & per hæc maiores noſtros quæ fidei ſunt edocuerunt, atque ad Deum conuerterunt, incluſi etiam auro fuerunt, hoc ipſo quod Spiritus vnitatem in diuino amore poſſederunt. vtroque in humero poſiti erant, quando ad fidei cõmunionẽ, & Ethnæos & Iudæos quibuſcumque libitum eſſet fidem Chriſti recipere, admiſerunt.

Iuſtorum oratio, clypeus.

1. *Sumeſque duos lapides onychinos*, & in his nomina duodecim tribuum ſculpta, ſex nomina in lapide vno, & ſex reliqua in altero. Diuus Greg. Niſſen. in vita Moyſis poſt initium ait, ex his lapidibus, ad anteriorem partem ſcuta quædam dependebant: quamuis in vulgaribus Bibliis id non inueniatur, tanto doctori B fidem habere poſſumus. verum ad quid ſcuta ex his lapidibus, in quibus nomina filiorum Iſrael ſculpta erant? forte vt ſuis precibus, tanquã ſeptemplice clypeo protegeret ac tueretur: nec mirum orationibus clypeum in ſanctuario extuliſſe Aaronem, qui illum in caſtris non deſerebat, nam cum diuina iuſtitia in ſacrilegos deſæuiret, & cœleſtis ignis nefarios pacis
18. turbatores depaſceret, Aaron, inquit textus, ſtans inter mortuos ac viuentes, pro populo deprecatus eſt, & plaga ceſſauit: vbi vides non ſolum viuis, ſed etiam mortuis profuiſſe, nam vt bene præfat. Greg. in Gloſſa interpretatur, *Sacerdotis negotium eſt preces fundere Deo, & pro viſtis ne cadant, & pro mortuis vt reſurgant.* Et ne dubites orationem fuiſſe illum clypeum, quo Aaron tam multa diuinæ iræ iacula à ſuo- C rum ceruicibus propulſauit, audi Salomonem loquentem de Aarone, properans (inquit) homo ſine querela deprecari pro populis, præferens ſeruitutis ſuæ ſcutum orationem, & per incenſum deprecationem allegans, reſtitit, & finem impoſuit neceſſitati: vbi palam di-
1.18. citur Aaron Sapient. 18. oratione tanquam ſcuto diuini furoris iacula retorſiſſe. Nam vt bene D. Ambroſ. oratione funebri de obitu Valentini, *Bonum*, inquit, *ſcutum oratio, quo omnia aduerſarij ignita ſpicula repelluntur.*

Exempla bonorum operum, quæ patres noſtri perpetrarunt, nunquam e memoria excidant.

Sumeſque duos lapides onychinos, in quibus D nomina filiorum Iſrael ſculpta erant, cur non in ligno, vel in membranis ſcribuntur? cur in lapidibus, non ſine labore ſculpta? aduerte nomina Patriarcharum, memoriam ſanctorum, quam ſemper in exemplum bonorum operum habere debemus, à ſiniſtris & dextris, id eſt in proſperis & in aduerſis, ſignificare, en cur in lapidibus non in membranis ſcripta ſunt, vt nunquam è memoria labantur: nam vt optime B. Iuo Carnotenſ. *Quod in lapide ſculpitur, vix aut nunquam inde aboletur*, & Venerab. Beda, *vt populus ſcripta in veſte præ-* A *ſulis ſui, patrum nomina videns, curaret ſedulo, ne ab illorum meritis deſciſcens, ad eorum contagia declinaret.*

Prælatus ſemper in orationibus ſuorum ſit memor ſubditorum.

Sumeſque duos lapides onychinos, & ſculpes in eis nomina filiorum Iſrael, quæ in ſacrificiis ſemper in humeris, ſicut & in pectore geſtabat, cur in ſacrificiis defert nomina? nonne ſatis eſt ineffabile nomen Dei habere, cui offerendum eſt ſacrificium, ſcriptum habere in lamina aurea? merito etiam Patriarcharum nomina ſculpta defert in ſacrificiis, vt duodecim tribuum, quæ de his natæ ſunt, in orationibus memor exiſteret. 53.

Iratus peccatis noſtris Deus fauores à nobis remouet.

Sumeſque duos lapides onychinos, Ioſephus ſardonichos, de quibus ipſemet lib. 3. antiq. cap. 9. loquens ait, ex lapillis quos pontifex in humeris geſtabat, micabat alter quoties litatum eſſet, is qui dextrum humerum occupabat, tantumque fulgorem emittebat, vt procul etiam intuentibus conſpiceretur, idque præter naturam ſuam & conſuetudinem, quod certe admirationem meretur apud omnes, niſi ſi qui ex contemptu religionis ſapientiæ opinionem aucupantur; ſed ſi ita res ſe habet, quomodo in ſecundo templo hic fulgor deſiit? ait enim, deſiit ſardonix fulgorem emittere ducentis annis antequam hæc commentaremur: cur fulgorem ſolitum licet non ſibi natiuum, in admirationem omnes non raperet, non emiſit? reſpondet. *Iratus Deus erat propter legum tranſgreſſionem*, ſicut enim legum obſeruantia nobis innumera bona conciliat, ſic earum tranſgreſſio his omnibus indignos nos efficit. 54. Ioſephus.

Prælatus terrenis abiectis cæleſtia ſolummodo meditetur & vnicuique ſecundum merita tribuat.

Sumeſque duos lapides onychinos, & ſculpes in eis nomina filiorum Iſrael, noſter Georgius Venetus in ſuo de harmonia mundi libro tom. 3. Cant. 2. cap. 6. tenet lapidem onychinum circa centrum, terreum, in ſuperficie autem ſaphyreum: verum cur in ſummo pontifice lapis coloris terræ in centro, & ſaphyrei ſiue cœleſtis in ſuperficie? *Hoc docetur* (inquit præfat. auctor.) *vt terrenis iam concluſis in centro, & circa ima, ſacerdos vbique cæleſtis appareat.* Sed quid eſt quod nomina filiorum ſcripta in huiuſmodi lapidibus ſex ſint maiorum natu & in dextro humero collocentur, alia vero in ſiniſtro? *id ſignificare exiſtimo* (inquit præfat. Venet.) *quod potiora dantur maioribus, non quidem ætate, ſed virtutibus, & meritis, & minora minoribus & minus merentibus dantur.* 55. Georgius Venetus.

VARIET. LECT. Verſ. 11.

V*Vlg.* Opere ſculptoris, & cælatura gemmarij, ſculpes eos nominibus filiorum Iſrael incluſos auro atque circumdatos.

Sept. Opus lapidario artis ſcripturam ſigilli ſculpes, ambos lapides nominibus filiorum Iſrael.

Cald. Opere artificis lapidis pretioſi ſcriptura diſtincta, ſicut ſculptura quæ fit in annulis, ſculpes duos lapides, per nomina filiorum Iſrael circumdatos, & incluſos auro facies eos.

Onk. Opera artificis gemmarij.

Mont. Opere artificis, lapidis apertionibus ſigilli, aperies ambos lapides ſuper nomi- A nibus filiorum Iſrael, circumdatos occellationis, auri facies eos.

Pag. Opere ſapientiæ ſculptoris ſigilli ſculpes ambos lapides, nominibus filiorum Iſrael, circumdatos palis aureis. *Ita Vatab.*

Oleaſt. Opere fabricatoris, aperturis ſigilli aperies ambos lapides, circumdatos incluſoriis auri,

Alij teſte Lippom. Et qui ſigilli cælaturas facit, ſiue ſigna cælat, ſculpes duos illos lapides.

Alij. Curabis vt aureis ſpinthribus circumdati includuntur auro.

CONCORDIA.

INterptes opere ſculptoris legit, Hebraice habetur, מעשה חרש אבן opere artificis lapidum, Sept. opere lapidariæ artis, Onk. opere artificis gemmarij, &c. quæ omnia non diſcrepant à Vulg. qui etiam ſubſequenter legit, & cælaturis gemmarij ſculpes eos, licet in Heb. ſit פתוחי חתם תפתח petuche choram tephahah ſculpturis ſigilli ſculpes, alij, apertionibus ſigilli aperies: quæ variæ verſiones ſi attente conſiderantur, vnum & eundem ſenſum omnino habere deprehendentur, dictio enim פתיחה apertionem, ſculpturam, cælaturam &c. ſignificat. ſequitur incluſos auro atque circumdatos, in Hebr. autem מסבת משבצות זהב muſabot miſbezot zahab, dictio autem שבץ ſa- B baz coarctate, vel conſtringere ſignificat, à quo venit vox miſbezot, quæ ſunt capſulæ aureæ, vel argenteæ quibus lapides pretioſi includuntur: vnde Pagn. circumdatos palis aureis facies eos, hoc eſt conſtringes eos capſulis ſiue palis aureis, id eſt curabis affigendas duas palas aureas, pro locis gemmarum, quæ verba apud Sept. non inueniuntur, vt autem quod de palis iuxta Hebræum dicitur intelligas, ſcito palam dici annuli partem planam, & latiorem, in qua gemma ingeritur etiam ſine lapillo, ſic dicta quod ſit palam, alij vero volunt Sabatz ſignificare aliquid factum oculate, ſeu opere phrygionico, ſicut cum veſtis plena eſt oculis intextis, vnde orta eſt verſio Montani.

EXPOSITIO.

O*Pere ſculptoris & cælatura gemmarij ſculpes eos,* opere artificis, qui gemmas ſculpit, curabis vt gemmarius ſculptura qua ſolet vti in annulis, ſculpat in illis lapillis, *nomina filiorum Iſrael, incluſos auro atque circumdatos*, non ſecus ac pretioſi lapides includi ſolent, & circumdari auro in anulis. per illa autem nomina ſculpta in huiuſmodi gemmis intelligunt quidam ſtemmata nobilitatis cuiuſque tribus, pro eo enim quod Vulg. dixit C Sapient. 18. in veſte poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum & parentum magnalia, in quatuor ordinibus lapidum erant ſculpta, vbi inquam legit Vulg. magnalia, Sept. reddidere gloria excellentiæ, trophæa nobilitatis, & ſtemmata parentum, erant enim ſecundum eos Ægyptio more inſculpta in lapidibus pontificis ſtemmata, cuiuſcumque tribus, id habet Hieronym. de Prado comm. 2. de 1. viſione Ezech. ſect. 2. Sapient. 18.

CONCEPTVS.

Maiorum noſtrorum bona opera, Dei iram à nobis remouent.

56. *Opere ſculptoris & cælatura gemmarij ſculpes eos nominibus filiorum Iſrael*, per quæ nomina, ſtemmata ſiue res geſtas à maioribus quoſdam intellexiſſe vidimus: ſed ad incendium, quo plurimi ex Hebræis cõflagrarunt, recurramus: de quo ſic Salomon Sapient. 18. cum iam aceruatim cecidiſſent ſuper alterutrum mortui, interſtitit ſcilicet Aaron, & amputauit impetum, & diuiſit illam quæ ad viuos deducebat viam; conſtrata erat cadauerum terra, & adhuc multis iamiam moriendum erat Angeli vlto- D ris manu, flammiſque, cum pius Pontifex Aaron obuiam prodiit, & viæ obſtitit, eamque interclusit, qua plaga tendebat in viuos, ac ne progrederetur vlterius ſumma & inuicta virtute Aaron inhibuit; verum, cur Aaron ſeſe oppoſuit, & accenſæ flammæ occurrit? quo medio incendium extinxit? ſcio librum Numer. cap. 16. aſſerere Aaronem occurriſſe ad Num. 16. mediam multitudinem, quam iam vaſtabat incendium, obtuliſſe thymiama, & ſtantem inter mortuos ac viuos pro populo deprecatum, & plagam ceſſaſſe: cur etiam non aſſeremus magnalia Patriarcharum populi Iſrael, quæ erant inſculpta in gemmis pretioſis, veſtimenti

Sapient. 18.

A Aaronis, ceſſare feciſſe exortum incendium in caſtris, & populum ab igne ſeruaſſe? ſic aſſerit Paezus in Cant. paruo Moyſis textu 3. annot. 3. quod ante eum dixiſſe videtur B. Auguſtin. ſerm. mihi 98. cum ait, Illos tunc imago præfigurata ſaluauit ad nos autẽ ſalutis veritatis ipſa peruenit, neque enim indumẽtũ pontificis purpura ac lana byſſoque contexta erubuiſſet Angelus ille vaſtator, ſed iſta quæ futura erant indumenta Domini, & Saluatoris noſtri, & his ceſſit, quibus vtique vniuerſa creatura inferior erat.

Virtutes vinculo charitatis conſtrictæ nullatenus dilabuntur.

B *Opere ſculptoris, & cælatura gemmarij ſculpoſeos*, tamen erunt incluſi auro atque circumdati: ſi iam hæ gemmæ pretioſæ ſculptæ ſunt nominibus filiorum Iſrael, cur auro includuntur & eo circumdantur? ſane huiuſmodi lapides opera ſunt virtutum ſpiritualium, quę pretioſiſſimæ ſunt, auro autem charitas denotatur, quia ſicut aurum metallis, ita virtutibus præſtat cæteris. merito igitur auro circumdantur huiuſmodi gemmæ, ne excidant, quia virtutes vinculo charitatis conſtrictæ, nullatenus dilabentur. *Includuntur lapides auro*, (inquit Venerab. Beda) *& circumdantur, cum operatio virtutum adeo puro vndique verſum intellectu circumſpicitur, vt nihil in eis vitiorum latere, nihil remanere ſordidum permittitur, cum ipſæ virtutes ita vinculo charitatis continentur, vt nulla rerum mutabilitate à ſuo ſtatu decidere nunquam de habitu ſacerdotis, ſerpente mentis cuſtodia valeant prolabi.*

A *Iuſti in Chriſto fundati in proſperis & aduerſis gradiuntur inuicti.*

Opere ſculptoris & calatura gemmarij ſculposeos, erunt tamen incluſi auro: Arnold. Abbas tract. de vltimis verbis Domini, de his lapidibus loquens ait, onix lapis eſt habens vnguis ſimilitudinem, albiſq; cingentibus zonis, igniculos emittit, vnde per hunc lapidem in quo dextrorſum & ſiniſtrorſum nomine filiorum Iſrael ſculpi iubentur, recte intelligemus hanc ſcripturam pertinere ad Chriſtum, qui in carne aſſumpta, quaſi vnguem ſe nobis exhibuit, & operuit multitudinem peccatorum zonis candidis, id eſt continentiæ doctrinis cingens 58. Arnoldus Abbas

B electos, & miraculorum igniculis accendens ad fidem; ardebat intus, & lucebat exterius, verum cur in hoc lapide pretioſiſſimo nomina filiorũ Iſrael à ſiniſtris & à dextris ſculpuntur? quid enim tantæ dignitatis, vt mereatur in hac diuina gemma deſcribi, verum etiam inſculpi? qui nam ita fœlices, vt non in membranis ſed in perfectiſſimo onyche deſcribi digni cenſentur? iuſti ſane qui in Chriſto Domino fundati, in aduerſis & proſperis inuicti gradiuntur. id habet præf. Abbas. *Ipſe eſt lapis ille nempe Chriſtus, in quo & lex conſcripta eſt, & diuinitas, & in quo ſcribuntur nomina eorum omnium, qui nomen ipſius non aſſumunt in vanum, quos nulla tribulatio vel aduerſitas, cum ſemel inſculpti fuerint, eradere poterit, vel delere, ideo à dextris & à ſiniſtris locantur, quia fundatos vel ſcriptos in petra, nec altum concutit, nec*

C *profundum, quia per arma iuſtitia in proſperis & aduerſis gradiuntur inuicti.*

VARIET. LECT. Verſ. 12.

VVlg. Et pones in vtroque latere ſuperhumeralis, memoriale filiis Iſrael, portabitque Aaron nomina eorum coram Domino, ſuper vtrumque humerum ob recordationem.

Sept. Et pones ambos lapides ſuper humeros ſuperhumeralis, lapides memorialis ſunt filij Iſrael, & portabit nomina filiorum Iſrael ante Dominum ſuper humeros ſuos memoriale pro eis.

Cald. Pones duos lapides ſuper humeros ſuperhumeralis, lapides memoriales filiis Iſrael ob recordationem.

Onk. In humeris Ephod. &c. pro memoriali, *Aly* ad monumentum.

Pagn. In oris ſuperhumeralis lapides memoriæ.

Mont. Super ſcapulis ſuperhumeralis, lapides recordationis.

Oleaſt. Super latera Ephod.

CONCORDIA.

IN Hebræo eſt על כתפת האפד in vel ſuper latera ſuperhumeralis, diximus autem & Ephod & ſuperhumerale idem eſſe, ſicut chithphot ſignificare ſcapulas, oras, latera, &c. vulg. habet ob recordationem Septuag. *μνημόσυνον* D *αὐτῶν* memoriale pro ipſis, alij in recordationem vel monimentum, dictio enim לזכרן lazicaron omnibus modis prædictis verti poteſt, & ſenſus vbique idem eſt.

EXPOSITIO.

E*T pones in vtroque latere ſuperhumeralis*, alterum quidem lapidem ſuper humerum dextrum, & alterum ſuper ſiniſtrum, *memoriale filiis Iſrael*, hoc eſt vt paulo poſt ſequitur, *ob recordationem*, non quo aliquid reuocetur in memoriam filiis Iſrael, ſed de ipſis in memoriam reuocetur, nam ſept. vbi nos habemus ob recordationem, habent memoriale de ipſis, ſed cuiuſnam eſt hæc recordatio? & ſacerdotis, & Dei, & populi, nã & ſacerdotem

meminiſſe oportebat, pro quibus eſſet orandum, & ſacerdotis oratio eo ſpectabat, vt Deus Iſraelitarum meminiſſet: populi autem, A nam videns nomina patrum ſcripta in veſte præſulis ſui, curaret ſedulo, ne ab illorum meritis deſciſcens, ad eorũ contagia declinaret.

CONCEPTVS.

Chriſti ſpiritus non aliis tradit, ſed ipſe per ſe portat miniſterij ſui onus.

59. *Pones in vtroque latere ſuperhumeralis memoriale filiis Iſrael, portabitque Aaron nomina filiorum Iſrael*, quorſum Iſraelitarum nomina lapidibus inſcribuntur, & Aaronis pontificia humeris portantur? nemini dubium quin Aarone Chriſtus Dominus deſignetur, quod cõfirmat B. Auguſtin. ſerm. 98. qui explicans illud Numer. 16. abiit Aaron, vt offerret incenſum pro populo, & ſtetit inter viuos & mortuos, & mitigatus eſt furor Dei. ſi intellexiſti hiſtoriæ ordinem, & oculis, vt ita dicam, cernere potuiſti, ſtantem pontificem medium inter viuos & mortuos, aſcende nunc ad verbi huius celſiora faſtigia, & inde quomodo verus pontifex Ieſus aſſumpto thuribulo carnis humanæ, & ſuperpoſito igne altaris, anima ſine dubio illa magnifica, cum qua natus eſt in carne, adiecto etiam incenſo, qui eſt Spiritus immaculatus, medius inter viuos & mortuos ſtetit, & mortem non permiſit vltra graſſari, ſed ſicut Apoſt. Hebr. 2. dixit, deſtruxit eum qui habebat mortis imperium, id eſt Diabolum, vt qui in ipſum pontificem credit iam non moriatur, ſed viuat in æternum &c. quo poſito recte in pontifice Aaron portante nomina filiorum Iſrael humeris, adumbrabatur ibi totus Chriſti Spiritus, qui vt homines ſaluandos ſuſcepit, ſic eorum onera nunquam refugit, nec aliis committit, ſed ipſe ſuis ſuſtinet humeris, aiebat enim D. Cyrill. Alexand. lib. 11. de adorat. *Ex eo facile intelligi poteſt, quicumque deſcriptionem in cælo conſecuti fuerint, eos prorſus in Chriſto requieturos, qui viros probos propemodum in humeris tenet, & loco filiorum habet*: nunquam non Spiritus Ieſu non ſubiecit humeros proprij miniſterij proferẽdis oneribus, qui autem onera ſubterfugiunt, aliiſque proceſus illa remittunt, nihil Ieſu habent, & timeant vel in paruis miniſtrorum erroribus, ipſi acerbiſſime caſtigentur.

S. Auguſt.
Numer. 16.
S. Cyrill. Alexand.

Virtutum ornamento prælati, contra non ſolum aduerſa, ſed potius proſpera muniantur.

60. *Ponesque in vtroque latere ſuperhumeralis*, Cald. imo & Sept. *pones ſuper duos humeros*, cur in vtroque humero? nonne vnicus ſufficeret non ſolum ad ferendum Ephod, ſed etiam lapides onychinos? non enim tantæ magnitudinis, vt vnicus ad id non ſufficeret. nempe ſuperhumerale variis coloribus contextum diuerſarum virtutum ornamentum adumbrat: vnde Petrus Riga ſic canit.

Petrus Riga

Vult aurum quod ſit ſapiens, byſſus quod honeſtus,
Purpura quod iuſtus, iuraque regis agat.
Quod maneat cœlis infixus mente iacinthus,
Coccus quod duplici fiat amore calens.

Præfulgens variis humerale coloribus, apte
Virtutes varias præſulis eſſe notat.

Quo poſito, certe non in vno ſed in vtroque humero ponitur, vterque eo munitur, quia virtutum ornamento prælati contra non ſolum aduerſa ſed etiam proſpera muniuntur. ſiſto B. Greg. p. 2. paſt. cap. 3. *Recte vocis ſupernæ imperio vtroque humero ſacerdos velamine ſuperhumeralis aſtringitur, vt contra aduerſa & proſpera virtutum ſemper ornamento muniatur, quatenus iuxta vocem Apoſtoli per arma iuſtitiæ à dextris & ſiniſtris gradiens*, B *cum ad ſola quæ anteriora ſunt nititur, vt nullo delectationis infimæ latere flectatur: non hunc proſpera eleuent, non aduerſa perturbent: non blanda, vſque ad voluptatem demulceant, non aſpera vſque ad deſperationem premant, vt dum nullis paſſionibus intentionem mentis humiliat, quanta in vtroque humero ſuperhumeralis pulchritudine tegatur, oſtendat.*

S. Greg. Mag.

Prælatus nulla obliuione teneatur pro ſalute ouium ſuarum.

61. *Ponesque in vtroque latere ſuperhumeralis, portabitque nomina eorum coram Domino*, portabit ea ſed ſculpta lapidibus onychinis: ſcribantur membranis, ad quid enim tanta cum difficultate in gemmis pretioſis ſculpenda ſunt? C vt prælatus nulla vnquam obliuione teneatur, pro ſalute ouium ſuarum, quærenda, id enim quod lapidibus inſculpitur non aboletur, id obſeruat Oleaſt. *Aduerto* (inquit) *non atramento, ſed ſtilo ferreo nomina filiorum Iſrael ſuper lapides inſcribi, vt nouerit diuinus ſacerdos, nullam obliuionem debere delere memoriam ouium ſuarum apud Deum.*

Oleaſt.

Prælatus non ſummatim, ſed quaſi nominatim pro ouibus ſuis deprecetur.

62. *Ponesque in vtroque latere ſuperhumeralis memoriale filiis Iſrael*, hoc eſt, vt paulo poſt ſequitur, ob recordationem, & licet Abulenſis ad Deum hanc recordationem ſolum referat, vt ſcilicet Deus hæc nomina in humeris ſacerdotis reſpiciens, eorum recordaretur, & ad be- D neficia illis exhibenda moueretur; tamen alij ad ſacerdotem ipſum hanc memoriam referunt, vt ſcilicet ſacerdos ſanctuarium ingrediens, meminiſſet pro quibus ſibi eſſet orandum. ſed ſi ita eſt, nonne ſatis erat hic in communi inſculpta habere eorum nomina in lapidibus onychinis in prædictam recordationem? cur deinde in ſingulis lapidibus particulariter deſcribuntur? vt ſciat prælatus non ſummatim, ſed quaſi nominatim pro ouibus deprecari. annuit Luſit. *Aduerto ſacerdotem in ſumma nomina tribuum ſuper humeros portaſſe, in pectore vero ſeorſum, vt diſcas ſacerdos non ſufficere ſummatim pro omnibus ouibus preces effundere, ſed quaſi pro vnaquaque nominatim orare debere.*

Luſit.

Deus ita pronus ad beneficia largienda, vt quaſi velit aliquibus ſignis excitari ad eorum largitionem, ſi per impoſsibile eorum non recordaretur.

3. *Poneſque in vtroque latere ſuperhumeralis memoriale filiis Iſrael*, hoc eſt ob recordationem, cuiuſnam ? an ipſius Dei ? ita tenet Abul. quid? an Deus alicuius recordatur, cum in eum nulla cadat obliuio ? ſcientia enim eius & cognitio, nonne actus æternus, à nulla temporis conditione dependens ? non eſt dubium quin in eum non cadat recordatio, ſicut nec obliuio, dicitur tamen quod voluerit, vt nomina filiorum Iſrael ponerentur in ſuperhumerali ſummi pontificis, in memoriam, non quod ipſe eorum obliuiſcatur, ſed quia ita pronus ad benefaciendum, vt quaſi velit alicuius ſignis excitari, ad beneficiorum exhibitionem, ſi per impoſſibile non recordaretur benefacere. ſic Abulenſ. *Licet Deus per talia ſigna, vel per aliqua alia, non recordetur aliquid, mandat tamen* A *poni illa, vt ſaltem per illa nos credamus eſſe in memoria Dei, vel quod vult recordari de nobis, cum mandet poni ea quæ apud nos ſigna recordationis habentur.*

Si ſacerdos veſtigia patrum attente conſideret, rectè incedet.

Poneſque in vtroque latere ſuperhumeralis memoriale filiis Iſrael, hoc eſt in recordationem ſacerdotis, vt plurimi autumant: nonne ſatis eſt, vt ſuper ſe ſcripta habeat huiuſmodi nomina ? ad quid ea inſpicere debet in memoriam, in recordationem ? quia veſtigia patrum attente conſiderans, incedet virtuoſe. teſtis eſt B. Greg. Epiſt. 22. l. 1. indict. 2. *Aſcripto: patres ſemper ferre. eſt antiquorum patrum vitam ſine intermiſſione cogitare, nam tunc ſacerdos ir-* B *reprehenſibiliter graditur, cum exempla patrum præcedentium indeſinenter intuetur, cum ſanctorum veſtigia ſine ceſſatione conſiderat, & cogitationes illicitas deprimit, ne extra ordinis ſui limitem, pedem operis tendat.* 54. S. Greg. Magnus.

VARIET. LECT. Verſ. 13. & 14.

V*Vlg.* Facies & vncinos ex auro.

Sept. Et facies aſpidiſcas ex auro puro.

Alius Sept. Scholiaſt. habet, facies & clypeos.

Pag. Facies palas aureas, *ita & Cajet.*

Vatab. Facies & fibulas aureas.

Eugub. Facies cælaturas, texturas.

Mont. Et facies ocellationes auri.

Oleaſt. Facies incluſoria aurea.

Vulg. Et duas catenulas ex auro puriſſimo ſibi inuicem cohærentes, quas inſeres vncinis.

Sept. Et facies duas catenulas ex auro puro, admiſtas in floribus, opus plicaturæ, & impones catenulas plicatas ſuper aſpidiſcas, ſecundum paromidas earum, ex anterioribus.

Complutenſ. habet, Secundum ſuperhumeralia eorum.

Cald. Et duas catenulas auri mundiſſimi ſibi inuicem cohærentes facies eas opere fimbriarum, & pones catenulas fimbriatas ſuper vncinos.

Onk. Sed & catenas duas ex auro puro, definitæ magnitudinis facies opere intricato, adhibebiſque catenulas illas intricatas ad fibulas incluſas.

Pagn. Et duas catenas ex auro mundo, in fine termini pectoralis, & facies eas opere ple- C ctili, & pones catenas plectiles in palis.

Arias. Et duas catenas auro mundo, conterminas facies eas opere funis, & dabis catenas complicationum ſuper ocellaturas.

Oleaſt. Terminos facies illas opere plectili, & dabis catenas plectiles ſuper incluſoria aurea.

Vatab. Inſereſque catenas plectiles palis illis.

Cajet. Facies opus funis, & dabis catenas funis ſuper palas.

Aly. Et inſeres catenulas iſtas aureas complicatas ſpintribus fibularum.

CONCORDIA.

F*Acies vncinos ex auro*, Hebraice dictionem D משבצת misbizot verterũt palas, incluſoria, ocellationes, de quo antea in concordia verſ. 10. Sept. interpret. ſchol. vnus habet aſpidiſcas, alius clypeos. Eug. ait, neſcio quomodo tolerari poſſunt, tamen ſic B. Auguſt. q. 115. aſpidiſcas in veſte ſacerdotali quas dicat, verũ ſcutulas, quæ à ſcuto latiòe appellat, quia & græci ſcutum ἀσπίδα appellant, an vero aſpidiſcas propter diligentem colligantiam, dicit ab aſpide ſerpente, ſicut etiam murenulæ appellantur ? vulgatus ſibi inuicem cohærentes, quod rectè vertitur, nam dictio גבול gebul ſignificat, quando terminus vel finis alicuius rei iungitur cum termino vel fine alterius, & præcipuè quando ambo ſunt ſimiles, & quia eadem dictio terminum vel confinium ſignificat, Onk. vertit definitæ magnitudinis, vocat autem definitæ magnitudinis breues, alij finitimas, alij quæ terminentur, ſic autem de hac dictione gebul loquitur Vatab. Hebræis terminum ſignificat, vnde & lapicidæ in Hebraiſmo giblim dicuntur, quod vt ait doctus inter Hebræos, dolantes lapidas regula & menſura certum terminum menſuræ lapidibus ponant. Vocantur ergo catenulæ iſtæ aureæ, catenulæ terminationis, ſiue terminatæ, eo quod breues eſſent, certæ, æquales & præfinitæ magnitudinis ac longitudinis. alij ſic appellari ſentiunt, quod coniunctæ eſſent

termino, & extremitati pectoralis, ita Vatab. A ſ quæ autem ſequuntur apud Sept. commixtás in floribus, deſunt in Caldæo & Hebræo, & illa ſecundum paromidas earum, vel vt habet Complut. ſecundum ſuperhumeralia eorum, de qua Complut. verſione ſic Nobilios, ſi recte an ſecus non auſim dicere, non enim videtur eſſe idem περωμὶς & ἐπωμὶς, sēſus autē Sept. qui habēt admiſtas in floribus rectus eſt, vt in floribus ſit inſtar florum, vt ſcilicet ſicut flos flori in ſerto innectitur, & implectitur ita implectas hos annulos catenularum, ſibi inuicem, vt fiat catena: dictio עבת haboth & in plurali habethot, ſecundum terminationem fœmininorum, ponitur quandoque pro funiculis, vel laqueis, vel vinculis ſibi inuicem cohærentibus, ad ſimilitudinem ramorum arboris condenſæ ſe inuicem complectentium. Ita vertitur hic locus facies eas opere cohærente, alij opere intorto, opere funis intricati, opere plectili, opere complicato, opere fimbriarum, quas inſeres vncinis, Hebraica verba ונתתה את שרשרת העבתת על המשבצת venatatha & ſarſeroth hahabothot hal hamiſbezot, quæ variè redduntur vt videre eſt in varietate verſionum, quæ tamen nihil aliud ſignificant, quam quod latinus interp. paucis verbis dixit, quas inſeres vncinis.

EXPOSITIO.

Facies & vncinos ex auro, nec non duas catenulas, vt rationale de quo inferius alligetur ſuperhumerali, alligabatur enim proxime ad Ephod quatuor annulis exiſtentibus in quatuor eius angulis, ſed quia magnum erat in rationali pondus gemmarum, additæ ſunt hæ duæ catenulæ, quæ exterius rationali in duobus eius annulis inſerebantur, idque per occultas fiſtulas, vt apparerent, à ita vt vna Ephod & rationalis textura eſſe videretur. B aſcendebant autem hæ catenulæ vſque ad humeros, & annectebantur vncinis aureis in ſummitate Ephod à tergo exiſtentibus, ſibi inuicem cohærentes, non vt vna, nempe dextra cohæreat ſiniſtræ, aut è contra, ſed ita vt tam dextra quam ſiniſtra implexa, vel potius innexa, & contexta ſit ſuis circulis, vel angulis, vti fieri ſolet in catenis, quod aliqui recte verterunt opere complicato ſeu plectili.

CONCEPTVS.

Cogitationes ſancta & actiones ſimul cohæreant.

54. *Facies duos vncinos ex auro, & duas catenulas ſibi inuicem cohærentes*, erant enim catenæ aureæ, vncini aurei, nec non & aurei annuli tam in ſummitatibus rationalis, quam & in ſummitatibus ſuperhumeralis, quæ catenulæ iungebant rationale & ſuperhumerale ſuperius, inferius vero vittis hyacinthinis ſibi iungebantur. ſed cur inuicem connectuntur? nonne indumenta ſatis pretioſa, vt abinuicem poſſent ſeiungi, cum vnum in humeris, alterum in pectore poneretur? nihilominus ſibi iunctis annulis catenarum complexu adinuicem copulantur, *Vt puri cogitatus*, inquit Arnoldus Abb. tract. vlt. de verbo Dom. *in mente ſancta & rationabiles conueniant actiones, & omnia vinculo pacis cohæreant, vniuerſamque pontificis diſpoſitionem charitatis complexus attingat.*

Arnoldus Abbas

C *Prælatus nihil ex eis quæ cognouerit recte facienda, imperfecta relinquat.*

Facies duas vncinos ex auro, & duas catenulas ſibi inuicem cohærentes, quibus rationale & ſuperhumerale mutuo connecterentur, ſed ad quid vtriuſque connexio? cur vtrumque ſibi mutuo firma poſitione cohærere debet? quid hæc vnio poteſt denotare? nonne ſuperhumerale ad operum perfectionem attinet, rationale autem ad cogitationem? dic ergo, iure merito vtrumque ſibi mutuo connecti, quia prælatus ea quæ cognouerit recte facienda exequatur, nec imperfecta relinquat. audiendus Venerab. Beda lib. 3. cap. 5. *Manet iunctura fabrefacta, vt à ſe inuicem rationale & ſuperhumerale nequeant ſeparari, quoniam tanta eruditione, tanto operis ſtudio præminet rector, vt nihil ex eis quæ facienda eſſe cognouerit, imperfectum relinquat*, D *nihil ex eis quæ recte facere cernitur, per iniuriam cordis virtute rectitudinis priuet.* 55.

Venerab. Beda

VARIET. LECT. Verſ. 15. & 16.

Vulg. Rationale quoq; iudicij facies opere polymito, iuxta texturam ſuperhumeralis, ex auro, hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta.

Sept. Facies rationale iudiciorum opus variatoris, iuxta modum ſuperhumeralis facies illud, &c. de cocco torto, & byſſo torta.

Cald. Facieſque rationale iudicij opere artificis.

Onk. Facies quoque pectorale iudicij opere artificis iuxta opus Ephod.

Pag. Facies pectorale iudicij opere phrygionico.

Oleaſt. Opere excogitato.

Aly. Facies oraculum.

Mont. Facies opere cogitantis &c. vermiculo cocci.

Vulg. Quadrangulum erit & duplex, menſuram palmi habebit, tam in longitudine A quam in latitudine.

Sept. Spithami longitudo eius, & ſpithami latitudo.

CONCORDIA.

DE opere polymito ſiue phrygionico, quod alij opus variatoris, opus cogitantis dixere, pluries diximus, conſule quæ à nobis obſeruata. Vulg. habet menſuram palmi, pro palmo Sept. habent ſpithamum quod eſt menſura palmæ extentæ à fine pollicis vſque ad finem digiti minimi, & eadem eſt menſura quæ ab Hebræis זרת zeret, aliqui autem dixerunt pectorale, vbi habemus rationale, quia hoc indumentum & ornamentum erat pectoris: qui autem oraculum dixerunt ideo eſt quia rationale hoc dabat oracula quaſi mente aut ratione Prophetica præditum foret, vnde hac ratione poſſet & vocale, & verbale vocari, vtrumque enim ſignificat λόγιον, imo & Hebræum חשן choſchen, nam à radice חשה chaſa id eſt tacuit, dicitur choſen, per antiphraſim, quaſi minima tacens, vel quod tacens licet daret, tamen oracula per ſacerdotem, imo alludit hoc choſchen per metapheſin ad נחש nachas id eſt diuinauit, oraculum dedit, ſcio alios dicere prædictam dictionem alludere ad חסן choſem per ſameeh id eſt fortitudo & prote- B ctio, quia rationale hoc muniebat & protegebat pectus ſacerdotis.

EXPOSITIO.

R*ationale quoque iudicij facies*, hæc eſt deſcriptio ſecundæ veſtis pontificiæ, quæ primæ iam deſcriptæ inſtar ornamenti inſerebatur, Hebraicè dicitur חשן choſchen à Sept.

B August. λόγιον de quo ſic B. Auguſtin. quod rationale hoc veſtimentum interpretati ſunt, inopia linguæ fecit, græcus enim habet λόγιον, non λογεῖον rationale autem illud ſolemus appellare, quod græci dicunt λογεῖον: ſed quoniam

Psal. 11. λόγος in græca lingua ambiguum eſt, vtrum verbum ſignificet an rationem, quia vtriuſque rei nomen eſt, vbi putatum eſt à verbo di- C ctum λόγιον eloquium noſtri interpretati ſunt, nam quod habemus eloquia Domini, eloquia caſta, græci habent λόγια, hîc vero in veſte ſacerdotali, quod ex auro, hyacintho &c. præceptum eſt, quadratum duplex, quod eſſet in pectore ſacerdotis, & λόγιον vocaretur incertum, vtrum à ratione an à verbo dictum fuerit, interpretes noſtri à ratione dictum putantes rationale dixerunt: alij volunt λόγιον ſonare oraculum, hoc enim λόγιο ſacerdotes oracula captabant, rationale à nobis dicitur, præterea quod quid agendum eſſet, quaſi rationis particeps ſacerdoti, & per hunc aliis indicaret: ſed cur rationale iudicij diceretur, varij ſunt auctores; aliqui ita dictum exiſtimant, D quod per illud diuinum iudicium & voluntas innoteſceret, intelligerentque filij Iſrael quid ſibi agendum eſſet: alij quod per illud iudicia hominum, propenſiones, deſideria Deo proponerentur: alij, quia ſummus ſacerdos controuerſas cauſas, & dubia quæ rempublicam concernebant, beneficio rationalis iudicabat & decidebat: alij quod in eo concaditur virtus & poteſtas ſummo ſacerdoti ad miniſtrandum rationabile, & verum iudicium inter filios Iſrael.

Opere polymito iuxta texturam ſuperhumeralis, materia enim rationalis erat eadem ac ſuperhumeralis, nempe aurum, hyacinthus, purpura, coccus, byſſus retorta, *quadrangulum erit*, quadrum erit, neque enim rationale hoc erat altera parte longius, ſed omnibus ſuis partibus erat æquilaterum, nam habebat palmam ſeu ſpithamum hoc eſt duodecim digitos in longitudine, & totidem in latitudine, *& duplex*, materia enim rationalis non erat ſimplex, & citra ſuffulturam, ſicut Ephod, ſed propter gemmas commodius ferendas duplicabatur eratque ſibi ipſi ſuffultura, ideo enim hîc vocatur duplex: ex longitudine autem & latitudine rationalis colligere debemus dimidium altitudinis ſuperhumaralis in anteriori parte occupaſſe, & conſequenter lacunam etiam quæ recipere debebat rationale, in anteriori parte fuiſſe eiuſdem magnitudinis.

CONCEPTVS.

Non ſufficit prælato habere ſapientiam niſi eam poßit declarare.

57. *Rationale iudicij facies*, cui imponetur (vt poſtea videbimus) manifeſtatio & veritas. cur ei inſcribitur manifeſtatio? nonne ſatis in pectore pontificis poſitum eſſe rationale? ſi per illud ſapientia intelligitur, recte manifeſtatio ei coniungitur, non enim prælato ſufficit bonum ſapientiæ poſſidere, niſi etiam illud manifeſtum facere poſſit. teſtatur B. Iuo antiſtes Carnot. ſerm. de ſignific. indumentorum, B. Iuo. *Imponitur* (inquit) *manifeſtatio & veritas, manifeſtatio ideo, quia non ſufficit pontifici habere ſapientiam, niſi etiam poſſit manifeſtare quæ nouit & reddere rationem de ea quæ in nobis eſt & fide & ſpe: veritas vero, quia non debet pontifex de ſuo corde prophetare, ſed ea tantum quæ veritas habet, manifeſtare.*

Prælatus maxima ſit præditus prudentia.

58. *Rationale iudicij facies*, ſuperhumerali ſpecioſiſſimo habente lapides pretioſiſſimos, in quibus inſculpta ſunt nomina duodecim tribuum Iſrael, veſtiatur Aaron, cur & rationali iudicij decorãdus? vt prudẽter iudicet, & examinet, quid ſibi agendum, quid cauendum. annuit Albin. ideo rationale iudicij dicitur, quia debet rector Eccleſiæ ſubtili ſemper examinatione bona malaque diſcernere, & quid, vel quibus, quando, & qualiter conueniat ſtudioſe cogitare: de hac virtute nempe prudentia prælatis neceſſaria ſic loquitur B. Laurent. Iuſtin. cap. 19. de regimine prælat. Eſt quidem quædam prudentia Eccleſiaſticis paſtoribus neceſſaria, non minus in proprijs quam in ſubditorum negotijs, nam prudentia bonarum rerum & malarum deſcribitur eſſe, vtrarumque ſcientia: *deinde conditiones eius aſſignans ait*, prima prudentiæ regula eſt, propriæ nihilitatis in ſenſu cordis & veritatis lumine clara confeſſio, nam quemadmodum Deus ſuperbis reſiſtit, ita humilibus dat gratiam; dat quippe humilibus gratiam diſcretionis atque prudentiæ, quæ cæterarum virtutum eſt auriga & nutrix. ſicut enim cæcus de coloribus iudicare non poteſt, ſic neque de virtutibus valet exiſtimare imprudens, nec mirum; cum enim prudentia (ſicut dictum eſt) ſit malarum bonarumque rerum ſcientia, rationalem vim animæ dirigit, vt diſcernat inter bonum & malum, inter bonum & melius, inter malum & peius: quamobrem qui prudentiam non habet, neque diſcretionem habere valet; quæ videlicet cum ſpirituale ſit lumen, ignorantiæ errores pellit & tenebras, ſecunda vero prudentiæ regula eſt iugiter habitare ſecum, qui enim recedit à ſe, prorſus ignorat quid agatur in ſe, quidue procedat ex ſe, horum vero ignorantia eſt delictorum mater, nutrix vitiorum, virtutum inimica, contemptrix gratiæ, prudentiæ aduerſaria, omniumque pœne malorum origo, prudentiæ itaque decoratus virtute, frequenter ad ſe rediens & ſecum habitans, tanquam iudex amator iuſtitiæ, tribunal ſuæ mentis aſcendet diligentique examinatione ſui cordis cogitationes diſcutit, animæ affectus, intentiones mentis & cunctos internos animi ſui penſat motus, vt intelligat vtrum boni ſint, an mali, & ad quam declinent partem, vtrum ad dextram, vtrum ad ſiniſtram: ſicque erudiente introſus prudentia, ſuperflua reſecat, pellit noxia, & obliqua dirigit, detegit fraudulenta, obſcura diſcutit & voluptuoſa perſequitur &c.

Albinus. Laurent. Iuſtin.

Prælatus quatuor virtutibus cardinalibus ſit præditus, dilectione Dei & proximi.

59. *Rationale iudicij facies opere polymito, quadrangulum autem erit & duplex*, cur obſeruatur cuius mẽſuræ debeat eſſe? quid refert vtrum quandrangulum debeat eſſe vel triangulum? vtrum ſimplex aut duplicatum? non enim in prælato ſufficit Dei dilectio, nõ habito proximi amore, nec tres ſolum virtutes Cardinales, vna ſecluſa; omnibus enim debet ornari. ſic obſeruat præfat. S. Patriarcha Venet. cap. 19. *Rationale hoc quod tam prudenti artificio mireque ornatu mandatur vt fiat, mentem ſignificat cuiuſque pontificis, quæ quadrangulata eſſe debet, & duplex, quatuor ſcilicet Cardinalibus virtutibus, prudentia, temperantia, fortitudine, & iuſtitia ſtabilita, non minuſque opere exercitato quam votis quo profecto in omni ſua actione diſcretionis debent habere menſuram*. deinde inferius, *huiuſmodi igitur ornamentis componant ſe præſules, cardinalibuſque præcipue virtutibus fulgeant, vt valeant cui famulantur placere altiſſimo, porro in eligendis vtatur prudentia, temperãtia vero in vtendis, in tolerandis autem fortitudine, atque in diſtribuendis iuſtitia ſplendeat.*

S. Laurent. Iuſtin.

In prælato ſit facultas recte ac iuſte iudicandi.

Facies rationale iudicij, cur huiuſmodi ornamentum appellatur hoc nomine? quod enim iudicium in rationali, cum vſu rationis careat? nam ſi prius indumentum ſuperhumerale dicitur, ideo eſt, quia ſuper vtrumque portaretur humerum, ſed hoc ſecundum, nec in facultate rationali ponitur, nec rationis eſt particeps. apte tamen B. Cyrill. Alex. lib. 11. de adorat. *Recte ex vocis origine & proportione, quod in corde & viſceribus repoſitum eſt, rationale iudiciorum appellatum eſſe dicimus, cum ſedes quodammodo facultatis noſtræ rationalis cor ſit ac viſcera: inhæret autem propemodum & infixa eſt ſecundum naturam huic rationali facultati, etiam illa in quibuſcumque rebus agendis recta & integra iudicandi facultas, id eſt rectum iudicium, & quod rem quamque decet; an vero facultas rationis quæ eſt in nobis non expendit rerum agendarum naturas & ſi rebus præferendis perum iucundas inutileſque ſecernit, ſane vero Dauid in Pſalmis ait, beati qui cuſtodiunt iudicium & faciunt iuſtitiam in omni tempore; dixit etiam rurſus, & honor regis iudicium diligit, præclara namque regis gloria eſt & honor, ſi iuſtitiam diligat, id igitur argumentum quod cordi & pectori ſubiectum eſt, rationale vocatur iudicij, ob eam cauſam quod ibi ſitum eſt in quo rationalis facultatis locus, in qua facultate recte ac iuſte iudicandi ratio continetur.* 60.

S. Cyrill. Alexand. Pſalm. 6.

Prælatus virtutes quas aliis manifeſtat, vere in ſe habeat.

61. *Facies rationale iudicij opere polymito ex auro hyacintho, &c.* quadrangulum erit & duplex, cur duplicatum? an quia inter plicaturas ponenda erat lamina aurea, cum inſcripto Dei nomine tetragrammaton vt habet R. Salomon? vel vt inter plicaturas duæ deberent eſſe laminæ vna aurea, argentea altera, quæ ad modum aſtrolabij factæ erant, vt vult ridicule Rabbi Abraham? ex quo Abenezra colligit, quod ab iis laminis

laminis alij acceperunt formam aſtrolabiorum: quæ ſententia eo magis impia cenſenda, quod hæc omnia confingit, vt euentus rerum in aſtrorum conſtitutiones referat. An quia inter plicaturas contineretur lamina aurea, in qua eſſent inſcripta nomina 12. tribuum Iſrael, & cum vnoquoque nomine, nomen vnius ſtellæ, vel conſtellationis, vel Angeli, qui eius memoriam apud Deum conſeruat? ſed quis non videt Rabinorum hæc eſſe commenta? nam certum eſt literaliter rationale eſſe duplicatum, vt fortius eſſet ad lapidum ſuſtinendum pondus. Verum cur moraliter rationale ex his eximijs coloribus duplieatur? nonne iam diximus his varias ſignificari virtutes? merito ergo non ſolum verſus pectus, ſed etiam verſus oculos, rationale duplicatũ, & ſic contextum fieri iubetur, vt ſciret Prælatus virtutes, quas alijs manifeſtat, in ſe vere habere. Suffragatur Daniel Mallonius in elucidatione de brachiorum, & pectoris Chriſti Domini plagis in c. 15. q. 3. *Quod rationale conſtaret duplicato panno opere polymito contexto, hoc profecto declarabat eaſdem in ſacerdotis pectore debere ineſſe virtutes quas alijs oſtendit, ne hypocriſi, aut falſa oſtentatione aliud ſimulet in opere, aliud gerat in corde.* ius.

Cum Prælatus aliquem ex ſuis iudicat, non niſi ex recto rationis dictamine.

2. *Facies rationale iudicij, &c.* In quo geſtabit iudicium filiorum Iſrael in conſpectu Domini ſemper, quid eſt quod in huiuſmodi rationali geſtandum eſt, à ſummo ſacerdote iudicium populi Iſrael in conſpectu Domini? cur additur in conſpectu Domini? nam ſuperfluè id dictum eſſe videtur, cum omnia etiam remotiſſima ſint oculis Dei præſentiſſima: Non myſterio vacat id eſſe adiectum, ſed vt innueretur quod cum Prælatus aliquem ex ſuis iudicat, ita in eum iudicium ferat, quaſi Deum præſentem intueretur, & ſic nonniſi ex recto rationis dictamine, non autem ira aut amore compulſus. Suffragatur B. Gregor. 2. p. Paſt. c. 2. & lib. 1. epiſt 24. *Sacerdoti filiorum Iſrael iudicium in pectore coram conſpectu Domini geſtare, eſt ſubiectorum cauſas pro ſola interni iudicis intentione diſcutere, vt nihil ſe ei humanitatis admiſceat, in eo quod diuina poſitus vice diſpenſat, ne correptionis ſtudia priuatus dolor exaſperet, cumque contra aliena vitia æmulator oſtenditur, quæ ſua ſunt non exequatur, ne tranquillitatem iudicij, aut latens inuidia maculet, aut præceps ira perturbet.* er.

Conatum perpetuum in via virtutis habeamus.

Facies rationale iudicij opere polymito, quadrangulum erit, & duplex: Sed cuius menſuræ erit illud quadrangulum? menſuram palmi habebit. Hæc duplicatio veſtis in legalis pectore ſacerdotis, nos admonet, vt rationem noſtri examinis, & inuiſibilis intus arbiter probet, & nunquam humana foris exiſtimatio merito condemnet: ſeu certe in pectore duplex ferimus rationale iudicij, quando & ea quæ de fide veritatis, ac vita inuiſibili loquimur, aut cogitamus ratione fixa ſubſiſtunt, & ea quoque quæ viſibiliter agimus, aut agenda diſponimus, æquo iudicio iuſtæ diſcectionis probatur eſſe librata: Sed cur per quadrangulum menſuram habet palmi? nonne medij ſufficiebat, vt in eo eſſent lapides in quibus ſolum eſſent duodecim nomina? verũ nonne qui palmo aliquid metitur, ſummo conamine, diſpanſis digitis manum extendit, vt poſſit menſuram quærere, plenè & abſque ſcrupulo dubietatis tenere? dic ergo recte rationale contextum varijs coloribus virtutum, ſymboli palmo menſurari, quia omni cum conatu ad virtutum acquiſitionem tendere debemus. Annuit Vener. Beda lib. 3. de Tabern. cap. 1. *Merito ſicut per manum operatio, ita per palmum exprimitur ipſa inflexibilis contentio bonæ operationis, dum ſuam quiſque dexteram in vniuerſa, quæ valet inſignia dilatare ſatagit. Et bene idem rationale, tam in longitudine, quam in latitudine menſuram palmi habere præcipitur, quia ſiue in longitudinem vitæ æternæ deſiderium mentis erigat, ſeu in latitudinem charitatis erga curam proximi ſuum inclinet affectum, neceſſe eſt per omnia cor ſacerdotale, nequaquam ſegne & deſidioſum manere, ſed ardente ſemper ſtudio ad comprehendendum brauium ſupernæ vocationis Dei in Chriſto Ieſu.* Ven. Beda.

Ratio illuſtrata ſupernaturaliter, decorem præbet & virtutibus ordinem.

Facies rationale iudicij opere polymito ex auro, &c. quadrangulum erit & duplex: Deſignat hoc indumentum qnod præter alia fuit pretioſum, hominis rationem ſupernaturali lumine illuſtratam, quæ quidem omnia recte, & ex veritate nouit iudicare, & hæc illuminata hominis ratio duplex eſt, ſicut & duplicatum rationale, quando & intro inſpicit in vnitatem, & foras virtutes omnes adſportat, idque ita eam agere neceſſe eſt, ſi modo id quod patet in vnitate ſpiritus implere debet. Vnde etiam qnadrangula eſt, ſicut & rationale, palmum vnum longa itemque lata, eſt enim illius perfecta actio, quæ eſt foras ac intro reſpicere, ſemperque in vnitate fixam permanere. Sed quomodo colores, rationi ſupernaturaliter illuſtratæ poſſunt adaptari? quid enim rationi commune cum coloribus? nonne color decorem præbet? nonne color virtutem deſignat? nexus ergo inter colores, & rationem poteſt eſſe: quia vt ait Ioannes Rnſbrochius de Tabern. fœderis cap. 40. *Habet colores eo qnod ipſa cunctis virtutibus ordinem præſtet ac decorem.* 64. Ioannes Rusbroch.

Ratio debet eſſe fixa & inconcuſſa.

Facies rationale iudicij opere polymito, quadrangulum erit & duplex: Philo non ſolum lib. 2. de Monarchia, ſed etiam lib. 3. de vita Moyſ. per rationale rationem vult intelligi, qnod autem rationale duplicetur, ideo eſt quia duplex eſt ratio, altera in mũdo, quæ eſt incorporearũ idæarum, ratio altera in homine etiã duplex eſt, altera interna, altera externa, huius 65.

interpres quæ dicitur oratio. Sed cur quadrangulum rationale? vel ſitta eſſe iubetur, quid cum ratione? quomodo enim poteſt concipi hanc quadratam eſſe? diſcrimen in hoc conſtituitur inter rotundum & quadratum, quod prius facile voluitur, facile mutatur, ſecundum autem firmum, & conſtans permanet. Merito ergo quadratum eſt rationale, *ad innuendum*, inquit cit. Philo Alex. *rationem, ſiue naturæ, ſiue hominis inconcuſſam eſſe debere.*

Philo Alexand.

Per ea quæ facta ſunt, Dei opera agnoſcuntur eſſe perfecta.

66. *Facies rationale iudicij opere polymito:* Rationale in medio pectore poſitum, terram & eius ornatum. Floribus, herbis & fructibus veſtitam, ſapientes Hebræi volunt eſſe, quæ meditullium tenens huius mundani corporis, ſuſcipit virtutes duodecim ſignorum, quæ duodecim lapides in eo rationali fixi repræſentant: quatuor vero ordinibus, in quorumquolibet ſunt tres lapides, quatuor anni tempora, quibus terra variè diſponitur, diſtinguitur, dantes cuilibet tres menſes tempori: vel per quatuor ordines, quatuor ſignorum naturæ repræſentantur, cum tria in cuiuſlibet elementi proprietate reperiantur. Verum quomodo alia quæ ſunt in pectorali poterunt terræ adaptari? nam in eo ſunt vrim & thummim. Quis autem ea eſſe in terra aſſeret? verum ſi per illud vtrumque claritates & perfectiones ſignificentur, etiam commodiſſime poterunt terræ adaptari, nam ex terra quaſi quædam claritates procedunt, quibus quam perfecta ſunt Dei opera, dignoſcitur. Sic enim illi, *Vt omnia quæ ſunt in pectorali applicentur volunt etiam, vt per vrim & thummim claritates & perfectiones ſignificentur, quæ in terra vbi effectus cauſarum ſecundarum apparent, paſſim dignoſcuntur: hîc enim aliqualiter comprehendimus, quam clara ſint, & quam perfecta opera Dei, & ſuorum miniſtrorum, pulchre igitur hoc ipſum quod in medio eſt rationale appellatur, quia in terra hac media, ratio cauſarum ſecundarum, & effectuum ſummi Dei ab expurgatis mentibus percipitur, ratione enim tuncta hic plena ſunt, terrenis ad cœleſtia correſpondentibus, & colligatur.*

Hebræi

Gratiæ decoriſque diuerſitas, ordinis diuerſitate reſplendet.

Facies rationale iudicij opere polymito, ex auro, hyacintho, & purpura, &c. Ecce hic aurum præſuponit, ſubijcit deinde purpuram. Et byſſum ſed alibi prius ordine ponitur byſſus: deinde ſequitur purpura, Prouerb. c. 31. byſſus & purpura. Cur ordo variatur? nam Legionenſis arbitratur Salomonem ad ſacras veſtes ſacerdotis alluſiſſe: cur ergo vtroque in loco in coloribus eiuſdem ornaméti ordo non ſeruatur? quia gratiæ decoriſque diuerſitas ordinis diuerſitate reſplendet. Senſua eſt B. Ambroſ. proœm. lib. 2. de fide, *Alibi ſicut legimus prætexit aurum, & poſtea hyacinthum ac purpuram, cum cocco byſſoque*, ſubiungit, *alibi ex hyacintho, & cæteris prius floſculos format, aurumque ſubuertit, & vnus habitus ſacerdotis, vt iiſdem coloribus micans, gratiæ decoriſque diuerſitas ordinis diuerſitate reſplendeat.* 67

Prouerb. Legionenſ. S. Ambroſ.

Chriſtus Dominus omnibus rationem intelligendi, & operandi præſtat.

Facies rationale iudicij, quadrangulum erit, & duplex: Non deſunt qui ipſo rationali Chriſtum Dominum ſignificari velint, nam illud Græcè logion dicitur, id eſt verbale, vel rationale, quod eſt verbum, in quo omnes ſunt regulæ, tam rerum creatarum, quam eorum quæ facere debemus. Duplex autem dicitur rationale, quia in Chriſto Domino fuerunt duæ naturæ, in quarum qualibet paſcua rationis, & intelligentiæ inueniemus: verum nonne aliam cauſam indicare valemus, cur rationali Chriſtus Dominus denotetur? Reſpondeat noſter Georg. Venet. tom. 3. Cant. 2. c. 7. *Merito ita dicitur*, inquit, *quia omnibus rationem intelligendi, & operandi præbet.* 68.

Noſter Georgius Venet. lib. harm.

VARIET. LECT. Verſ. 17.

V*Vlg.* Poneſque in eo quatuor ordines lapidum, in primo verſu erit lapis ſardius, & topazius, & ſmaragdus.

Sept. Et attexes in eo texturam lapidatam, & quadri ordinem. ordo lapidum eorum ſardius, topazius, & ſmaragdus ordo vnus.

Cald. Et implebis in eo impletionem lapidis pretioſi, quatuor ordines lapidum pretioſorum.

Pag. Et implebis in eo plenitudinem lapidis, quatuor ordinibus lapidis.

Symmach. pro ſmaragdo ponit, ceraunium.

Alij, In eo palas diſpoſitas replebis lapidibus.

Bibl. Antiq. Ordo erit talis, ſardius, topazius, & carbunculus ordo primus.

CONCORDIA.

HIeron. ſic loquitur, Symmachus diſſentit in ſmaragdo, ceraunium pro eo transferens, neſcio autem cur ita transferat, ceraunium enim gemma longè diuerſa eſt à ſmaragdo in colore: verſum pro ordine ponit noſter interp. in Hebr. enim טור tur, quod ordinem ſiue locum deſignat; non immorandum in alijs, quia aliqui alium ordinem his gemmis tribuunt.

EXPOSITIO.

Poneſque in eo lapides, ſecundum latitudinem rationalis quatuor ordines, itavt in ſingulis verſiculis tres lapides collocentur, *in primo verſu erit lapis ſardius*, qui eſt gemma rubri coloris, ad modum terræ rubeæ, ſic dicta, eo quod in Sardis primitus eſt reperta. Circa Ægyptum etiam reperiuntur ſardij, qui zonas aureas conſtãt, talemque hunc ſardium fuiſſe probabile eſt, cum circa Ægyptum fuerint filij Iſrael, quo tempore hæc fiebant: ex Hebræâ autem voce odem facile colligitur hunc lapidem rubeum eſſe, radix enim illius, quæ eſt Adam, ſignificat rubeſcere. Scio Ariã
Arias Mõt. Mont. lib. de Aaron, non ſardium voce odem ſignificari putaſſe, ſed eam gemmam, quam nos rubinum vocamus, qui etiam mirifice rubet, ſed igneo magis rubore eſſe videtur, coniecturam aliquam facere ex nomine Ruben ei gemmæ inſculpto, quod cum rubeno congruit: ſed hæc leuiſſima coniectura eſt, ſi ſardij clariorem deſcriptionem vis habere. Con-
Franciſcus Ruæus. ſule Franciſcum Ruæum lib. 2. de gemmis c. 5.
Noſter Barthol. Angl. & noſtrum Barthol. Anglicum lib. 16. c. 89.

Topazius, de eo ſic ſcribit noſter Barthol. cap. 96. gemma eſt ex nitente genere, omnique colore reſplendens, inuente primo in Arabiæ inſula in qua Troglodita fame & tempeſtate preſſi, cum herbarum radices effoderent, gemmam iſtam inuenerunt, quam inſulam tectam nebulis, poſtea à nautis quæſitam, & inuentam, Topazim, Troglodítarum idiomate vocauerunt, inde lapis ſic quæſitus & inuentus eſt topazius ab inſula vocatus: Topazim enim idem quod quærere in ipſorum lingua ſonat. Sic autem de ea diſſerit Ruæus cap. 19. Topazius conſtat ſubſtantia non mediocriter tenui, multum autem pellucido colore, tamen ex flauo in pallidum languido immixto, etiamnum aqueo quodam virore, adeoque ſalicis foliorum viriditatem repræſentante.

Smaragdus, gemmarum omnium virentium obtinet principatum, cui veteres poſt margaritas, & vniones, tertiam tribuunt dignitatem. Smaragdus autem à nimia viriditate eſt dictus, nulli enim gemmæ, imo nec herbis maior ineſt viriditas, quam huic gemmæ pretioſæ, nullus color oculis æque placuit, quod horum acies virore maximè demulceatur, vt etiam propter viridaria, viſus & animi recreandorum gratiâ petantur. Ideoque fit vt nullis lumina noſtra lapillis, quam ſmaragdis plus oblectamenti conſequantur: porro optima apud Scythas in altiſſimis montibus, ac in metallis aureis naſcitur.

CONCEPTVS.

Primo in ſacerdote non tumor mentis aut ſuperbia, ſed animi demiſſio.

69. *In primo verſu erit lapis ſardius.* Cur in pectorali ſummi ſacerdotis primus lapis poni iubebatur ſardius, cum inter gemmas non potiorem locum obtineat? quod autem prius eſt in ordine, & prius etiam deberet eſſe in dignitate. Quid de hoc lapide
Anaſtaſius Nicen. dicat Anaſtaſius Nicen. quæſt. 38. audiamus, *Lapis ſardius*, inquit, *qui eſt appellatus Babylonius, eſt quidem igneus, & ſanguineus, naſcitur in terra Babylonis, apud Aſſyrios, eſt perſpicuus, & vim habet medendi, eo vtuntur medici ad tumores tollendos.* Merito ergo in pectorali ſummi ſacerdotis, primo ponitur lapis ſardius, qui tumorem tollat, primo enim non ſolum apud omnes virtus, ſed præcipuè apud ſacerdotes debet eſſe animi demiſſio, nullus mentis tumor apud eos regnet, ſi quid autem præſumptionis propter dignitatem patiatur, ſibi ſardium apponat.

Nihil in Prælatis ſit quod non concordet atque conſentiat.

70. *In primo verſu erit lapis ſardius*, & ſic in alijs verſibus erunt lapides, in quibus erunt nomina filiorum deſcripta, poſita ſuper pectus ſacerdotis. Verum cur conſcribuntur nomina ad modum verſus? cur verſum nominat? nonne verſus partes inter ſe concordant, atque etiam conſonant? Nonne etiam Patriarchis, quorum nomina erant ſcripta in gemmis, deſignantur Prælati? apte ergo ad modum verſuum ſcribuntur, quia nihil in Prælatis, & miniſtris Chriſti debet eſſe quod non concordet atque conſentiat. Sed quid aliud colligere poſſumus? quod Prælatorum charitati vnicuique ſeruandæ, maximè deſeruit, nihil ſibi plus æquo vnumquemque adrogare, nihil ſibi præ alio aſſumere, nec vna tantum ſyllaba, ſine littera alijs ſuperioribus facere; ſed ſibi mutuo officium exhibere, atque perſoluere debere, eumdemque ſpiritum, vitam, doctrinamque ab vno Chriſto Domino, cuius perſonam gerebat ſacerdos, haurire debere. Annuit Origenes in illa verba Matthæi 18. ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, &c. ait, *Sicut enim in muſica, niſi fuerit conuenientia vocum, non delectat audientem, ſic in Eccleſia, niſi conſenſum habuerit, non delectatur in ea, non audit orationes eorum.* Origen. Matth. 18.

Sacerdotalis tribus in ſmaragdo, diuinitatis ſymbolo, adumbrata.

In primo verſu erit lapis ſardius, & topazius, & ſmaragdus: Quiquidem hic tertius ſecundum natiuitatis ordinem reſpondebat tribui 71.
Leuiticæ, ſmaragdus autem Hebraice ברקת baroch, à radice ברק barak, quod eſt fulgurare,

inquit, Oleaſt. ſeu fulgorem emittere ortum habet, ſignificatque lapidem fulgurantem, ſeu radios ad modum fulguris emittentem; quod vero barath ſignificet fulgurare, conſtat
Pſalm. 144. primum ex Pſalm. 144. vbi dicitur berok, ba-
Ezech. 1. rak, id eſt fulgura fulgur: & Ezech. 1. de igne egrediebatur bara, id eſt, fulgor, ſeu ſplendor. Sed quid tribui Leuiticæ cum ſmaragdo? quid Leui cum fulgure? certe non parum, quia ſicut fulgura, ſunt diuinitatis ſymbola, non ſolum in profanis litteris, in quibus Deus tonans ac fulgurans nuncupatur, ſed etiam in ſacris, in quibus fulgur diuinam teſtabatur
Exod. 19. ſapientiam: vt vidimus Exod. 19. Ita & dignitatis ſacerdotalis ſymbolum eſſe debuit, vt ſimilis dignitas ſimili notaretur inſigni. Inde
Baſil. Imp. Baſil. Imperator cap. 3. de honore exhibendo Sacerdotibus, ait, *Sacerdotes reuerere, honor enim qui ſacerdotibus habetur ad Deum refertur:* quaſi diceret talis ſunt dignitatis, vt quaſi numina haberi debeant, Deum enim in ſe referunt.

Caſtitas, ſacerdotum propria eſſe deberet.

72. *In primo verſu erit lapis ſardius, topazius, & ſmaragdus:* cui nomen Leui inſcriptum erat. Varij effectus huic gemmæ pretioſæ tribuuntur, ſed inter alios, motus laſciuos compeſcere, rerumque venerearum impatientiſſimum
Albertus Magnus. eſſe. Vt etiam Albertus ille Magnus aſſeuerare non dubitauerit regi Hungariæ cum vxore rem habenti, ſmaragdum quem annulo portabat, in tres diuiſum fuiſſe partes: proinde palam eſſe creditum comperio, ad caſtitatem non mediocrem hunc lapillum habere proprietatem. Cur ille lapis, cui proprium eſt caſtitatem ſeruare, tribuitur Leuiticæ tribui? vt innueretur, quod præcipue ſacerdotum propria debet eſſe caſtitas, & continentia. Au-
Lucas Creſcentius. diant omnes ſacerdotes Lucam Creſcent. c. 11. qui ita eos alloquitur ad pudicitiæ cultum adhortans; Vos quidem præſides omnium virtutum eſtis à Deo conſtituti, ſed præſertim veſtræ curæ pudicitia eſt concredita, vt theſauri nectaris, incomparabile decus, & monile pretioſum, in cæteris hominibus caſtimonia eſt virtus, & animi ſingulare ornamentum, in vobis autem ſacramentum. Eccleſiaſtici enim ordinis profeſſio, continentiæ votum eſt, ſi diuinitus honorato ſacrario præfecti eſtis, illius æditua pudicitia eſt, & vir magnus aiebat, Vos Eccleſiæ Virginis ſponſi, cuius annulum, & pignus geritis, ſed & pariter Dei ſponſæ, æterno pudicitiæ fœdere cum eo coniugatæ; O beata confarreatio, ô nuptiæ auſpicatæ, in quibus cœlum pro dote eſt, proque paraphernis gratiarum omnium gemmæ, quales nec erithræum mare dederit, nec piſcata omnis ora Indiarum. Veſtra ora caſtimoniæ ſunt oracula, ad eam omnibus ordinibus commendandam: veſtra pectora numinis cibaria, vt de fonte puritatis eructetis caſtimoniam quæ coronam veſtram nouis ſertis, & floribus inuſitatis condecorat. Si virtus hæc cœleſtis locum ſibi in terris metiri cupiat, quid fingi, & optari poteſt auguſtius hoſpitiumque domicilium, quam anima religioſi, quam ipſum corpus Eccleſiaſtici viri, quod virtutibus vndique cingitur, & ſtudio ſanctitudinis ornatur? ſi peregrina in terris pudicitia eijcitur à multis, & vexatur, & perditorum hominum flagitio polluitur: vos orbæ & afflictæ curatores, vos vindices defenſoreſque eſtis. Dina Iacobi filia à Sichimitis nefario ſtupro violata fuit, importunam libidinem illam fratres vlti ſunt non omnes, ſed duo tantum, Simeon videlicet, & Leui, quorum ille parens Scribarum fuit, hic ſacerdotum. Quare myſterium cognouit D. Ambroſ. Ideo,
inquit, & fortaſſe iſti duo, vltores præ cæteris, quia Scribarum & ſacerdotum auctores ſunt, nulli enim magis quam ſapientes, & ſacerdotes debent caſtimoniam vindicare. Digna verba quæ omnium ſacerdotum mentibus inſideant, vt caſtitatis amore muneri ſuo reſpondeant, & puritatis cultu dignos ſe diuini numinis cultores exhibeant. S. Ambr.

Si quis aliquid à Chriſto Domino ſibi proprio detraheret, ſtructuram fidei deſtruit.

In primo verſu erit lapis ſardius, topazius, & ſmaragdus: Deinde alij nouem adhuc lapides pretioſi recenſentur in pectorali ſummi Pontificis ponendi. Verum ſi ſolum nouem, aut decem conſtitueret, nonne rationale nouem gemmis pretioſis ornatum, ſatis pretioſum eſſet? cur ergo duodenarius numerus neceſſario adhibendus? nemini dubium quin ſummo ſacerdote Chriſtus Dominus omnium Pontifex deſignetur, ſicut duodecim lapidibus duodecim magnalia quæ ipſi conueniunt; non immerito igitur hic duodenarius requiritur numerus, quia ſi quis aliquid ex duodecim magnalibus Chriſto Domino conuenientibus detraheret, ſtructuram fidei deſtrueret. Audiendus B. Ambroſ. in proœm. lib. 2. de fide, S. Ambroſ.
Sunt nomina quædam, quæ euidenter proprietatem Deitatis oſtendunt, ſunt quæ ſimilitudinem Patris & Filij, ſunt etiam quæ perſpicuam diuinæ maieſtatis exprimunt vnitatem, proprietates itaque ſunt generatio, Deus, filius, verbum ſimilitudinis, ſplendor, caracter, ſpeculum, imago: vnitatis æternæ ſapientia, virtus, veritas, vita: hæc indicia ita Dei filium ſignant, vt ex his ſempiternum etiam patrem eſſe cognoſcas, nec ab eo filium eſſe diſcrepantem, ex eo enim qui eſt, generatio, ex ſempiterno Deus, ex patre filius, ex Deo verbum, ſplendor gloriæ, caracter ſubſtantiæ, ſpeculum Dei, maieſtatis imago, de bono bonitas, de ſapiente ſapientia, de forti virtus, de vero veritas, de viuente vita. Concordant igitur Patris & Filij indicia quibus non diſcrepare inter ſe, ſed viuente vnius eſſe maieſtatis, nemo dubitauerit. Quorum ſingulorum proferremus exempla nominum, niſi coarctandi ſermonis ſtudio teneremur. His duodecim tanquam lapidibus pretioſis columna conſurgit, hi ſunt enim pretioſi illi lapides, ſardius, iaſpis, ſmaragdus, chryſolitus, cæteri quibus ſancti Aarō, illius vtique qui figurā geſſit Chriſti veri ſcilicet veſtimentū ſacerdotis intexitur, circūdati auro, lapidibus ſculpti de nominibus filiorum Iſrael, duodecim lapides ſibi inuicē cohærētes,

nam ſi eos aliquis ſeparet, aut ſecernat, omnis fidei ſtructura diſſoluitur. Itaque principium fidei noſtræ eſt ſcire, quod genitus eſt Dei filius: ſi genitus non eſt, nec filius eſt; nec ſatis eſt dixiſſe filium, niſi & vnigenitum filium deſignaueris. Si creatura eſt, Deus non eſt; ſi Deus non eſt, nec vita eſt, ſi non eſt vita, nec veritas eſt. Ergo tria illa, id eſt, generatio, filius, vnigenitus, principaliter, & propriè indicant ea Dei filium. Tria ſequētia, id eſt Deus, vita, veritas, virtutem eius manifeſtant quæ condidit, & fecit ſubſiſtere creaturam. In ipſo enim viuimus, mouemur & ſumus, ſicut Paulus, ait. Et ideo in illis tribus proprietas filij, & iſtis alijs paternæ, ac filij operationis vnitas declaratur, imago quoque & ſplendor, & caracter dicitur Dei filius, quia hæc incomprehenſibilem, & inueſtigabilem paternæ diuinitatem maieſtatis in filio, & expreſſam ſimilitudinem reuelarunt. Hæc quoque tria videmus ad ſimilitudinem pertinere, reliquum eſt virtus, ſapientia, iuſtitia: vt his ſingulis operationibus æternitas probaretur,

Bonus præſul ouium delationem, & pondus laſſitudinis ſuæ leuamen eſſe iudicet.

74. *In primo verſu erit lapis ſardius, & topazius. & ſmaragdus*: In quibus gemmis pretioſis, ſicut & in alijs ſubſequentibus, erant conſcripta nomina filiorum Iſrael quæ deferebat in rationali, quod propter lapidum pondus duplicari iubebatur. Nam in humeris eadem nomina in lapidibus onychinis deferebat, cur in pectore hoc ei onus imponitur ferendum? nonne ſuccumbet ſub tanto pondere? nonne grauabitur? nequaquam grauari debet, bonus enim Prælatus ouium delationem, & pondus laſſitudinis ſuæ iudicat eſſe leuamen. Præclare B. Baſil. Seleuc. Orat. 26. ait, *Syluas & montes obire non recuſat, obit præcipitia, cumque decerrante venit in partē errationis, nec ob mores odio inflāmatur, & ſi morbidam comperiat: ſed mali commiſeratione mouetur, & ſubijciens humeros proprio labore ouiculam curat laborantem, gaudet ipſa fatigatione, ouium inuentionem, ratus laſſitudinis eſſe leuamentum.* S. Baſilius Seleuc.

Eccleſiaſtici præcipuè gloriari debent in cruce Domini.

75. *In primo verſu erit lapis ſardius, & topazius, & ſmaragdus*: Qui tertius, herbas lapideſque omnes virore ſuperans, maximè viſum recreat, qui viridi colore tanquam omnium maximè temperato lætatur. Ideo crucem Chriſti aliquibus ſignificare videtur, eſt enim viridis color ſpei ſymbolum: crux autem nonne omnium ſpes eſt certiſſima? at cur in hoc lapide inſcribitur tribus ſacerdotalis Leui? quia licet omnes in cruce Domini gloriari debeant, ſed præcipue Eccleſiaſtici Vnde noſter Seraph. Patriarcha ſuos alloquens religioſos, & in quo gloriari deberent oſtendens, ait, in exhortatione, quam ad eos habuit, *Vnde potes gloriari? nam ſi ita eſſes ſubtilis ſapiens, quod omnem ſcientiam haberes, & ſcires interpretari omnia genera linguarum, & ſubtiliter de rebus ſubtilibus perſcrutari: in omnibus his non potes gloriari, quia vnus dæmon ſciuit de cæleſtibus magis, & ſcit de terrenis pluſquam omnes homines, licet aliquis fuerit qui ſummæ ſapientiæ cognitionem à Domino acceperit ſpiritualem: ſimiliter ſi eſſes pulchrior & ditior omnibus, & etiamſi faceres mirabilia, vt dæmones effugares; omnia iſta tibi ſunt contraria, & nihil ad te pertinent, in his nihil potes gloriari, ſed in hoc potiſſimum gloriari in infirmitatibus noſtris, & baiulare quotidie ſanctam crucem Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Noſter S. Franciſcus. [illegible] admon.

Libidinoſus difficile ab æſtu luxuriæ retrahitur.

In primo verſu ſardius, topazius, & ſmaragdus: Sardius lapis ignis habet ſpeciem, qui merito Ruben conuenit inquit Ribera lib. 3. cap. 11. qui prius ignis libidine incenſus ad patris concubinam acceſſit, & ſicut ſardius tranſlucet, ita eius ignis patri notus fuit. Verum hoc inter tranſlucentes lapides habet; quod nullus ſardius ſuffuſo humore hebetatur. Cur lapis Ruben conueniens, hac inſignitur proprietate, vt inter alios ſuffuſo humore non hebetetur, ſed ignis ſpeciem ſemper retineat? quia denotat impudicum, qui inter alios vitijs deditos, ab æſtu luxuriæ difficile retrahitur. Sic teſtatur B. Ephrem in exhort. ſpirit. *Quandocumque concupiſcentia in animum ſe inſinuauit, mox ipſum cogitatione circumdat, & ſalutis ingreſſum præcludit.* Pendè hæc vltima verba, & colliges hunc morbum pœne eſſe inſanabilem. Quod confirmat Philo Alexand lib. de Abrah. qui ſermonem habens de impudicis, ait, *Effœminatum morbum ſibi conciliauerunt inſanabilem.* 76. Ribera. S. Ephrem. Philo.

Infractus aliquorum animus in iniuria ſuis facta vendicanda.

In primo verſu ſardius, topazius, & ſmaragdus: Topazius aurei coloris ſoli expoſitus, gemmis omnibus ſua claritate prælucet, qui varios habens effectus, vires enim ei tribuuntur aduerſus ſanguinis eruptiones, venerea cohibere creditur, audaces efficit. Verum cur in eo inſcripta tribus Simeonis? reuoca quid Geneſ. 34. de Simeone dicitur, nempe quod audaciſſimo animo vrbem Sichimitarū ingrediens, vniuerſam ob ſtuprum Dinæ ſorori illatum, pœne deleuit. Merito igitur huic gemmæ pretioſæ conuenit, quia infractus fuit eius animus in iniuria ſuis facta vindicanda. Ita tenet Ribera, *Significet præſentem Simeonis animum, & timori non cedentem, qui cum fratre Leui ſtuprum plurimis interfectis vindicauit.* 77. Ribera.

VARIET. LECT. à Verſ. 18. ad 20.

V*ulg.* In ſecundo carbunculus, & ſaphirus, & iaſpis.

Bib. ant. Ordo vero ſecundus ſmaragdus.

Targ. Hieroſol. Vnio ſiue margarita, aut cryſtallus.

Mont. Carbunculus, Saphirus, & Adamas. *Ita Oleaſt. & Tygur.*

Vulg. In ſecundo ligurius, Achates, & amethyſtus.

Mont. Et ordo tertius lyncurius.

Vulg. In quarto chryſolitus, onychinus, & beryllus, incluſi auro erunt per ordines ſuos.

Sept. Et ordo quartus, chryſolitus, & beryllus, & onychinus, circumtecta auro colligata in auro ſint ſecundum ordinem eorum.

Cald. Incluſi erunt auro in cælaturis ſuis.

Pag. Et ordo quartus tharſis, &c. conſtricti auro in plenitudinibus ſuis.

Mont. Et chryſolitus, onix, & iaſpis.

CONCORDIA.

IDeo aliqui hic vertunt pro carbunculo ſmaragdum, quod ſonum & vocem æmulari videatur Caldaicè, ſic enim ſcribitur אזמרגדין aameragdin, potius tamen exiſtimo inuertiſſe ordinem in his nominibus, nam ſuperius loco ſmaragdi poſuerunt carbunculum, & nunc loco carbunculi legunt ſmaragdum. Verum eſt Targum Hieroſol. habere ברונא, quod quidem exponunt vnionem, ſiue margaritam, ſiue cryſtallum. Mont. & aliqui alij pro iaſpide legunt adamantem, venit enim vox Hebræa יהלם iahalom, à radice הלם halam, quod confringere, & conterere ſignificat, vnde Abeneſra ſic loquitur, magnus ſapiens Hiſpanus dicit iahalom eſſe lapidem, aut aliàs alinas vocatur, qui frangit omnes lapides, atque bdellium etiam perforat, deductum nomen à verbo halam quod percutere, & contundere ſignificat, eſtque iod à principio littera adiectitia. Hæc Abeneſra, ſed Oleaſt. non aſſertiue, ſed ſub dubio vertit, ait enim forte voce Hebræa ſignificatur adamas. Sed præſtat Vulgatum, Sept. & alios, nempe Symmach. Aquil. & Theodutionem ſequi, & cum his iaſpidem hic nomine יהלם iahalom intelligere: tum quod adamantem Hebræi שמיר ſcamir vocent, & ea Ieremia cap. 17. verſ. 1. & Zacharia c. 7. verſ. 12. patet: tum quod B.
Apoc. 21. Ioann. vbi in Apocal. 21. exprimens id quod Iſaias dixerat c. 54. de muris Eccleſiæ, Ecce ego ſternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in ſaphiris, & ponam יהלם iahalom, iaſpidem, propugnacula tua, & ſtructura muri eius ex lapide iaſpide: neque eſt vt quis obijciat, abſurdum eſſe ſi ab his duodecim gemmis adamantem excludamus, ea cludi autem niſi per vocem iahalam intelligatur. Reſponderi poteſt adamantem quidem fuiſſe etiam olim gemmam celeberrimam, non fuiſſe tamẽ rationali adhibitam, eo quod inter Iudæos in deſerto, nullus eam haberet, diu enim non niſi Regibus, & ijs admodum paucis, cognitus fuit adamas: qui legunt *tarſis*, loco chryſoliti, ideo eſt quia chryſolitus, quamdam marini coloris ſimilitudinem reddit, nam tarſis frequenter in ſcriptura, vel pro mari, vel pro locis tranſmarinis ſumitur.

Sed vt quid in hac re tenendum ſciamus, animaduertere oportet apud Rabbinos poſteriores, ita omnia incerta eſſe de gemmis, vt ſi hos ſequi velimus, maior longe de nominibus quam de rebus futura ſit diſputatio: vnde & inter Chriſtianos ſcriptores, illi qui horum auctoritatem ſequi ſolent de tota hac re deſperant: de nominibus lapidum ait Cajet. ne ſis ſollicitus, quia perijſſe aiunt apud Hebr. horum notitiam, quibus ſimile ſcripſit Oleaſt. Pag. & alij: manifeſtum exemplum diſſenſionis habes in duobus paraphraſtis, Cald. Onk. ſcilicet qui Pentateuchum, & eo qui Cantica Canticorum tranſtulit, nam cum vterque gemmas rationalis deſcribat, tantum tamen à ſe mutuo vocibus, earumque varia tranſpoſitione differunt, ita vt omnino diuerſas res tractare videantur: habet enim Onk. ſamitan alius ahmar; Onk. iarkam, alius ghagig: Onk. barkan, alius ghaperan, quod ſi tanta inter ipſos Paraphraſtes diſſenſio, quid mirum etiam inter poſteriores Rabinos, maiorem reperiri? & ita horum omnium auctoritate repoſita, neque fideliores habemus, neque antiquiores quos ſequamur ſcriptores, quam Septuag. eoſque ſecutum Vulg. tranſlationis auctorem, qui in duodecim his gemmis omnino quoad nomina, & ordines inter ſe conueniũt, exceptis ſolum duabus gemmis, in quibus non nomina, ſed ordo eſt diuerſus: apud Septuag. enim beryllus eſt penultimus, onix vltimus. At in Vulg. interprete è contra, ſed quod hæc non tam ſit interpretum differentia, quam deſcriptorum iniuria, ex eo facile patet, quia Hieronym. qui alioquin hoc ipſo capite notarat, Septuag. in lapidibus ſuperhumeralis poſuiſſe ſmaragdos, vbi ipſe poſuerat onyches, de hac diuerſitate vbique tacet, neque Septuag. vſquam שהם ſcham pro beryllo, ſed pro onyche, vel ſardonyche acceperunt. Itaque cum Hieronym. in tractatu de gemmis tantum authoritati Sept. detulerit, vt ne ab eis recederet maluerit primo loco retinere ligurium, quem tamen ſcribit ſibi eſſe ignotum, quam aliud nomen ſubſtituere, non eſt probabile eum hac in re ab auctoritate Septuaginta receſſurum fuiſſe, & quidem ſine vlla huius rei notatione.

EXPOSITIO.

IN ſecundo *carbunculus*, ab igniti carbonis colore ita vocatus, inter ardentes igneaſque gemmas ſupremam ſibi vendicat maieſtatem, ſingulis, quibus gemmæ omnes aliæ prædıtæ ſunt virtutibus, commendatur inſignitus, vt vel hinc omnium nobiliſſimus ſit habitus; ſolus ſiquidem eiaculato igne & fulgore rutilo ſolem imitari, vel hoc ſchemmate palam conſpicitur. genera ſunt duodecim, ſed præſtantiores ſunt, qui fulgent & emittunt radios ſicut ignis, inter has duodecim ſpecies præcellit antracytos qui ignei eſt coloris, ſed candida vena præcinctur, cuius eſt proprium, quod proiectus in ignem, velut inter mortuos carbones extinguitur, ſed aqua perfuſus exardeſcit: alia ſpecies eſt carbunculi, nomine ſcandaſirus, à loco Indiæ, vbi inuenitur ſic dictus, in cuius ſpecie velut intra lucidos ignes apparent quædam guttæ quaſi aureæ, & hæc gemma reſpectu aliarum pretij incomparabilis eſt.

Saphirus, Hebræis ספיר ſaphir, id eſt numerus, quod ad aurearum ſtellularum multitudinem ei interlucentem referri poteſt, in hoc aurearum guttularum numero fundatum peculiariter, quod à Theodoreto dicitur, ſolum obtinere ſpeciem & ſimilitudinem cœli, nam cæteræ gemmæ varium colorem quidem habent, ſtellas tamen ſimul cum colore cæli non æque repræſentant: ineſt ſaphiris aliquando aureus puluis, non tamen qualis in ſaphiris, qui apud Medos reperiuntur, qui ſupremam ſibi maieſtatem vendicarunt, qui ſereniſſimum vernumque cœli colorem efferentes, cærulei conſpiciuntur, & ſeu transfuſas nubeculas immixta etiamnum leui quadam purpura repræſentant, vt videlicet ſulphuris primum accenſi colorem referunt, aureis inſuper punctis colluceant, ſcintillentque, ita tamen vt viſus aciem materiei craſſitie retundant, vt & admotarum rerum imaginem ſpeculi inſtar minimè reddant, ſunt itaque hîc optimi ſaphiri: multi tamen alij viſuntur, qui quo magis ab his vel ſubſtantia, vel colore deſciuerint, eo viliores cenſebuntur, inter quos tanquam ſubcandicantes, quaſdam nubeculas oſtentant, præferuntur, vt ab optimis primum ſibi locum occupauerint: plurimi ſunt Saphirorum effectus, vt venereos compeſcere affectus, triſtitiam pellere, cordis oculorumque vires reficere, &c. ſed in his non immoramur.

Iaſpis, ea quæ apud Indos nata, quæque virens ſmaragdo ſimilis, ſupremam obtinuit maieſtatem, cunctarum vero præſtantiſſima eſt, quæ purpuræ quidpiam complectitur; ſed celeberrima erit ſi ex viridi, quiddam purpureum complexa, alba præcingatur linea: quod ad vires attinet, pro ſingulari aduerſus pernicioſiſſima quæque venena amuleto deferri prædicat, hydropem & febres arcet, oculorum aciem ſuo virore reficit. Vſurpatur vero Iaſpis dupliciter, primo latiſſime, pro omni variegato marmore, ſed hæc acceptio maxime impropria eſt, vſurpata tamen eis qui pretioſiſſimas fabricas deſcribunt, & integras Iaſpidis columnas commemorant. Secundo propriè pro gemma

A de qua paulo ante, quæ in tanto pretio habetur, vt inter ſuas duodecim gemmas S. Ioann. primo loco tanquam digniorem cæteris poſuerit & Ezech. tertio loco.

Ligurius, quem alij lingurium vocant, ignoratur quænam ſit gemma, S. Hieron. epiſt. ad Fabiolam ita de ea ſcribit, ſatis miror cur hyacinthus pretioſiſſimus lapis in horum numero non ſumatur, niſi forte ipſi eſt alio nomine lyncurius: ſcrutans eos qui de lapidum ſcripſere naturis atque gemmarum, lyncurium inuenire non potui: tamen cum ſub dubio loquatur Hieronym. videtur quod hyacinthus non ſit idem cum lyncurio, quia cum hæc gemma, ex eo ligurius dicatur, quod in Liguria naſci vel effodi ſoleat, nemo tamen hyacinthos ligurios agnouit, eoſque ibi naſci vel effodi. Noſter S.Hieron.

B Bartholom. Anglic. lib. 16. de lapidibus pretioſis ait, ligurius eſt in colore electro ſimilis, imo & eædem quæ ſuccino vel electro adſcribuntur, vnde verius loquemur, ſi dixerimus ligurium eſſe ſuccini ſpeciem, quod inter gemmas pretioſas etiam collocatur, Ligurius autem magis æſtimatur, ſi fuluus & tranſlucens, conſimili vndequaque ſubſtantia & concremento. N. Barthol. Anglic.

Athates, gemma eſt nigra, albis venis conſtans, tali autem nomine dicitur à flumine eiuſdem nominis in Sicilia exiſtentis, iuxta quod primitus inuenta, olim in magna auctoritate fuit, nunc autem fere in nulla, nam ei tempus pretium ademit, non quod viribus minus polleat, ſed quod copioſior ſit. qua enim occaſione ſolet in rebus humanis elationem faſtumque

C que raritas adferre, eadem etiam multitudo & crebrior familiaritas contemptum parere conſueuit: probatiſſima tamen eſt Achates, quæ perſpicua, quæque Leoninæ pelli ſimilis eſt, vel etiam nigra albis interſecta lineis. venenis peſtiferis aranearum, atque ſcorpionum ictibus aduerſatur, viſum fouet, cor recreat &c.

Ametyſtus, eſt colore purpureo & violaceo permixtus, quaſi roſa nitens, & leuiter fundens & emittens quaſdam flammas: alterum genus deſcendit ad iacynthum, non ex toto, ignis, ſed vini colorem habens, tamen Ametyſtus purpureus nobilior eſt, & alius vilior: omnes ametyſti non ſolum Indici, ſed Armenici, imo & Ægyptij omnium infimi quales ſunt qui in Thaſo aut

D Cypro, violas vtcumque referunt, hic enim lapis præcipuus eſt inter violaceas gemmas.

Chryſolitus, partim aurei, & partim marini eſt coloris, vnde Hebraicè vocatus tarſis: optimus eſt qui aurum albicare quadam argenti facie cogit: vilior qui vario colore ac turbulento conſpectu eſt, partibus reſpirationis, adeoque aſthmaticis chryſolitum conferre traditur, de onychino iam ſuperius à nobis dictum,

Sequitur vltimus lapis rationalis nempe Beryllus, qui lapis eſt Indicus in viriditate ſimilis ſmaragdo, ſed cum pallore, politur ab Indis in ſexangulas formas, vt coloris hebetudo repercuſſione angulorum excitetur, alıter autem politus caret fulgore: oculis humantibus eructationibus &c. prodeſt.

Incluſi auro, ſicut annuli ſolent; includi auro, *per ordines ſuos*, id eſt prædictis ordinibus in rationali conſtituentur.

CONCEPTVS.

Multimodis virtutum generibus præditus ſit prælatus.

78 *In ſecundo carbunculus, ſaphirus, iaſpis, &c.* qui omnes pectus pontificis ornare deberent, ſed cur non omnes ſaphiri? cur non omnes carbunculi? cum enim ſint inter gemas inſignes & nobiles, potuerunt loco aliarum ſubſtitui. ſcio quid reſpondeat Vener. Beda, nempe in vario lapidum decore, non ſolum multifariam ſacerdotales actus & cogitatus, verum etiam ſpiritalium chariſmata virtutũ, ac miracula ſanitatum accipi: ſed cur non addemus, voluiſſe Deum non duodenarium carbunculorum numerum, ſed aliarum in ſpecie, colore, virtute, & decore diſtinctarum gemmarum, in rationali poſitum eſſe, vt indicaret prælatum, non vnica tantum virtute quamuis nobiliſſima, ſed pluribus, ſed omnigena præditum eſſe debere; in primis enim quinque gemmis intelligo quinque virtutes, quæ ad ſanctam vitam requiruntur, ſimul cum principiis earum & complementis: in reliquis ſeptem intelligo alias virtutes, quæ ſeptem capitalibus vitiis opponuntur. ſardius enim, qui ſimul carnis rubræ habet colorem, & candorem humani vnguis, duo ſignificat: nempe primo cognitionem ſui ipſius, qua non ſolum homo videt, quod ſit caro & ſanguis ſed quod hoc regnum Dei non poſſidebunt. Secundo cognitionem Incarnati Chriſti Dñi qui vt carnem & ſanguinem ſaluaret, pro nobis carnẽ & ſanguinem ſuſcipere dignatus eſt; eoſque qui credunt in ipſum, noua carne, ſed ſplendenti & fulgida donabit, quæ inſtar gemmæ aliquando rutilabit in cœlis. Et quia ad gloriam hanc non peruenimus, niſi per adiutorium gratiæ Chriſti quem credimus, quæ ſperantibus & petentibus datur. Secundo loco ponitur topazius, tanquam typus ſpei. Tertio ſmaragdus, tanquam typus conuerſationis cœleſtis: ſpes enim noſtra non ita nititur Chriſti adiutorio, vt nos relinquat otioſos, ſed prout Apoſtolus monet, (ad Titum 2) apparuit humanitas, & benignitas Saluatoris noſtri Dei, omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & ſæcularia deſideria, (pleni vtique deſideriis cœleſtibus) atque ita expectemus beatam illam ſpem, & aduentum gloriæ: atque hic eſt primus ordo gemmarum. In ſecundo ordine proxime ſequitur carbunculus, optimus typus charitatis &c. ſaphirus optimus typus ſapientiæ: quibus duobus tanquam generalibus fulcris omnis vita iuſta niti debet: ne vel ſit zelus, ſed non ſecundum ſcientiam; vel ſit ſcientia, ſed non ædificet ad beatitudinem. cur autem ſaphirum ſapientiæ comparemus, præter naturales illius proprietates, etiam factum Ægyptiorum multũ elucidat, qui pectori ſummi ſui ſacerdotis, ſaphirum appendentes ſuſcripſerunt ΑΛΗΘΕΙΑ id eſt veritas, color quoque ſaphiri cæruleus huic ſignificationi optimè ſeruit; vt intelligant ſacerdotes ſapientiam quæ in eis requiritur, cœleſtem eſſe debere, & à cœlo dari; *ſi quis*, ait S. Iacob. *indiget ſapientia, poſtulet à Deo.* (Iacob. 1) Iaſpis quidem fortitudinis, Ligurius vero ſeu hyacinthus humilitatis typus eſt ob fractum in aqueo colore violæ fulgorẽ. Achates qui præter omnem colorem, omnem quoque ferè ſpeciem repræſentat, typus eſt beneficentiæ quæ omnibus ſe communicat: Amethyſtus qui colore ſuo, qui etiam color vini eſt, non inebriatur, typum gerit temperantiæ, & gulam excludit, ſicuti chryſolitus auri fulgore radians, typus eſt zonæ illius aureæ, qua nos oportet renes accingi, id eſt fulgentiſſimæ & ſereniſſimæ caſtitatis, qua frenamus omnem luxuriam; & quia gulam luxuria fere ſequitur, decentiſſimus ordo eſt, vt Amethyſtum quoque Chryſolitus ſequatur; monuit enim Apoſt. *nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria.* (Ephes. 5) Onix manſuetudinem optime exprimit, & iram excludit: cum ſit quaſi languidi ſolum candoris, qualis eſt in humano vngue. Berillus denique amorem repræſentat fraterni boni, & gaudium de eo, atque opponitur inuidiæ, eſt enim aurum in aqua, id eſt gaudium & lætitia in bonorum communicatione, quia aqua tantum principium fœcundationis eſt, & tanquam maximè diffuſiua ſui, congruentiſſimè ponitur pro communicatione bonorum, aurum vero pro gaudio.

Non ita confidamus bonis operibus, vt ſine timore pœnitentiam non agamus.

79 *In ſecundo carbunculus, ſaphirus, & iaſpis,* Zaphirus autem tribus Iſſachar deſignatur, Phil. lib. 1. alleg. legis, ſic de eo loquitur, ſaphirus eſt lapis praſinus, ſaphiro Iſſachar inſculpitur, color eius ſulphuris accenſi, vt vidimus in expoſitione, ita vt aliquid palloris habeat. quid denotat Iſſachar, niſi eum qui bonis ſtudet operibus? qui in eis acquirendis laborat? teſte Iacob Geneſ. 49. dicente, Iſſachar aſinus fortis, (Geneſ. 49.) accubans inter terminos, vidit requiem quod eſſet bona, & ſuppoſuit humerum ſuum ad portandum, quæ explicans præfat. Alexand. (Philo.) xit, Iſſachar exercet ſe in virtute, honeſtiſque actionibus. Sed ſi ita res ſe habet, cur ei conuenit gemma coloris ſulphurei & palidi? nonne palor timorem denotat? merito ergo bonis operibus ſe exercenti in virtutum acquiſitione laboranti gemma pallida conuenit, vt compertum nobis eſſet, non ita bonis operibus confidere, quin cum timore ſemper pœnitentiam agamus. annuit cit. auctor. *Iſſachar nunc laboranti conuenit color praſini lapidis, pallent enim qui ſe exercent præ labore & præ timore, ne forte ad optatum finem non perueniant.*

Reges maxima erga ſubditos ferantur charitate.

80 *In ſecundo carbunculus, ſaphyrus, &c.* quartus lapis in ordine carbunculus eſt, inſcriptum

habens Iudæ vocabulum, cuius ſucceſſores regiam obtinuere dignitatem, color autem huius pretioſi lapidis ignei coloris eſt, is enim ſuper alios vt ignitus carbo irradiat, vt etiam noctis tenebras vincat. nulli dubium quin hac gemmâ igneâ charitas denotetur, tota enim ignea eſt, imo maiores flammas emittit quam ignis, teſte S. Auguſt. in Pſalm. explicante illa verba ſponſi in Cant. c. 8. fortis eſt vt mors dilectio; ait enim, quis reſiſtit morti? reſiſtitur ignibus, vndis, ferro &c. venit vna mors, quis ei reſiſtit? nihil eſt illa fortius, propterea viribus eius charitas comparata &c. nonne lampades eius lampades ignis atque flammarum? lampades charitatis (inquit Cardinal. Halgrinus) dicuntur lampades ignis atque flammarum, quia corda noſtra fragilia, quæ per lampades deſignantur, ſic ardent per amorem, ſic illuminantur per veritatis cognitionem, quod mundanæ ſapientiæ vel prauitatis tenebris obſcurari nõ poſſint. Et Thom. Ciſterienſ. lampades ſunt ignis, quo interius ardent, & flammarum quibus exterius lucent: dic ergo merito carbunculum qui eſt ignei coloris, inſcriptum habere nomen tribus Iudæ, quæ regni habenas tenere debet, vt en comperium haberet regia illa tribus, maxima erga ſubditos ferri charitate debere, qua Dauid Rex ardebat, qui poſtquam elegit peſtem graſſari in ſuos, potiusquam aliud ſupplicium eis inferri, tamen ait S. Ambroſ. in Pſal. 37. vbi vidit occidi populum, ipſe ſe Angelo ferienti obtulit, vt ipſe potius pro populo feriretur. Plus eſt, quod nec ipſa perterritus ſpecie mortuorum, gladio ſe obtulit. accinit huic cogitationi magnus Leo ſerm. in die Apoſtolorum ſic de Petro loquiens. *Nec enim mundi Dominantimes Romam, qui in Caiphæ domo expaueras ſacerdotis ancillã? nam quid aut iudicio Pilati, aut ſæuitia iudiciorum minor eſt vel in Claudio poteſtas, vel in Nerone crudelitas? vincebat ergo materiam formidinis vis amoris, nec exiſtimabas terrori cedendum, dum horum ſaluti conſulis, quos ſusceperas diligendos.* deinde proſequitur, *Hunc autem intrepidæ charitatis affectum, iam tum profecto conceperas, quando profeſſio tui amoris in Dominum trinæ interrogationis eſt ſolidata myſterio.* ſed preme peculiarem dicendi modum, *tunc profecto conceperas*, quaſi eum amorem denuo Petrus velut à viro fœmina concepiſſet. ſi inquiras quis fuerit huius conceptus parens? reſpondebit Leo, non alium quam principatum, cum quo Deus hunc in eo ſimul affectum ingenerauit.

Aug. (margin: S. Auguſt.) — Card. Halg. in illud cap. Cant. — Thom. Ciſt. Ibidem. — S. Amb. — S. Leo.

Maieſtas regia in ſuo ſemper ſtatu & ſplendore retinenda.

In ſecundo carbunculus, ſaphirus &c. Non eſt dubiũ quin carbunculus inter ardentes igneasque gemmas ſupremam ſibi vendicet maieſtatem, imo quod inter omnes præcipuum teneat principatum, gemmarum enim cariſſima, vt eadem ſit illius cum reliquis comparatiõ, quæ auri ad alia metalla, & ideo merito conuenit tribui Iudæ, quæ futuros Reges populo Iſrael datura eſt, qui inter alios ſupremam ſibi vendicant maieſtatem. Sed quid præcipuè in carbunculo notatu dignum, quodque reges maxime referat? quod ſuum ſemper retineat colorem, imo & per opacas tenebras lumen effundat. Sic principes ſuum ſemper ſtatum, ſuum ſplendorem retinere debent, nec alicuius triſtis euentus ſignis obſcurari, ſicut in lætis ſic & in triſtibus modeſti ac fereni, ac toti arcano lumine cordis floridi ſibi conſtent: cum facies Regis Baltazaris commutata eſſet, & cogitationes eius conturbarent eum, compageſque renum eius ſoluerentur, & genua ad ſe inuicem colliderentur, à regina ita ob faciem immutatam ſignate reprehenſus dicitur c. 5. Danielis, non te conturbent cogitationes tuæ, neque facies tua immutetur. Sed quid ô Regina fecerit mirandum, principem inter epularum delitias, & conuiuantium gaudia ſecurè degentem, cito tam diri & immanis ſpectri (nempe cum horribiles apparuerunt digitorum articuli, qui obſcuras quaſdam notas letale quiddã non obſcure portendentes efformabant ſiue quod res erat triſtiſſimæ mortis) imagine perculſum expalluiſſe? aut cur potius ipſum non arguis, quod animo ita fuerit conſternatus, vt compagibus renum eius ſolutis, genua ad ſe inuicem collidérentur, quod maximi pauoris & fortioris languoris argumentum eſt? reſponderit tamen regina, vt alia corporis membra à pauore & languore vacillauerint non mirum, regium tamen vultum nulla de cauſa, nec ad ipſam mortis imaginem ignobili pallore ac triſtitia deformandum corrumpendumue fore, ſed velut olympi verticem humanorum affectuum nubibus inacceſſum, in ſua ſerenitate, conſtantia & maieſtate retinendum: ad eum ſane modum, quo magni illius Patriarchæ Abraham vultum tam in triſtibus quam in lætis, nimirum, ſiue cum in vnici filij ceruicem ſtrinxit gladium, ſiue cum ab illo obtruncando manum Dei iuſſu reuocauit, idem omnino & immutatus extitit. id ita obſeruat S. Zeno Veron. ſer. 1. de Abraham. *A filio ad agnum tranſtulit dextram, ſemper latus & gaudens, nec mutatus eſt vultus eius cum eſſet victima commutata.*

Daniel. 5 — S. Zeno.

Qui inter peccatores candorem non amittit, cæleſtis eſt.

In ſecundo carbunculus, ſaphirus & iaſpis, Saphirus cæleſtis coloris eſt, aureis punctis collucens. cur ſecundum Philonem inſcriptum erat ei nomen Iſachar? ſed quid commune ſaphiro cum ea tribu quæ variis negotiationibus addicta, bona requirebat terrena? ſaphirus autem nonne cœleſtis? reſpondeat Franciſcus Ribera lib. 5. c. 11. *Tribus Iſachar habuit varietatem virtutum, & ſanctitatem quæ inter peccatores candorem non amiſit, & peccatores ad iuſtitiam vocauit Deut. 33. de Zabulon ait, lætare Zabulon, in exitu tuo, & Iſachar in tabernaculis tuis, populos vocabunt ad montem; ibi immolabunt victimas iuſtitiæ, id eſt tantæ pietatis erunt, vt ad templum vocent alios, & victimas Deo gratiſſimas immolent.* 32.

Franc. Rib. — Deut. 33.

Mitto plures conceptus qui formari poſſent ex harum proprietatibus gemmarum, aliqui enim vt Ioann. Roiſbroch. per plura capita accommodant duodecim fidei noſtræ articulis; alij vt Daniel Mallonius c. 15. q. 3. variis Chriſti Domini myſteriis alij vt Apocalypſis

interpretes, duodecim Apoſtolis, verum quia loquuntur de gemmis vt inſcripta duodecim tribuum nomina habentibus, ideo ab eis ſuperſedeo, nam haberi ſi qui poſſunt conceptus de duodecim Patriarchis, inuenientur in tertio commentariorum noſtrorum in Geneſim volumine, præcipue ad quadrageſimum nonum illius caput, conſulat lector, plures in eo reperiet.

VARIET. LECT. Verſ. 21.

Vulg. Habebuntque nomina filiorum Iſrael, duodecim nominibus cælabuntur ſinguli lapides nominibus ſingulorum per duodecim tribus.

Sept. Et lapides ſint ex nominibus filiorum Iſrael, duodecim ſecundum nomina eorum, ſculpturæ ſigillorum vnuſquiſque, iuxta nomen ſint in duodecim tribus.

Cald. Sculpti ſcriptura diſtincta, ſicut ſculptura annuli.

Mont. Et lapides erunt ſuper nominibus filiorum Iſrael, duodecim ſuper nomina ipſorum apertionibus ſigilli, vir ſuper nomine ſuo, erunt duodecim tribubus.

Pag. Secundum nomina ipſorum ſculpturis ſigilli ſinguli cum nomine ſuo.

Alij. Exſculptæ (nempe gemmæ) vt ſigna cælari ſolent ſingulæ nominibus ſuis.

CONCORDIA.

De harum concordia verſionum conſulendus eſt verſus vndecimus huius capitis, cælaturæ modum expreſſerunt aliæ editiones, ſcilicet ſculpturis ſigilli, quæ Vulgat. tantum voluit ſubintelligi, & licet omnium idem ſit ſenſus, ſed in verbis Vulgati expreſſior & clarior.

EXPOSITIO.

Habebuntque nomina filiorum Iſrael, ſculpta in lapidis per modum ſigilli, *duodecim nominibus cælabuntur*, licet duodecim ſint nomina, ſinguli tamen lapides ſingulis filiorum Iacob nominibus cælabuntur, non ſicut in ſuperhumeralis onychinis, in quorum vnoquoque ſena eorum nomina ſculpta erant, ſed hîc in vnoquoque lapide, inſculptum erat nomen vnius tribus.

CONCEPTVS.

Optimus prælatus ſcripta habeat nomina miſerorum vt eis ſubueniat.

84. *Habebuntque nomina filiorum Iſrael, duodecim nominibus cælabuntur ſinguli lapides.* Solum duodecim nomina Patriarcharum populi Iſrael inſculpta erant prædictis lapidibus pretioſis, quæ in rationali deferre tenebatur in eorum recordationem, vt pro eis ſacrificaturus deprecaretur: rectè equidem, rectius ſi prælati ſuorum eximiam habentes curam, præcipuè miſerorum & languentium nomina apud ſe deſcripta haberet, vt eis in ſuis neceſſitatibus ſubueniret. Fecit iſtud S. Otto Bambergenſis Epiſc. in cuius actis hæc leguntur. *Habebat autem cognitos, & nominibus propriis notatos, omnes paralyticos, languidos, cancroſos ſeu leproſos de ciuitate ſua, modum, tempus, & quantitatem languoris eorum per ſe inueſtigans, congruaque ſubſidia omnibus prouidebat & curabat.*

Nil ita vrgeret debet prælatum quam Zelus ſalutis ſubditorum.

85. *Habebuntque nomina filiorum Iſrael, duodecim nominibus cælabuntur ſinguli lapides*, qui in pectorali pontificis apponentur. cur ſupra pectus? nonne alibi poſita, etiam inſpicere poterit pro eis deprecaturus? nonne quæ chariſſima habemus, pectori inſigimus, & noſtrum in hoc declaramus amorem, & zelum quoque conſeruare conamur? merito ergo cælantur lapides nominibus filiorum Iſrael, & pectorali pontificis imponuntur, quia nihil debet ita vrgere prælati animum quam ſalutis ſubditorum ſuorum zelus. Obſeruauit D. Arnold. Abb. tract. vlt. de verbis Domini. *In nominibus Patriarcharum qui hærent pectori ſummi Pontificis hoc intimatur, quod qui in regimine ſunt, ſemper affici debeant pro his qui ad eorum ſollicitudinem pertinent, & quantum poſſibile eſt recordari eorum debent ex nomine, & orationis exhibere ſuffragia, neque aliud illud pectus occupare debet quam animarum zelus, quia officij illius eſt reuocare deuios, reconciliare erroneos, confirmare eos qui proficiunt in iuſtitia, & qui deficiunt cohortari ne deſperent de venia.*

Præ omnibus ſcripturis, Euangelium S. Trinitatem aperit.

19. *Habebuntque nomina filiorum Iſrael, duodecim nominibus cælabuntur lapides.* Verum cur hic ita diſpoſiti? cur duodenarius numerus in quatuor ordines diuiſus, per ſingulas partes, ita vt ternarium reddat: nam alio modo diſtribui potuit, ſcilicet vt cuilibet ordini ſolùm duo lapides pretioſi reſponderent. *Quod hic ordo* d. *ternarium reddiderit* (inquit eit. Arnold.) *non incongruè accipi poteſt, quod Euangelij quadratura præ omnibus ſcripturis inſinuat Trinitatem.* Idem Carn. habet S. Iuo Carnot. ſerm. de ſignif. veſtim. *in quo denario numero lapidum poteſt ſignificari doctrina Apoſtolica, quia & ipſi lapides per quatuor ordines ſunt diſtributi, & terni in ſingulis angulis rationalis poſiti, quod Apoſtolicæ doctrinæ benè congruit, quæ fidem Trinitatis, per quatuor Euangelia in omni mundi parte prædicauit.*

Prælatus virtutibus quatuor cardinalibus, ſed fide S. Trinitatis inuiſe. ratis præcedat ornatus.

17. *Habebuntque nomina filiorum Iſrael, duodecim nominibus cælabuntur lapides,* ita tamen diſtributi, vt quatuor ordines conſtituant, qui tres habuere lapides. verum cur hos quatuor ordines, & non quinque geſtat in pectore ſummus ſacerdos? hos autem ordines non duabus aut quatuor, ſed ſolum tribus gemmis diſtinctos? quia omne quod cogitat prælatus, prudentia circumſpectum, fortitudine firmum, iuſtitià eximium, temperantia à malis omnibus debet eſſe ſecretum. ſed iidem ordines tribus conſtant lapidibus pretioſis, ſi eadem prudentia, fortitudo, iuſtitia, & temperantia, ſanctæ Trinitatis fide fuerint conſecratæ. ab hoc ſenſu non diſcedit Albinus Flaccus S. de ſing. a. veſtib. *Quatuor ordines qui erant in rationali nominibus Patriarcharum erant inſcripti, quatuor exprimunt principales virtutes, prudentiam, temperantiam, fortitudinem, & iuſtitiam, ternam in vnoquoque lapide fidem ſanctæ Trinitatis demonſtrant, quæ omnia in pectore pontificis neceſſario eſſe debere huius ornamenti id eſt rationali ſpecie præmonetur.*

Si prælatus duodecim articulos fidei cum vita Apoſtolica habuerit, verum ferre iudicium & veritatem docere poterit.

8. *Habebuntque nomina filiorum Iſrael, duodecim nominibus cælabuntur lapides.* In rationali ſummi ſacerdotis quadruplici ordine ita digeſtæ atque ordinatæ erant gemmæ, vt ſinguli ordines ternos complecterentur lapides, cum totidem nominibus Patriarcharum. inſuper pectorali inſcripta fuere hæc verba, doctrina & veritas: ad quid his ordinibus & nominibus præpoſitis, hæc duo ſubiiciuntur? nonne diximus aliquos, his duodecim gemmis, duodecim fidei articulos, alios, duodecim nominibus Patriarcharum duodenarium Apoſtolorum numerum intelligere? merito ergo deſcribuntur adhuc in rationali Pontificis, doctrina & veritas, quia ſi prælatus, duodecim fidei ſymbola cum vita Apoſtolica habuerit, doctrinæ iudicium ferre, & veritatem perfectè docere poterit. annuit Ioan. Rusbroch. c. 53. comm. in Taber. fœderis. *Hunc in modum duodecim fidei membra cum vita Apoſtolorum in prælatis cuiuslibet, atque etiam hominis illuminati ratione illuſtrata, per quatuor ordines collocata erunt, in ſingulis ordinibus ternis articulis conſtitutis, ſicque & verum ferre iudicium, & veritatem docere poterit: horum quidem ordinum primus docet, nos vnum credere Deum in perſonarum Trinitate, patrem omnipotentem & vnicum eius filium, eumdemque conceptum de Spiritu ſancto, natum in carne noſtra ex Maria Virgine. alter ordo inſtituit nos eumdem filium paſſum ſub Pontio Pilato, crucifixum, mortuum, & ſepultum deſcendiſſe ad inferos, tertia die reſurrexiſſe à mortuis, aſcendiſſe in cælum & ſedere ad dexteram Dei patris omnipotentis: tertio docemur ordine, inde venturum eum iudicare viuos atque mortuos, & vt firmiter credamus in Spiritum ſanctum, & vnam ſanctam Eccleſiam Catholicam: quarto demum ordine inſtituimur credere ſanctorum communionem, remiſſionem peccatorum, carnis reſurrectionem, & vitam æternam, iſta videlicet fides cum illis coniuncta operibus, noſtram tum exornare, tum illuminare debet rationem atque etiam ſupra rationem ipſam in nudam nos perducere veritatem.* Ioannes,

Chriſtus Dominus non ſolum pro familia Iudæorum, ſed etiam gentilium ſacrificaturus, crucis altare conſcendit.

Habebuntque nomina filiorum Iſrael, duodecim nominibus cælabuntur lapides: Quorum cuilibet aſſignatur nomen cuiuſlibet Patriarchæ populi Iſrael. nonne iam deſcripta erant in duobus lapidibus onychinis ſuperhumeralis? cur etiam & in rationali apponuntur in duodenario lapidum numero, ita vt ea omnia non ſolum in humerali, ſed & in pectorali ferre debeat? non eſt dubium quin nominibus ſcriptis in ephod, deſignetur populus Iſrael originem trahens à duodecim Patriarchis Iacob filiis. Et populus gentilium nominibus inſculptis duodecim lapidibus pretioſis rationali, qui quidem populus ortum habet in ſpiritualibus à duodecim legis Euangelicæ Patriarchis. Ita ſentiunt Arethas, Andræas Cæſarienſ. Abbas Ioachymus, & alij qui in c. 21. Apocal. ſcripſerunt: en ergo cur non ſolum in humerali, ſed etiam in rationali, ſummus Pontifex defert nomina inſculpta lapidibus pretioſis! quia non ſolum Chriſtus Dominus pro familia Iudæorum, ſed etiam pro familia gentilium ſacrificaturus, altare crucis conſcendit. Siſto doctiſſimum noſtrum Franciſc. Georg. Vener. in lib. de harmonia mundi Cant. 2. ton. 3. c. 7. "Bene portauit ſuperhumerale cum lapidibus, in quibus ſcripta erant nomina filiorum Iſrael; quia in humeris ſuis portauit totam familiam Iſraeliticam, & purgans, & ſaluans, & quod durum videtur, inquit non veni niſi ad oues quæ perierant domus Iſrael, quod tamen intelligendum eſt de vtraque familia, figuratiua videlicet, & vera: quæ eſt Eccleſia & collectio omniū

69.

Andr. Cæſ. Ioachi. Ab.

Geor. Ven.

fidelium: & ideo dicuntur colligata pectorale, A & ſuperhumerale, catenis ſuis per annulos quatuor vtrinque tranſeuntibus: vnde inotitur vtraque familia colligata quaternario magni nominis, quo omnia ligantur, & io quo omnes ſaluantor, ſed hæc nomina ſcripta dicuntur in lapidibus onychinis, qui inferius circa centrum ſunt terrei, in ſuperficie autem cœleſtes: in quibus innuitur, quod totam illam familiam quæ terreſtria & animalis erat, prætendit facere cœleſtem, ſuſcepit & חשן choſſen, quod lugion Græci dicunt, id eſt rationale: & eſt pectorale ornamentum io quo erant duodecim lapides pretioſi, cum duodecim nominibus filiorum Iſrael. nomina aotem illa portabantur in doodecim lapidibus ſuperhumeralia cælata, & io duodecim lapidibua pectoralis: vnde expreſſe demonſtratur noſter Pontifex maximus Christus, qui altare crucis conſceodit ıtaturus B

& ſacrificatoros pro vtraque famılia duodenaria: quarum figuratioa erat à tergo contenta duobus lapidibus onychinis, vera autem inſcripta duodecim lapidibus pretioſis, & varijs: hoc ideo, quia illa Patriarcharum familia non erat collecta ex omni natione, quæ ſub duodecim ſignis cæleſtibus contiuetur, ſed ex genere vno, & ex patre vno Iahacob progenita: bipartita tamen dicitur, quia ex eadem familia ſunt qui debebant collocari à dextris, & qui collocari debebant à ſiniſtris. Ita autem noua familia & noua ſponſa deſcendens de cœlo, collecta fuit à noſtro ſummo ſacerdote Ieſu, ex omni tribu, lingua, populo & natione, quæ ſub cœlo eſt, diuiſa præcipuè in duodecim partes contentas ſub duodecim ſignis cœleſtibus · ideo inſcripta dicitur in duodecim lapidibus pretioſis: quia omnia qoæ in hac familia geſta ſunt, pretioſa merito dici poſſunt.

VARIET. LECT. à Verſ.22.ad 25.

V*Vlg.* Facies in rationali catenas ſibi cohærentes ex auto puriſſimo.

Sept. Er facies ſuper rationale fimbrias complectentes upus catenarum.

Cald. Catenulas ſibi ıouicem cohærentes opere fimbriarum, ex auro mundiſſimo.

Onk. Catenulas definitæ magnitudinis upere intricato, ex auro mundo.

Pag. Catenas termini opere plectili.

Mont. Facies ſuper pecturali catenas opere termini complicationis.

Oleaſt. Opere perplexo, *Caiet.* catenas ter- C minationis upua funis.

Vulg. Et duos annulus aureos, quos pones in vtraque rationalis ſummitate.

Sept. Et duas aſpidiſcas impones ſuper vtroſque humetos, ſuperhomeralis ad faciem.

Cald. Et facies ſuper rarionale doos annulos ex auru, & pones duos annulos in duobus lateribus rationalis.

Pag. Io duabus extremitatibus pectoralis, *ſic Arias. Oleaſt. Vatab.*

Vulg. Catenaſque aureas iunges annulis, qui ſunt in marginibus eiua.

Sept. Et pones ſuper rationale iudicij fimbrias.

Cald. Et pones duas fimbtias aureas in duobus annulis, in doobus lateribus rationalis.

Pag. Et pones duos funiculos aureos, in duo- D bus annulis in extremitatibus pectotalis.

Mont. Et pones duas complicationes auri.

Caiet. Dabis duua funes aureos, ſuper duos annulos angulorum.

Vulg. Et ipſarum catenarum extrema duobus copulabis vncinis, in vtroque latere ſuperhumeralis, quod rationale reſpicit.

Sept. Catenata ſuper vttaque latera rationalis impones.

Cald. Et duas fimbtias, quæ ſunt in duobus lateribus eius pones ſuper duos vocinos, & pones in humerali & ſuperhumerali contra faciem eius.

Onk. Duaſque catenas quæ ſunt in duobus lateribus eius inſeras in duaa fibulas, quas ponas in humeris ephod in parie anteriori.

Pag. Et duas extremitates duorum funiculorum pones in duobus palis, & pones in oris ſuperhumeralis.

Mont. Et duas extremitates duarum complicationum dabis ſuper duabus ocellaturis, & dabis ſuper ſcapulis ſuperhumeralis, è regione facierum eius.

Oleaſt. Dabis ſuper ıncluſoria, & dabis ſuper latera ephod, ad præciſionem faciei eius.

Cajet. Et duo extrema duorum funium dabis ſuper duas palas, & dabis ſuper humeros ſuperhumeralis contta facies eorum, *Vatab.* à fronte ipſius.

CONCORDIA.

DE his dictionibus Hebtaicis גבלת שרשת זהב עבת מעשה zahab habot mahaze, gablut ſarſot, quas Vulg. reddidit catenas ſibi inuicem cohærentes, & variè redditæ ſunt ab alıis, ſatis inquam diximus in concordia verſ. 13. & 14. dictio קצות keſoth, extremitates, ſummitates, latera verti poteſt, alias duas dictiones שתי עבתת ſitta habothot duas funes vertunt aliqui, alij duas fimbrias &c. quæ non immutant ſenſum Vulg. licet io vltimo verſu verba ioterptetia ſint diuerſa ab Heb. tamen optimè aſſecutus eſt ſenſum, quæſo omnes aliæ expendantur verſiones, facile reperietur qood hia omoibus oostra clatior eſt & dilucidior.

EXPOSITIO

EXPOSITIO.

F*Acies in rationali duas catenas ſibi inuicem cohærentes*, non quaſi ipſa catena alteri cohæreat, ſed facturam catenæ denotat, in qua circuli cum circulis cohærent, vel fila cum filis contorquentur, quod iuxta Heb. opus plectile dicitur, *& duos annulos aureos*, qui ponentur in duobus angulis ſuperioribus rationalis, *catenaſque aureas iunges annulis, qui ſunt in marginibus eius*, hæ enim catenulæ innectebantur annulis illis per fiſtulas aureas, & extendebantur vſque ad pontificis ſcapulas, ſuper quas immittebantur ac inſerebantur duobus vncinis aureis firmiter infixis ſuperhumerali, vt ſic hæc duo indumenta ſibi fortius cohærerent.

Ideo ſubditur, *& ipſarum catenarum extrema duobus copulabis vncinis*, qui adhærebant palis duorum lapidum onychinorum, illa ergo catenarum extrema copulanda erant illis duobus B annulis, qui erant ſuper humeros verſus anteriorem partem ephod, vt ſcilicet rationale & ſuperhumerale mutuo necterentur fortius, quam per hyacinthinas vittas: margines rationalis vocat, quos verſu præcedente vocauerat A ſummitates ipſius, hoc eſt extremitates ſuperiores: quæ ſupradicta ſic declarat Ioſeph, lib. 3. antiq. c. 8. cum illi annuli ſint per ſe infirmi, nec poſſint pondus gemmarum ſuſtinere, alios duos maiores in extremitate rationalis, quæ reſpicit ad collum, venientes per fiſtulas quaſdam ad extremitates humerorum, quarum catenarum ſummitas aſcendens reducitur poſt tergum, & circulo qui eſt à tergo in epomidis fimbria connectitur, id quod præcipue ſuſtinet ephodem, ne quo pacto diffluere poſſit: quæ omnia non ſunt in ſacro textu expreſſa, ſed tantum meminit, quo modo in vncinis qui in anteriori parte ephodis erant ſuper humeros catenæ insererentur, quod autem addit Ioſephus veriſimile videtur, ne ſi catenæ anteriori parti ephodis inniterentur, pondere inclinaret, B ideo & annulis qui verſus tergum erant inſerebantur etiam catenæ, quo fortius abſque ephodis vitio rationalis & lapidum pondus ſubſiſteret, & à ſuo loco ſcilicet lacunula non demitterentur. Ioſeph.

CONCEPTVS.

Amor abſque formidine ſeruili, & pax omnis perturbationis expers, ra●nem ſubſiſtere faciunt.

90. *Facies in rationali duas catenas ſibi inuicem cohærentes*, vtiis, ne diffluerer rationale, connecteretur, cum enim grauaretur gemmarum duodecim pondere, neceſſe fuit vt ſuſtineretur: ſed cur catena hac duplici auri puriſſimi, non autem aliquibus ligaturis variis coloribus intextis, ſuſtineri debet? nonne aoro puriſſimo charitas, imo & pax nulla perturbatione permixta, deſignari poteſt? merito ergo rationale his duabus catenis ex auro ſuſtentatur, quia ſine amore, ab omni timore ſeruili vacuo, & pace omnis perturbationis experte, rationis vſus recte ſubſiſtere non poteſt, à quo non alienus eſt Contemplator c. 54. *In priori annulo catena,* …uisb] *pax eſt formis & imaginibus vacua in Deo, quam nullus perturbare poterit: iſthæc duo dicta amor citra timorem aſcendens, & pax imaginum expers in vnitate ſemper etiam abſque diſſeparatione mutuo ſibi iuncta manent, atque cohærent, perinde vt ambæ catenæ crucis inſtar, perpetuo ſibi mutuo copulantur.*

Ratio corroboretur virtute vitæ & fidei firmitate.

Facies in rationali duas catenas ſibi inuicem cohærentes, quibus firmetur rationale, nonne potuit ſuperhumerale conſui? ſic enim facile pondus gemmarum ſuſtineretur, nec pectorale vacillaret: cur etiam duo requiruntur vncini? nam his amotis etiam illud pectoris indumentum, nec non vtraque catena ſitum ſortiretur effectum, ſed falleris inquit Procop. *Non ſolum enim exemplis* (proſequitur) *patriarcharum qui præceſſere, humanæ vitæ ratio informatur, ſed etiam quibuſdam vncinis corroboratam eſſe decet, ſcilicet virtute vitæ & fidei firmitate.* Procopius.

C *Fraterno amore omne coniungitur bonum.*

Facies in rationali duas catenas ſibi inuicem cohærentes, quibus pectorale & ſuperhumerale adinuicem connecterentur, & tanquam vinculo conſtringerentur: quodnam ita nobile vinculum, vt duo inſignia pontificis indumenta ſimul coniungere poſſit? cur non aſſeremus eſſe fraternum amorem, quo omne bonum connectitur? teſtis eſt presbyter Rhemenſ. in ſuo de aurora lib. ſuper Exod.

Cum rationali iungens ſuperhumerale catena.
Eſt fraternus amor qui ligat omne bonum.

D *Fraternus amor in duobus maxime neceſſariis conſiſtit.*

Facies in rationali duas catenas ſibi inuicem cohærentes, quas diximus vinculum eſſe fraternæ dilectionis, quo omne bonum connectitur. ſed ſi vinculum eſt pectoralis & ſuperhumeralis, ſatis exprimeretur vnicâ catenulâ. cur ergo conſtat duabus? quia fraternus amor non in vnico, ſed in duobus maximè neceſſariis conſiſtit, nempe in illo quod Chriſtus profert Matt. 7. omnia quæcumqoe vultis vt faciant vobis homines & vos facite illis, & in alio à S. Tobia c. 4. prolato, quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias, quæ duo expendens S. Greg. lib. 10. Moral. cap. 56. ita ſcribit. *Proximi dilectio ad duo præcepta* 92.

Matt. 7.
Tob. 4.

derinatur, tum & per quemdam iuſtum dicitur, quod ab alio oderis tibi fieri, vide ne tu alteri facias, & per ſemetipſum veritas dicit, quæ vultis vt faciãt vobis homines & vos facite illis, quibus duobus ſtilicet vtriuſque mandati præceptis per vnum malitiæ compeſcitur, per aliud benignitas prarogatur, vt malum quod pati non vult quiſque non faciens, ceßet à nocendi opere, & rurſum bonum, quod ſibi fieri appetit impendens erga vtilitatem proximi ſe exerceat ex benignitate. Quoniam vero non exigua difficultas eſt in rectè exequendo vtroque mandato, propterea quod ſicut ſeipſum diligere non licet niſi in rebus licitis & ſalutaribus, ita nec proximum, ſubiungit præſat. ſummus Pontifex. *Sed hæc nimirum duo dum ſollicita intentione cogitantur, cor ad innumera virtutum miniſteria tenditur, ne vel ad inferenda, quæ non debet deſideriis inquieta mens ferueat, vel erga exhibenda quæ debet, otio reſo- B luta torpeſcat: nam cum cauet alteri facere, quod nequaquam vult ab altero ipſe tolerare, ſolicita ſe intentione circumſpicit, ne ſuperbia eleuet, & vſque ad deſpectum proximi animum deiiciens exaltet, ne ambitio cogitationem dilaniet: cumque hanc ad appetenda aliena dilatat, anguſtet, ne cor luxuria polluat & ſubiectum deſideriis per illicita corrumpat, ne ira exaſperet, & vſque ad proferendam contumeliam inflammet, ne inuidia mordeat, & alienis fœlicitatibus æmula ſua ſe face conſumat: rurſu: cum cogitat, vt ea alteri faciat, quæ ipſe ſibi ab altero fieri expectat, penſat nimirum vt malis bona & bonis meliora reſpondeat, & erga procaces manſuetudinem longanimitatis exhibeat, vt malitia peſte languentibus gratiam benignitatis impendat, vt diſcordes pace vniat, & concordes ad concupiſcentiam veræ pacis accingat, vt indigentibus neceſſaria tribuat, vt errantibus vitam rectitudinis oſtendat, &c.*

VARIET. LECT. à Verſ. 26. ad 28.

VVlg. Facies & duos annulos aureos, quos pones in ſummitatibus rationalis in oris, quæ è regione ſunt ſuperhumeralis, & poſteriora eius aſpiciunt.

Cald. Et pones eos in duobus lateribus rationalis, quæ ſunt in ora eius, quæ eſt è regione ſuperhumeralis intrinſecus.

Onk. Facias quoque duos circulos aureos, vt ponas eos in duobus lateribus pectoralis in ora eius, quæ eſt in parte ephod interna. C

Pag. Et pones eos in duabus extremitatibus pectoralis in ora eius, in latere ſuperhumeralis intrinſecus

Mont. Super labio eius, quod ad latus ſuperhumeralis in domum.

Oleaſt. Pones illos ſuper duas extremitates pectoralis, ſuper labia ipſius quæ ſunt ad tranſitum, aut è regione ephod intrinſece.

Caiet. Dabis eos ſuper duo extrema pectoralis ſuper oram eius, quæ ad latus ſuperhumeralis intrinſecus.

Vulg. Nec non & alios duos annulos aureos, qui ponendi ſunt in vtroque latere ſuperhumeralis deorſum, quod reſpicit contra faciem iuncturæ inferioris, vt aptari poſſit cum ſuperhumerali.

Secundum editionem Regiam. Et facies duos annulos aureos, & impones ſuper duas D alas ſuperhumeralis, in ſummitatem à ſummitate poſteriori ſuperhumeralis intrinſecus.

Cald. Et pones eos in duobus humeralis ſuperhumeralis inferius contra faciem ſuam, è regione iuncturæ eius, ſuper baltheum ſuperhumeralis.

Onk. Faciaſque duos circulos aureos, vt ponas eos in duobus lateribus ephod inferne, in parte inferiore, è regione loci iuncturæ, ſupra cingulum ephod.

Pag. E regione faciei eius contra coniunctionem eius, ſupra baltheum ſuperhumeralis.

Arias. Dabis eos ſuper duabus ſcapulis ſuperhumeralis, ab infra è regione facierum eius.

Oleaſt. Dabis eos ſuper duos humeros ephod &c. ad ingenioſum ephod.

Alij. Super ingenioſam contexturam ſuperhumeralis.

Vulg. Et ſtringatur rationale annulis ſuis, cum annulis ſuperhumeralia vitta hyacinthina, vt maneat iunctura fabrefacta, & à ſe inuicem rationale & ſuperhumerale nequeant ſeparari.

Sept. Et facies duos annulos aureos, & impones ſuper vtroſque humeros ſuperhumeralis, ab infra eius ſecundum faciem ſecundum copulationem deſuper contexturæ ſuperhumeralis.

Cald. Et coniungent rationale ex annulis ſuis ad annulos ſuperhumeralis, vt ſit ſuper baltheum ſuperhumeralis, & non auferatur rationale à ſuperhumerali.

Onk. Et coniungant pectorale à circulis ſuis, à circulis ephod vitta hyacinthina, vt ſit ſuper cingulum ipſius ephod.

Mont. Et leuabunt pectorale &c. filo hyacinthi, ad exiſtendum ſuper artificium ſuperhumeralis.

Oleaſt. Vt ſit ſupra excogitatum ephod.

CONCORDIA.

DIctionem ממעל לחשב mimahal lecheſeb varie reddiderunt auctores, nempe vel ſuper baltheum, ſuper artificium, ſuper ingenioſam contexturam, quia ſumma arte, & ingenio aliquid factum denotat dictio חשב perum eſt quod in Hebr. legitur ויחשב veircheſu

& ſtringent, quod alij vertnnt & coninngent, A verum eſt aliquos velle quod verbnm רכס rachas quod interpres, ſtringatur, reddidit, ſignificet eleuare, vel ſurſum trahere. vnde Mont. legit, & leuabunt, Sept. tamen noſtræ conſonanc editioni, ϗ σφίγξεις, id eſt & conſtringes: dictionem etiam פתיל phetil quam interpres & Cald. *vitta* reddiderũt, Arias, fila vertit: vt maneat iunctura fabrefacta, idem eſt nomen חשב cheſeb, de quo ſupra, chaſab enim cogitare, ſupputare, excogitare, ratiocinari &c. interpretator. vnde participium חושב ſumitur pro excogitatore, induſtrio ın re qualibet, vulgo ingenioſo, qui ſubtiliter aliquid in artibus cogitat. nomen autem quinque punctorum חשב artificium, opus phrygionicum, aut acupictorium, opus ingenioſum & induſtrium vocant, alij cingulum, vel baltheum, quia baltheus ſingulati arte & opere conficiebatur.

EXPOSITIO.

F*Acies & duos annulos aureos, quos pones in ſummitatibus*, ſcilicet inferioribus, non enim pones eos foris, ſeu in parte exteriori, & facie rationalis, *ſed in oris*, quæ è regione ſunt ſuperhumeralia, B nempe in oris quæ ſunt in dorſo pectoris: vnde ſubditur, *& poſteriora eius reſpicient*, enm enim non verſus infimam partem, ſed à latere rationalis eſſent, reſpiciebant poſteriorem ſuperhumeralis partem, cui coniungi deberent, *nec non & alias duos annulos aureos, &c.* hi duo annuli deorſum in ipſo dorſo ſuperhumeralis ponendi fuerunt, vtrumque dextrorſum & ſiniſtrorſum, vt vittæ hyacinthinæ, quæ affixæ erant duobus inferioribus annulis rationalis, ſub axillis adductæ, his annulis inſererentur, & ſic firmaretur in ſuo loco rationale, *quod reſpicit contra faciem iuncturæ eius, &c.* & eſt ſenſus, vt in poſteriori parte ſuperhumeralis, inferius tamen ſupra balteum, eum cingendum ſit, duo ſint annuli, correſpondentes duobus alijs annulis poſitis in inferiori C parte rationalis, in vtroque latere eius, per quos rationale & ephod conſtringi poſſint in vtroque latere pontificis, ſicut ſtatim ſubditur.

Stringatur rationale annulis ſuis, eum annulis ſuperhumeralis, ad hoc enim eleuari deberent, vt firmiter ſtringerentur adinuicem, ne quid deffluerer, *vitta hyacinthina*, funiculis factis ex hyacintho, qui mittebantur per omnes annulos vtriuſque ornamenti, quantum ad quatuor annulos vtriuſque, *vt maneat iunctura fabrefacta*, id eſt vt rationale cum ſuperhumerali ita adaptetur, vt iunctura non appareat, ſed videatur vnum corpus vtriuſque. ſed vt hæc omnia quæ ſatis obſcura videntur facilius percipiantur, proferam explicationem S. Hieron. qui epiſt. 127. ſic ad Fabiam ſcribit, per quatuor rationalis angulos quatuor annuli erant aurei, habentes contra ſe in ſuperhumerali alios quatuor, vt cum oppoſitum foret logion in loco, quem in ephod diximus derelictum, annulus veniret contra annulum, mutuo ſibi vittis copularentur hyacinthinis; porro ne magnitudo & lapidum pondus, contexta ſtamina rumperet, auro ligati erant atque concluſi: ſed non ſufficit, hoc ad firmitatem, niſi & catenæ ex auro fierent, quæ ob pulchritudinem ex fiſtulis aureis necterentur, & deorſum alios duos, nam poſt tergum in ſuperhumerali contra pectus & ſtomachum, ex vtroque latere erant annuli aurei, qui catenis cum rationali inferioribus annulis iungebantur, atque ita fiebat, vt abſtringerentur & rationale ſuperhumerali, & ſuperhumerale rationali, vt vna textura contra videntibus putaretur: cæterum quod Hieronym. de fiſtulis, & de catenis aureis per inferiores circulos dicit, in ſacro textu non exprimitur.

CONCEPTVS.

Prædicatio ex ſacro textu & ex eloquentia contexta, maxime vtilis.

D *Stringatur rationale annulis ſuis, cum annulis ſuperhumeralis vitta hyacinthina*, vt à ſe inuicem rationale & ſuperhumerale nequeant ſeparari, prædicatio myſticè appellatur vitta ſeu catena. nam vt hæc ſuis filis æquabiliter ducitur, aut ſuis annulis ſeriatim conſeritur, nunquam ſoluta, nunquam diſſipata, ita & illa perpetuo nexu rerum catenatur, ſemper ſibi congruens, cohærens. verum cur illa vitta hyacinthina debet eſſe? nonne quælibet ſufficeret? aliqui explicant hyacinthinam, hoc eſt flores referentem: merito igitur comparatur prædicatio vittæ, non cuilibet ſed hyacinthinæ. quia in concione non debent decentes verborum flores, quales referunt cærulei hyacinthi, deſiderari: prædicatio igitur & ex rebus ſacræ ſcripturæ, & ex verbis humanæ eloquentiæ affabrè contexta, rationale cum ſuperhumerali connectit, hoc eſt intellectum & voluntatem audientium tenet ligatque, quia dum intellectui veritatem perſuadet, voluntatem ad charitatem inflammat, vnde eſt illud cœleſtis ſponſi ad ſponſam animarum curatricem, ſicut vitta coccinea labia tua Cant. 4. quaſi diceret prædicatio tua vittam refert coccineam, refert vittam quidem propter vinculum perſuaſionis, coccineam vero propter ardorem charitatis. iuſtè S. Ambr. Octon. 18. in Pſalm. 118. verſ. 4. *Per reſticulam* (ſic enim legit non vittam) *vinculum perſuaſionis intelligimus, verum ſi à prædicatione alterum abeſſe deberet, nempe verborum decor, aut verborum Dei nempe ſacer contextus, ſine dubio primum faceſſere neceſſe eſt.* Egregie namque S. Auguſt. lib. 4. de Doctr. Chriſt. cap. 21. *Bonorum ingeniorum inſignis eſt indoles, in verbis verum amare non verba. quid enim prodeſt clauis aurea,*

Cant. 4

S. Amb.

S. Auguſt.

VARIET. LECT. à Verſ. 18. ad 20.

Vlg. In ſecundo carbunculus, & ſaphirus, & iaſpis.

Bib. ant. Ordu vero ſecundus ſmaragdus.

Targ. Hieroſol. Vnio ſiue margarita, aut cryſtallus.

Mont. Carbunculus, Saphirus, & Adamas. *Ita Oleaſt. & Tygur.*

Vulg. In ſecundo ligurius, Achates, & amethyſtus.

Mont. Et ordo tertius lyncurius.

Vulg. In quarto chryſulitus, onychinus, & beryllus, incluſi auro erunt per ordines ſuos.

Sept. Et ordo quartus, chryſolitus, & beryllius, & onychinus, circumtecta auro colligata in auro ſint ſecundum ordinem eorum.

Cald. Incluſi erunt auro in cælaturis ſuis.

Pag. Et ordo quartus tharſis, &c. conſtricti auro in plenitudinibus ſuis.

Mont. Et chryſolitus, onix, & iaſpis.

CONCORDIA.

IDeo aliqui hic vertunt pro carbunculo ſmaragdum, quod ſonum & vocem æmulari videatur Caldaicè, ſic enim ſcribitur אזמרגדין azmeragdin, potius tamen exiſtimo inuertiſſe ordinem in his nominibus, nam ſuperius loco ſmaragdi poſuerunt carbunculum, & nunc loco carbunculi legunt ſmaragdum. Verum eſt Targum Hieroſol. habere ברכזא, quod quidem exponunt vnionem, ſiue margaritam, ſiue cryſtallum. Mont. & aliqui alij pro iaſpide legunt adamantem, venit enim vox Hebræa יהלם iahalom, à radice הלם halam, quod confringere, & conterere ſignificat, vnde Abeneſra ſic loquitur, magnus ſapiens Hiſpanus dicit iahalom eſſe lapidem, aut aliàs alinas vocatur, qui frangit omnes lapides, atque bdellium etiam perforat, deductum nomen à verbo halam quod percutere, & contundere ſignificat, eſtque iod à principio litera adiectitia. Hæc Abeneſra, ſed Oleaſt. non aſſertiue, ſed ſub dubio vertit, ait enim forte voce Hebræa ſignificatur adamas. Sed præſtat Vulgatum, Sept. & alios, nempe Symmach. Aquil. & Theodutionem ſequi, & cum his iaſpidem hic nomine יהלם iahalom intelligere: tum quod adamantem Hebræi שמיר ſcamir vocent, & ex Ieremia cap. 17. verſ. 1. & Zacharia c. 7. verſ. 12. paret: tum quod B. Ioann. vbi in Apocal. 21. exprimens id quod Iſaias dixerat c. 54. de muris Eccleſiæ, Ecce ego ſternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in ſaphiris, & ponam יהלים iahalom, iaſpidem, propugnacula tua, & ſtructura muri eius ex lapide iaſpide: neque eſt vt quis obijciat, abſurdum eſſe ſi ab his duodecim gemmis adamantem excludamus, excludi autem niſi per vocem iahalam intelligatur. Reſponderi poteſt adamantem quidem fuiſſe etiam olim gemmam celeberrimam, non fuiſſe tamẽ rationali adhibitam, eo quod inter Iudæos in deſerto, nullus eam haberet, diu enim non niſi Regibus, & ijs admodum paucis, cognitus fuit adamas: qui legunt *tarſis*, loco chryſoliti, ideo eſt quia chryſolitus, quandam marini coloris ſimilitudinem reddit, nam tarſis frequenter in ſcriptura, vel pro mari, vel pro locis tranſmarinis ſumitur.

Apoc. 21.

Sed vt quid in hac re tenendum ſciamus, animaduertere oportet apud Rabbinos poſteriores, ita omnia incerta eſſe de gemmis, vt ſi hos ſequi velimus, maior longe de nominibus quam de rebus futura ſit diſputatio: vnde & inter Chriſtianos ſcriptores, illi qui horum auctoritatem ſequi ſolent de tota hac re deſperant: de nominibus lapidum ait Cajet. ne ſis ſollicitus, quia periſſe aiunt apud Hebræos horum notitiam, quibus ſimile ſcripſit Oleaſt. Pag. & alij: manifeſtum exemplum diſſenſionis habes in duobus paraphraſtis, Cald. Onk. ſcilicet qui Pentateuchum, & eo qui Cantica Canticorum tranſtulit, nam cum vterque gemmas rationalis deſcribat, tantum tamen à ſe mutuo vocibus, earumque varia tranſpoſitione differunt, ita vt omnino diuerſas res tractare videantur: habet enim Onk. ſmiran alius ahmat; Onk. iarkam, alius ghagig: Onk. barkan, alias ghaperan, quod ſi tanta inter ipſos Paraphraſtes diſſenſio, quid mirum etiam inter poſteriores Rabinos, maiorem reperiri? & ita horum omnium auctoritate repoſita, neque fideliores habemus, neque antiquiores quos ſequamur ſcriptores, quam Septuag. eoſque ſecutum Vulg. tranſlationis auctorem, qui in duodecim his gemmis omnino quoad nomina, & ordines inter ſe conueniũt, exceptis ſolum duabus gemmis, in quibus non nomina, ſed ordo eſt diuerſus: apud Septuag. enim beryllus eſt penultimus, onix vltimus. At in Vulg. interprete è contra, ſed quod hæc non tam ſit interpretum differentia, quam deſcriptorum iniuria, ex eo facile patet, quia Hieronym. qui alioquin hoc ipſo capite notarat, Septuag. in lapidibus ſuperhumeralis poſuiſſe ſmaragdos, vbi ipſe poſuerat onyches, de hac diuerſitate vbique tacet, neque Septuag. vſquam שהם ſcham pro beryllo, ſed pro onyche, vel ſardonyche acceperunt. Itaque cum Hieronym. in tractatu de gemmis tantum authoritati Sept. detulerit, vt ne ab eis recederet maluerit primo loco retinere ligurium, quem tamen ſcribit ſibi eſſe ignotum, quam aliud nomen ſubſtituere, non eſt probabile eum hac in re ab auctoritate Septuaginta receſſurum fuiſſe, & quidem ſine vlla huius rei notatione.

EXPOSITIO.

IN[illegible]ndo carbunculus, ab igniti carbonis colore ita vocatus, inter ardentes igneaſque gemmas ſupremam ſibi vendicat maieſtatem, ſingulis, quibus gemmæ omnes aliæ præditæ ſunt virtutibus, commendatur inſignitus, vt vel hinc omnium nobiliſſimus ſit habitus; ſolus ſiquidem eiaculato igne & fulgore rutilo ſolem imitari, vel hinc ſchemmate palam conſpicitur. genera ſunt duodecim, ſed præſtantiores ſunt, qui fulgent & emittunt radios ſicut ignis, inter has duodecim ſpecies præcellit antracytos qui ignei eſt coloris, ſed candida vena præcinctus, cuius eſt proprium, quod proiectus in ignem, velut inter mortuos carbones extinguitur, ſed aqua perfuſus exardeſcit: alia ſpecies eſt carbunculi, nomine ſcaudaſitus, à loco Indiæ, vbi inuenitur ſic dictus, in cuius ſpecie velut intra lucidos ignes apparent quædam guttæ quaſi aureæ, & hæc gemma reſpectu aliarum pretij incomparabilis eſt.

Saphirus, Hebræis ספיר ſaphir, id eſt numeratus, quod ad aurearum ſtellularum multitudinem ei interlucentem referri poteſt, in hoc aurearum guttularum numero fundatum peculiariter, quod à Theodoreto dicitur, ſolum obtinere ſpeciem & ſimilitudinem cœli, nam cæteræ gemmæ varium colorem quidem habent, ſtellas tamen ſimul cum colore cæli non æque repræſentant: ineſt ſaphiris aliquando aureus puluis, non tamen qualis in ſaphiris, qui apud Medos repeiiuntur, qui ſupremam ſibi maieſtatem vendicarunt, qui ſereniſſimum vernumque cœli colorem efferentes, cærulei conſpiciuntur, & ſeu transfuſas nubeculas immixta etiamnum leui quadam purpura repræſentant, vt videlicet ſulphuris primum accenſi colorem referunt, aureis inſuper punctis colluceant, ſcintillétque, ita tamen vt viſus aciem materiei craſſitie retundant, vt & admotarum rerum imaginem ſpeculi inſtar minimè reddant, ſunt itaque hîc optimi ſaphiri: multi tamen alij viſuntur, qui quo magis ab his vel ſubſtantia, vel colore deſciuerint, eo viliores cenſebuntur, inter quos tanquam ſubcandicantes, quaſdam nubeculas oſtentant, præferuntur, vt ab optimis primum ſibi locum occupauerint: plurimi ſunt Saphirorum effectus, vt venereos compeſcere affectus, triſtitiam pellere, cordis oculorumque vires reficere, &c. ſed in his non immoramur.

Iaſpis, ea quæ apud Indos nata, quæque virens ſmaragdo ſimilis, ſupremam obtinuit maieſtatem, cunctarum vero præſtantiſſima eſt, quæ purpuræ quidpiam complectitur; ſed celeberrima erit ſi ex viridi, quiddam purpureum complexa, alba præcingatur linea: quod ad vires attinet, pro ſingulari aduerſus perniciosiſſima quæque venena amuleto deferri prædicat, hydropem & febres arcet, oculorum aciem ſuo virore reficit. Vſurpatur vero Iaſpis dupliciter, primo latiſſime, pro omni variegato marmore, ſed hæc acceptio maxime impropria eſt, vſurpata tamen eis qui pretioſiſſimas fabricas deſcribunt, & integras Iaſpidis columnas commemorant. Secundo propriè pro gemma

A de qua paulo ante, quæ in tanto pretio habetur, vt inter ſuas duodecim gemmas S. Ioann. primo loco tanquam digniorem cæteris poſuerit & Ezech. tertio loco.

Ligurius, quem alij lingurium vocant, ignoratur quænam ſit gemma, S. Hieron. epiſt. ad Fabiolam ita de ea ſcribit, ſatis miror cur hyacinthus pretioſiſſimus lapis in horum numero non ſumatur, niſi forte ipſi eſt alio nomine lyncurius: ſcrutans eos qui de lapidum ſcripſere naturis atque gemmarum, lyncurium inuenire non potui: tamen cum ſub dubio loquatur Hieronym. videtur quod hyacinthus non ſit idem cum lyncurio, quia cum hæc gemma, ex eo ligurius dicatur, quod in Liguria naſci vel effodi ſoleat, nemo tamen hyacinthos ligurios agnouit, eoſque ibi naſci vel effodi. Noſter *S. Hieron.*

B Bartholom. Anglic. lib. 16. de lapidibus pretioſis ait, ligurius eſt in colore electro ſimilis, imo & eædem quæ ſuccino vel electro adſcribuntur, vnde verius loquemur, ſi dixerimus ligurium eſſe ſuccini ſpeciem, quod inter gemmas pretioſas etiam collocatur, Ligurius autem magis æſtimatur, ſi fuluus & tranſlucens, conſimili vndequaque ſubſtantia & concremento. *N. Barthol. Anglic.*

Achates, gemma eſt nigra, albis venis conſtans, tali autem nomine dicitur à flumine ejuſdem nominis in Sicilia exiſtentis, iuxta quod primitus inuenta, olim in magna auctoritate fuit, nunc autem fere in nulla, nam ei tempus pretium ademit, non quod viribus minus polleat, ſed quod copioſior ſit. qua enim occaſione ſolet in rebus humanis elationem faſtum-

C que raritas adferre, eadem etiam multitudo & crebrior familiaritas contemptum parere conſueuit: probatiſſima tamen eſt Achates, quæ perſpicua, quæque Leoninæ pelli ſimilis eſt, vel etiam nigra albis interſecta lineis: venenis peſtiferis aranearum, atque ſcorpionum ictibus aduerſatur, viſum fouet, cor recreat &c.

Ametyſtus, eſt colore purpureo & violaceo permixtus, quaſi roſa nitens, & leuiter fundens & emittens quaſdam flammas. alterum genus deſcendit ad iacynthum, non ex toto, ignis, ſed vini colorem habens, tamen Ametyſtus purpureus nobilior eſt, & alius vilior: omnes ametyſti non ſolum Indici, ſed Armenici, imo & Ægyptij omnium infimi quales ſunt qui in Tharſo aut

D Cypro, violas vtcumque referunt, hîc enim lapis præcipuus eſt inter violaceas gemmas.

Chryſolitus, partim aurei, & partim marini eſt coloris, vnde Hebraicè vocatur tarſis: optimus eſt qui aurum albicare quadam argenti facie cogit: vilior qui vario colore ac turbulento conſpectu eſt, partibus reſpirationis, adeoque aſthmaticis chryſolitum conferre traditur, de onychino iam ſuperius à nobis dictum,

Sequitur vltimus lapis rationalis nempe Beryllus, qui lapis eſt Indicus in viriditate ſimilis ſmaragdo, ſed cum pallore, politur ab India in ſexangulas formas, vt coloris hebetudo repercuſſione angulorum excitetur, aliter autem politus caret fulgore: oculis humentibus eructationibus &c. prodeſt.

Incluſi auro, ſicut annuli ſolent in- A ordinibus in rationali conſtituentur.
cludi auro, *per ordines ſuos*, id eſt prædictis

CONCEPTVS.

Multimodis virtutum generibus præditus ſit prælatus.

78. *In ſecundo carbunculus, ſaphirus, iaſpis, &c.* qui omnes pectus pontificis ornare deberent, ſed cur non omnes ſaphiri? cur non omnes carbunculi? cum enim ſint inter gēmas inſignes & nobiles, potuerunt loco aliarum ſubſtitui. ſcio quid reſpondeat Vener. Beda, nempe in vario lapidum decore, non ſolum multifariam ſacerdotales actus & cogitatus, verum etiam ſpiritalium charifmata virtutū, ac miracula ſanitatum accipi: ſed cur non addemus, voluiſſe Deum non duodenarium carbunculorum numerum, ſed aliarum in ſpecie, colore, virtute, & decore diſtinctarum gemmarum, in rationali poſitum eſſe, vt indicaret prælatum, non vnica B tantum virtute quamuis nobiliſſima, ſed pluribus, ſed omnigena præditum eſſe debere; in primis enim quinque gemmis intelligo quinque virtutes, quæ ad ſanctam vitam requiruntur, ſimul cum principiis earum & complementis: in reliquis ſeptem intelligo alias virtutes, quæ ſeptem capitalibus vitiis opponuntur. ſardius enim, qui ſimul carnis rubræ habet colorem, & candorem humani vnguis, duo ſignificat: nempe primo cognitionem ſui ipſius, qua non ſolum homo videt, quod ſit caro & ſanguis ſed quod hoc regnum Dei non poſſidebunt. Secundo cognitionem Incarnati Chriſti Dñi qui vt carnem & ſanguinem ſaluaret, pro nobis carnē & ſanguinem ſuſcipere dignatus eſt; eoſque qui credunt in ipſum, noua carne, ſed ſplendenti & fulgida donabit, quæ inſtar C gemmæ aliquando rutilabit in cœlis. Et quia ad gloriam hanc non peruenimus, niſi per adiutorium gratiæ Chriſti quem credimus. quæ ſperantibus & petentibus datur. Secundo loco ponitur topazius, tanquam typus ſpei. Tertio ſmaragdus, tanquam typus conuerſationis cœleſtis: ſpes enim noſtra non ita nititur Chriſti adiutorio, vt nos relinquat otioſos, ſed prout ad Titum 2 Apoſtolus monet, apparuit humanitas, & benignitas Saluatoris noſtri Dei, omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & ſæcularia deſideria, (plein vtique deſideriis cœleſtibus) atque ita expectemus beatam illam ſpem, & aduentum gloriæ: atque hic eſt primus ordo gemmarum. In ſecundo ordine proxime ſequitur carbunculus, optimus typus charitatis &c. ſaphirus optimus typus ſapien- D tiæ: quibus duobus tanquam generalibus fulcris omnis vita iuſta niti debet: ne vel ſit zelus, ſed non ſecundum ſcientiam; vel ſit ſcientia, ſed non ædificet ad beatitudinem. cur autem ſaphirum ſapientiæ comparemus, præter naturales illius proprietates, etiam factum Ægyptiorum multū elucidat, qui pectori ſummi ſui ſacerdotis, ſaphirum appendentes ſuſcripſerunt ΑΛΗΘΕΙΑ id eſt veritas, color quoque ſaphiri cæruleus huic ſignificationi optimè ſeruit; vt intelligant ſacerdotes ſapientiam quæ in eis requiritur, cœleſtem eſſe debere, & à cœ- A lo datā; *ſi quis*, ait S. Iacob. *indiget ſapientia, poſtulet à Deo.* Iacob. 1 Iaſpis quidem fortitudinis, Ligurius vero ſeu hyacinthus humilitatis typus eſt, ob fractum in aqueo colore violæ fulgorē. Achates qui præter omnem colorem, omnem quoque ferè ſpeciem repræſentat, typus eſt beneficentiæ quæ omnibus ſe communicat: Amethyſtus qui colore ſuo, qui etiam color vini eſt, non inebriatur, typum gerit temperantiæ, & gulam excludit, ſicuti chryſolitus auri fulgore radians, typus eſt zonæ illius aureæ, qua nos oportet renes accingi, id eſt fulgentiſſimæ & ſereniſſimæ caſtitatis, qua frenamus omnem luxuriam; & quia gulam luxuria fere ſequitur, decentiſſimus ordo eſt, vt Amethyſtum quoque Chryſolitus ſequatur; monuit enim Apoſt. B *nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria.* Onix manſuetudinem optime exprimit, & iram ex- Epheſ. 5 cludit: cum ſit quaſi languidi ſolum candoris, qualis eſt in humano vngue. Berillus denique amorem repræſentat fraterni boni, & gaudium de eo, atque opponitur inuidiæ, eſt enim aurum in aqua, id eſt gaudium & lætitia in bonorum communicatione, quia aqua tantum principium fœcundationis eſt, & tanquam maximè diffuſiua ſui, congruentiſſimè ponitur pro communicatione bonorum, aurum vero pro gaudio.

Non ita confidamus bonis operibus, vt ſine timore pœnitentiam non agamus.

C *In ſecundo carbunculus, ſaphirus, & iaſpis,* 79.
Zaphirus autem tribui Iſachar deſignatur, Phil. lib. 1. alleg. legis, ſic de eo loquitur, ſaphirus eſt lapis praſinus, ſaphiro Iſachar inſculpitur, color eius ſulphuris accenſi, vt vidimus in expoſitione, ita vt aliquid palloris habeat. quid denotat Iſachar, niſi eum qui bonis ſtudet operibus? qui in eis acquirendis laborat? teſte Iacob Geneſ. 49. dicente, Iſachar aſinus fortis, Geneſ. 49 accubans inter terminos, vidit requiem quod eſſet bona, & ſuppoſuit humerum ſuum ad portandum, quæ explicans præfat. Alexand. Philo. ait, Iſachar exercet ſe in virtute, honeſtiſque actionibus. Sed ſi ita res ſe habet, cur ei conuenit gemma coloris ſulphurei & palidi? nonne palor timorem denotat? merito ergo bonis operibus ſe exercenti in virtutum acquiſitione laboranti gemma pallida conuenit, vt com- D pertum nobis eſſet, non ita bonis operibus confidere, quin cum timore ſemper pœnitentiam agamus. annuit eſt. auctor. *Iſachar nunc laboranti conuenit color praſini lapidis, pallent enim qui ſe exercent præ labore & præ timore, ne forte ad optatum finem non perueniant.*

Reges maxima erga ſubditos ferantur charitate.

In ſecundo carbunculus, ſaphyrus, &c. quar- 80.
tus lapis in ordine carbunculus eſt, inſcriptum

babens Iudæ vocabulum, cuius ſucceſſores re-
giam obtinuare dignitatem, color autem huius
pretioſi lapidis ignei coloris eſt, is enim ſuper
alios vt ignitus carbo irradiat, vt etiam noctis
tenebras vincat. nulli dubium quin hac gem-
mâ igneâ charitas denotetur, tota enim ignea
eſt, imo maiores flammas emittit quam ignis,
Cant. 8. S. Auguſt. teſte S. Auguſt. in Pſalm. explicante illa verba
ſponſi in Cant. c. 8. fortis eſt vt mors dilectio;
ait enim, quis reſiſtit morti? reſiſtitur ignibus,
vndis, ferro &c. venit vna mors, quis ei reſiſtit?
nihil eſt illa fortius, propterea viribus eius cha-
ritas comparata &c. nonne lampades eius lam-
pades ignis atque flammarum? lampades chari-
Card. Halg. in ſ. ad cap. Cant. tatis (inquit Cardinal. Halgrinus) dicuntur
lampades ignis atque flammarum, quia corda
noſtra fragilia, quæ per lampades deſignantur,
ſic ardent per amorem, ſic illuminantur per ve-
ritatis cognitionem, quod mundanæ ſapientiæ
vel prauitatis tenebris obſcurari nó poſſint. Et
Thom. Ciſt. ibidem. Thom. Ciſterienſ. lampades ſunt ignis, quo in-
terius ardent, & flammarum quibus exterius
lucent: dic ergo merito carbunculum qui eſt
ignei coloris, inſcriptum habere nomen tribus
Iudæ, quæ regni habenas tenere debet, vt eo
compertum haberet regia illa tribus, maxima
erga ſubditos ferri charitate debere, qua Da-
uid Rex ardebat, qui poſtquam elegit peſtem
graſſari in ſuos, potiusquam aliud ſupplicium
S. Amb. eis inferri, tamen ait S. Ambroſ. in Pſal. 37. vbi
vidit occidi populum, ipſe ſe Angelo ferienti
obtulit, vt ipſe potius pro populo feriretur.
Plus eſt, quod nec ipſa perterritus ſpecie mor-
tuorum, gladio ſe obtulit. accinit huic cogita-
S. Leo. tioni magnus Leo ſerm. in die Apoſtolorum
ſic de Petro inquiens. *Nec enim mundi Domi-
nam times Romam, qui in Cäiphæ domo expaue-
ras ſacerdotis ancillã? nam quid aut iudicio Pilati,
aut ſæuitia iudiciorum minor eſt vel in Claudio po-
teſtas, vel in Nerone crudelitas? vincebat ergo ma-
teriam formidinis vis amoris, nec exiſtimabas ter-
rari cedendum, dum horum ſaluti conſulis, quos
ſuſceperas diligendos.* deinde proſequitur, *Hunc
autem intrepidæ charitatis affectum, iam tum
profecto conceperas, quando profeſſio tui amoris
in Dominum trinæ interrogationis eſt ſolidata my-
ſterio.* ſed preme peculiarem dicendi modum,
tunc profecto conceperas, quaſi eum amorem de-
nuo Petrus velut à viro fœmina concepiſſet. ſi
inquiras quis fuerit huius conceptus parens?
reſpondebit Leo, non alium quam principa-
tum, eum quo Deus hunc in eo ſimul affectum
ingenerauit.

Maieſtas regia in ſuo ſemper ſtatu & ſplendore retinenda.

In ſecundo carbunculus, ſaphirus &c. Non eſt
18. dubiũ quin carbunculus inter ardentes igneas
que gemmas ſupremam ſibi vendicet maie-
ſtatem, imo quod inter omnes præcipuum te-
neat principatum, gemmarum enim cariſſima,
vt eadem ſit illius cum reliquis comparatiõ,
quæ auri ad alia metalla, & ideo merito con-
uenit tribui Iudæ, quæ futuros Reges populo
Iſrael datura eſt, qui inter alios ſupremam ſibi
vendicant maieſtatem. Sed quid præcipuè in
carbnuculo notatu dignum, quodque reges
maxime referat? quod ſuum ſemper retinaat

A colorem, imo & per opacas tenebras lumen ef-
fundat. Sic principes ſuum ſemper ſtatum,
ſuum ſplendorem retinere debent, nec alicuius
triſtis euentus ſignis obſcurari, ſicut in lætis ſic
& in triſtibus modeſti ac ſereni, ac toti arcano
lumine cordis floridi ſibi conſtent: cum facies
Regis Baltazaris commutata eſſet, & cogita-
tiones eius conturbarent eum, compageſque
renum eius ſoluerentur, & genua ad ſe inuicem
colliderentur, à regina ita ob faciem immu-
tatam ſignate reprehenſus dicitur c. 5. Danie- Daniel. 5
lis, non te conturbent cogitationes tuæ, neque
facies tua immutetur. Sed quid ô Regina ſere-
nit mirandum, principem inter epularum deli-
tias, & conuiuantium gaudia ſecurè degen-
tem, cito tam diri & immanis ſpectri (nempe
cum horribiles apparuerunt digitorum articu-
li, qui obſcuras quaſdam notas letale quiddã
B non obſcure portendentes efformabant ſiue
quod res erat triſtiſſimæ mortis) imagine per-
culſum expalluiſſe? aut cur potius ipſum non
arguis, quod animo ita fuerit conſternatus, vt
compagibus renum eius ſolutis, genua ad ſe
inuicem colliderentur, quod maximi pauoris
& fortioris languoris argumentum eſt? reſpon-
derit tamen regina, vt alia corporis membra à
pauore & languore vacillauerint non mirum,
regium tamen vultum nulla de cauſa, nec ad
ipſam mortis imaginem ignobili pallore ac
triſtitia deformandum corrumpendumue fore,
ſed velut olympi verticem humanorum affe-
ctuum nubibus inacceſſum, in ſua ſerenitate,
conſtantia & maieſtate retinendum: ad eum
ſane modum, quo magni illius Patriarchæ
Abraham vultum tam in triſtibus quam in læ-
tis, nimirum, ſiue cum in vnici filij ceruicem
C ſtrinxit gladium, ſiue cum ab illo obtruncando
manum Dei iuſſu reuocauit, idem omnino &
immutatus extitit. id ita obſeruat S. Zeno S. Zeno.
Veron. ſer. 1. de Abraham. *A filio ad agnum
transtulit dextram, ſemper lætus & gaudens, nec
mutatus eſt vultus eius cum eſſet victima commu-
tata.*

Qui inter peccatores candorem non amittit, cæleſtis eſt.

In ſecunda carbunculus, ſaphirus & iaſpis, 32.
Saphirus cœleſtis coloris eſt, aureis punctis
collucens. cur ſecundum Philonem inſcriptum
erat ei nomen Iſachar? ſed quid commune ſa-
phyro cum ea tribu quæ variis negotiationibus
addicta, bona requirebat terrena? ſaphirus au-
D tem nonne cœleſtis? reſpondeat Franciſcus Ri- Franc. Rib.
ra lib. 5. c. 11. *Tribus Iſachar habuit varietatem
virtutum, & ſanctitatem quæ inter peccatores
candorem non amiſit, & peccatores ad iuſtitiam
vocauit Deut. 33. de Zabulon ait, lætare Zabulon,* Deut. 33.
*in exitu tuo, & Iſachar in tabernaculis tuis, popu-
los vocabunt ad montem; ibi immolabunt victi-
mas iuſtitiæ, id eſt tanta pietatis erunt, vt ad tem-
plum vocent alias, & victimas Deo gratiſſimas
immolent.*

Mitto plures conceptus qui formari poſ-
ſent ex harum proprietatibus gemmarum, ali-
qui enim vt Ioann. Ruſbroch. per plura capi-
ta accommodant duodecim fidei noſtræ arti-
culis; alij vt Daniel Mallonius c. 15. q. 3. varia
Chriſti Domini myſteriis; alij vt Apocalypſis

interpetes, duodecim Apoſtolis, verum quia A loquuntur de geminis vt inſcripta duodecim tribuum nomina habentibus, ideo ab eis ſuperſedeo, nam haberi ſi qui poſſunt concep- tus de duodecim Patriarchis, inuenientur in tertio commentariorum noſtrorum in Geneſim volumine, præcipue ad quadrageſimum nonum illius caput, conſulat lector, plures in eo reperiet.

VARIET. LECT. Verſ. 21.

VVlg. Habebuntque nomina filiorum Iſrael, duodecim nominibus cælabuntur ſinguli lapides nominibus ſingulorum per duo- B decim tribus.

Sept. Et lapides ſint ex nominibus filiorum Iſrael, duodecim ſecundum nomina eorum, ſculpturæ ſigillorum vnuſquiſque, iuxta nomen ſint in duodecim tribus.

Cald. Sculpti ſcriptura diſtincta, ſicut ſculptura annuli.

Mont. Et lapides erunt ſuper nominibus filiorum Iſrael; duodecim ſuper nomina ipſorum apertionibus ſigilli, vir ſuper nomine ſuo, erunt duodecim tribubus.

Pag. Secundum nomina ipſorum ſculpturis ſigilli ſinguli cum nomine ſuo.

Alij. Exſculptæ (nempe gemmæ) vt ſigna cælari ſolent ſingulæ nominibus ſuis.

CONCORDIA.

DE harum concordia verſionum conſulendus eſt verſus vndecimus huius capitis, cælaturæ modum expreſſerunt aliæ editiones, ſcilicet ſculpturis ſigilli, quæ Vulgat. tantum C voluit ſubintelligi, & licet omnium idem ſit ſenſus, ſed in verbis Vulgati expreſſior & clarior.

EXPOSITIO.

HAbebuntque nomina filiorum Iſrael, ſculpta in lapidis per modum ſigilli, *duodecim nominibus cælabuntur*, licet duodecim ſint nomina, ſinguli tamen lapides ſingulis filiorum Iacob nominibus cælabuntur, non ſicut in ſuperhumeralis onychinis, in quorum vnoquoque ſena eorum nomina ſculpta erant, ſed hîc in vnoquoque lapide, inſculptum erat nomen vnius tribus.

CONCEPTVS.

Optimus prælatus ſcripta habeat nomina miſerorum vt eis ſubueniat.

84. *Habebuntque nomina filiorum Iſrael, duodecim nominibus cælabuntur ſinguli lapides.* Solum duodecim nomina Patriarcharum populi D Iſrael inſculpta erant prædictis lapidibus pretioſis, quæ in rationali deferre tenebatur in eorum recordationem, vt pro eis ſacrificaturus deprecaretur: rectè equidem, rectius ſi prælati ſuorum eximiam habentes curam, præcipuè miſerorum & languentium nomina apud ſe deſcripta haberet, vt eis in ſuis neceſſitatibus

S. Otto. ſubueniret. Fecit iſtud S. Otto Balembergenſis Epiſc. in cuius actis hæc leguntur. *Habebat autem cognitos, & nominibus propriis notatos, omnem paralyticos, languidos, canceroſos ſeu leproſos de ciuitate ſua, modum, tempus, & quantitatem languoris eorum per ſe inueſtigans, congruaque ſubſidia omnibus prouidebat & curabat.*

Nihil ita vigere debet prælatum quam Zelus ſalutis ſubditorum.

85. *Habebuntque nomina filiorum Iſrael, duodecim nominibus cælabuntur ſinguli lapides*, qui in pectorali pontificis apponentur. cur ſupra pectus? nonne alibi poſita, etiam inſpicere poterit pro eis deprecaturus? nonne quæ chariſſima habemus, pectori infigimus, & noſtrum in hoc declaramus amorem, & zelum quo ea conſeruare conamur? merito ergo cælantur lapides nominibus filiorum Iſrael, & pectorali pontificis imponuntur, quia nihil debet ita vigere prælati animum quam ſalutis ſubditorum ſuorum zelus. Obſeruauit D. Arnold. Abb. tract. vlt. de verbis Domini. *In nominibus Patriarcharum qui hærent pectori ſummi Pontificis hoc intimatur, quod qui in regimine ſunt, ſemper affici debeant pro his qui ad eorum ſollicitudinem pertinent, & quantum poſſibile eſt recordari eorum debent ex nomine, & orationis exhibere ſuffragia, neque aliud illud pectus occupare debet quam animarum zelus, quia officij illius eſt reuocare deuios, reconciliare erroneos, confirmare eos qui proficiunt in iuſtitia, & qui deficiunt cohortari ne deſperent de venia.* S. Arno lib.

Præ omnibus ſcripturis, Euangelium S. Trinitatem aperit.

9. *Habebuntque nomina filiorum Iſrael, duodecim nominibus calabuntur lapides.* Verum cur hic ita diſpoſiti? cur duodenarius numerus in quatuor ordines diuiſus, per ſingulas partes, ita vt ternarium redderet, nam alio modo distribui potuit, ſcilicet vt cuilibet ordini ſolum duo lapides pretioſi reſponderent. *Quod hic ordo ternarium reddiderit* (inquit eit. Arnold.) *non incongruè accipi poteſt, quod Euangelij quadratura præ omnibus ſcripturis inſinuat Trinitatem.* Idem habet S. Iuo Carnot. ſerm. de ſignif. veſtim. *in quo denario numero lapidum poteſt ſignificari doctrina Apoſtolica, quia & ipſi lapides per quatuor ordines ſunt diſtributi, & terni in ſingulis angulis rationalis poſiti, quod Apoſtolica doctrina benè congruit, quæ fidem Trinitatis, per quatuor Euangelia in omni mundi parte prædicauit.*

Cata.

Prælatus virtutibus quatuor cardinalibus, ſed fide S. Trinitatis conſecratis præcedat ornatus.

7. *Habebuntque nomina filiorum Iſrael, duodecim nominibus calabuntur lapides,* ita tamen diſtributi, vt quatuor ordines conſtituant, qui tres habuere lapides. verum cur hos quatuor ordines, & non quinque geſtat in pectore ſummus ſacerdos? hos autem ordines non duabus aut quatuor, ſed ſolum tribus gemmis diſtinctos? quia omne quod cogitat prælatus, prudentia circumſpectum, fortitudine firmum, iuſtitià eximium, temperantia à malis omnibus debet eſſe ſecretum. ſed iidem ordines tribus conſtant lapidibus pretioſis, ſi eadem prudentia, fortitudo, iuſtitia, & temperantia, ſanctæ Trinitatis fide fuerint conſecratæ. ab hoc ſenſu non diſcedit Albinus Flaccus S. de ſing. veſtib. *Quatuor ordines qui erant in rationali nominibus Patriarcharum erant inſcripti, quatuor exprimunt principales virtutes, prudentiam, temperantiam, fortitudinem, & iuſtitiam, ternam in vnoquoque lapide fidem ſanctæ Trinitatis demonſtrant, quæ omnia in pectore pontificis neceſſario eſſe debere huius ornamenti id eſt rationali ſpecie præmonetur.*

Si prælatus duodecim articulos fidei cum vita Apoſtolica habuerit, verum ferre iudicium & veritatem docere poterit.

8. *Habebuntque nomina filiorum Iſrael, duodecim nominibus calabuntur lapides.* In rationali ſummi ſacerdotis quadruplici ordine ita digeſtæ atque ordinatæ erant gemmæ, vt ſinguli ordines ternos complecterentur lapides, cum totidem nominibus Patriarcharum. inſuper pectorali inſcripta fuere hæc verba, doctrina & veritas: ad quid his ordinibus & nominibus præpoſitis, hæc duo ſubiiciuntur? nonne diximus aliquos, his duodecim gemmis, duodecim fidei articulos, alios, duodecim nominibus Patriarcharum duodenarium Apoſtolorum numerum intelligere? merito ergo deſcribuntur adhuc in rationali Pontificis, doctrina & veritas, quia ſi prælatus, duodecim fidei ſymbola cum vita Apoſtolica habuerit, doctrinæ iudicium ferre, & veritatem perfectè docere poterit. annuit Ioan. Rusbroch. c. 53. comm. in Taber. fœderis. *Hunc in modum duodecim fidei membra cum vita Apoſtolorum in prælatis cuiuslibet, atque etiam hominis illuminati ratione illuſtrata, per quatuor ordines collocata erunt, in ſingulis ordinibus ternis articulis conſtitutis, ſicque & verum ferre iudicium, & veritatem docere poterit: horum quidem ordinum primus docet, nos vnum credere Deum in perſonarum Trinitate, patrem omnipotentem & vnicum eius filium, eumdemque conceptum de Spiritu ſancto, natum in carne noſtra ex Maria Virgine. alter ordo inſtituit nos eumdem filium paſſum ſub Pontio Pilato, crucifixum, mortuum, & ſepultum deſcendiſſe ad inferos, tertia die reſurrexiſſe à mortuis, aſcendiſſe in cœlum & ſedere ad dexteram Dei patris omnipotentis: tertio docemur ordine, inde venturum cum iudicare viuos atque mortuos, & vt firmiter credamus in Spiritum ſanctum, & vnam ſanctam Eccleſiam Catholicam: quarto demum ordine inſtituimur credere ſanctorum communionem, remiſſionem peccatorum, carnis reſurrectionem, & vitam æternam, iſta videlicet fides cum illis coniuncta operibus, noſtram tum exornare, tum illuminare debet rationem atque etiam ſupra rationem ipſam in nudam nos perducere veritatem.* Ioannes.

Chriſtus Dominus non ſolum pro familia Iudæorum, ſed etiam gentilium ſacrificaturus, crucis altare conſcendit.

Habebuntque nomina filiorum Iſrael, duodecim nominibus calabuntur lapides. Quorum cuilibet 69.
aſſignatur nomen cuiuslibet Patriarchæ populi Iſrael. nonne iam deſcripta erant in duobus lapidibus onychinis ſuperhumeralis? cur etiam & in rationali apponuntur in duodenario lapidum numero, ita vt ea omnia non ſolum in humerali, ſed & in pectorali ferre debeat? non eſt dubium quin nominibus ſcriptis in ephod, deſignetur populus Iſrael originem trahens à duodecim Patriarchis Iacob filiis. Et populus gentilium nominibus inſculptis duodecim lapidibus pretioſis rationali, qui quidem populus ortum habet in ſpiritualibus à duodecim legis Euangelicæ Patriarchis. Ita ſentiunt Arethas, Andræas Cæſarienſ. Abbas Ioachymus, & alij qui in c. 21. Apocal. ſcripſerunt: en ergo cur non ſolum in humerali, ſed etiam in rationali, ſummus Pontifex defert nomina inſculpta lapidibus pretioſis! quia non ſolum Chriſtus Dominus pro familia Iudæorum, ſed etiam pro familia gentilium ſacrificaturus, altare crucis conſcendit. Siſto doctiſſimum noſtrum Franciſc. Georg. Venet. In lib. de harmonia mundi Cant. 2. ton. 3. c. 7. "Bene portauit ſuperhumerale cum lapidibus, in quibus ſcripta erant nomina filiorum Iſrael; quia in humeris ſuis portauit totam familiam Iſraeliticam, & purgans, & ſaluans, & quod durum videtur, inquit non veni niſi ad oues quæ perierant domus Iſrael, quod tamen intelligendum eſt de vtraque familia, figuratiua videlicet, & vera: quæ eſt Eccleſia & collectio omnis

Andr. Cæſa. Ioachi. Ab. Geor. Ven.

fidelium: & ideo dicuntur colligsta pectotale, & ſuperhumersle, catenis ſuis pet snnulos qnatuor vtrinque tranſeuntibus: vnde innuitur vtraque famiha colligata quaternario magni nominis, quo omnia ligantur, & in quo omnes ſaluantur, ſed hæc nomina ſcripta dicunrur in lapidibus onychinis, qui inſerius circa centrum ſunt terrei, in ſupetficie autem cœleſtes: in quibus innuitur, quod totam illam familiam quæ terteſtris & animalis erat, prætendit facere cœleſtem, ſuſcepit & חשן choſſen, quod logion Græci dicunt, id eſt rationale: & eſt pectorale ornamentum in quo erant duodecim lapides pretioſi, cnm duodecim nominibus filiorum Iſrael. nomina autem illa portabantur in duodecim lapidibus ſuperhumeralis cælata, & in dnodecim lapidibus pectoralis: vnde expteſſe demonſtratut noſter Pontifex maximus Chriſtus, qui altare crucis conſcendit otaturus A & ſacrificaturus pto vtraqne familia duodenaria: quarnm figutatiua erat à tergo contenta duobus lapidibus onychims, vera autem inſcripta duodecim lapidibus pretioſis, & varijs: hoc ideo, quia illa Patriarcharum familia oon erat collecta ex omni natione, quæ ſub duodecim ſignis cæleſtibus continetur, ſed ex genere vno, & ex patre vno Iahacob progenies: bipartita tsmen dicitur, quia ex esdem familia ſunt qui debebant collocari à dextris, & qui collocari debebant à ſiniſtris. Ita autem nous familia & noua ſponſa deſcendens de cœlo, collecta fuit à noſtro ſummo ſacerdote Ieſu, ex omni rribu, lingua, populo & natione, qnæ ſub cœlo eſt, diuiſa præcipuè in duodecim partes contentss ſub duodecim ſignis cœleſtibus: ideo inſcripta dicitur io duodecim lapidibus pretioſis: quia omnia qnæ in hac familia geſta B ſunt, pretioſa merito dici poſſunt.

VARIET. LECT. à Verſ. 22. ad 25.

V*Vlg*. Facies in rationali catenas ſibi cohærentes ex auro putiſſimo.

Sept. Er facies ſuper rationale fimbrias complectentes opus catenarum.

Cald. Catenulas ſibi inuicem cohærentes opere fimbriarum, ex auro mundiſſimo.

Onk. Catenulas definitæ magnitudinis opere intricato, ex auro mundo.

Pag. Catenas termini opere plectili.

Mont. Facies ſuper pectorali catenas opere termini complicationis.

Oleaſt. Opere perplexo, *Caiet*. catenas ter- C minationis opus funis.

Vulg. Et duos annulos aureos, quos pones in vtraque rationalis ſummitate.

Sept. Et duas aſpidiſcas impones ſnper vtroſque humeros, ſuperhnmeralis ad faciem.

Cald. Et facies ſuper rationale duos annnlos ex auro, & pones duos annulos in duobus lateribus rationalis.

Pag. In duabus extremitatibus pectoralis, *ſic Arias. Oleaſt. Vatab.*

Vulg. Catenaſque aureas iunges annulis, qui ſunt in marginibus eius.

Sept. Et pones ſuper rationale iudicij fimbrias.

Cald. Et pones duas fimbrias anreas in duobus annulis, in duobus lateribus rationalis.

Pag. Et pones duos funiculos aureos, in duo- D bus annulis in extremitatibus pectoralis.

Mont. Et pones duas complicationes auri.

Caiet. Dabis duos fuoes aureos, ſuper duos annulos angulorum.

Vulg. Et ipſarum catenarum extrema duobus copulabis vncinis, in vtroqne latere ſuperhumeralis, quod rationale reſpicit.

Sept. Catenata ſuper vtraque latera rationalis impones.

Cald. Et duas fimbrias, quæ ſunt in duobus lateribus eius pooes ſuper dnos vncinos, & pones in humerali & ſuperhumerali contra faciem eius.

Onk. Duaſque catenas quæ ſunt in duobus lateribus eius inſeras in duas fibulas, quas ponas in humeris ephod in parte anteriori.

Pag. Et duas extremitates duorum funiculorum pones in duobus palis, & pones in oris ſuperhumeralis.

Mont. Et duas extremitates duarum complicationum dabis ſuper duabus ocellaturis, & dabis ſuper ſcapulis ſupethumeralis, è regione facierum eius.

Oleaſt. Dabis ſuper inclnſoria, & dabis ſuper latera ephod, ad præciſionem faciei eius.

Cajet. Et dno extrema duorum funium dabis ſuper duas palas, & dabis ſoper humeros ſuperhumeralis contra facies eorum, *Vatab*. à fronte ipſius.

CONCORDIA.

DE his dictionibus Hebraicis גבלת שרשת זהב עבת מעשה zahab habot mahaze, gablut ſarſot, quas Vulg. reddidir catenas ſibi inuicem cohærentes, & vatiè redditæ ſunt ab alis, ſatis inquam diximus in concordia verſ. 13. & 14. dictio קצות keſoth, extremitates, ſummitates, latera verti poteſt, alias duas dictiones שתי עבתת ſitta habothot duos funes vertuot aliqui, alij duas fimbrias &c. quæ non immntant ſenſum Vulg. licet in vltimo verſu verba interpretis ſint diuerſa ab Heb. tamen optimè aſſecutus eſt ſenſum, quæſo omnes aliæ expendaotur verſiones, facile reperietur quod his omnibus noſtra clarior eſt & dilucidior.

EXPOSITIO.

F*Acies in rationali duas catenas ſibi inuicem coharentes*, noo quaſi ipſa catena alteri cohæreat, ſed facturam catenæ denotat, in qua circuli cum circulis cohærent, vel fila cum filis contorquentur, quod iuxta Heb. opus plectile dicitur, *& duos annulos aureos*, qui ponentur in duobus aogulis ſuperioribus rationalis, *catenaſque aureas iunges annulis, qui ſunt in marginibus eius*, hæ enim catenulæ innectebantur annulis illis per fiſtulas aureas, & extendebantur vſque ad pontificis ſcapulas, ſuper quas immittebantur ac inſerebantur duobus vncinis aureis firmiter infixis ſuperhumerali, vt ſic hæc duo indumenta ſibi fortius cohærerent.

Ideo ſubditur, *& ipſarum catenarum extrema duobus copulabis vncinis*, qui adhærebaot palis duorum lapidum onychinorum, illa ergo catenarum extrema copulanda erant illis duobus B annulis, qui erant ſuper humeros verſus anteriorem partem ephod, vt ſcilicet rationale & ſuperhumerale mutuo necterentur fortius, quam per hyacinthinas vittas: margines rationalis vocat, quos verſu præcedente vocauerat A ſummitates ipſius, hoc eſt extremitates ſuperiores: quæ ſupradicta ſic declarat Ioſeph. lib. 3. antiq. c. 8. cum illi annuli ſint per ſe infirmi, nec poſſint pondus gemmarum ſuſtinere, alios duos maiores in extremitate rationalis, quæ reſpicit ad collum, venientes per fiſtulas quaſdam ad extremitates humerorum, quarum catenarum ſummitas aſcendens reducitur poſt tergum, & circulo qui eſt à tergo in epomidis fimbria connectitur, id quod præcipue ſuſtinet ephodem, ne quo pacto diffluere poſſit: quæ omnia non ſunt in ſacro textu expreſſa, ſed tantum meminit, quo modo in vncinis qui in aoteriori parte ephodis erant ſuper humeros catenæ infererentur, quod autem addit Ioſephus veriſimile videtur, ne ſi catenæ anteriori parti ephodis innirerentur, pondere inclinaret, ideo & annulis qui verſus tergum erant inſerebantur etiam catenæ, quo fortius abſque ephodis vitio rationalis & lapidum pondus ſubſiſteret, & à ſuo loco ſcilicet lacunula non demitterentur. Ioſeph.

CONCEPTVS.

Amor abſque formidine ſeruili, & pax omnis perturbationis expers, ra[illegible]nem ſubſiſtere faciunt.

Facies in rationali duas catenas ſibi inuicem co-
90. *harentes*, vt ius, ne diffluerec rationale, connecteretur, cum enim grauaretur gemmarum duodecim pondere, neceſſe fuit vt ſoſtineretur: ſed cur catena hac duplici auri puriſſimi, non autem aliqoibus ligaturis varus coloribus intextis, ſuſtineri debet? nonne auro puriſſimo charitas, imo & pax nulla perturbatione permixta, deſignari poteſt? merito ergo rationale his duabus catenis ex auro ſuſtentatur, quia ſine amore, ab omni timore ſeruili vacuo, & pace omnis perturbationis experte, rationis vſus recte ſubſiſtere non poteſt, à quo non alienus eſt Contemplator c. 54. *In priori annulo catena, pax eſt formis & imaginibus vacua in Deo, quam nullus perturbare poterit: iſthac duo dicta amor citra timorem aſcendens, & pax imaginum expers in vnitate ſemper etiam abſque diſſeparatione mutuo ſibi iuncta manent, atque coharent, perinde vt amba catena crucis inſtar, perpetuo ſibi mutuo copulantur.* uisbi

Ratio corroboretur virtute vita & fidei firmitate.

Facies in rationali duas catenas ſibi inuicem coharentes, quibus firmetur rationale, noone potuit ſuperhumerale conſui? ſic enim facile pondus gemmarum ſuſtineretur, nec pectorale vacillaret: cur etiam duo requiruntur vncini? nam his amotis etiam illud pectoris indumentum, nec non vtraque catena ſuum ſortiretur effectum, ſed falleris inquit Proeop. *Non ſolum enim exemplis* (proſequitur) *patriarcharum qui praceſſere, humana vita ratio informatur, ſed etiam quibuſdam vncinis corroboratam eſſe debet, ſcilicet virtute vita & fidei firmitate.* Procopius.

C *Fraterno amore omne coniungitur bonum.*

Facies in rationali duas catenas ſibi inuicem coharentes, quibus pectorale & ſuperhomerale adinuicem connecterentur, & tanquam vinculo conſtringereotur: quodnam ita nobile vinculum, vt duo inſignia pontificis indumenta ſimul coniungere poſſitecur non aſſeremus eſſe fraternum amorem, quo omne bonum connectitur? teſtis eſt preſbyter Rhemenſ. in ſuo de aurora lib. ſuper Exod.

Cum rationali iungens ſuperhumerale catena.
Eſt fraternus amor qui ligat omne bonum.

D *Fraternus amor in duobus maxime neceſſariis conſiſtit.*

Facies in rationali duas catenas ſibi inuicem co- 92.
harentes, quas diximus vinculum eſſe fraternæ dilectionis, qoo omne bonum connectitur. ſed ſi vinculum eſt pectoralis & ſuperhumeralis, ſatis exprimeretur vnicâ catenulâ. cur ergo conſtat duabus? quia fraternus amor non in vnico, ſed in duobus maximè neceſſariis conſiſtit, nempe in illo quod Chriſtus profert Matt. 7. omnia quæcumque vultis vt faciant Matt. 7.
vobis homines & vos facite illis, & in alio à S. Tobia c. 4. prolato, quod ab aliquo oderis fieri Tob. 4
tibi, vide ne tu aliquando alteri facias, quæ duo expendens S. Greg. lib. 10. Moral. cap. 16. ita ſcribit. *Proximi dilectio ad duo præcepta*

derinatur, tum & per quemdam iuſtum dicitur, A *quod ab alio oderis tibi fieri, vide ne tu alteri facias, & per ſemetipſum veritas dicit, quæ vultis vt faciāt vobis homines & vos facite illis, quibus duobus ſcilicet vtriuſque mandati præceptis per vnum malitia compeſcitur, per aliud benignitas prærogatur, vt malum quod pati non vult quiſque non faciens, ceſſet à nocendi opere, & rurſum bonum, quod ſibi fieri appetit impendens erga vtilitatem proximi ſe exerceat ex benignitate.* Quoniam vero non exigua difficultas eſt in rectè exequendo vtroque mandato, propterea quod ſicut ſeipſum diligere non licet niſi in rebus licitis & ſalutaribus, ita nec proximum, ſubiungit præfat. ſummus Pontifex. *Sed hæc nimirum duo dum ſollicita intentione cogitantur, cor ad innumera virtutum miniſteria tenditur, ne vel ad inferenda, quæ non debet deſideriis inquieta mens ferueat, vel erga exhibenda quæ debet, otio reſo-* B *luta torpeſcat: nam cum cauet alteri facere, quod nequaquam vult ab altero ipſe tolerare, ſolicita ſe intentione circumſpicit, ne ſuperbia eleuet, & vſque ad deſpectum proximi animum deiiciens exaltet, ne ambitio cogitationem dilaniet: cumque hanc ad appetenda aliena dilatat, anguſtet ne cor luxuria polluat & ſubiectum deſideriis per illicita corrumpat, ne ira exaſperet, & vſque ad proferendam contumeliam inflammet, ne inuidia mordeat, & alienis fœlicitatibus æmula ſua ſe face conſumat: rurſus cum cogitat, vt ea alteri faciat, quæ ipſe ſibi ab altero fieri expectat, penſat nimirum vt malis bona & bonis meliora reſpondeat, & erga procaces manſuetudinem longanimitatis exhibeat, vt malitia peſte languentibus gratiam benignitatis impendat, vt diſcordes pace vniat, & concordes ad concupiſcentiam veræ pacis accingat, vt indigentibus neceſſaria tribuat, vt errantibus vitam rectitudinis oſtendat, &c.*

VARIET. LECT. à Verſ. 26. ad 28.

VVlg. Facies & duos annulos aureos, quos pones in ſummitatibus rationalis in oris, quæ è regione ſunt ſuperhumeralis, & poſteriora eius aſpiciunt.

Cald. Et pones eos in duobus lateribus rationalis, quæ ſunt in ora eius, quæ eſt è regione ſuperhumeralis intrinſecus.

Onk. Facias quoqoe duos circulos aureos, vt ponas eos in duobus lateribus pectoralis in ora eius, quæ eſt in parte ephod interna. C

Pag. Et pones eos in duabus extremitatibus pectoralis in ora eius, in latere ſuperhumeralis intrinſecus

Mont. Super labio eius, quod ad latus ſuperhumeralia in domom.

Oleaſt. Pones illos ſuper duas extremitates pectoralis, ſuper labia ipſius quæ ſunt ad tranſitum, aut è regione ephod intrinſece.

Caiet. Dabis eos ſuper duo extrema pectoralis ſuper oram eius, quæ ad latus ſuperhumeralis intrinſecus.

Vulg. Nec non & alios duos annulos aureos, qui ponendi ſunt in vtroque latere ſuperhumeralis deorſum, quod reſpicit contra faciem iuncturæ inferioris, vt aptari poſſit cum ſuperhomerali.

Secundum editionem Regiam. Et facies duos annulos aoreos, & impones ſuper duas D alas ſuperhumeralis, in ſummitatem à ſummitate poſteriori ſuperhumeralis intrinſecus.

Cald. Et pones eos in duobus humeralis ſuperhumeralis inferius contra faciem ſuam, è regione iuncturæ eius, ſuper baltheum ſuperhumeralis.

Onk. Faciaſque duos circulos aureos, vt ponas eos in duobus lateribus ephod inferne, in parte inferiore, è regione loci iuncturæ, ſupra cingulum ephod.

Pag. E regione faciei eios contra coniunctionem eius, ſupra baltheum ſuperhumeralis.

Arias. Dabis eos ſuper doabus ſcapulis ſuperhumera[illegible], ab infra è regione facierum eius.

Oleaſt. Dabis eos ſuper duos humeros ephod &c. ad ingenioſum ephod.

Alij. Super ingenioſam contexturam ſuperhumeralis.

Vulg. Et ſtringatur rationale annulis ſuis, cum annulis ſuperhumeralis vitta hyacinthina, vt maneat iunctura fabrefacta, & à ſe inuicem rationale & ſuperhumerale nequeant ſeparari.

Sept. Et facies duos annulos aureos, & impones ſuper vtroſque humeros ſuperhumeralis, ab infra eios ſecundum faciem ſecundum copulationem deſoper contexturæ ſuperhumeralis.

Cald. Et coniongent rationale ex annulis ſuis ad annulos ſuperhumeralis, vt ſit ſuper baltheum ſuperhumeralis, & non auferatur rationale à ſuperhumerali.

Onk. Et coniungant pectorale à circulis ſuis, à circulis ephod vitta hyacinthina, vt ſit ſuper cingulum ipſius ephod.

Mont. Et leuabunt pectorale &c. filo hyacinthi, ad exiſtendum ſuper artificium ſuperhumeralis.

Oleaſt. Vt ſit ſupra excogitatum ephod.

CONCORDIA.

DIctionem ממעל לחשב mimahal lecheſeb varie reddiderunt auctores, nempe vel ſuper baltheum, ſuper artificium, ſuper ingenioſam contexturam, quia ſumma arte, & ingenio aliquid factum denotat dictio חשב. parum eſt quod in Hebr. legitur וחשבו veircheſu

& ſtringent, quod alij vertunt & coniungent, A verum eſt aliquos velle quod verbum רכס rachas quod interpres, ſtringatur, reddidit, ſignificet eleuare, vel ſurſum trahere. vnde Mont. legit, & leuabunt, Sept. tamen noſtræ conſonant editioni, ϗ σφίγξεις, id eſt & conſtringes: dictionem etiam פתיל pheril quam interpres & Cald. *vitta* reddiderũt, Arias, fila vertit: vt maneat iunctura fabrefacta, idem eſt nomen חשב cheſeb, de quo ſupra, chaſab enim cogitare, ſupputare, excogitare, ratiocinari &c. interpretatur. vnde participium חושב ſumitur pro excogitatore, induſtrio in re qualibet, vulgo ingenioſo, qui ſubtiliter aliquid in artibus cogitat. nomen autem quinque punctorum חשב artificium, opus phrygionicum, aut acupictorium, opus ingenioſum & induſtrium vocaut, alij cingulum, vel baltheum, quia baltheus ſingulari arte & opere conficiebatur.

EXPOSITIO.

F*Acies & duos annulos aureos, quos pones in ſummitatibus*, ſcilicet inferioribus, non enim pones eos foris, ſeu in parte exteriori, & facie B rationalis, *ſed in oris*, quæ è regione ſunt ſuperhumeralis, nempe in oris quæ ſunt in dorſo pectoris: vnde ſubditur, *& poſteriora eius reſpiciunt*, cum enim non verſus infimam partem, ſed à latere rationalis eſſent, reſpiciebant poſteriorem ſuperhumeralis partem, cui coniungi deberent, *nec non & alios duos annulos aureos, &c.* hi duo annuli deorſum in ipſo dorſo ſuperhumeralis ponendi fuerunt, vtrumque dextrorſum & ſiniſtrorſum, vt vittæ hyacinthinæ, quæ affixæ erant duobus inferioribus annulis rationalis, ſub axillis adductæ, his annulis inſererentur, & ſic firmaretur in ſuo loco rationale, *quod reſpicit contra faciem iuncturæ eius, &c.* & eſt ſenſus, vt in poſteriori parte ſuperhumeralis, inferius tamen ſupra balteum, cum cingendum ſit, duo ſint annuli, correſpondentes duobus alijs annulis poſitis in inferiori C parte rationalis, in vtroque latere eius, per quos rationale & ephod conſtringi poſſint in vtroque latere pontificis, ſicut ſtatim ſubditur.

Stringatur rationale annulis ſuis, cum annulis ſuperhumeralis, ad hoc enim eleuari deberent, vt firmiter ſtringerentur adinuicem, ne quid deflueret, *vitta hyacinthina*, funiculis factis ex hyacintho, qui mittebantur per omnes annulos vtriuſque ornamenti, quantum ad quatuor annulos vtriuſque, *vt maneat iunctura fabrefacta*, id eſt vt rationale cum ſuperhumerali ita adaptetur, vt iunctura non appareat, ſed videatur vnum corpus vtriuſque. ſed vt hæc omnia quæ ſatis obſcura videntur facilius percipiantur, proferam explicationem S. Hieron. qui epiſt. 127. ſic ad Fabiam ſcribit, per quatuor rationalis angulos quatuor annuli erant aurei, habentes contra ſe in ſuperhumerali alios quatuor, vt cum oppoſitum foret logion in loco, quem in ephod diximus derelictum, annulus veniret contra annulum, mutuo ſibi vittis copularentur hyacinthinis; porro ne magnitudo & lapidum pondus, contexta ſtamina rumperet, auro ligati erant atque concluſi: ſed non ſufficit, hoc ad firmitatem, niſi & catenæ ex auro fierent, quæ ob pulchritudinem ex fiſtulis aureis necterentur, & deorſum alios duos, nam poſt tergum in ſuperhumerali contra pectus & ſtomachum, ex vtroque latere erant annuli aurei, qui catenis cum rationali inferioribus annulis iungebantur, atque ita fiebat, vt abſtringerentur & rationale ſuperhumerali, & ſuperhumerale rationali, vt vna textura contra videntibus putaretur: cæterum quod Hieronym. de fiſtulis, & de catenis aureis per inferiores circulos dicit, in ſacro textu non exprimitur.

CONCEPTVS.

Prædicatio ex ſacro textu & ex eloquentia contexta, maxime vtilis.

D *Stringatur rationale annulis ſuis, cum annulis ſuperhumeralis vitta hyacinthina*, vt à ſe inuicem rationale & ſuperhumerale nequeant ſeparari, prædicatio myſticè appallatur vitta ſeu catena. nam vt hæc ſuis filis æquabiliter ducitur, aut ſuis annulis ſeriatim conſeritur, nunquam ſoluta, nunquam diſſipata, ita & illa perpetuo nexu rerum catenatur, ſemper ſibi congruens, cohærens. verum cur illa vitta hyacinthina debet eſſe? nonne quælibet ſufficeret? aliqui explicant hyacinthinam, hoc eſt flores referentem: merito igitur comparatur prædicatio vittæ, non cuilibet ſed hyacinthinæ, quia in concione non debent decentes verborum flores, quales referunt cærulei hyacinthi, deſiderari: prædicatio igitur & ex rebus ſacræ ſcripturæ, & ex verbis humanæ eloquentiæ affabrè contexta, rationale cum ſuperhumerali connectit, hoc eſt intellectum & voluntatem audientium tenet ligatque, quia dum intellectui veritatem perſuadet, voluntatem ad charitatem inflammat, vnde eſt illud cœleſtis ſponſi ad ſponſam animarum curatricem, ſicut vitta Cant. 4 coccinea labia tua Cant. 4. quaſi diceret prædicatio tua vittam refert coccineam, refert vittam quidem propter vinculum perſuaſionis, coccineam vero propter ardorem charitatis. iuſtè S. Ambr. Octon. 18. in Pſalm. 118. verſ. 4. S. Amb. *Per reſticulam* (ſic enim legit non vittam) *vinculum perſuaſionis intelligimus, verum ſi à prædicatione alterum abeſſe deberet, nempe verborum decor, aut verborum Dei nempe ſacer contextus, ſine dubio primum facceſſere neceſſe eſt.* Egregie namque S. Auguſt. lib. 4. de Doctr. S. August. Chriſt. cap. 21. *Bonorum ingeniorum inſignis eſt indoles, in verbis verum amare non verba. quid enim prodeſt clauis aurea,*

ſi aperire quod volumus, non poteſt? aut quid obeſt lignea, ſi hoc poteſt: quando nihil quærimus niſi patere quod clauſum eſt? nec minus appoſita metaphora rem declarat D. Cyrill. Alexand. lib. S. Cyrill. 7. contra Iulianum vbi fatetur, non eſſe ſcripturas ſermone nimis eleganti expolitas, vt omnibus paruis, magnis, & doctis, & indoctis vtiles eſſe poſſint, & ſubdit. *Numquid ſi quis aureo cocleari helleborum infundat, & alter non aureo, ſed ex viliſſima materia apum laborem, hoc eſt mel imponat, & ſorbere iubeat, quod placuerit, numquid materias inſpiciens palmam dabit deterioribus? vel rectè iudicans vtile nociuo præferat, etiamſi in viliſſimo proponatur vaſculo? quaſi dicat optimus rerum æſtimator ſine dubio vtilem potum, licet in vili cyatho contentum, præferet noxio, licet in pretioſo calice propinetur.*

Diſcretio & prudentia in operibus virtutum neceſſaria.

95. *Stringatur rationale annulis ſuis, cum annulis humeralis vitta hyacintina.* Ratio illuminata dum deorſum reſpicit, duobus aureis annulis, qui ſunt amor virtutum, & charitas erga proximum prædita eſſe debet: nam tametſi maxima fides, & perſpicax intelligentia in aliquo ineſſe poſſint, ſi deorſum non aſpiciat per actus virtutis, & opera bona, coram Deo meritoriæ non eſſent. Sed ſi ſunt annuli, & canæ, quibus rationale & ſuperhumerale connecti adinuicem poſſent, cur adhuc vitta coccinea requiritur? per eam Ioan. Ruiſbroch. c. 55. diſcretionem intelligit, Ioa. Ruisb. dic ergo, in annulis ipſis etiam vittam neceſſariam, quia prudentia requiritur in operibus virtutum exequendis. ſic igitur ait præſ. contemplator. *Per hos annulos geminos puta virtutum amorem & proximi charitatem, vitta hyacinthina, id eſt diſcretio ſeu moderatio inſeretur ac penetrabit: quæ enim ex illuminata ratione proficiſcitur diſcreta conſideratio, reget, & moderabitur, & conſeruabit virtutes omnes.* Deinde ſic proſequitur, *ex vtroque etiam latere retro ad ſcapulas, vſque ſurſum feretur quo nimirum diſcretio, & moderatio noſtra cuncta ſit perſpecta hominibus, atque inde aliquis ad eos fructus & vtilitas redeat, atque etiam inde retro nos in aperto ac propatulo loco in duobus vncinis inſeretur, quod eſt operam nos dare eoque conniti debere, vt mortales omnes quibuſcum viuimus plane intelligant, ac animaduertant, nihil nos niſi Dei honorem & ipſorum omnium ſpectare ſalutem, iſti videlicet duo annuli ſunt, quibus diſcretio in cunctis virtutibus, bono quodam in ordine ſiue bene ordinata retinetur.*

Cor prælati nequaquam cogitationes fluxa vel immunda poſſideant.

96. *Stringatur rationale annulis ſuis, cum annulis ſuperhumeralis vitta hyacinthina,* cur rationale vinculo, nempe vitta conſtringi debet, cum plures ſint annuli & catenulæ? ne laxa fluerent & à ſeinuicem amouerentur. ſed quid myſtice refert vtrum diffluat rationale nec ne? imo in hoc prælatus inſtruitur, vt nequaquam rationem ſuam patiatur poſſideri à fluxis & immundis cogitationibus. Antiſtes vir ſemper cogitatione ſit mundus, quatenus nulla hunc immunditia polluat, qui hoc munus ſuſcepit vt in alienis quoque cordibus pollutionis maculas tergat, quia neceſſe eſt, vt eſſe munda ſtudeat manus, quæ diluere aliorum ſordes curat, ne tactu quaque deterius inquinet, ſi ſordida mens in ſe lutum teneat. hæc habet S. Greg. S. Greg. Ma. ſummus pontifex 2. p. curæ paſtor. c. 2. *Diuina voce præcipitur vt in Aaron pectore, rationale iudicij vittis ligantibus imprimatur, quatenus ſacerdotale cor nequaquam cogitationes fluxæ poſſideant, ſed ratio ſola conſtringat, ne indiſcretum vel inutile cogitet, qui ad exemplum aliis conſtitutus, ex grauitate vitæ ſemper debet oſtendere, quantam in pectore portet rationem.*

Prælatus ſit in operatione præcipuus.

97. *Stringatur rationale annulis ſuis, cum annulis ſuperhumeralis vitta hyacinthina.* Ita vt vtrumque pectorale, ſcilicet & ſuperhumerale ſeparari non poſſit: cur tantopere deſiderat Deus vnum cum altero ſtrictiſſime coniungi in eodem pontifice? ſcio à nobis dictum ex Venerabili Beda, ſuperhumerali, bonorum operum conſummationem deſignari: merito ergo ſtrictiſſimo annulo debent ſuperhumerale & rationale coniungi, non enim ſat eſt verba ratione, vel perſuaſione referta habere, niſi cum operibus ſint coniuncta. quod doctè exprimit S. Greg. lib. Reg. epiſt. indict. 9. epiſ. 24. S. Greg. *Cum me ad conſideranda debita paſtoris opera confero, perpendo quanta intentione curandum eſt, vt ſit operatione præcipuus, quatenus vita viam ſubditis viuendo denuntiet, & grex qui paſtoris vocem moreſque ſequitur, per exempla melius quam per verba gradiatur, qui enim loci ſui neceſſitate exigitur, ſumma dicere hac eadem neceſſitate compellitur, ſumma monſtrare illi, namque vox libentius cor auditorum penetrat, quam dicentis vita commendat: quia quod loquendo præcipit, oſtendendo adiuuat vt fiat.*

Nec bonum opus minor cordis cuſtodia ſordidet, nec caſtitatem puræ cogitationis integritas perfecta actionis derelinquat.

98. *Stringatur rationale annulis ſuis, cum annulis ſuperhumeralis.* Ita vt ab inuicem non diſſoluantur, ſed immota maneant. neſcio cur Deus tot annulos, tot catenulas in adaptandis huiuſmodi indumentis pontificalibus, cum vitta hyacinthina deſignat, vt ab inuicem ſeparari non valeant, vt non defluant? ſi in memoriam velis reuocare dictum à nobis rationale cogitationum munditiam, operumque perfectionem ephod denotare: fateberis iure merito, ita à Deo præceptum, vt tot adhiberentur annuli, & catenæ ad connectendum ſuperhumerale cum rationali, & è contra, vt à ſeinuicem non diſſoluerentur, tanta enim connexione, ſimul & cogitationes rectæ & bona opera vniri debent, ne bonum opus & puritas cogitationis ſordidet, nec puritatem caſtæ cogitationis perfecta non ſequatur actio. Archiep. Moguntini, Arch. Mog. obſeruatio eſt qui lib. 4. in Exod. cap. 5. ſic ſcribit. *Quia vero ſuperhumerale ad operum*

Moſ. *conſummationem bonorum, rationale autem ad* A *ſignificandam cogitationum munditiam pertinet, connexio quæ hæc in alterutrum ſociat, rectè illam mentis induſtriâ figurate denuntiat, quæ doctorum fidelium intellectus ac fides cum operatione coniungitur: manet enim iunctura fabrefacta, vt à ſe inuicem rationale & ſuperhumerale nequeant ſeparari, quando tanta eruditione, tanto operum ſtudio præminet rector, vt nihil ex his quæ facienda eſſe cognouerit, infectum relinquat; nil ex illis quæ rectè facere cernitur, per incuriam cordis virtute rectitudinis priuet; defluunt namque indumenta pontificis & à ſe inuicem mouentur, ſi vel decus operis boni minor cordis cuſtodia ſordidat, vel caſtitatem puræ cogitationis integritas non ſequitur perfectæ actionis.*

Concordi fide & opere, ardenti deſiderio feramur ad obtinendam beatitudinem.

Stringatur rationale annulis ſuis cum annulis ſuperhumeralis vitta hyacinthina. Ne ſacerdotis indumentum nobile nempe rationale, ſeparetur ab altero nempe ſuperhumerali, vitta requiritur, & illa hyacinthina; nempe coloris cærulei cœleſtis. cur poſt vtrumque indumentum requiritur vitta coniungens, & illa huiuſmodi coloris? iam diximus ephod & λόγιον fidem & actionem denotare. Vittâ autem non deſunt qui aſſerant deſiderium adumbrari. bene ergo, poſt hoc vtrumque ornamentum ſacerdotale, ſequitur vitta & illa hyacinthina; quia concordi fide & opere, ardenti deſiderio ferri debemus ad obtinendam beatitudinem. annuit Vener. Beda lib. 3. c. 5. *Subrogentur eiſdem catenulis in auxilium, & vittæ hyacinthinæ, quibus vterque ſacerdotis habitus adinuicem copuletur, id eſt ligatura deſiderij cœleſtis fortiſſima,* B *quæ annulis aureis immiſſæ, ſuperhumerale cum rationali conſtringunt, cuius agnita luce patria perennis in illam ineffabilem gratiam ſuſpiramus, vtique vt intrare mereamur concordi ſemper fide, & vita, opere, & profeſſione.* Venerab. Beda.

VARIET. LECT. Verſ. 29.

Vulg. Portabitque nomina filiorum Iſrael in rationali iudicij ſuper pectus ſuum, quando ingredietur ſanctuarium coram Domino in æternum.

Sept. Introeunti in ſanctum memoriale coram Deo.

Cald. Super cor ſuum, cum ingreſſus fuerit in ſanctuarium, in memoriam coram Domino C ſemper.

Onk. Pro memoriali coram Domino ſemper.

Mont. In ingrediendo ipſum ad ſanctitatem, ad memoriam, *alij*, monumentum.

CONCORDIA.

Hebraicè eſt לבו libbo quod aptius reddi poteſt cor ſuum, quam pectus ſuum, verum hoc in loco pectus & cor pro eodem ſumuntur, dictio לזכרן lezicaron etiam pro monumento, vel in memoriam reddi poteſt. quod interpres poſuit in æternum, rectè alij dixerunt vel iugiter, vel ſemper, eſt enim תמיד tamid, quod pro vtroque ſumitur.

EXPOSITIO.

P*ortabitque nomina filiorum Iſrael in rationali iudicij*, iubetur pontifex, vt prius in humeris geſtet, deinde in pectore, nomina filiorum Iſrael, rationali inſculpta, vt ſalutis animarum ſibi commiſſarum admoneatur, eaſque non tantum humeris geſtet, ſed intimo cordis D ſint, vt cura & oratione ſua foueat, vnde ſubditur, *memoriale coram Domino*, id eſt in memoriã vel monumentum, quod coram Domino duodecim tribus in pectore geſtet, *idque in æternum*, id eſt ſemper, quando videlicet & quoties ingreſſurus eſt ſanctuarium.

CONCEPTVS.

Prælatus circa quatuor maximè ſit circumſpectus.

Portabitque nomina filiorum Iſrael in rationali iudicij ſupra pectus ſuum &c. Iubetur pontifex ingrediens ſanctuarium, vt miniſtret Domino, inter alia ornamenta ſemper in pectore rationale iudicij deferre, & in ipſo quatuor ordines gemmarum, ita quod quilibet ordo tres lapides pretioſos auro incluſos habeat: Põtifex Domino miniſtrans ſanctuarium ingreditur, cum prælatus curam animarum ſuſcipit, vt in earum ſalute Deo gratiſſimum præſtet obſequium, nullum enim Deo gratius ſacrificium, quam zelus animarum. qui inter alia virtutum inſignia ſemper debet rationis iudicio, quatuor ad officium ſuum ſpectantia in pectore verſare: quid? nonne plurima ſunt circa quæ oportet rectorem eſſe circumſpectum? cur ergo ſolum quatuor aſſignare

nitimur ? quia ea ſunt præcipua, ſine quibus nomine prælati cenſebitur indignus. Hæc autem ſunt quæ habet noſter Seraph. Doctor Bonau. in tract. de ſex alis Seraphim c. 7. S. Bonauen. *Primum eſt, quomodo in ſtatu debito commiſſos ſibi gubernet, vt boni ſui perſiſtant & proficiant, ſecundum quomodo lapſos & deuios corrigat & emendet: tertium, exteriora negotia quæ requiruntur ab eo congruè diſponat: quartum, quomodo ſe in his cuſtodiat & gerat*, verum ſunt alia ad vnumquodque ipſorum pertinentia.

Obſeruatio regulæ, exercitium perfectionis altioris, & quæ ad illius acquiſitionem conducunt, ad Prælatum ſpectant.

201. *Portabitque nomina filiorum Iſrael, in rationali iudicij ſupra pectus ſuum &c.* B Scripta autem erant in ipſo rationali ſuper quatuor gemmarum ordines, in quolibet autem tres lapides pretioſi continebantur. tam dictum ſuperiori conceptu, quatuor gemmarum ordinibus quatuor ad officium rectoris ſpectantia deſignari. Sed cur in quolibet ordine tres gemmæ habentur? quia ad vnumquodque illorum rectè exequendum, tria adhuc ſunt neceſſaria, nempe regulæ obſeruatio, exercitiũ perfectionis altioris, & quæ ad illius acquiſitionem conducunt. Seraph. Do. præſtat hæc audite à præf. doctore Seraphico. Propter triplicem obſeruantiæ qualitatem tres ſunt lapides pretioſi, in primo verſu quatuor ordinum, prima obſeruantia conſiſtit, in illis quæ ſunt iuxta cuiuſque profeſſionis formam de neceſſitate ſalutis, quæ ita annexa ſunt ordini, & regulæ, vt eorum tranſgreſſio temeraria C inducat mortale peccatum, vt eſt obedientia præcepti, voluntaria paupertas, caſtitas, & alia præceptoriè imperata, in quibus locum non habet diſpenſatio magiſtri, & cum ipſe ſit ad ea ſeruanda ligatus. Hæc neceſſe eſt prælatum vigilanter agnoſcere, quia tenetur ea facere ab omnibus ſtudioſè ſeruari, & nolentes gerere ad ſeruandum, & pro nulla cauſa permittere, quantum in ſe fuerit, aliquem contraire, etiamſi magna propter hoc ſibi, & fratribus tribulatio ſeu diſpendium immineret, quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? ait Paulus; tribulatio, an anguſtia? an perſecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? quaſi dicat: non debet. Iſta conſideratio prima debet eſſe gemma lucens in pectore pontificis, id eſt præ D omnibus curanda: ſecunda verſatur circa illa quæ ſpectant exercitium altioris perfectionis, ſcilicet ſingularis patientiæ, admirandæ humilitatis ſtupendæ charitatis, arduæ ſobrietatis, eximiæ paupertatis, & ſublimis deuotionis, & ſimilium virtutum; ad quas debet rector commiſſos, exhortationibus, monitis & exẽplis efficacibus afficere, & attrahere magis, quam inuitos cogere, conſilia enim perfectionis ſuadentur, non imperantur: præter ea quæ in voti emiſſione exprimuntur, vt continentia, præcipua tamen cauſa monaſticæ inſtitutionis fuit vt eſſet ſchola paleſtralis exercitij perfectionis, palæſtra, vt dicitur fuit ludus nude luctantium, qui ſe oleo perungebant, ne à colluctan-A tibus teneri poſſent, & ita ad terram deiici. Et aptè ſimilatur à Paulo, luctamini religioſorum cum dicit: omnis enim qui in agone contendit ab omnibus ſe abſtinet. Rector igitur & hanc gemmam ferat in pectore, vt ſectatores ſuos doceat, & prouocet, non ſolum viam tendere per quam ſublimem in cœlo gloriam aſſequantur. Tertia conſiſtit in illis, quæ nec ſunt de pura neceſſitate ſalutis, nec de eminentia perfectionis, ſed tamen ad vtriuſque acquiſitionem & conſeruationem à ſanctis patribus aptè ſtatuta ſunt, ad exercitium bonorum operum & decorem ipſius religionis, & ad ædificationem intuentium, vt ſunt ieiunia, ſilentium, ſolemnitas diuinorum officiorum, & exteriores corporalium exercitationum honeſtates, quæ iuxta Apoſtolum tam vtiles ſunt, ſicut inſtrumenta pro artificiis, quæ poſſent, & B aliter peragi à peritis, cum prius fuerint artes quam talia inſtrumenta, vnde diſcretus prælatus, cum neceſſitas exigit, vel maior vtilitas requirit, diſpenſat in cauſa pro talibus pro loco & tempore, ſine difficultate cum viderit expedire; vbi autem maior vtilitas, vel neceſſitas nõ exigit, ſtudioſe faciat ea ſeruare; in hoc indiget prælatus non modo ea diſcretione vt ſciat inter rigorem & remiſſionem medium tenere, ſi autem nimis fuerit rigidus, & ipſe minus erit dilectus fratribus, & illi minus erunt voluntarij ad alia quæ vtiliora & neceſſariora forent, rurſum ſi fuerit pluſquam conuenit remiſſus in talibus cito maior diſſolutio ſubſequetur.

Prælati tribus modis corripiant ſeuere, patienter, & miſericorditer, vt ad pœnitentiam reuocent.

C *Portabitque nomina filiorum Iſrael, in rationali iudicij.* 102. Scripta in gemmis per quatuor ordines, quorum quilibet tres continebat. de primo dictum eſt præcedenti conceptu. quid ſecundus ordo gemmarum denotabit in pectore? nam vt perfectus cenſeatur, ſatis vt præfata in eo reperiantur. Dicendum eſt tamen alia adhuc in eo requiri circa correctionis modum, nempe vt in aliquos ſit miſericors, in alios ſit patiens & ſuſtineat, & in cæteros ſeuerisſimus. in priores, quia facile ad pœnitentiam reuocantur, in alios quia non facile eorum malitia eſt detecta, in poſteriores, quia manent in peccatis obſtinati. religio eſſet ſilentio obuoluere verba præfati Bonauenturæ, D circa lapſorũ correctionem Diſcretio prælati ſimiliter vigere debet, hic eſt ordo ſecundus tres gemmas continens; quia triplex continentia ad hoc eſt neceſſaria, ſicut ſunt tria genera delinquentium: quidam enim cum deliquerunt mox aut intus moti à Spiritu ſancto, foris correpti ab homine ad pœnitentiæ remedium confugiunt. His cum clementiæ fomentis meditus ſpiritualis remedia ſatisfactionis, ſic temperata debet adhibere, quibus & ſatisfaciant Deo offenſis, & proximo de ſcandalo, vt cæteri. peccare magis timeant, & tamen propter leuitatem remedij ipſos non pœniteat, ſe pœnitentiæ

ſubmiſiſſe; nam dicit Paulus: Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto vos qui ſpirituales eſtis, ſubaudi, medici, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans temetipſum, &c. id eſt talem ei ſatisfactionem imponite per quam cognoſcat pondus reatus ſui, ita tamen clementer, ſicut tibimet velles alium compati, ſi tali peccato delinqueres. Et hæc eſt vna gemma ſecundi ordinis, diſcretio talis: alij cum delinquunt, tegunt, palliant, defendunt, & virus internus latet. Eo licet rector ex certis indicijs deprehendat, ibi ſaniem putridam eſſe collectam, tamen non ita erumpet exterius, nec per euidens teſtimonium, nec per voluntariam confeſſionem, quod poſſit opportune ferro apertæ correctionis ſecare. Si corripit, non proficit, & videtur magis vitiorum diffamator, quam vitioſorum corrector: ſed mouetur & diſſimulat, vritur & anxiatur, tam pro anima fratris, quam pro ſe quia non corrigit, delinquentem cum ergo aliud congrue facere non poſſit, portet, diſſimulet, patientiam ſuam exerceat, & quod arguendo non valet, orando laboret obtinere, talis ergo diſſimulatio in corde, rectoris munita diſcretione indiget, vt in neutro deuiet à iuſto. Et hæc eſt gemma ſecundi ordinis, ſecunda in pectore ſacerdotis. Tertij offendunt grauiter, aperte, & non recipiũt debitam correctionem, vel fictè recipiũnt, quia non emendantur, & alij ab eis fiunt deteriores, vel ſcandalizantur de ſeipſis, vel imitari eos incipiunt, ſi vident eos impune peccare, & non eſſe ſpem correctionis propter obſtinationem, ſeu inueteratam mali conſuetudinem, & alios inficì per eius exemplum vel ſcandalizari. Quia talia tolerantur, quid reſtat? niſi vt ouis morbida abijciatur, & membrum putridum excidatur, ne ſana inde inficiantur, & corrumpantur. Vnde dicit Apoſt. Vtinam & abſcindantur, qui vos conturbant: & ad Corinthios, Auferte malum ex vobiſmetipſis, quod ſi infidelis diſcedit diſcedat. Et Lucas dicit: Succide ergo illam, ſcilicet ficum infructuoſam, vt quid etiam terram occupat?

Prælatus tripliciter circa negotia ſe gerere debet, alia enim per ſeipſum diſponat, alia quibuſdam committat, & alia præcindat.

103\. *Portabitque nomina filiorum Iſrael in rationali iudicij:* Primi & ſecundi ordinis gemmas explicuimus, & Prælatis adaptauimus. Verum cur tertius adhuc ordo requiritur? cur neceſſe eſt adhuc tertium hunc gemmarum ordinem in pectorali deferre? nonne verſari erga negotia tenetur? triplici ergo modo circa ea ſe habeat, vel per ipſum ipſa diſponendo, alia quibuſdam imponendo, & alia remouendo. Hæc eſt noſtri Seraphici Cardinalis doctrina, Chriſtus commiſit alia procuranda diſcipulis vt Iudæ loculos, ſibimet retinuit prædicationis, & curationis officium, vt patet in Luc. 12. Requiſitus enim vt inter fratres quoſdam hæreditatem diuideret, reſpondit homo, quis me conſtituit iudicem, aut diuiſorem inter vos? exteriora & temporalia corporalis neceſſitatis officia, ſi per ſeipſum actu voluerit diſponere, impeditur ab interiorum, & meliorum prouiſione, quia ſparſus ex ſe mentis oculus minus videt interiora, & neceſſaria ſaluti. Vnde in Exodo dicitur: Eſto tu populo in his quæ ſunt ad Deum, & leuius feres partito in alios onere; ſcilicet leuiorum: & in Actis, Non eſt æquum nos relinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis, &c. ſi alios non haberet, quibus curam exteriorum committeret, potius deberet ab alio fraudem in temporalibus pati, quam ipſe Prælatus in talibus occuparetur exemplo Chriſti, qui ſciens Iudam eſſe furem, tamen permiſit eum exteriora procurare, iuxta illud: fur erat, & loculos habebat, & ea quæ mittebantur portabat, hæc eſt contra illos, qui facilius inueniunt, quibus curam animarum committant, quam rerum ſuarum temporalium: cum incomparabiliter maius ſit diſpendium periclitari animas, quam res perire: ſpiritualia vero, & quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt, & profectum virtutum. Principaliter debet animarum cuſtos, & rector ſibimet curanda retinere, cum hæc ſint de ſubſtantia officij Paſtoralis, & de his maxime ſit in iudicio rationem redditurus Domino: ſuperflua vero, & non neceſſaria ſaluti, vel profectui animarum negotia, expedit præcedere, & tam à ſe quam à fratribus, quantum opportune poterit remouere, cum enim propter temporis breuitatem, & dici malitiam, vix neceſſarijs ſufficimus diſponendis, ſi ſuperuacuis, vel alienis volumus occupari negotijs, negligimus vtiliora, & meliora, cum diſtractus animus ad plura, fit minor ad ſingula prouide peragenda: inde fit aliquoties cum Prælati, & religioſi nimis ſe exterioribus occupationibus implicant, ædificiorum, librorum, cauſarum, & aliorum quibus fructuoſius carerent, vt non ſolum meliora interim negligant, ſed etiam conſcientiam ſæpius inquinent, & ex vſu exteriorum tenebreſcat oculus mentis ad contemplationem ſpiritualium, & internorum, & tepeſcat ad deſiderium ſupernorum.

Prælatus circa ſeipſum ſit circumſpectus circa conſcientiæ ſerenitatem, & circa mores, & proprios motus.

Portabitque nomina filiorum Iſrael in rationali. Quatuor gemmarum ordinibus conſtanti, quorumquilibet, tres, in quibus tria nomina Patriarcharum populi Iſrael inſculpta erant, referebat: de primo, ſecundo, & tertio ordine ſatis ſuperque dictum; ſupereſt quartus etiam ſuperioribus adaptandus. Verum quid amplius deſiderari poteſt, vt Prælatus ſit omnibus numeris abſolutus, quam vt ea quæ ſunt regulæ, & inſtituti, obſeruari faciat? quam quod ſingulos, vt ad altioris gradum perfectionis tendant, promoueat? &c. cur ergo quartus gemmarum aſſignandus ordo? quia præter ea quæ à nobis dicta, & quibus ornari debet: circa ſeipſum maxime debet eſſe circumſpectus, circa conſcientiæ ſerenitatem, & motus proprios, hac enim triplici circumſpectione quartus gemmarum ordo comprehenditur, quas ſemper in ratio- 104.

nali iudicij deferre debet. Super omnia enim, inquit præſ. Doctor, debet ſemetipſum tector circumſpicere, ne alijs prouidens ſeapſum negligat, ne alios ſaluans, ſeapſum in periculum demergat: Quid enim prodeſt homini, ſi mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur? altera circumſpectio ſui verſatur circa conſcientiæ ſerenitatem, vt illa ſemper ſecura ſit & munda: ſecura ſit, vt nihil velit, agat, iubeat, vel permittat illicitum, & indecens, profeſſionique ſuæ contrarium, in quo peccatum, ſeu ſcandalum deprehendatur, munda, vt de bonis quæ fecit, vel promouet, gloriam ab hominibus non captet, nec ſibimet exinde immoderatè placeat, ſolius Dei beneplacitum in omnibus quærens, vt quæ pro eo facit, id eſt vice Dei, etiam pure faciat propter eum, & ipſius amorem. Alia circumſpectio ſui verſatur circa exteriores mores, & verba, quibus oportet eum alijs magis, quam ſibimet deſeruire, qui enim pluribus cogitur viuere ad exemplum, & ſatisfacere ſingulis, & omnibus placere, multa indiget diſcretione, vt medium valeat tenere, ne ſit nimis triſtis, vel hilaris, nimis ſeuerus, vel lenis, nimis ſocialis, vel alienus, nimis tacitus, vel verboſus, nimis dure loquens, vel blande, nimis rigidus vel remiſſus, nimis ſæpe cum hoſpitibus, vel raro, nimis laute reficiens, vel tenuiter, nimis facta fratrum obſeruans, vel diſſimulans, nimis fouens aliquos, vel alios paruipendens, & ſimilia: cum ergo non poſſit ſemper teneri, quod de omnibus placeat, minus tamen deuiat, ſi ad benignitatis partem plus declinat, per quam redditur ſubditis magis amabilis, ob quam ei libentius obtemperant, & audacius ad eum recurrunt in quibus indigent, & alacrius imitantur. Ipſa enim poteſtatis auctoritas facit eum ſatis timendum, & ſi huic iungitur auſteritatis ſeueritas, pauidis fit mentibus oneroſa.

Prælatus non ſit acceptor ſubditorum, ſed ignobiles ſicut nobiles in pretio habeat.

105. *Portabitque nomina filiorum Iſrael in rationale iudicij*: Munus ſuperioris, eſt ſubditos portare ſuper humeros, & ante pectus, vbi ſedes eſt amoris: quoniam ferre debet eorum onera, neceſſitates, & miſerias, non tædio, ſed amore, & maximo affectu: quaſi habens illos ſicut Apoſt. ait, quaſi in corde, & in viſceribus ſuis ad Philipp. 1. Non enim vnum ſine altero ſufficiet, aut præſtare poterit, nam ſic portat ſuper humeros, & non ſuper pectus, vix poterit onus ſuſtinere cito enim illud proijciens ſuccumbet, nam vires deficient, quas eximius præſtat amor: ſi autem dicit ſe ante pectus portare, & tamen non portat ſuper humerum, ipſe ſe ſeducet, quia diligit verbo, & lingua, & non opere, & veritate. Dicuntur autem portari nomina coram Domino in recordationem, ſeu memoriale, quoniam vtriuſque debet continuo recordari, coram Deo, vt ſcilicet ſubditos ſemper diligat, ſemper onera eorum baiulet, ſemper pro ipſis apud Deum intercedat, coram ipſo cunctorum proponat neceſſitates; vt ſciat autem hanc recordationem fixam eſſe debere & indelebilem, nomina

ad Philip. 1.

non erant in lapidibus attramento depicta, ſed opere ſculptorio cælata, quæ enim ſic ſculpta ſunt, fixa ſunt, & nequeunt cito deleri: & præterea ſicut ſculptura maiori cum labore fit quam pictura, ſic recordatio iſta aſſiduitate laborum pro ipſis ſubditis perpeſſorum, cordi inſerenda eſt & infigenda: hæc autem nomina non portabantur in ſtanno ſculpta, aut ære inciſa, vel argento elaborata: ſed lapidibus pretioſis cælata, vt ſignificaretur, quanti Deus faciat animas, quantique fieri velit à Prælatis, qui maximo in pretio habere debent ſubditos, tanquam lapides viuos, & pretioſos, pretioſiſſimo ſanguine agni immaculati rubricatos: ſed in his pretioſis lapidibus ſculpta erant nomina filiorum Iacob, non ſolum eorum quos genuit ex Rachel & Lia, ſed etiam quos habuit ex ancillis ſibi in vxores traditis: quod à ratione alienum eſſe videtur, priores enim erant filij mulierum nobilitate inſignium, alij autem ancillarum: filij autem ancillæ, & liberæ non in eodem ſunt pretio. Non ergo nomina filiorum ancillarum cælari deberent lapidibus pretioſis, ſed vel in ære, vel ſtanno deſcribi, nec in pectorali Pontificis haberi, ſed quis Deum ita ſtatuētem fieri arguet? omnia vult nomina filiorum Iſrael in gemmis eſſe, & ea in pectorali Pontificis deferri, vt ſciat ſuperior omnes ſubditos ſiue magnos, ſiue puſillos, ſiue nobiles, ſiue ignobiles æſtimare debere ſicut lapides pretioſos, cunctoſque ante pectus, & ſuper humeros, quia omnes diligere, omniumque onera portare tenetur, non deſpiciendo paruulos, & ignobiles, omnes enim pretioſo ſuo ſanguine Chriſtus Dominus redemit.

Subditi vniantur inter ſe actu dilectionis Dei & proximi.

Portabitque nomina filiorum Iſrael in rationali iudicij, ſcripta in lapidibus pretioſis. en vt ſubditi curare debent, vt ipſi ſint gemmæ pretioſæ, omnibus ornati virtutibus quibus ſuperiores decorentur, & de quibus glorientur, dicentes cum Apoſtolo, *Vos gaudium meum, & corona mea*, ad Philip. 4. verſ. 1. nam vt optime hic Ambroſ. *Manifeſtum eſt, quia perfectio diſcipulorum, gaudium & corona magiſtri, hi enim ſunt qui labores fructuum ſuorum edituri ſunt, fructus enim magiſtri diſcipulus eſt obediens, cuius dum bona conuerſatio profecit magiſtro, fructus ſuum edit laborem, labor enim diſcipuli in opere bono coronam dat magiſtro in dice Chriſto.* Et quamuis ſinguli ſint lapides pretioſi, diuerſi tamen, quia diuerſis gratijs, & virtutum gradibus ſplendere debent. Hinc eſt quod varijs lapidibus pretioſis adaptantur: ſed cur tamen inſcripti etiam debent eſſe in duobus lapidibus omnino ſimilibus? quia oportet ſubditos, licet pluribus donis, & virtutibus diſcretos, coniunctos tamen eſſe duplici actu charitatis, qui ſunt dilectio Dei ſuper omnia, & proximi, ſicut ſuipſius, vterque enim hanc perfectè vnionem efficiet. 106.

ad Philip. 4. S. Ambroſ.

Licet ſemper Prælatus mundo corde debeat eſſe, ſed præcipuè cum Deo miniſtraturus eſt.

Portabitque nomina filiorum Iſrael in rationali iudicij, quando ingredietur ſanctuarium; Nonne ſuperior ſemper memoriam ſanctorum Patrum mente verſare debet, vt eorum ſequens exempla virtutum, his adornatus eſſe ſtudeat? cur ergo ſpecialiter exprimitur, quod huiuſmodi nomina portet Aaron in rationali, quando ſanctuarium ingredietur? quia Prælatus, licet ſemper ſibi attendere debeat, & contendere virtutum culmen attingere, ſed præcipuè cum Deo miniſtraturus eſt in ſanctuario. Hæc habet Vener. Beda lib. 3. cap. 5. B *Semper quidem oportet ſacerdotem memoriam patrum in pectore ſuo ferre, ſed permaximè tunc, quando miniſtraturus coram Domino ad altare aſcendit, vt quo ſacratius eſt miniſterium, eo ſolertius toto ſe permundans ſtudio, tota induſtria mentis exornans, & corporis, ſanctorum* A *exempla reſpiciat, horumque imitator ſedulus exiſtens aptum ſe diuinis exhibere curet aſpectibus.*

Prælatus ſemper ante oculos oues ſuas habeat.

Portabitque nomina filiorum Iſrael in rationali iudicij, ſuper pectus ſuum, alij, *ſuper cor ſuum:* Cur ſuper cor? in latere ſuo huiuſmodi nomina ponantur? an eorum quæ ſuper cor habemus, obliuiſci poſſumus? nequaquam equidem: merito igitur nomina filiorum Iſrael ſuper cor portare iubetur Pontifex, ſemper enim ante oculos, oues ſuas habere tenetur. *Quia forte,* inquit Oleaſt. *ad latera,* Oleaſt.
B *nomina eorum habens, diſſimularet, voluit ea etiam ſuper pectus habere, vt quocumque ſe verteret, ſemper ea ob oculos haberet.* Vbi ſunt qui rixoſis & contentioſis diſputationibus antiſtitem à ſuis ouibus auferre conantur, & ouibus ſuis perpetuo abeſſe affirmant!

VARIET. LECT. Verſ. 30.

V*lg.* Pones autem in rationali iudicij, doctrinam & veritatem, quæ erunt in pectore Aaron, quando ingredietur coram Domino, & geſtabit iudicium filiorum Iſrael in pectore ſuo, in conſpectu Domini ſemper.

Sept. Et impones ſuper rationale iudicij demonſtrationem, & veritatem, & erit ſuper pectus Aaron, quando ingredietur in ſanctum ante Dominum, & afferet Aaron iudicium.

C *Cald.* Pones in rationali iudicij vrim, & thummim, & erunt ſuper cor Aaron cum ingreſſus fuerit coram Domino.

Oleaſt. Dabis in rationali iudicij luces vel illuminationes, & integritates vel perfectiones.

Philo. Claritatem & veritatem.

B. Iuo, Manifeſtationem & veritatem.

CONCORDIA.

PRo his verbis, & veritatē, & doctrinam, Hebr. eſt אורים ותמים vrim, & thummim, aliqui quibus fauet Card. Bellar. lib 4. c. 5. de Pontifice, vrim deducunt à radice ירה iara, id eſt docere, & ideo noſter interpres vertit doctrinam, tummim vero deducunt ab אמן aman, id eſt credidit. Vnde noſter vertit veritatem: alij vero deducunt ab אור, id eſt lux, vt vrim idem ſit quod luces, & illuminationes, tummim vero à radice תמם tamam, id eſt perfecit, compleuit, vt tummim idem ſic, quod integritates, vel perfectiones: Septuag. variè vertunt vrim modo τὰ δηλά, vel δηλώσιν, manifeſta, vel manifeſtationem, modo φωτισμοὺς illuminationes, modo φωτίζοντας illuminantes, & vero vox vrim videtur illuminationes ſonare, quod oracula exiſtimo reddita per vrim hominem illuminarent, quid agendum eſſet: vnde noſter vertit doctrinam, proprium enim do- D ctrinæ eſt, aut docentis hominem illuminare, thummim Septuag. modo ἀλήθεια, veritatem, modo τελείωσις, vel τελείους perfectiones, vel perfectos reddunt, & vera vox Hebræa propriè perfectiones ſonat, nominis ratio hæc videtur eſſe, quod docendo qoid in rebus dubijs agendum eſſet illum perficerent: & ſane veritatis cuiuſque cognitio, eſt intellectos perfectio, ſed ſtandum eſt interpreti doctrinam & veritatem reddenti.

EXPOSITIO.

P*Ones autem in rationali iudicij doctrinam & veritatem:* Inter difficultates non minima eſt quæſtio, quidnam illud fuerit in rationali ſummi Pontificis doctrina, & veritas, vel vrim & thummim. Nam fatetur B. Auguſt. quæſt. 117. in Exod. quid ſit illa inuenire eſſe difficile. Sic enim ait, quid ſibi velit, vel in quali re, vel metallo poneretur ſuper rationali, demonſtratio & veritas. Quoniam talia dicit fieri in veſte ſacerdotis, quæ corporaliter

Caiet. ſunt inuenire difficile eſt: Caiet. negat, hactenus quemquam quid illa ſint explicaſſe. Fatentur Rabbini ſummam eſſe apud ſuos harum rerum ignorantiam: ſed omiſſa Rabinorum in hoc opinantium, ignorantia, quid ſenſere patres, deinde quid recentiores, poſtea quid tenendum ſit proferam.

S. Cyrillus Alexand. B. Cyrill. in collectaneis cap. 24. & cum eo Orig. arbitrantur, hæc non fuiſſe aliquid arte factum, alioqui ſcriptura doceret, quomodo illa conſtructa fuiſſent, ſed fuiſſe cognitionem ſpiritualem, quæ ingrediebatur cor ſacerdotis, quando imponebat pectori ſuo rationale. Verba Orig. hæc ſunt, quomodo fœmina, aut textor potuit texere doctrinam, & veritatem? ſapientia ergo eſt quæ vtrumque facit.

Iſid. Peluſ. S. Iſid. Peluſ. lib. 3. epiſt. 10. Poterius, ſupra cap. 24. Iſai. verſ. 15. exiſtimant duos fuiſſe lapillos ad eum finem à Deo datos, & comparatos vt futura prænunciarent qui inſerebantur intra plicas rationalis, & inde efferebantur ad interrogandum Deum.

S. Epiphan. Anaſt. Nic. S. Epiphan. Anaſtaſ. Nicenus q. 38. in ſcripturam ſanctam, & cum eo Procop. Gazæus, volunt adamantem præter duodecim gemmas fuiſſe, cuius immutatione oracula redderentur. Ioſeph. lib. 3. ant. c. 12. Chryſ. orat. 3. aduerſ. Iud. Theoph. in cap. 3. Oſeæ.

Noſter Lyr. Abulenſ. Noſter Lyran. & poſt eum Abulenſ. quos plures recentiores ſequuntur, tenent vrim & thummim nõ aliud fuiſſe ab his gemmis, quæ erant in rationali, ſed eaſdem gemmas eſſe non abſolute, & ſimpliciter, ſed quatenus per illas Deus oracula ſacerdotibus eum conſulentibus reddebat, futura pronuntiabat, & quid agendum eſſet, edocebat. Chriſtophorus Caſtrus Chriſtoph. Caſtr. lib. 3. de vera futurorum cognit. cap. 4. ſuam hiſce verbis profert ſententiam.

Verú enimvero cum huius difficultatis tam diuerſas ſolutiones meditarer, & nihil quod Oſeæ c. 3. ſatisfaceret inuenirem, incidi in locum Oſeæ, qui fortaſſe veritatem aperiet, dum enim comminatur filijs Iſrael extremam vaſtitatem, vſque ad Chriſtum duraturam, defuturam dicit formam eius reipublicæ, illis verbis. Dies multos ſedebunt filij Iſrael, ſine rege, & ſine principe, & ſine ſacrificio: & ſine altari, & ſine ephod, & ſine theraphim. Quod nomen coniunctum, ephod, rationale iudicij, vel aliquid ad illud pertinens videtur ſignificare, & vere, vrim & thummim qui erant in D rationali. Hoc aperte nos docent Septuag. qui cum Exod. 28. & aliàs vbi ea inueniuntur, duo illa nomina transferant, δήλωσιν, & ἀλήθειαν, hoc eſt manifeſtationem, ſeu perſpicuitatem, & veritatem, ſimiliter hoc loco pro teraphim tranſtulere δήλους, manifeſtationes vrim, & thummim, volentes intelligere per quæ futura manifeſtabantur: vt rectè animaduerterunt Cyrill. Alexand. Theodoret. & Theophylactus. Erant ergo vrim & thommim ijdem quæ theraphim, per quæ interrogabatur de futuris: theraphim autem, vt in cõmentario eius loci probabimus, imagunculæ erant, ſeu idola, quæ interrogata reſponſa dabant voce manifeſta: quia ergo Deus voluit populum illum ablactare, & à ritibus gentium, & dæmonum cultu ſuauiter auocare, ſicut reliquit eis tam varia ſacrificiorum ge-

A nera, quæ prius dæmoni exhibebantur, poſterius Deo præſtabantur, ita modos illos admirandos, quibus dæmones ſe hominibus admirabiles oſtendebant prædicendi futura, & occulta reuelandi, conſeruauit Iſraelitis, ſed per Deum ipſum, & in illius honorem eiuſmodi erant oracula, ſortes, omina, oſtenta, & viſa prophetica, & in his numerantur teraphim, pro quibus dedit illis vrim, & thummim, ſed medio ſummo ſacerdote, vt occaſio plebi ignoranti remoueretur, vti idola ea colendi: erant igitur duo paruula ſimulachra affabre facta, vel Dei mano, vel artificum ornamentorum, quæ ferebat ſacerdos inter plicas rationalis, & quoties aliquid erat interrogandum efferebat, & per illa Deus, vel Angelus nomine Dei claré & perſpicué, quid B agendum, quidve non agendum reſpondebat, & propter ſermonis perſpicuitatem, quo manifeſtabantur reſponſa, & propter veritatem dicti, aut promiſſi certo complendi, vnum dicebatur vrim, illuminationes, perſpicuitates, alterum thummim, conſummationes, completiones, & veritates; quo de reſponſo complendo certiores redderent interrogantes; dum autem ſacerdos ea idolula oſtendebat, veriſimile eſt ea emicare, aut coruſcare ſolita ad captandam populi attentionem, & ad ingenerandam admirationem, quæ Deo vero eos coniungeret, quaſi tantorum miraculorum auctori.

Sed quis dixit, vrim & thummim ſubſtituta à Deo loco theraphim ex illa auctoritate Oſeæ? nam ſermo eſt in eo de his quæ ad fal- C ſum deorum cultum pertinebant: per vrim autem, & thummim Deum conſultum, & per ea reſpondere ſolitum quis neſcit? tum cum populus ad idololatriam propenſiſſimus fuiſſet ſi hæc duo fuiſſent paruula ſimulachra quibus oracula à Deo dabantur, ſane illa credidiſſet quædam numina, quibus adorationem latriæ exhibuiſſet, ſic enim falſis ſimulachris, quæ ab ipſo colebantur edebat ſua dæmon oracula & reſponſa.

Vatab. & Eugub. volunt fuiſſe nomen tetragrammaton, hoc enim mens illuminatur, perficitur, aliqui autem dicunt laminas, vnam auream, argenteam alteram, inſcriptas nominibus Dei, eaſque intra rationale quod duplex erat, abditas. Vatab. Eugub.

Sententia à nobis tenenda, quam ſequitur D B. Auguſt. vbi ſupra, à qua non alienι, nec ſanctus Hieronym. ad Fabiolam, nec S. Gregor. 2. Paſtor. cap. 2. ſcilicet duo nomina, vrim & thummim, doctrinam & veritatem inſcripta fuiſſe rationali, ſicut tiaræ Pontificis, hæc duo, ſanctitas Domino. Hæc ſententia præter ſanctos Patres citatos, aliorum eſt etiam grauiſſimorum auctorum, nempe Philonis, vtriuſque Hugonis, Magiſtri hiſtoriæ ſcholaſticæ, Arnoldi Abbatis, & aliorum. Quod probatur, poſtquam Deus, iuſſit poni in rationali illos duodecim lapides, ſingulos accuratè deſignauit verſibus præcedentibus, tandem hoc verſu præcipit, pones in rationali iudicij doctrinam & veritatem, inſinuans aliquid diuerſum ab ijs quæ anteceſſerant, ſi enim iam iuſſerat lapides iſtos poni in rationa-

ſi, fruſtra id alijs verbis repeteret.

Tum ſi hîc præcipuum lapidum vſum ſignificare voluiſſet, nempe ad oracula captanda dixiſſet, egoponam, vel ego dabo per lapides hoſce oraculum: non enim erat Moyſis facere, vel ponere illud, ſed Dei: & tamen videmus Deum dixiſſe Moyſi pones, vel vt Hebraice eſt, dabis in rationali doctrinam, id eſt, oraculum. Dicendum ergo hæc verba pones in rationali vrim & thummim, idem eſſe ac inſcribes in rationali, quod ſat ſignificat hoc demonſtratiuum qood in Hebr. additur, & præponitur vrim & thommim, quaſi dicat, illa duo verba pones & ſcribes in huiuſmodi ornameoto Pootificis: cum dixi has voces ſcriptas fuiſſe intellige opere phrygionico, aut pictas fuiſſe, inter duodecim gemmas. Quamuis B. Cyrill. aſſerat eas inſcriptas fuiſſe in duobus lapidibus à duodecim alijs diſtinctis.

Quæ erunt in pectore Aaron, de rationalis ornatu eſt ſermo, qui ſuper pectus, & cor imponebatur, & geſtare debebat Pontifex, *quando ingredietur tabernaculum*, ad ſua monia obeundat *coram Domino*, id eſt coram arca, & propitiatorio, *& geſtabat iudicium filiorum Iſrael*, id eſt rationale iudicij, de quo ſupra verſu 15. eſt metonymia, & quo definiebantur dubiæ, & difficiles quæſtiones filiorum Iſrael, in rebus agendis occurtentes.

A Quædam quæſtrunculæ agitari ſolent, nempe quis modus ſeruabatur in Deo conſulendo, & interrogando, & quomodo, Deus reſponderet: poſſumus dicere ſacerdotem, habentem ephod, cui inſcripta erant duo nomina vrim & thummim, opere phtygionico, voce ſenſibili, vel interna rem aliquam Deo proponere, vt ab eo oraculum caperet, & tunc Deum ſacerdoti oraculum flagitanti, voce externa, vel interna reſpondiſſe, cum huiuſmodi thummim & vrim mutatione aliqua, nam inuſitatus fulgor, ſi proſpera nuntiabantur, eis addebatur, niger vel ſanguineus ſi aduerſa. Si autem Deus nollet reſpondere, vti aliquando factum, vt 1. Reg. cap. 14. verſ. 37. B & cap. 28. verſ. 6. tunc nulla in eis mutatio inerat, conſolebatur aoten Deus non ſolum de rebus bellicis, ſed de alijs grauibus & dubijs quæ vel ad religionem, vel ad bonum politicum gentis Iſraeliticæ, vel ad perſonas publicas ſpectabaot.

Ad quod tempos aotem hoc oraculum perſeueraoerit, Ioſephus vſque ad tempora Machabæorum, aut proxime eis ſoccedentium aſſerit. Sed commonior ſententia Hebræorum, tunc ceſſaſſe vrim & thummim, cum deſtructum eſt templum Salomonis, cum in ſecundo nequaquam fuerint. Legatur noſter Galatin lib. 4. cap. 9. Genebr. in Chronographia ad annum mundi 3638.

CONCEPTVS.

Vbi veritas, nihil non ſanctum, nihil non diuinum.

109. *Pones in rationali iudicij doctrinam, & veritatem, quando ingredietur coram Domino:* Non permittitur Aaton coram Domino ſtare ſine inſcriptione veritatis, quæ à pectore radiet: verum cur vt ingrediatur coram Domino ſummus ſacerdos, præcipitur portare in pectore inſcriptam veritatem? cur non magis illi peccatorum omnium mundities, & omnimodæ ſanctitatis habitæ acquiſitio, mandatur, vt oculis Domini pateat? ſane pro omnis ſordis peccatorum abolitæ, & ſanctitatis acquiſitæ teſtimonio vna ſufficit veritas qua hominem auguſtioris & dioinioris naturæ declarat. Suffragatur B. Fulgentius lib. 3. ad Traſimundum Regem c. 5. explicans hæc verba Ioann. 1. Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis, ait enim, *Plenum gratia & veritatis Euangeliſta cognouit, quem vnum eundemque verum hominem gratiæ veræ Incarnationis oſtenderet, & verum Deum vnigenitum à Patre Natiuitatis æternæ veritas declararet.* Præclare diuiſit S. Doctor gratiæ & veritatis in ſeſe officia, vt gratia hominem, ſed veritas Deum credi faceret. Accinit B. Cyrill. Alexand. *Vidimus*, inquit, *gloriam Chriſti adeo ſublimiorem creaturarum glorijs, vt mentis quiſque compos, nulli pluſquam vnigenito Dei filio illam conuenire fateretur, plenus enim erat veritate, & gratia*: Non poterat non euulgari diuinitas, vbi veritas ſic euulgabatur. Vnde de veritate C ſic diſſerit B. Auguſt. lib. de lib. arbitr. c. 13. S. Auguſt. *Quoniam in veritate cognoſcitur, & tenetur ſummum bonum, eaque veritas ſapientia eſt, cernamus in eâ teneamuſque ſummum bonum eoque perfruamur.*

Nihil cordi intimius deberet eſſe Prælatis quam veritas.

Pones in rationali iudicij doctrinam & veritatem, quæ erunt in pectore Aaron, Cald. *ſuper cor Aaron.* Cur ſuper cor Aaronis veritas imponitor? nonne ſatis in eo tot gemmas pretioſas eſſe? merito locum obtinet in corde veritas, qoia nihil intimius deberet eſſe cordi Prælatorum, quam amor veritatis: ſic enim 110.
D Philo Iodæus lib. de iudice, *Quid in vita æque pretioſum quam veritas? quam vates inſcripſit loco ſacratiſſimo, ea parte veſtis Pontifitis, vbi eſt principalis vis animæ, vt ſacerdotem per hoc ornamentum auguſtiorem faceret.* Philo Iudæus

Veritas, doctrinæ ornamentum, imo & fundamentum.

Pones in rationale iudicij doctrinam & veritatem: Nonne ſat eſt vt in pectore ſuo doctrinam habeat? cur veritatem addidit? merito quidem, quia vetus doctoris caracter, veritas eſt, qua qui deſtituitur, ſingulari doctrinæ, & diſciplinarum caret ornamento. Recte enim Iſidor. Peluſ. lib. 3. epiſt. 64. *Veritas, inquit, omnibus artibus, & diſciplinis ornamentum affert, quæ ſi abſit, omni ornatu & ele-* 111. Iſid. Peluſ.

gantia carent doctrina: venuſtas inuenuſta eſt, & inelegans quælibet elegantia, vbi veritatis decor abeſt, quo vel ipſa ſermonis ruſticitas nobilitatur, adeo vt doctrinæ torques ac diadema, veritas ſit. Scite Syneſius de regno, *Veritas verborum nobilitas eſt.* Et Michael Pſellus præf. in Diopt. *Melius eſt vera dicendo balbutire quam mentiendo Platonis copiam, & grauitatem exprimere.*

Syneſius.
Michael Pſellus.

Veritas abſcondi non debet.

112. *Pones in rationali iudicij doctrinam & veritatem:* Cur in loco patenti veritas conſtituitur? in pectore ſit, & non ſupra pectus, cum enim veritas odium pariat abſcondi deberet. Sed falleris, in lucem enim prodire debet, vt recte docuit Michael Apoſtolius Centur. 19. Prouerb. 47. *Veritatem reticere, aurum ſepelire eſt:* veritatem enim prodere, & manifeſtam facere Doctoris eſt, & Prælati. Teſte Tertull. cap. 3. aduerſus Valentinianum, *Nihil veritas erubeſcit*, inquit, *niſi ſolummodo abſcondi.*

Michael Apoſtolius cit. à Nouarru. l. lib. a n. 6.
Tertull.

Veritas omnes decet ſed præcipue Prælatos & Principes.

113. *Pones in rationali iudicij doctrinam & veritatem:* Cur potius in indumento ſummi ſacerdotis præcipitur veritatem deſcribi, quam in aliorum inferiorum ſacerdotum veſtibus? nonne veritatem dicere decet omnes? ita equidem, ſed præcipue antiſtites & principes: Mamertinus ſic extollit Iulianum in Grat. actis. *Mira eſt in principe noſtro mentis linguæque concordia, non modo humilis, & parui animi, ſed ſeruile vitium ſcit eſſe mendacium.* Hinc B. Thomas Opuſc. de erud. Princip. nobilibus, principibuſque mendacium magis cauendum monebat, quam venenum. Hæc illius verba ſont, *Cauendum eſt principi mendacium, & venenum:* Caueant ergo principes ſibi à corporali veneno, amplius autem cauendum eſt eos à veneno mendacij, quod adeo mortiferum eſt, vt adhuc exiſtens in ore hominum occidat: ſecundum illud Sapient. 1. *Os quod mentitur, occidit animam.*

Mamertinus.
S. Thomas.
Sapient. 1.

Veritas nullo tegenda fuco.

114. *Pones in rationali iudicij doctrinam & veritatem*, non quomodocumque, ſed in aperto, ſed palam: Hæc enim duo nomina, vt vidimus in expoſitione, expreſſa erant, cur non inuoluta? cur non ſub aliquo indumento? vt innueret Dei præceptum veritatem nullo verborum fuco tegendam, ſed nudam apparere debere. Id monet S. Baſil. hom. in ſanctum Mamantem, his verbis, *Ne pudeat nos veritatis, ne externos fabulatores imitemur, ne contegamus veritatem verborum fuco ac decoro ornatu, nuda eſt veritas patrono non indigens, ipſa ſeipſam defendens, ac ſplendido præconio humilitatem euehens, oſtendens.*

S. Baſilius.

Veritas palam erigenda, quia fere defecit à filijs hominum. 115.

Pones in rationali iudicij doctrinam & veritatem, non ſub pectore, ſed in pectorali, vt omnibus eſſent hæc duo comperta & manifeſta. Verum cur palam veritas? cur non occultanda? pende verba regij Vatis Pſalm. 11. Saluum me fac, quoniam diminutæ ſunt veritates à filijs hominum, pluraliter loquitur, vt comprehendat triplicem veritatem, ſcilicet veritatem iuſtitiæ, quæ defecit per auaritiam, veritatem vitæ, quæ defecit per luxuriam: & veritatem doctrinæ, quæ defecit per ſuperbiam. De hac triplici veritate Ioan. 16. Dominus ait, cum autem venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Hæ autem veritates diminutæ ſunt, propter abundantiam contrariæ falſitatis, Oſeæ enim 4. ſcriptum eſt, non eſt ſcientia Dei in terra, veritas iuſtitiæ, miſericordia vitæ, ſcientia doctrinæ modo diminutæ ſunt. Et iterum de his veritatibus Michæas cap. 3. ait, Principes eius in mercede docebant, & hoc eſt contra veritatem doctrinæ, & Prophetæ eius in pecunia diuinabant, & hoc eſt contra veritatem vitæ: en quomodo defecit veritas à filijs hominum non ſolum poſt Dauidis tempora, ſed etiam ætate Moyſis, & ideo palam in rationali ponenda, vt ab omnibus cognita coleretur? Fauet noſter Bernard. Senenſ. Domin. 21. poſt Pentecoſt. c. 1. art. 1. *Viriliter erigenda eſt*, inquit, *veritas quia eius diminutio, ſeu defectio eſt criminoſa, nimis profecto damnoſum atque criminoſum eſt in mundo, & in qualibet ciuitate, inſuper, & in qualibet animæ defectio, & diminutio veritatis.* Et art. 3. ait, *Veritas etiam viriliter erigenda eſt, quia eius manifeſtatio eſt fructuoſa.*

Pſal. 11.
Ioan 16.
Oſeæ 4.
Mich. 3.
Noſter Bernard. Senenſ.

Veritas non ſolum habenda eſt in corde, ſed & in ſermone & in opere.

Pones in rationali iudicij doctrinam & veritatem, quæ erunt in pectore, Cald. *ſuper cor:* Quid? an veritas ſolum in corde habenda eſt? nonne etiam verum dicere, nonne & vere operari tenetur antiſtes? certum eſt triplicem eſſe veritatem, cordis, oris, & operis, ſecundum quod habet eſſe in mente, in ſermone, atque in ipſa re. Primo in mente, tanquam in ſubiecto cognitiuo: 2. in ſermone tanquam in ſigno repræſentatiuo: tertio, in re tanquam in principio effectiuo. Primo ergo veritas habet eſſe in mente, & in cognoſcente, cum enim intellectus indicat rem eſſe, quid eſt, vel rem non eſſe, quæ non eſt, tunc ſiquidem verus eſt, quia adæquatur rei quæ eſt: cum vero à re diſſonat, & diſcordat, puta cum dicit eſſe quod non eſt, vel non eſſe quod eſt: tunc proinde falſus eſt, proinde ſecundum ethymologiam, veritas dicitur, quaſi vera entitas: vnde veritas definitur, quod ſit adæquatio rei ad intellectum. Et Auguſt. de vera Relig. ait, veritas eſt rectitudo ſola mente perceptibilis: quid autem ſit veritas oris, & operis luce meridiana clarius: quo poſito, ne credas licet iuſſeris Deus veritatem debere eſſe in pectore, 116.

S. Auguſt.

vel

vel ſuper cor ſacerdotis: veritatem oris excludere, vtraque enim in ſuperiore neceſſaria eſt. Sic enim loquitur B. Bernard. Senenſ. Dominica 22. poſt Pentecoſt. art. 1. c. 3. *Veritas operis requirit, quod homo non tantum ſit verax in verbo, ſed etiam quod ſit verus & rectus in facto, non ſolum diligat, intendat, ac veritatem doceat, ſed neceſſe eſt quod eam opere adimpleat: nec ſit de his de quibus Matth. 23. Dominus, ait, dicunt enim, & non faciunt.*

Doctrina, Sacerdotis & Prælati inſigne.

Pones in rationali iudicij doctrinam & veritatem: Merito Deus doctrinam pectori ſacerdotis inſcribi iuſſit, doctrinæ enim ornamento carere haud par eſt, imo ſacerdos eſſe non videtur, qui ſcientiâ præditus non eſt. Scitè de inſcitia Philo lib. de Somnijs, *Inſcitia eſt bruta naturæ cognitum dedecus, eruditio vero germanum ornamentum & domeſticum.* Abeſſe ab homine ratione prædito inſcitia debet, ſed multo magis à ſacerdote; qui iungere intelligentiam vitæ debet. Hinc illud Nili in Parænesi, *Sacerdotem facit intelligentia, & vita, & morum integritas.*

Doctrina ſine virtutum propugnaculis non ſit.

8. *Pones in rationali iudicij doctrinam & veritatem:* Cur poſtquam præcepit Deus, vt duodecim gemmæ pretioſæ in pectorali ſummi Pontificis ponerentur, ilico iubet vt ſit in eo doctrina? reuoca in memoriam à nobis dictum, lapidibus illis duodecim, varias denotari virtutes. Ita etiam habet Ioann. à Turrecr. diſt. 46 c. Ecce habet, inquit, rationale quatuor ordines lapidum, ſignificans quod Pontifex debet habere quatuor virtutes principales, ſcilicet iuſtitiam, fortitudinem, prudentiam & temperantiam, in ſingulis autem ordinibus habet tres lapides, ſignificans quod Pontifex in primo debet habere fidem, ſpem, & charitatem: in 2. modeſtiam, manſuetudinem, & benignitatem: in 3. pacem, miſericordiam, & largitatem, quibus Pôtifex ornari deberet. Merito ergo poſt earum enumerationem, doctrinam in ſummo ſacerdote requirit, ea enim ſine virtutum propugnaculis firma eſſe non poteſt. Cenſio eſt Philipp. Abbatis, qui epiſt. 4. ad Engilbertum. Ita autem ſcribit, *Nulla prudentia, nulla ſcientia, nulla litteraturæ affluentia ſatis digna eſt commendari, quæ non ſtudet virtutum propugnaculis fulciri.*

Doctrina ſit clara & dilucida, non obſcura.

Pones in rationali iudicij doctrinam & veritatem, Philo legit, *claritatem & veritatem:* cur vbi doctrinam habemus, ille claritatem reddidit? nonne qui doctrina inſignis eſt Antiſtes, in ſummo habendus eſt pretio? rectè claritatem dixit, vbi nos doctrinam, explicat enim qualis debeat eſſe doctrina, nempe non obſcura, ſed clara, ſed dilucida. Hæc ſunt verba Philonis in lib. quis rer. diuin. hæres, *Eſt obſcuritas caligo profunda in ſermone, res commodiſſima ſuribus, quapropter Moſes ſummum Pontificem ornat claritate, & veritate, volens perſpicuam ſimul & veracem eſſe viri boni orationem.*

Prælati pectus doctrinæ & veritati, non autem ſæcularibus ſtudijs conſecrandum.

Pones in rationali iudicij doctrinam & veritatem: Quid neceſſe eſt hoc exprimere? nonne qui regimen aliorum ſuſcipit, qualis erat ſummus ſacerdos, doctrina & ſcientia pollere deberet? nonne & in omnibus ſequi veritatem tenebatur? cur ergo diſtinctè, litteris expreſſis, præcipit, vt hæc duo ſcribantur in pectore Aaron? vt ſciret Prælatus cor ſuum non ſæcularibus negotijs, ſed veritati & doctrinæ conſecratum eſſe. Verba ſunt Arnoldi Abb. tract. vlt. de verbis Domini, *Diligenter attendendum eſt,* inquit, *quod qui hac veſte induitur, in qua litteris, doctrina, & veritas impreſſa eſt, cõſecratum doctrinæ & veritati pectus ſuum intelligat, neque debere ſæcularibus negotijs, & actionibus & lucris occupari, ſed doctrinam fidei, exemplo & moribus indicare, quia omnino infame eſt abuti ratione, & corrumpere doctrinam & circumuentionibus, vel technis opprimere veritatem.* 120. Arnoldus Abbas.

Prælati vita, aliorum debet eſſe doctrina.

Pones in rationali iudicij doctrinam & veritatem, quid? an nuda in eo debet eſſe doctrina? an ſola omnium ſcientia? quis hoc aſſerret, cum optime Diadochus Epiſcopus de perf. Spirit. c. 7. Nihil egentius, inquit, illa mente, quæ de Deo extra Deum philoſophatur? quid enim nobis eruditio, ſi ſola ſit, & nuda? quilibet enim eruditus, rudis eſt niſi bonus, & quilibet doctiſſimus imperitus, niſi ſcientiæ probitatem iungat. Quid ergo requirit Deus à ſacerdote, cum iubet vt in pectore eius ponatur doctrina? niſi vt ſcientia ſit præditus, ſed non nuda, imo vt eius vita ſtudioſa ſit aliorum doctrina. Fauet præfat. Abbas: *Conſideret loca, & tempora, & modos actionum, & ætates, & gradus, in numero, pondere, & menſura, ſingula ſuis aptet rationibus, diſcretio ſacerdotis, in cuius pectore horum debet eſſe ſcientia, cuius etiam neceſſe eſt vitam eſſe doctrinam, nec locum vllum in anima illa habeat falſitas, quæ ad iudicij diuini regulam quadrare debet: quæcumque vel docet vel agit, vel ſtatuit, vel corrigit.* Pende cuius vitam neceſſe eſt eſſe aliorum doctrinam: Nam vt optime S. Laur. Iuſtin. lib. de caſto connub. c. 14. *Res quidem, ait, ſancta ſcientia eſt, ſi diligendo operatur quod nouit, per ſe enim non ſufficit, non ſolam ſcientiam à Domino popoſcit Propheta, ſed bonitatem & ſcientiam doce me.* Fœlix doctrinæ & bonitatis nexus, ſuauis vitæ ſermonisque harmonia grata Dei, grata hominum auribus, alioquin abſonus ſonus eſt, vbi vita diſcordat à lingua, & mores ab ore. 121. Diadochus. S. Arnoldus. S. Laurent. Iuſtinian.

Prælatus doctrinam manifeſtet, de corde ſuo non vaticinetur.

Pones in rationali iudicij doctrinam & veritatem, B. Iuo Carnot. ſerm. de ſignat. Sacerd. veſt. legit, manifeſtationem & veritatem. Nonne ſatis eſt habere ſapientiam rationali

iudicij deſignatam? cur in eo ponenda eſt adhuc manifeſtatio? quia non ſatis eſt vt ſuperior ſit eruditus, niſi & ſcientiã ſuã in alijs manifeſtam facere poſſit, in eo etiam ſit veritas, minime de corde ſuo vaticinari debet. Verba

S. Iuo. ſunt Iuonis, *Imponitur rationali manifeſtatio & veritas, manifeſtatio ideo quia non ſufficit Pontifici habere ſcientiam, niſi etiam poſſit manifeſtare quæ nouit, & reddere rationem de ea quæ in nobis eſt fide, & ſpe: veritas vero, quia non debet Pontifex de corde ſuo prophetare, ſed ea tantum quæ veritas habet manifeſtare.*

Non in labijs, ſed in pectore habeat Prælatus doctrinam & veritatem.

122. *Pones in rationali iudicij doctrinam & veritatem, quæ erunt in pectore Aaron:* Nonne doctrinam ore & labijs manifeſtam dicimus? vel ſaltem calamo, ſicut etiam veritatem? cur ergo non dicitur quod ponantur doctrina & veritas ſuper labia Pontificis, vel ſuper illius manus? quia non ad inſtar hypocritæ, inelle debet doctrina ſolum in labijs, ſed in corde, ſed in pectore, & in intellectu. Plures eruditi cenſentur, quia pollent eloquentia naturali, cum tamen ſint indocti, ſcientiarum principia non habentes; in pectore ergo doctrina ſit, & in

Hugo Carenſ. corde veritas. Audiamus Hugo. Car. ſic diſſerentem in c. 2. epiſt. ad Rom. in illa verba, habentem formam ſcientiæ & veritatis, *Rationale iudicij ſignificat auctoritatem, ſiue officium docendi, debet enim habere doctrinam & veritatem vitæ, & hoc in pectore, & non tantum in labijs doctrinam, nec tantum in ſuperficie veritatem ſicut hypocritæ.*

Prælatus ſemper ſui admonetur muneris.

123. *Pones in rationali iudicij doctrinam & veritatem, quæ erunt in pectore ſuo,* Cald. *quæ erunt ſuper cor ſuum:* Nonne rationale idem eſt, quod pectorale, pectorale autem indumentum eſt pectoris ſiue ornamentum? cur ergo ſi dixerit, pones in rationali doctrinam & veritatem, ſubiungit quæ erunt in pectore ſuo, vel ſuper cor ſuum? an cor immemor ponderis poteſt eſſe, quo premitur? nequaquam ſane: merito ergo addidit, vt illa duo, doctrina & veritas, eſſent in pectore, vel ſuper cor Aaronis, vt ſui muneris Pontifex admoneretur, vt ſemper ante oculos haberet doctrina ſuos imbuere, veritatem errantibus aperire, ſecundum meriti, vel demeriti rationem iudicare.

Bruno. Hoc Epiſcopi audiant, *inquit apud Tilm. Bruno,* hoc diligentiſſime attendant, & conſiderent, quid ſignificet, quod ſuper pectus Aaron doctrina & veritas ponuntur: ille enim Epiſcopus rationale in pectore non habet, in cuius corde non eſt doctrina & veritas. Quid enim ſine doctrina docebit? quid ſine veritate iudicabit? ideo enim rationale iudicij dicitur, vt in rationali ſit doctrina, in iudicio ſit veritas. Semper igitur rationale, ſemper pectus ſuum Epiſcopus intueatur: ſufficit illi liber iſte, tota lex vtriuſque teſtamenti, ſi ſcientiam in pectore habet. Sed quomodo non intelligit pectus quod in pectore eſt? ideo enim tam prope, & ſuper ipſum cor rationale ponitur, vt quid ſignificet, & quid velit intelligat. Stat rationale ſuper cor, quaſi magiſter ſuper diſcipulum, admonet cordis oculos, rogat vt ad ſe dirigantur, inſpiciant, & legant.

Prælatus quaſi Dei attributa in ſe referat.

Pones in rationali iudicij doctrinam & veritatem, Oleaſt. *luces & perfectiones,* per perfectionem, bonitas rei quæ in integritate illius conſiſtit, ſignificatur. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona; id eſt perfecta in genere ſuo, veritas etiam rei attributum denotat, omnia penetrans. Cur hæc in pectorali ſcripta debet habere ſacerdos? cur quæ ſunt Deo intima, ſuper illius cor apponentur? quia Prælatus tantæ debet eſſe maieſtatis & ſanctitatis, vt in ſe diuina referat attributa. Senſus noſtri Georgij Venet. in lib. de harm. mundi Rom. 3. Cant. 1. c. 5. *Nec abs re in ſacerdote ſummo opifici ſacrificanti ipſius opificium figuretur adiecta veritate, vel claritate & bonitate in eo, qui ſplendore doctrinæ perfectioniſque bonorum operum erudire populum debet veritatem: itaque diuinum ſplendorem mente ſuſcipiat, & toto eum habitu reſonet, & ornati.* 124.

Geneſ. 1

Georgius Venet. in lib. harm.

Prælatus non quomodocumque doctus, ſed ſpiritualiter, non quomodocumque bonus, ſed perfectus eſſe debet.

Pones in rationali iudicij doctrinam & veritatem, Oleaſt. *luces & perfectiones,* quia dicit perfectionem, omnem defectum excludit, & omne includit complementum. Verum cur luces, ſiue illuſtrationes, vel illuminationes? cur perfectiones in pectore ſuo, ſiue corde deſcriptas habere debet? quia Prælatus licet maxime eruditus debeat eſſe, ſed ea eruditione debet fulgere, quæ alios in ſpiritualibus illuminet & illuſtret, & etiam in omnibus debet eſſe virtutibus perfectus. Hæc obſeruat præf. noſter Minorita c. 6. Vrim claritates, & illuſtrationes doctrinæ & ſpiritus mihi ſignificare videntur, quas habere debet ſacerdos: quia mediatoris inter Deum & hominem officio fungitur, & ducatum in Deum populo præſtat. Nec enim ſciet dux, aut poterit dirigere quempiam in viam quam neſcit: nec cæcus alteri bonum poterit præſtare ducatum: nec propitiationem adinueniet cum Deo, qui non eſt gratiæ ſuæ lumine colluſtratus: quia nec Deum, nec diuina abſque eius lumine cognoſcere poſſumus. Clarus itaque, & colluſtratus debet eſſe Pontifex doctrina, ſcientia vtriuſque teſtamenti, & ſpiritu, vt ſciat, quid faciat, & intelligat per quam viam plebem deducat, & cognoſcat quid Deus expetat à nobis pro purificatione & ſanctificatione noſtra. Hoc myſterio portare dicuntur Pontifices noſtri bipartitam illam mitram, vt denotetur videlicet peritia, quam habere debet ipſi Pontifices in vtroque teſtamento: quamuis in pleriſque noſtri temporis nimium deficiat à ſacramento: eſſe quoque debet Pontifex purus, mundus, & perfectus ne Deo inuiſus, ponat potius inter Deũ ipſum, & populũ offendiculũ, quam propitiationẽ. Et hoc ſignificat illud תמים thummim 125.

Georgius Venetus

quod immaculatum, perfectum, completum ſimplicem, & ſine defectu poſſumus interpretari. Hinc tanta diligentia iubetur, vt ſacerdos non modo caueat à peccatis, ſed ſit impollutus etiam à mortuo, à muliere etiam, quæ corpus ſuum alteri viro conceſſit: Item quod ſit liber à lepra, à fluxu ſanguinis, ab hernia: ſitque integer in omnibus membris, non cæcus, non claudus, non gibbus, non naſo nimis grandi & deformi. Quæ omnia in alijs tolerantur, in ſacerdote vero nequaquam: quia completus eſſe debet omni perfectione intrinſeca, & extrinſeca.

In pectore Chriſti verberibus diſſecti edocemur, quomodo nos Deo offerre debeamus.

126. *Pones in rationali iudicij doctrinam & veritatem, quæ erunt in pectore ſuo.* dictum à nobis ſuperius, ſummo ſacerdote Aaronico, ſummum omnium Antiſtitem, nempe Chriſtum Dominum deſignari. Sed cur in pectore eius, doctrina & veritas? an quia in illo omnes ſunt theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei? an quia etiam via, veritas eſt & vita? verum cum pectus eius flagellis diſſectum contemplemur, ſicut illud meditabatur B. Hieron. in cap. 27. Matth. Traditus eſt Ieſus, inquit, miniſtris verberandus, & illud corpus ſacratiſſimum pectuſque Dei capax, flagella ſecuerunt. Quomodo in eo deſcripta veritas & doctrina? quid enim in pectore flagellato & ictibus verberum aperto deſcribi poteſt? doctrina & veritas. Verum quid doctrina in eo deſignat? ſane modum quo nos Deo offerre debeamus, ſicut ipſe ſe nobis obtulit, modum quo cuncta aduerſa pro Dei amore toleremus. Hoc documentum hauriamus ex verbis Paleoti Archiep. Bononienſ. c. 15. de ſacra Sindone; qui poſtquam textum de rationali iudicij, in medium adduxit, ait, *Totum hoc iſtud ſacra ex Sindone, tanquam figura pectoris Chriſti, verberibus diſſecti, clariſſime conſtat, cum in ipſo compareat vera purpura, ſanguis ſcilicet quo redempti ſumus, lapidum textura, nimirum plagarum, quæ profecto vera debeant æſtimari gemmæ, in quibus inſcripta nomina filiorum Iſrael: quandoquidem hunc pretioſiſſimum thoracem cruore depictum, deſcriptos vt ſe ſe veluti in vitæ libro fideles contineri videamus perinde ac veros Iſraelis natos:* deinde ſubiungit, *Ceterum ſacratiſſimum id pectus doctrinam & veritatem præſert, doctrinam quidem, quoad modum quo noſmetipſos offerre valeamus, cunctos edoceat; nec id tantummodo doceat, ſed etiam vt ipſum pectus noſtrum, cor inſuper opponamus ictibus, quos ſpirituali in pugna in nos omnes intentari videamus: veritatem vero quod ſacra vatum oracula veriſſima comprobari dignoſcamus, ea quæ de ſeruatore litteris conſignarunt, indicantes Chriſtum deſpectum, adeo & in pectore dilaniatum ſemetipſum, tanquam clypeum ſempiterni patris iræ in nos omnes fortiter intentæ, fortiter obiectum fore.*

Hieron.

Paleotus Archiepiſc.

Nomen Ieſu illuminat.

127. *Pones in rationali iudicij doctrinam & veritatem,* in Hebr. *vrim & thummim,* Oleaſt. *luces vel illuminationes.* Licet plures fateantur ſuam ignorantiam in hoc quod his nominibus ſignificatur; tamen Rabbi Salomon exiſtimat fuiſſe nomen Dei tetragrammaton poſitum ſub lapidibus, virtute cuius manifeſtabatur veritas de interrogatis ipſi ſacerdoti, quando conſulebat Dominum. Salomonem ſequitur Vatab. cuius hæc ſunt verba, Intra rationale erat ſcriptura quædam, quæ complectebatur nomen Dei tetragrámaton Iehoua, quæ dicebatur vrim & thummim. Sed ſi ita eſt, quomodo illa verſio reddens illuminationes, vel luces adaptari poteſt? apte quidem, quid enim magis illuminat quam nomen Ieſu ineffabile? Sic Eugub. *Doctrina & veritas erat ſcriptura nominis tetragrammaton, quæ erat poſita, vbi coniungebatur ſuperhumerale, per quod nomen ſacerdos lumen verbis ſuis adhibebat, & diuinitus loqui videbatur.*

Vatab.

Eugub.

Deus nos ſuorum iudiciorum vult eſſe memores.

Pones in rationali iudicij doctrinam & veritatem, & geſtabis iudicium filiorum Iſrael, per iudicium intellige pectorale iudicij, vel memoriale, quo ſcilicet negotia Iſraelitarum reuocabantur Deo in memoriam, non tamen quod obliuioſus eſſet, aut illorum curam non gereret, ſed ſic voluit quodammodo excitari. Verum cur etiam non aſſeram portaſſe iudicium filiorum Iſrael, vt ij ſemper illius eſſent memores, nec vnquam iudicium diuinum è memoria eorum laberetur? Fauet Vatab. *Voluit hoc memoriali excitari populum ſuum, vt ad ſe conuerteretur.* 128.

Vatablus.

Prælatus pœnam daturus pro delictis populi.

Pones in rationali iudicij doctrinam & veritatem, & geſtabis iudicium filiorum Iſrael: Cur iudicium Iſrael ſuper ſe geſtare tenetur? dices, quia cauſas populi coram Deo agere debet, quid inde colliges? quod ſi negligens fuerit in populo emendando, in viam rectam deducendo, & in obeundo quod ſui muneris eſt erga populũ: ſane pro ſuis, ſed & illius delictis pœnas daturus eſt grauiſſimas. Sic habet Oleaſt. *Illorum iudicium ſuper ſe portare debet ſacerdos, vt cognoſcat ſe pœnas daturũ pro delictis populi.* 129.

Oleaſt.

Cauſas ſubditorum ſecundum Deum diſcutere & iudicare debet Prælatus.

Pones in rationali iudicij doctrinam & veritatem, & geſtabis iudicium filiorum Iſrael, in conſpectu Domini ſemper: Nonne ſatis eſt dicere, quod geſtare iudicium filiorum Iſrael teneatur, nempe cauſas illius agere? cur additur quod hoc ſit in conſpectu Domini? nonne omnia oculis eius ſunt aperta: merito hæc ſubiunxit verba, quia Prælatus cauſas ſubditorum non quomodocumque, ſed ſecundum Deum diſcutere ac iudicare debet. Sic explicat Greg. Mag. par. 2. Paſtor. curæ c. 2. *Sacerdotem iudicium filiorum Iſrael in pectore, coram conſpectu Domini geſtare, eſt ſubiectorum cauſas pro ſola interni iudicis intentione diſcutere, vt nihil ſe ei humanitatis admiſceat, in eo quod diuina poſitus vice diſpenſat, ne correptionis ſtudia* 130.

S. Gregor. Magn.

priuatus dolor exuperet, tumque contra aliena vitia æmulator oſtenditur, quæ ſua ſunt non exequatur: ne tranquillitatem iudicij, aut latens inuidia maculet, aut præceps ira perturbet, ſed dum conſideretur terror eius qui ſuper omnia præſidet, videlicet iudicis, non ſine magno reguntur timore ſubiecti.

Prius inſtruamur quam alios doceamus.

121. *Pones in rationali doctrinam & veritatem,* alij, *manifeſtationem & veritatem*: Nonne potuit hunc ordinem ſeruare Deus in præcepto de rationali faciendo, ita vt prius deſcriberentur hæc duo nomina, doctrina & veritas, deinde fieret rationale, & in eo ponerentur? aduerte rationale idem eſſe ac logion Græcè, logion autem ſapientiæ indicium eſt, quia ſapientia in ratione conſiſtit. En ergo vt optimus ordo ſeruatur, vt prius fiat rationale, deinde in eo ponatur doctrina, ſiue manifeſtatio! quia prius ſapientes debemus eſſe, quam alijs doctrinam, & eruditionem manifeſtemus. Subſcribit Orig. hom. 6. in Leuit. *Non ante manifeſtatio quam rationale, quia non ante alios docere, quam nos inſtructi, & rationabiles eſſe debemus.*

Orig.

Solus ſapiens gubernando idoneus.

122. *Pones in rationale doctrinam & veritatem,* Deus Aaronem in ſummum Pontificem conſtituturus, & ei regimen ſpeciale populi Iſrael traditurus, iubet vt rationali induatur, & in eo doctrina deſcribatur: cur antequam vngatur in Antiſtitem, hæc prius ſtatuit? ſit antea ſummus ſacerdos, deinde decernetur quibus veſtimentis induendus, & quam habiturus ſit doctrinam, & quoue rationali decorandus: nequaquam hic ordo ſeruatur, ſed prius in eo requiritur logion, nempe ſapientia & doctrina, quia ſolus ſapiens aptus eſt regimini. Quod Auguſt. lib. 2. de Ordine cap. 20. tom. 1. ecip. gerendæ, nonniſi ſapiente & pœne diuino gubernatore contentus ex Pythagoræ ſenſu id luculenter adſtruit: mirum enim ille Philoſophum miris laudibus effert, quod doctrinam de rep. adminiſtranda, auditoribus ſuis non antea tradere ſolitus fuerit, quam eos omni ex parte perfectos animaduertiſſet, vt inter proſperæ, & aduerſæ fortunæ fluctus, inter tot rerum mutationes, & varietates, inter tot caſuum diſcrimine ſcopulos nauim, in qua humani generis ſalus vehitur, non caſu aut temere, ſed diuina quadam ratione dirigere poſſent. Sed id ab Auguſtino audire operæpretium fuerit: ait ergo, *Quod autem Pythagoræ mentionem feciſti, neſcio, quo illum diuino ordine occulto tibi in mentem veniſſe credo, res enim multum neceſſaria mihi prorſus exciderat, quam in illo viro mirari, & pene quotidianis, vt ſcis, efferre laudibus ſoleo, quod regendæ reip. diſciplinam ſuis auditoribus vltimam tradebat, iam doctis, iam perfectis, iam beatis.* Sed quam ob cauſam? ſubdit Auguſt. *Tantos enim ibi fluctus videbat, vt eis nollet committere niſi virum, qui in regendo penè diuinè ſcopulos euitaret, & ſi omnia defeciſſent, ipſe illis fluctibus quaſi ſcopulus fieret: de ſolo enim ſapiente veriſſime dici poteſt,*

S. Auguſt.

Ille velut pelagi rupes immota reſiſtit.

Suo ſplendore ab omni caligine liberare alios debet ſacerdos.

Pones in rationali doctrinam, & veritatem, 123.
Oleaſt. *luces vel illuminationes.* Cur luces in ſuo rationali habere debet Aaron? quia lucere alijs ſacerdos debet, atque adeo mores ſuos ab omni vitiorum caligine debet eximere, vt lucernæ munus exerceat in Eccleſia. S. Iſidor. Peluſ. lib. 1. epiſt. 32. ita ſcribit, *Deus lucernam, hoc eſt ſacerdotem accendit, atque candelabro imponit, hoc eſt ſuæ lucem ferenti Cathedræ, vt & dogmatum & actionum ab omni caligine liberarum ſplendorem Eccleſiæ, fulgetra inſtar afferat.*

Iſid. Peluſ.

VARIET. LECT. Verſ. 31. & 32.

Vulg. Facies & tunicam ſuperhumeralis totam hyacinthinam.

Sept. Et facies ſubuculam talarem, totam hyacinthinam.

Cald. Facieſque pallium ſuperhumeralis totum hyacinthum.

Onk. Facias & interulam ſub ephod, quæ tota ſit hyacinthina.

Vulg. In cuius medio ſupra erit capitium, & ora per gyrum eius textilis, ſicut fieri ſolet in extremis veſtium partibus, ne facile rumpatur.

Sept. Et erit periſtomium ex ea medium, oram habens in circuitu periſtomij, opus textoris, commiſſuram contextam ex ipſo, ne rumpatur.

Cald. Et erit capitium eius duplicatum intrinſecus, ora erit capitio eius per gyrum opere textoris, ſicut os loricæ erit, & vt non rumpatur.

Onk. Et erit foramen eius duplicatum intrinſecus, fimbria circumdabit foramen eius per circuitum, opere textoris.

Oleaſt. Erit os capitis eius in medio eius, labium erit ad os eius opere texentis.

Vatab. Et erit foramen ſummæ parti eius in medio eius, labrum erit foramini illius, in circuitu opere textoris, ſicut foramen loricæ.

Alij, Ora erit ori eius, in circuitu opere texentis.

Alij, Et circum foramen limbus opere textorio fiat illi.

CONCORDIA.

SEptuag. non tunicam ſuperhumeralis, ſed tunicam talarem reddũt, quod etiam rectè: nam vt habet Aug. vſque ad talos dependebat: aliqui arbitrantur, non benè à Cald. redditum pallium, quia ponitur ſuper indumenta, tunica autem erat ſubter ephod: quod autem babemus in cuius medio ſupra erat capitium, Hebr. eſt והיה פי ראשו בתוכו vehaia phetoſo bethoco, & erit os, ſiue forameo capitis, vel capitij eius, vel ſummitatis in medio eius, per quod ſcilicet caput immittatur, vel in cu- A ius ſummæ partis medio foramen erit: quæ omnia eadem ſunt cum noſtra verſione, Cald. antem paulo quid diuerſum habet, nempe & erit capitium eius duplicatum intrinſecus. Sept. habent periſtomium ex ea medium, id eſt qua caput eijciatur. Hoc eſt enim quod dicunt Græci περιστόμιον, ſequitur ſicut fieri ſolet in extremis veſtium partibus, ne facile rũpantur: hic ſenſum circumloquendo, de ſuo quædam protulit, ea enim ſunt ſicut in Cald. nẽpe ſicut os loricæ erit ei, vt non rumpatur.

EXPOSITIO.

F*Acies & tunicam ſuperhumeralis*, dicitur hæc tunica ſuperhumeralis, quia immediate ſub veſte ſuperhumerali erat, cuius pars nõ minima ſuperhumerali tegebatur, ad diſtinctionem lineæ, hæc tunica talaris erat, ad talos enim vſque deſcendebat, *totam hyacinthinam*, violacei, nempe coloris, quidem ſericam, alij laneam affirmant, quod violacei coloris lana apud veteres pretioſa fuerit. Hæc tunica, inquit Ioſeph. 3. antiq. c. 8. non erat è duobus ſegmentis, vt ſuturas haberet in humeris, ac lateribus, ſed vnica tela in longum contexta: an manicas habuerit vel ne, varij ſunt hac in re auctores. Hieronym enim habuiſſe teſtatur, Hieron. cui credendum. Dicunt aliqui quod ſimilia non ſit conſuetus fingere, ſed ex autentica traditione, vel aliunde ſimili acceperit: negat huic tunicæ manicas Ioſeph. Ioſeph. cui vt oculato teſti in- B quiuot, aliqui magis credendum, & ſi eas habuiſſet non ſcriptura ſiluiſſet, quæ ſingula in hiſce Pontificis veſtibus, tã accurate deſcribit.

In cuius medio ſupra erit capitium, hoc eſt foramen per quod caput indocendum, Ioſephus vocat aperturam quam ſic deſcribit, in ſummo habet non tranſuerſam, ſed in longum deſcendentem à tergo, & ante, vſque ad medium pectus. *Et ora per gyrum eius textilis*, hoc eſt limbus aliquis opere textorio in circuitu iſtius foraminis, ne dum caput inducitur, tunicaque induitur, aliqua fiat ruptura: inde Hebraicè eſt ſicut limbus loricæ erit ei, ne rumpatur, quaſi dicat muniet eum inſtar limbi loricę, ne rumpatur, *ſicut fieri ſolet in extremis veſtium* C *partibus*, in quibus maiorem ſoliditatem, & robur ſolent adhibere textores, & artifices periti.

CONCEPTVS.

Pontifex magis addictus debet eſſe cæleſtibus, quam terrenis.

134. *Facies & tunicam ſuperhumeralis*, hanc autem non cuiuſlibet coloris, ſed violacei, ſed cœleſtis. Cur huius coloris tunica induendus? nonne quilibet alius ſufficeret? hunc requirit Deus in hac tunica talari, vt innueretur Pontifici, quod magis addici cœleſtibus quam terrenis, quod vitam cœleſtem ducere deberet. Sic etiam conſulit B. Iuo Carnot. epiſ. ſerm. de ſignif. veſt. Sacerd. *Secunda tunica interior appellatur, vel hyacinthina, cuius color cæli ſerenitatem imitatur, vt per hoc intelligatur, quia Pontifex plus debet de cæleſtibus cogitare, quam de terrenis.*

Pontifex non ſolum magis addictus debet eſſe cæleſtibus, quam terrenis, ſed totus cæleſtis.

135. *Facies & tunicam ſuperhumeralis, totam hyacinthinam*, nonne ſatis eſſet dixiſſe hyacinthinam, non addito, *totam*? non ſine myſterio addidit totam, vt innueret quod Pontifex non quomodocumque, ſed totus omnino cœleſtis deberet eſſe. Ita ſuadet B. Arnoldus Abbas tract. 7. de Verb. Dom. *Veſtis illa hyacinthina animam in ſanctimonia enutritam ad illum profectum indicat peruenire, vt ſpiritu viuat, ſpiritu ambulet, & a nemine iudicetur, & omnia iudicet, hoc enim eſt ſummum ſacerdotium ad hunc apicem ſanctitatis attingere, vt totum ſe vir iuſtus cæleſtem exhibeat, moreſque supernos, & diuinam exprimat formam, ſolique creatori mente infixa, indiuidua conuerſatione* D *inhæreat, hoc totum complectens tunica hyacinthini coloris inſinuat.* Et Hugo Cardinal. in Pſalm. 131. *Tunica hyacinthina eſt ſacerdotum vita, quæ tota debet eſſe cæleſtis.* Philip. 3. *Conuerſatio noſtra in cælis eſt.*

S. Arnoldus. Hugo Card. Philip. 3.

Totus ſpiritus ſit ſacerdos, dum ſuum munus exercet in altari.

Facies & tunicam ſuperhumeralis, totam hyacinthinam, qua indoendus ſacerdos in officio miniſterij: cur tunc tunica & hac totá hyacinthina veſtiendus? quia licet ſemper cœleſtis eſſe debeat, & totus ſpiritus, ſed præcipuè cum 136.

adſtat altari ſuum munus exercens. Scitè B. A
Albertus Magnus. Albert. Mag. tract. 1. de Miſſa c. 2. *Conſiderandum eſt*, inquit, *quare populus differenti modo ſalutat, non enim dicit, Dominus ſit tecum, vel aliquid huiuſmodi, ſed dicit ei, cum ſpiritu tuo, quia ſacerdos ſtans ante altare, totus debet eſſe in ſpiritu, ſtans enim ad curam nihil debet eſſe niſi ſpiritus, & nihil ſentire de corpore, vel de ſolicitudine ſaculi.* Dicenti enim ad populum Dominus vobiſcum non reſpondetur, & Dominus tecum, ſed, & cum ſpiritu tuo, vt omni carnis & corporis cura neglecta, ibi ſacerdos eſſe significetur.

In alium virum mutari debet qui fit ſacerdos.

137. *Facies & tunicam ſuperhumeralis, totam hyacinthinam*, qua deinde eum veſtiuit Moyſes, B
Leuit. 8. vt habetur Leuit. 8. veſtiuit Pontificem ſubucula linea, accingens eam baltheo, & induens eum tunica hyacinthina. Prioribus ſcilicet eum exuens veſtibus, vt eatum loco, nouis & his Pontificijs indueretur. Quid hoc eſt? niſi quod in alium virum debet mutari, qui ſacerdos fit, & idcirco alias induit veſtes, vt alios etiam induat mores, vt nihil ſapiat niſi diuina.
Oleaſt. Pulchrè Oleaſt. ſuper præf. c. Leuit. legens poſuit ſuper eum tunicam, *Nihil noſtrum Deus vult in nobis videre, quoniam inquinata ſunt omnia noſtra, ideo voluit ſacerdotem veſtibus ſanctis indui.*

Virtutibus non pecunijs affluant ſacerdotes.

138. *Facies & tunicam ſuperhumeralis, totam hyacinthinam:* Ecce iam ſuperhumerale ex varijs confectũ coloribus, & eiſdẽ rationale & duodecim pretioſis ornatum gemmis, in quo doctrina & veritas ſcriberentur, præcipit fieri. Miror equidem, quod nec verbum quidem de opibus, quibus familiam ſuam ſecundum dignitatem enutrire poſſet, fecerit: quid hoc eſt? nonne magis neceſſariæ ſunt, quam ipſa tot coloribus diſtincta veſtimenta? nonne colorum varietate virtutes deſignari diximus? ne mireris ergo nulla diuitiarum facta mentione, ſolum veſtimenta huiuſmodi receoſeri, quia virtutibus non pecunijs affluere debent ſacerdotes, vt iuſte dignitatem ad quam
Iſid. Peluſ. euecti, ſuſtineant. Hinc illud Peluſiota lib. 2. epiſt. 190. *Qui pretioſiſſima ſacerdotij corona redimiti ſunt, virtutibus potius quam pecunijs & opibus affluere debent.*

Non ſolum virtutibus acquirendis ſtudere debet ſacerdos, ſed earum obſeruationi vſque ad vltimam vitæ periodum.

139. *Facies ei tunicam ſuperhumeralis, totam hyacinthinam*, in eo, quod tota vnius coloris, & illius cœleſtis, vita ſacerdotis qualis eſſe debeat, manifeſtè docetur. Hoc eſt ſupernis ſolum deſiderijs inceſſanter intenta, & conuerſationem iuxta Apoſtolum habens in cœlo, ac ſui Saluatoris inde deſiderantet expectans aduentum. Sed Sept. legunt, facies ſubuculam talarem, id eſt ad talos vſque pertingẽtem: cur neceſſe eſt, A vt huiuſmodi tunica quæ tota hyacinthina eſt, ſit talaris? an vt oſtenderetur nihil in ſacerdotali vita infimum, ac ſordidum remanere, ſed omne quod ageret, quaſi æthereo colore ſpecioſiſſimum, vniuerſa membra eius à capite vſque ad pedes gratia virtutum contexta eſſe deberet? vel tunica talari tota hyacinthina veſtitur, vt admoneatur opus cœleſte, non inchoandum tantummodo, verum etiam vſque ad finem in eo eſſe perſeuerandum omnibus qui ſalui eſſe voluerint? tunica namque hyacinthina vſque ad pedes veſtiri, eſt bonis operibus vſque ad finem huius vitæ inſiſtere, quod paucis verbis exprimit. Gloſſa interl. *Facies opus* Gloſſa interlin.
cœleſte vſque ad conſummationem vitæ.

Sacerdos quaſi corpore aëreo, & leui conſiſtat victus tenuitate, & membrorum mortificatione. B

Facies & tunicam ſuperhumeralis, totam hyacinthinam, hyacinthus aërem ſignificat, affinitatem enim cum eo habere videtur: ſed quod cœlum denotet nulli dubium; cum hyacinthus ſit coloris violacei, cur huius coloris tunica veſtiendus ſacerdos? vt ſciat quod corpore leui & quaſi aëreo conſtare debeat ex victus tenuitate, & membrorum mortificatione. Id habet B. Greg. Niſſ. lib. de vita Moyſ. *Hortatur hoc* S. Greg. Niſſen. *ænigmate*, inquit, *omnem qui Dei ſacerdotium aſſumere debet, ſeipſum ac corpus ſuum Deo offerre hoſtiam, non enecatum, aut caſum (viuum enim hoc ſacrificium rationaliſque cultus hic eſt) nec pingui quodam ac carnoſo huius vitæ amictu,* C *ſed tenue, ſicut telam araneæ munda viuendi ratione confectum, vt viuendi tenuitate leue atque aëreum factum ſurſum ferri poſſe videatur, hoc enim modo cum nouiſſimam tubam illam audiemus, omni onere liberati leues ad iubentis vocem exultemus, nec pondere vllo ad terram deprimemur, ſed cum Domino per aërea ſublimes feremur.* 140.

Virtus omnibus numeris ſit abſoluta.

Facies & tunicam ſuperhumeralis, totam hyacinthinam, Sept. ſubuculam talarem: Nonne 141.
ſatis eſſet, quod vſque ad medium corpus pertingeret? cur à capite vſque ad pedes circumfunditur? cur etiam manicis, ſecundũ aliquos, conſtat? Reſpondet præf. Doctor, *Quia non* Præf. Doct.
D *mancam, aut truncam eſſe virtutem, ſed integram atque per omnes numeros perfectam lex vult; ne induas ergo tunicam hyacinthinam, ſine manicis vſque ad medium corpus deſcendentem, ſed vſque ad talos pertingentem, ut virtutem imperfectã velis habere, quam à te Deus requirit integram.*

Armati ſtemus pro virtute conſeruanda.

Facies ei tunicam ſuperhumeralis, totam hyacinthinam, Hebr. habet, ſicut os loricæ erit 142.
ei, vt non rumpatur. Nonne inſigne militare eſt lorica? quid commune tunicæ Pontificiæ cum armatura militari? hoc quidem, quod pro conſeruatione tunicæ hyacinthinæ, nempe virtutis, armati conſiſtere debemus: *Armatos*, inquit Nyſſenus, *nos eſſe horta-* Niſſenus.
tur aduerſus tyrannum, & hoſtem noſtrum,

virtus enim vt ì Paule dictum, ſide bonu conſtat conſcientia, quibus ita aduerſus inimicorum tela munitos eſſe oportet, vt his iuſtitiæ armis dextris atque ſiniſtris inuulnerabiles maneamus.

Prælatus qui rectum à principio vitum duxerit, & eam non intermiſerit, cum fiducia ſermones Dei loquitur.

Facies ei tunicam ſuperhumeralis totam hyacinthinam, in cuius medio, apertura erat, ora firmiſſima, quæ gyrum colli ſacerdotis ornabat, contexta: capitium autem huiuſmodi firmiſſimam habens oram, & ex ſeſe textam, ne facile rumpatur eſt primordium bonæ noſtræ actionis, forti radice timoris Domini ſubnexum & contra omnes inſidias hoſtis antiqui muoitum. ſed quandonam huiuſmodi ora collum ſacerdotis girabat & ornabat? reſpondet Vener. Beda c.5. lib. 3. de Taber. *Quando rectori fiduciam loquendi ſubdit, ac prædicandi cæleſtiu maximam præbet, hoc quod ipſe non ſolum in precurſu vitæ ſuæ recte vixerit, ſed ipſum quoque exordium à rectitudine cœperit, iuxtu exemplum beatorum Samuelis, Ieremiæ & Ioan. prophetarum, qui ab ipſa infantia Spiritus ſancti gratiu repleti, & in doctorum ordinem ſunt recepti, vox ſiquidem in collo eſt, ideoque per collum recte loquendi vſus exprimitur.*

Chriſtum Dominum præcipuè ſacerdotes induant.

144. *Facies ei tunicam ſuperhumeralis totam hyacinthinam*, qua eum induere debet Moyſes: cœli figura, color hyacinthinus eſt, Chriſtum Dominum repræſentans, quia ſecundus homo de cœlo cœleſtis, quid hoc eſt, quod tunica tota hyacinthina veſtiri debeant ſacerdotes? niſi quod Dominum Ieſum Chriſtum induere teneantur. mens eſt S. Cyril. Alex. lib. 11. de ador. & ſpiritu. *Ex hyacintho eſt, quia ſupernæ illius incorruptionis eſt ſignum, nempe Chriſti, eiuſmodi quidpiam beatus quoque Dauid præcinit, cum ex perſona Dei, de iis qui in Eccleſia ſacerdotuli munere funguntur, dixit, ſacerdotes eius induam ſalutari Pſal. 130. ſapiens vir beatus Paulus nobis in epiſt. præcepit hocque illud eſt de cœlo habitaculum, quo indui exoptamus, illa exultationis tunicu & indumentum ſalutaris iuxtu prophetæ vocem.*

ill.

139.

Egregius pontifex à tantu virtutum perfectione incipere deberet, ad quantam quilibet alius peruenire potuit è vitu diſcedens.

Facies & tunicam ſuperhumeralis totam hyacinthinam, in cuius medio erit capitium & ora per gyrum eius textilis, ſicut fieri ſolet in extremis veſtium partibus. Extremæ veſtium partes, vltimæ ſunt noſtræ ſolicitudines, quibus ſeſe quiquè fidelis cum vitam hanc finire cogitur, intentius ſolito ab omnium labe malorum expurgare contendit, cum metu & panore procurans, ne ante diſtrictum iudicem perductus, pro ſordido vitiorum habitu expellatur, atque in tenebras præcipitetur æternas, quio potius appareat indutus ſicut Dei electus: quo poſito, quid eſt quod pontificis tunica habeat oram capitio textilem, ſicut in extremis veſtium partibus fieri ſolet? ſi per has veſtium partes extremas, intelligimus perfectas virtutes iuſti, quas iam iam moriturus acquiſierat? ſic ſatisfaciet Raban. *Quod egregius pontifex à tantu virtutum perfectione incipere deberet, ad quam quilibet alius peruenire potuit diutiſſime laborans, vix aliquando prouenit; cum tanto timore famulatus omni horu, & iuxta ſermonem Prophetæ ſollicitus ambulat cum Deo ſuo, quantum alius quis moriturus, & ad iudicium Dei ſui vltimum ingreſſurus, vix habere ſufficit.* 145.

Rab. Maur.

A grege præſul non ſe ſeparet, ſed cum eo vſque ad finem vitæ perſeueret.

Facies & tunicam ſuperhumeralis totam hyacinthinam, cuius capitium ora conſolidabit ne diffluat, collumque tunicæ firmabit ne rumpatur. quid refert, vtrum diffluere poſſit à collo ſacerdotis? nonne illud adaptari poterit? nequaquam hoc permittit Deus, cum hoc denotet à grege ſuo nequaquam præſulem ſe ſeparare debere, ſed cum eo vſque ad finem vitæ perſeuerare, quod quatuor verſibus cecinit preſbiter Rhemenſis. 146.

Petrus Riga.

Ne tunicu leuiter poſſit ruptura minari.
Illius in gyro textilis ora micat.
A grege non præſul ſe diſrumpat, ſed honeſtos
Ad finem mores protrahat, iſtu notant.

VARIET. LECT. Verſ. 33.

V*Vlg.* Deorſum vero ad pedes eiuſdem tunicæ, per circulum quaſi mala punica facies ex hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, mixtis in medio tintionabulis.

Sept. Et facies ſub margine tunicæ deorſum, quaſi florentis mali punici mala punica ex hyacintho, & purpura, & cocco neto, & byſſo torta, ſub margine tunicæ in circuitu. *Cyrill.* in extremitate.

Cald. Facieſque in inferiori parte per circuitum malogranata, & tintinnabula aurea in medio eorum per circuitum.

Onk. Facies in inferioribus fimbriis eius mala punica, *ſic Pag.*

Arias. Facies ſuper fimbriis eius mala punica hyacintho, & purpura, & vermiculo cocci ſuper fimbriis eius circum, & tintinnabula auri, in medio eorum circum.

Philo. Diſtincta dependentibus floribus, maliſque punicis aureis, & tintinnabulis.

CONCORDIA.

A Legimus deorſum ad pedes eiuſdem tunicæ, Hebraicè autem רעשית על שיליו רמני vebaſitba halſulas rimone, eſt autem ſul ſinus, ſeu ora inferior, ſcilicet illa pars veſtimenti, quæ eſt deorſum ſecus pedes, & ſolum inueniтur in numero plurali. vnde hic optime tranſtulit noſter interpres; aliquæ editiones antiquæ habent, & byſſo retorta, quæ dictiones non ſunt in Heb. ſed deſumptæ ſunt ex Sept. interp. aliqua deſunt apud nos, quæ ſunt in Heb. in cireuitu vel per circuitum fimbriarum eius. ſed antea noſter interpres expreſſerat, cum dixit deorſum vero ad pedes eiuſdem tunicæ per circuitum. flores poſuit Philo præter mala punica, & tintinnabula.

EXPOSITIO.

Deorſum vero ad pedes, ſiue in fimbriis inferioribus, *quaſi mala punica facies*, quæ fuerit autem eorum effigiatio, ſcriptura non exprimit, quod tamen duobus modis intelligi B poteſt., primo vt fuerint mala hæc ipſi tunicæ intexta, ſicut intexuntur aliarum rerum imagines, atque ita poſt intextum malum punicum, fuerit ſuffixum tintinnabulum, quod tunicæ appendebat. Secundo vt mala punica etiam appenſa fuerint, eodemmodo quo tintinnabula, alternis vicibus, & tunc oportet dicere quod ex variegata byſſo, purpura, & hyacintho ſuper malo punico ligneo, vel alio inſurto texta fuerint mala punica, & ſic appenſa.

Quis autem fuerit numerus tintinnabulorum & malorum punicorum nihil certi habemus, Eccleſiaſt. c. 45. indeterminatum hunc Eccleſ. ponit dicens, cinxit eum nempe Aaronem, tintinnabulis aureis plurimis in gyro, S Proſper. Aquitanicus quinquaginta; S. Hieron. ad Fabiolam, quem ſequitur Iſidor. de vtriſque S.Hieron. ponit ſeptuaginta duo, id eſt ſimul 144. Clemens Alex. 366. alij 365.

CONCEPTVS.

Mundana & terrena, calcanda.

147. *Deorſum ad pedes eiuſdem tunicæ mala punica facies*, cur in margine vltima veſtis, & in infe- C rioribus fimbriis, ad pedes habet malogranata? nonne illa in parte eminentiori, cum eſſent apprime elaborata, potuerunt conſtitui? his vrbes & regna notabantur, vt habet Cyrill. Alex. lib. 11. de adorat. ſic enim habet, & vrbs vno illa quidem extrinſecus muro circumdatur, longe autem plurima inter ſe domicilia continet: eodem quoque modo malum granatum, vno extrinſecus putamini cingitur, ſed interius grana ſubtilibus tunicis tanquam muris intra ſe diſtinguuntur, ac prope dixerim per domicilia colliguntur. quo poſito rectè malogranata in inferioribus tunicæ fimbriis apponuntur, vt denotaretur ſacerdoti, quod humanam gloriam, honores, culmina, cuncta quæ pereunt, proterenda, & rerum humanarum totam pede premendam eſſe, quod Nicolaus Notarius S. S. Bernard. Bernard. ſic annotat inclamans, contra pluri- D morum ſtultitatem, qui mundana ſuper caput, & quæ ad Dei cultum & gloriam ſpectant in ima veſtis parte collocant. ſic autem loquitur. *O ſi cognouiſſes & tu, quam dulce ſit cupiditates fugiſſe atque fugaſſe, mundum habere ſub pedibus, & ex altiſſima paupertatis ſpecula reſpicere & deſpicere vanitates & inſanias falſas*: ante S.Bernard. eum S. Bernard. opuſ. de charit. c. 18. dixerat, *& quid ſuauius homini quam mundum habere ſub pedibus, nihil in eo videre quod appetat?*

Sacrificium ſeu oratio ad Deum maxime proficit ex conſideratione mortis.

148. *Deorſum ad pedes eiuſdem tunicæ, mala punica facies, mixtis in medio tintinnabulis*, ita veſtiendus erat ſummus ſacerdos, vt in extrema tunicæ ſuæ parte tintinnabula appenderentur, circa pedes, cū ingrederetur ad ſacrificia. ſed cur ſacrificātis, tintinnabula, in extrema veſtis parte ponuntur, cum in alia parte poſita etiam ſonitum edere poſſint? vt oſtendatur quam debeant extrema vitę aſſonare ſacrificaturis, qui velint è factis ad vitam proficere. ait Orig. hom. 9. in Origen. Exod. *Habeat per indumenti circuitum tintinnabula quæ ſemper ſonare debēt vt ingrediens ſancta det ſonitum, & non intret cum ſilentio, & hæc tintinnabula in extremo veſtimenti ſunt poſita, vt de extremis temporibus & fine mundi nunquam ſileas ſed inde ſemper ſones*, habeat hoc quicumque ſacrificaturus, vel oraturus ad Deum accedit, quod de mortis memoria non ſileat, ſed adſtet Deo in perpetua commemoratione eius.

In ſacerdote potius requirenda opera quam verba.

Deorſum ad pedes eiuſdem tunicæ, mala punica facies, mixtis in medio tintinnabulis. Malum punicum & tintinnabulum apponi iubet in ora 149. veſtimenti ſacerdotalis, tintinnabulo vna tantum intrinſecus eſt lingua quæ ſonos facit, malo autem punico innumera fere ſunt grana: cur ergo vnicam linguam tintinnabulo habenti, apponit malum punicum infinitis pœne ſcatens granis? crediderim id factum, vt inſinuaretur quam parui refert, quod ſacerdos modicum loquatur & vocis habeat, referre autem plurimum, quod multis virtutibus plenus appareat. non multum abeſt apud Photium in ſua bibl. S. Chryſoſt. hom. in ſacerdotis veſtes. *In fimbria ſacerdotis* (inquit) *mala punica & campa-* S. Chryſ.

a deſcendebant, & quomodo hac Deo placerēt, in veſt.tu & habitu ſacerdotis virtutes effin. intra flores & fructus virtutam opera, caius di ſunt eleemoſyna, iuſtitia & humanitas & o as reliquarum ipſis affiaium. Dum ſacerdotis alitatem depingit, mala punica appoſuit, at. ndens ne aliqua virtus ſacerdoti deficeret, d vndique affulgerent in illo chori vniuerſa- um virtutum.

In populi tribulatione ſacerdotam eſt clamare, imo totos eſſe vocales.

Deorſumque ad pedes eiaſdem tunicæ, mala punica facies mixtis ia medio tintinnabulis, quid ea adumbrant tintinnabula, præcipuè cum ſummus ſacerdos ingreſſurus eſt ſanctuarium? non ne ſilentium decentius eſt in templis & locis ſanctis, quam murmur vel loquacitas? teſte S. Greg. Naz. ſerm. de ſilentio dum ait.

Lingua quidē parua eſt, at viribus omnia vincit.
O vtinam illa malis protiaus occideret!
Porro cam ſtultis fraudem ferat omnibas, illa
Eſt mage ſacrificiis, exitioſa tamen.

Solum ergo remaneant mala ponica in fimbriis ſacerdotis, & amoueantur tintinnabula: imo remaneant, nam his ſignificatur, in populi tribulatione ſacerdotum eſſe clamare, imo totos eſſe vocales. andiamus Arnoldum Abb. tract. vlt. de verbis Domini, vbi hoc ſymbolum addncens ait. *Dependebantqae ia inferiori eius parte per circuitum tintinnabula, & inter duo tintinnabula vaum malam punicam*, ſymboli vero ſignificationem pandens ait, *vt totus vocalis ingrederetur in ſancta*, vide quod ſacerdotis ſit mille pro populu ad Deum clamare vocibus.

Inefficax perſuaſio verbis, operibus efficaciſſima.

Deorſumque ad pedes eiuſdem tunicæ, mala punica facies mixtis in medio tiatinnabulis. ſcio animantibus appendi ſolita, de boue tem habet Fortunatus preſbyter in vita S. Medardi: cum homo quidam bouem furatus eſſet, qui collo appenſum habebat tintinnabulum, in quo Domini ſignum preſſum erat cum bouem vendidiſſet, tintinnabulo prius ablato, admirabile quidem fuit quud tintinnabulum nunquam perſonare ceſſabat, nec in thæca, nec confractum: quo miraculo attonitus fur, agnouit crimeo, reſipuit, reſtituitque bouem] idem legimus aliis animalibus appoſita, vt videre eſt in actis S. Theodori Archimandritæ, ſic enim ſcribit Georgins preſbyter. Si lues inuadebat boues, aut oues, aut alia genera qoadrupedum, aſſumebant ipſum, aut eius benedictionem, aut aquam cui benedixiſſet, tintinnabula ad eum afferebant vt illis bene diceret, & optatam ſanitatem conſequebantur] ſi ergo tintinnabula olim collis animantium appenſa fuerint, & nunc etiam fit, cur ſacerdotis fimbriis apponuntur? quid ſacerdotum cum quadrupedibus? amoueantur ergo ab eorum veſtibus, & ſolum mala punica remaneant: etiam tintinnabula iuſſit Deus apponi, quia vt inquit Greg. Mag. in 1. Reg. c. 10. lib. 4. *Veſtis quidem pontificis eſt oſtenſio bonæ conuerſationis, quaſi tintinnabulis multis inſeritur, quando opera bona multiplicat* qua ad miaorum exemplum conclamant.

Chriſti Domini paſſio ab omnibus cognita & audita.

152 *Deorſumque ad pedes eiuſdem tunicæ, mala punica facies, mixtis in medio tiatinnabulis*, hac tunica deſignari poteſt Chriſti Domini humanitas. ſed cur tintinnabula in extremis illius veſtimenti fimbriis? Petrus Cellenſ. Abb. lib. de panibus c. 1. ſic loquitur. *Videntur mihi tiatinnabula, quæ velum quod diuidit ſanctuariam ſanctuarij, & ſanctuaria, procul audiantur, illum præclariſſimum & celeberrimum ſermonem pronuntiare, quem cum Apoſtolis ſuis habait Ieſus in vltimo ſacro ſancta cœna.* ecce vt vltimæ fimbriæ huius tunicæ denotabant vltimam Chriſti Domini periodum. verum cur tunc tintionabula? niſi quod vltimus illius exitus & paſſio ab omnibus agnoſceretur & audiretur, hoc expreſſit Eudoxia Imperatrix in ſuis de Chriſto homericentonibus.

Petrus Cell.

Eudo. Imp.

Circum autem ſonait magnum cœlum
Audiuit autem terra.

Quaſi diceret nullus poteſt excuſari de ignorantia paſſionis Chriſti Domini, cum adeo nota ſit, vt omnium auribus inſonuerit, ipſa etiam terra quæ inſenſibilis eſt ſonum tintinnabulorum audiit: quod rectè animaduertit S. Auguſt. ſer. 101. de temp. cum ioquirit, cur ex ære facta eſt imago ad crucem pendentis. fac ſerpeotem æneum, &c. reſpondet. *Quia inter omnia metalla, vaſa ærea maiorem tinnitum reddere & largias ſonare ſolent.*

S August.

Nulla natio fuit quam fides Catholica non eſſet peruagatura.

153 *Deorſam ad pedes einſdem tunicæ mala punica facies mixtis in medio tintinnabulis.* S. Hieron. & D. Iſid. (vt vidimus) autumant tintinnabula fuiſſe numero 72. ſed ſi quætas, cur potius ſub hoc numero quam ſub alio contineantur? videtur eſſe, quia ex D. Epiphanio in Panar. ſub initium totidem fuerunt genera linguarum, in quas homines, in confuſione Babylonicæ turris diſſipati abierunt. res ita ſe habeat, quid inde inferre debemus? nullam fore in toto orbe nationē, quam non eſſet Euangelicæ doctrinæ vox peruagatura & magna ex parte ad Eccleſiæ gremium adductura. teſtatur D. Ambroſ lib. 6. hexam. c. 13. *Congregauit* (inquit) *diabolus gentiles quos non creauerat, ſed vbi in Euangelio ſuo vocem Chriſtus emiſit, ad eum ſe potiſſime contulerunt, quos ſub vmbra alarum ſuaram ipſe ſuſcepit, & matri Eccleſia dedit nutriendos.*

S. Hieron. S. Iſidorus.

S. Amb.

Maior in Eccleſia animarum numerus quam in ſynagoga.

154 *Deorſum ad pedes eiuſdem tunicæ, mala punica facies mixtis medio tintinnabulis.* Veſtis illa ſacerdotalis, quæ Eccleſiam figurabat, ſeptuaginta duo mala punica ſingula, ſingulis tintinnabulis inſerta habuit ex SS. PP. teſtimonio allato, ſed cur vetus ſynagoga non integre quidē malo punico, ſed fragmento illius comparatur iuxta illud Cant. 4. ſicut fragmen mali punici genæ tuæ? niſi quod quo plura grana in ta in

multis malis punicis quam in vno illius frag- A
mine includuntur, eo maior animarum multi-
tudo in Eccleſia quam in Synagoga contine-
tur, quare cum Dauid eam multitudinem nu-
merare vellet, innumerabilem inuenit: annun-
Pſal. 39. tiaui inquit Pſal. 39. & locutus ſum, multiplica-
ti ſunt ſuper numerũ: ideo ab inquirendo nu-
mero deſiſtens & in ſola multitudine conquieſ-
cens, ait, in medio multorum laudabo eum Pſal.
Pſalm 103. 103. quaſi fidelium congregatio per excellen-
tiam diceretur multorum congregatio. hanc
multitudinem contemplans Hieron. in epiſt. 7.
ad Lætam ſub initium, ſic lætus exclamat. *Soli-
tudinem patitur, & in vrbe gentilitas: dij quon-
dam nationum cum bubonibus, & noctuis in ſolis
culminibus remanſerunt. vexilla militum crucis
inſignia ſunt: regum purpuras & ardentes diade-
matum gemmas patibuli ſalutaris pictura conde- B
corat. iam & Ægyptius Serapis Chriſtianus factus
eſt. Marnas gaza luget incluſus: & euerſionem
templi iugiter pertremiſcit, de India, Perſide,
Æthiopia, monachorum quotidie turmas ſuſci-
pimus, depoſuit pharetras Armenius: Hunni diſ-
cunt pſalterium. Scythiæ frigore feruent calore fi-
dei: Getarum rutilus, & flauus exercitus, Eccleſia-
rum circumfert tentoria & ideo forſitan contra
nos æqua pugnant acie, quia pari religione confi-
dunt.* Tantam eſſe docet credentium multitudi-
nem: vt dicat non ſolum idololatras credere,
ſed etiam ipſa idola Chriſtianam fidem aut
profiteri, vt Serapidem, aut ſaltem reuereri, vt
Marnam hoc eſt Iouem; ſic enim Gazæi eius
cultores appellabant, quorum enim infidelium
pectora non ſubigeret fides & Chriſtiana reli-
gio, quæ etiam infidelium numina ſubigebat?

C

Rerum cæleſtium contemplatio omnibus vtilis.

155. *Deorſum ad pedes eiuſdem tunicæ, mala punica
facies mixtis in medio tintinnabulis*, per hæc quæ
Origen. ex ora veſtimentorum ſacerdotis appendun-
tur, exponit Orig. rerum cœleſtium medita-
tionem: cur extremæ parti veſtimentorum ap-
ponuntur? an quia, vt ex eodem diximus in
conceptu, nouiſſimorum meditatio ſacrificatu-
ris & oraturis neceſſaria? an quia rerum diui-
narum contemplatio ad vltimum vſque ſpiri-
tum nos debet comitari, ita vt nunquam inter-
mittenda, etiamſi variis occupationibus vel
difficultatibus abſtrahamur? verum cur hæc
tintinnabula malis punicis ſunt immixta? vt vi-
dimus ex Cyrillo, malum punicum rempubli-
cam, vrbem, vel regnum denotat. dic ergo ne- D
que pœnes quem rerum publicarum cura eſt, à
contemplatione recedere debere. *Ad contem-*
S. Greg. *plandum enim creatorem* (inquit Greg. Mag. 8.
Moral. c. 14) *homo conditus fuit, vt eius ſemper
ſpeciem quæreret atque in ſoliditate illius amoris
habitaret*,

*Qui rebus omnibus affluere cupit incumbat
pietati.*

156. *Deorſum ad pedes eiuſdem tunicæ, mala punica
facies mixtis in medio tintinnabulis*, hæc ex fim-
bria ſummi ſacerdotis dependebant, at in
fronte geſtabat laminam auream cui inſcul-
ptum erat nomen Domini; nomen Dei quod in
fronte gerit ſacerdos pietatem & virtutem de-

A ſignat. malogranata autem omnium rerũ
abundantiam & copiam. nonne ſatis eſt, mala
punica in fimbriis habere, cum rerum omnium
abundantiam denotent? nequaquam, nam &
laminam in qua eſt nomen Dei ineffabile ferre
debet; quia qui rebus omnibus affluere cupit,
pietati debet incumbere. eius enim naturæ eſt Philo.
virtus, vt inferat etiam rerum omnium abun-
dantiam, quod expreſsè habet Philo Alex. lib.
de migratione Abr. qui explicans benedictio- Geneſ.
nem quam dedit Iſaac Iacob, det tibi Deus de
rore cœli & de pinguedine terræ, ait. *Ac ſi dicat
primum continua te intelligibili cæleſtique irriget
pluuia, non larga vt inundet, ſed ſenſim leniterque
modo roris deſcendente vt proſit; deinde ſenſibiles
terrenaſque diuitias largiatur vberes, depulſa con-
traria paupertate animæ, eiuſque partium.* deinde
B ſic proſequitur, *Quod ſi & ſummum ſacerdotem
& rationem examines, inuenies eum conſentire, &
veſtitum eius ſacrum variegatum intelligibilibus
ſenſibilibuſque potentiis: cuius cætera prolixiore
opus habent enarratione, quam vt præſenti tem-
pori conueniant: tantum extrema examinabo circa
pedes, & caput: ergo in capite eſt lamina ex auro
puro, & in hac expreſſum ſanctum nomen Domini:
ad pedes autem in fimbria tintinnabula, & floſcu-
li. ſed ille typus laminæ, idea eſt idearum, iux-
ta quam Deus mundum expreſſit, ipſa intelligibi-
lis, & incorporea, floſculi vero & tintinnabula ſi-
gna ſunt qualitatum ſenſibilium quas viſus & au-
ditus indicant.*

Antiſtes ſuperior mundo.

Deorſum ad pedes eiuſdem tunicæ, mala punica 157.
C *facies mixtis in medio tintinnabulis.* Philo lib. 3.
de vita Moyſ. addit, & flores, & aſſerens inte-
grum amictum pontificis, quandam imaginẽ
totius mundi fuiſſe, partes vero ſingularum
partium eius: quod probat de hac talari tunica,
hæc eſt inquit tota hyacinthina, ad exprimen-
dam figuram aëris, natura enim aër nigricat,
& quodammodo talaris eſt, à lunari orbe pro-
tenſus vſque terræ terminos. vnde etiam tunica
à pectore vſque pedes per totum corpus diſ-
funditur, circa talos habet flores, mala punica
& tintinnabula, flores terram ſignificant, in
qua florent & germinant omnia, mala punica
aquæ ῥοιάς dictæ à fluendo iuxta Græcam
etymologiam, tintinnabula vero horum ele-
mentorum concentum & congruentiam. nam
nec terra ſine aqua, nec aqua ſine terra genera-
D tioni ſufficit, ſed amborum coitus & contem-
peratio: huic interpretamento locus ipſe atte-
ſtatur, ſicut enim in ima talaris tunicæ fimbria
mala punica, flores, & tintinnabula ſunt, ſic ho-
rum ſignificata infimam mundi regionem ſor-
tita ſunt, aqua terraque: & ſic conſonando cum
vniuerſitatis harmonia vices ſuas exerunt ſtatis
temporum curriculis, itaque trium elementorũ
in quibus & ex quibus ſunt omnia mortalia
corruptibiliaque genera, aëris, aquæ, terræ fi-
gura eſt ſtola iſta cum ſuis appendicibus: nam
ſicut hæc vna, ita tria dicta elemẽta vnius ideæ
ſunt, quandoquidem ſub luna ſita ſunt, & mu-
tationes recipiunt, & ſicut ab hac pendent flo-
res ac mala punica, ſic ab aëre quodammodo
ſuſpenduntur aqua, terraque quandoquidem
continentur ab eo.] cur totius mundi imago

…ictus pontificis & ſingulæ eius partes? nisi vt in ſua veſte mundus repræſentatur? niſi vt denotetur quodeo ſit ſuperior & excellentior? … canit Petrus Rhemenſ.

Poderis eſt veſtis quæ terra continet orbem,
Et caput & corpus præſulis illa tegit,
Sic mens pontificis toti ſupereminet orbi,
Moribus & precibus ſe populumque regens.

A viris ſanctis preces effuſa maximi valoris.

Deorſum ad pedes eiuſdem tunicæ, mala punica mixtis in medio tintinnabulis, Aaron qui ſummo fungitur officio, viros pius & iuſtus ſignificat, hic autem vnus inter omnes Iſraelitas ingrediens ſanctuarium, crepitaculis ornatur. cur tot tintinnabulis ſanctuarium ingreſſurus, B & pro Iſraelitis deprecaturus cingitur? quid hoc denotat? niſi quod preces hominum iuſtorum magnum apud Deum ſtrepitum excitent, & remotius audiantur, homines vero qui in tantam ſanctitatem non aſcenderunt, minus ſint vocales, etiamſi apud Deum clament, & longius orationem protrahant. non alienus ab hoc ſenſu Orig. nam cit. hom. 9. in Exod. *Habeat autem*, inquit, *per indumenti circuitum tintinnabula, & ingrediens ſancta Dei ſonitum & non intret cum ſilentio.*

Non ſatis eſt doctori & præſuli vita cæleſtis, niſi annuntiet peccatori viam ſuam, & tremendum Dei iudicium.

9. *Deorſum ad pedes eiuſdem tunicæ, mala punica facies mixtis in medio tintinnabulis.* Nonne ſufficit ſummo ſacerdoti tunica hyacinthina, quæ animam in ſanctimonia enutritam, ad illum indicat profectum peruenire, vt ſpiritu viuat, ſpiritu ambulet, & à nemine iudicetur & omnia iudicet, hoc enim eſt ſummum ſacerdotem ad hunc apicem ſanctitatis attingere in totum vt iuſtus cœleſtem exhibeat, moreſque ſupernos, & diuinam exprimat formam attingere, vt totum ſe mente infixa indiuidua conuerſatione inhæreat. hoc totum complectens tunica coloris hyacinthini inſinuat: nonne ergo ſatis eſt, vt hac tunica induatur hyacinthina, vt totus cœleſtis ſit. cur ab eius extremis partibus debent tintinnabula pendere aurea? tintinnabula denotant quod præſules & diuini verbi præcones fidei Chriſtianæ doctrinam, & maxime nouiſſimum debent populis denuntiare iudicium. dic ergo non ſufficere præſuli tunicam habere hyacinthinam, niſi & habeat ab extremis illius partibus, dependentia tintinnabula, quia non ſolum vitam debet cœleſtem A docere, niſi peccatori vias ſuas annuntiet, & tremendum Dei iudicium. ſuffragatur Arnold. Abb. tract. vlt. de verbis Domini. *Non ſatis eſt acceptum in ſudario repoſuiſſe talentum, niſi à negotiatione ſeruus reuertatur cum lucro: nec prodeſt hyacinthina tunica, nec caſtitatis continentiæque inſignia doctori ſufficiunt, nec pacis, cur eſt ad altaria ſancta ingreſſus, ſi negliget impio annuntiare viam ſuam, peccatique ſtipendium: cum & ille non habens correctionem in peccato ſuo pereat, nec proſit doctori ſua iuſtitia, cum ſanguinem errantis iudex de manu ſpeculatoris requirat, nec magnum eſt ſibi viuere, niſi ſatagat & alios ſecum viuere.* Arnol. Abb.

Præſulum noſtrorum in orationibus noſtris memores eſſe debemus.

Deorſum ad pedes eiuſdem tunicæ, mala punica facies mixtis tintinnabulis in medio, ad quid Domine ſacerdotem vis intrare in ſanctuarium, 160. cum ſonitu tintinnabulorum? nonne te decet ſilentium Deus? ſi malleorum ictus non auditi cum in templo lapides apponerentur, cur ſtrepitus audiendus in ingreſſu ſanctuarij? ah vt Dominus recordaretur ſacerdotis in ingreſſu & egreſſu, & non interficeret eum quaſi furem latenter ingredientem aut egredientem? forſan ita ſe res habet, ſed etiam ait Oleaſt. *Vt audiret populus eius ingreſſum & egreſſum, & pro eo oraret.* Oleaſt.

Præſules & doctores vnitatem fidei in omnibus quæ loquuntur teneant.

C *Deorſum ad pedes eiuſdem tunicæ, mala punica facies mixtis in medio tintinnabulis*, cur in veſta ſacerdotis iuxta diuinum oraculum tintinnabulis mala punica coniunguntur? ſane per 161. mala punica vnitas fidei deſignatur, nam ſicut in malo punico, vno exterius cortice, multa interius grana muniuntur, ſic innumeros ſanctæ Eccleſiæ populus vnitas fidei contegit, quos intus meritorum tenet diuerſitas. tintinnabulis aureis, nonne ſonitus prædicationis intelligitur? en cur malis punicis tintinnabula coniunguntur? quia præſules & doctores vnitatem fidei in omnibus quæ loquuntur habere debent. ſic confirmat S. Greg. lib. 1. Reg. 24. *Ne rector incautus ad loquendum prorumpat, per ſemetipſam* S. Greg. Ma. D *veritas diſcipulis clamat, habete ſal in vobis & pacem inter vos habete: & ſi figurate per habitum ſacerdotis dicat mala punica in tintinnabulis iungite, vt per omne quod dicitis vnitatem fidei cauta obſeruatione teneatis.* Alios conceptus cap. 39. verſu vigeſimo habes.

VARIET. LECT. Verſ. 34.

Vlg. Ita vt tintinnabulum ſit aureum, & malum punicum, rurſumque tintinnabulum aliud aureum, & malum punicum.

Sept. Et eadem ſpecie mala punica aurea, & tintinnabula, inter medium eorum in circuitu, iuxta malum punicum aureum tintinnabulum, & floridum ſuper marginem ſubuculæ in circuitu.

Cyrill. Alex. Eadem erit ſpecies malogranatis, & tintinnabula aurea, iis interpoſita in circuitu, poſt malogranata tintinnabulum, & floridum ſub extremitate tunicæ in circuitu.

Cald. Tintinnabulum aureum &c.in inferiori parte pallij per circuitum.
A *Onk.* In fimbriis interulæ per circuitum.
Mont. Super fimbriis pallij circum.

CONCORDIA.

CVm Sept.lectio videatur aſſerere mala punica aurea eſſe,tamen falleretur,ſi quis ita intelligeret, vnde poſt mala punica ponenda eſt virgula,deinde legendum, & aurea tintinnabula: hæc vltima verba in inferiori parte pallij per circuitum,vel in fimbriis,interulæ in circuitu,ſubtexuit interpres, vitare nolens Hebraiſmum,cum ſupra ſemel dixiſſet.

EXPOSITIO.

ITa vt tintinnabulum ſit aureum &c. Id eſt vt alternatim ſita ſint malum punicum,& tintinnabulum,modo interſcalari, ita quod inter
B duo mala punica,ſit vnum tintinnabulum,& è contrario, de quorum numero ſecundum varias opiniones diximus.

CONCEPTVS.

Modeſtum ſilentium plenæ prædicationis loco.

162. *Ita vt tintinnabulum ſit aureum & malum punicum*, viden genas beatiſſimæ virginis malo punico in ſacro epithalamio comparari, ſic enim audis, ſicut fragmen mali punici ita genæ tuæ c. 4. non eſt dubium quin malo punico
Cant. 4. ſilentium commendari videatur, quod à ſumma verecundia fluit: nihilominus hic habemus mala punica inter tintinnabula fuiſſe. quid quæſo malogranata & tintinnabula? quis nexus verecundiæ & ſilentij cum clamore, cum
C prædicatione? an tacite hoc nexu monemur, ſilentium ipſum prædicationis loco fuiſſe, & plerumque modeſta taciturnitate magis ad virtutem homines flecti, quam elaborata & culta oratione,quæ id perſuadeat? ita eſt parce quis loquatur,multa operetur, & inter tintinnabula,inter prædicatores licet ſileat,recenſeri poterit, quod vt de omnibus verum ſit in virgine tamen maxime locum habuit, quod op-
Rupert. portune affert Rupert.lib.4.in Cant.dum verba hæc, ſicut fragmen mali punici premeret. quæ ſic ad mentem noſtram explicat. *Tua verecundia quid eſt niſi ſumma religioſitas? & hæc virtus ſine dubio malo punico debuit aſſimilari, quia grata ſa eſt inuentum oculis,& interdũ ſuo ſilentio non minus ædificat,quam ſermo prædicationis. vnde in tunica pontificis deorſum ad pedes*
D *eiuſdem tunicæ: facies (inquit Dominus ad Moyſen) per circuitum quaſi mala punica, ex hyacinthino,purpura & cocco bis tincto,mixtis in medio tintinnabulis,ita vt tintinnabulum ſit aureum & malum punicum,rurſumque tintinnabulum aureũ & aliud malum punicum: & veſtietur ea Aaron, in officio miniſterij vt audiatur ſonus, quando ingreditur, & egreditur ſanctuarium, & in conſpectu Domini,& non moriatur, malum quippe punicum in medio tintinnabulorum, religioſum atque operoſum ſilentium maxime ſexus fæminei, in ſocietate fidei vel doctrina prædicatorum; qualis tu præcipue fuiſti,virgo virginum in adiutorio, vel etiam regimine prædicantium Apoſtolorum, cuius & ſi verba non leguntur vel audiuntur vbi prædicauerunt: opera tamen vel merita non ignorantur non minora, imo maiora tinnitu prædicantium*, multa virgo docuit, quia modeſte tacuit: loquax eius ſilentium eſt, & eo altius inclamat, quo altius ſiluit, ab eius ſilentio ſilere diſcamus.

Non ſolum in virginibus ſed & in ſacerdotibus verecundia, Dei allicit oculos

163. *Ita vt tintinnabulum ſit aureum,& malum punicum*,aliquid aliud exprimit Sept.lectio,nempe malum punicum floridum,vel florens.flores autem illius ſunt rubei,ſicut & fragmen: verum cur ſicut ſponſo gratæ ſunt genæ ſuæ dilectæ, cum ſint ſimiles fragmini malogranati, ita etiam ſacerdos tunica indutus è cuius fimbriis pendent mala punica, non qualiacumque ſed flores emittentia Deo placet? quia non ſolum in virginibus,ſed etiam in ſacerdotibus verecundia rubore malorum punicorum deſignata, Dei allicit oculos, hoc explicat, Gilleb.Abb.ſerm.25. in Cant. de virginibus. Gilbert.
Ipſa mala punica (inquit) *gratam modeſti vultus verecundiam corticis rubei colore deſignat,ò primum ſane in ſponſa Chriſti decoramentum, verecundia, verecundiam quaſi aurora quædam omnium actorum colorat principia, & virgineo virtutis reliquas veſtiat pudore.* Vidiſti aliquando campos ſub nigra noctis horrentis caligine, omnia in illis tum temporis confuſa, abſcondita,indecora: ſed ecce tibi, dum aurora purpureum aureumque os ſuum premit, nullus campus manet,qui ſub varia colorum pulchritudine non fulgeat. ſic verecundia in virgine ac in ſacerdote aurora eſt, quæ omnium actorum colorat principia, & facit apparere cæterarum pulchritudines virtutum.

Sacerdos non vnico opere bono,ſed pluribus abundet.

164. *Ita vt tintinnabulum ſit aureum & malum punicum,*

...nio·m, malogranata fuiſſe plurima teſtatur eccleſ. 45. nonne ſatis fuiſſet vnicum haberi in veſte ſacerdotis malum punicum? cur plurima? eorum granis bona opera intelligit Richard. Victorinus: en cur non voum ſed plura requirat Deus in veſte pontificis! non enim aliquibus bonis operibus, ſed plurimis, ſed innumeris, qualia ſunt grana malogranatorum, debet abundare. ſubiicio verba cit. Ricardi p. 2. in cant. c. 29. *Continet intus malum punicum grana multa, ſeu quaque anima habet in ſe multa opera, quod ſe per compaſſionem proximi affligit, quod lædenti ſe ignoſcit, quod inimicum diligit, quod carnem abſtinentia & vigiliis caſtigat, quod contra tentationes laborat, quod propriæ voluntati renititur.* non vnum aut aliud opus fiat à ſacerdote, ſed quot grana à malis punicis erumpunt, tot virtutum & mortificationum opera ab eo procedere debent.

Antiſtites in ſuis ſubditis charitatem conſeruent & concordiam.

Ita vt tintinnabulum ſit aureum & malum punicum, neſcio ſane, cur in extremis tunicæ ſacerdotalis fimbriis, potius mala punica quam alia ponantur, cum nec minoris pulchritudinis, nec odoris, nec ſaporis ſint quam ea? per fimbrias poſſumus ſubditos etiam viliſſimos intelligere, malo autem punico quis negat haud charitatem intelligi? legat Theodor. lib. 3. in Cant. in illa verba, emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum: quo poſito recte potius mala punica appenduntur, quam alia in veſtibus pontificis, quia in ſuis ſubditis charitatem conſeruare tenetur. ſubiicio verba Epiſcopi Cyreoſ. *Pro malo punico charitas intelligitur, quandoquidem ſub vno eiuſdem mali cortice multa ſunt grana, ita mutuo inter ſe conſeruata vt ſe viciſſim non comprimant, ſed integra conſeruentur niſi aliqua in medio putredo naſcatur.* animorum ergo charitatem in ſuis maxime curet & conſeruet ſacerdos.

Quo maioribus difficultatibus premitur præſul in ſuorum præſidium, eo clariora præbet ſuarum virtutum ſpectacula.

69. *Ita vt tintinnabulum ſit aureum & malum punicum*, iam diximus, non quomodocumque malum punicum ſed floridum; ſed aliud amplius dicit ſponſus de Eccleſia, ſicut fragmen mali punici: verum cur non malo punico ſimpliciter, ſed florido vel potius aperta & grana ſua manifeſtanti comparatur Eccleſia, vel eius ſacerdos? quia ſicut malum granatum pulchrius apparet cum fatiſcit, nam tunc interna grana quæ ſub vili cortice latebant, pyropos imitata, expanduntur: ita prælati quo maioribus difficultatibus ſcinduntur, ac diſtrahuntur, in ſuorum præſidium ac tutamen ſubditorum, eo clariora præbent oculis omnium ſuarum ſpectacula virtutum. ſic Venerab. Beda in illud ſicut fragmen mali punici, *Malum punicum* (inquit) *magnam granorum copiam vno foris cortice includit, quæ quidem integro adhuc malo videri nequeunt, ſed fracto quam innumera clareſcunt, ſic etenim S. Eccleſia, quo amplius eam frangi aduerſis contigerit, eo clarius quot virtutum grana quam fidei tegmine complectatur, reſerat*, illam non comparat cum integro, quod rudi cortice contextum, nulla venuſtate commendatur, ſed cum fragmine mali punici, quod in acinos tanquam in carbunculos dehiſcens, pulchrius ſplendeſcit.

Prælati ſuos ſubditos tanquam alumnos reficiant.

Ita vt tintinnabulum ſit aureum & malum punicum, cur mala deferunt punica in fimbriis tunicæ ſummi ſacerdotes? quia malogranata diuiduntur in fragmina, vt à pluribus edantur: ita optimi paſtores in diuerſa ſtudia detorquentur, vt ſuos ſubditos tanquam alumnos reficiant ac ſuſtentent. annuit B. Gregor. explicans illud, ſicut fragmen mali punici: ait enim, *Fragmen mali punici ſancti prædicatores exiſtunt, quia dum ſe vt grana in diuino ſeruitio cæteris fortius affligunt, dum omnia mundana contemnunt, dum voluntates ſuas abnegant, & vitia ſua omnino mortificant, dum ſeipſos humiliant, & cæteros extollunt, dum per exempla ſua cæteros enutriunt, quaſi fracti & aperti ſe cibos offerunt.* 170 S. Greg. Magn.

Reges ſacerdotibus ſubiecti.

Ita vt tintinnabulum ſit aureum & malum punicum, quod in ora tunicæ ſacerdotalis apponebatur, non eſt dubium quin malogranatum ſymbolum regis exhibeat, quia dum ſuam in granis purpuram, & ſuam in cortice coronam præfert, nihil potius quam regem coronatum purpuratumque adumbrat: ſi ita ſe res habet, cur in fimbria ponitur malum punicum? vt ſciant reges ſe ſacerdotibus inferiores, & licet magna ſit principum virorum ſublimitas & excellentia, ſi tamen ſacerdotali dignitati comparetur, ea longe inferior. *Habemus nos ſacerdotes* (inquit Ambroſ. in exhort. ad Virgines, *nobilitatem præfecturis & conſularibus præferendam, habemus inquam fidei dignitates quæ perire non nouerunt*, & S. Iſidor. Peluſ. lib. 3. Epiſt. 127. quod ſacerdotium regno ſit nobilius, neminem ignorare arbitror. 171 S. Ambr. S. Iſidorus Peluſiota.

Prælatus omnibus ornetur virtutibus.

Ita vt tintinnabulum ſit aureum, & malum punicum, nonne plures ſunt eximii fructus? cur potius malogranata in tunica ſacerdotis ponuntur? nonne multa grana ſub vno cortice complectuntur? cur non ergo dicemus, his ſignificari vel multitudinem negotiorum & conſiliorum, quæ à prælatis fido ſilentio occultantur? vt D. Ambr. lib. 3. hex. cap. 13. inſinuat: vel prudentiam gubernatricem, qua prælati ſuos ſubditos & moribus & honoribus diſſidentes in officio continent, & in gyrum rationis circumuerſant? vt Theodor. lib. 3. in cant. mihi videtur indicare: vel concentum omnium virtutum, quibus æquum eſt vt præfatorum animi exornentur? teſtis eſt D. Hierouym. lib. 1. 172 S. Ambr. Theod. S. Hieron. Arnold. Abbas.

Arnoldus Abbas. contra Iouinian. circa medium: hoc habet ex- A preſſe Arnold. Abb. tract. 7. *In malis punicis multifaria operatio exprimitur.*

Sermo & opera, in Præſule concordent.

173. *Ita vt tintinnabulum ſit aureum, & malum punicum,* alternatim poſita erant, ita vt poſt vnum aliud ſequeretur, & è contra: cur ſimul hæc duo? quid tintinnabuli cum malo punico? tintinnabulis ſermones, malogranatis bona opera intelliguntur: rectè igitur vnum ab alio non ſeparatur, ſed ſimul coniunguntur: quia ſermones & opera in Præſule debent conuenire. conſentit Venerab. Beda lib. 3. cap. 6. Venerab. Beda. *His in medio tintinnabulis permiſcentur, cum neque opus ſacerdotis, vnquam à ſonitu verbi quod loquitur* B *diſcrepat, neque à rectitudine operis terriens aduerſus linguæ ſonitus diſſentit.* cum præiuit B. S. Greg. Magnus Greg. lib. 1. reg. Epiſt. 24. *Ideo in inceſſu ſacerdos habet tintinnabula vt vita viam cum linguæ ſonitu, ipſa quoque bona opera ſacerdotis clament.*

Variæ linguæ pacem reſonent & charitatem.

174. *Ita vt tintinnabulum ſit aureum & malum punicum,* non eſt dubium, quin malorum punicorum granis optimo ordine diſpoſitis, plurimorum vnio intelligatur: ſicut & ſonitu tintinnabulorum prædicatio vel ſermo quilibet. ne inquiras igitur cur tintinnabulis permixta ſunt malogranata: nam tibi reſpondebitur, ideo ſic aſſociata, vt ſignificaretur quod variæ linguæ C à Deo datæ, vt pacem reſonent & charitatem. teſtis eſt B. Proſper. p. 1. de prædict. Dei cap. 3. S. Proſper. *In quinquaginta* (inquit) *tintinnabulis totidemque malis granatis linguæ ſunt Eccleſiarum, quæ per Spiritum ſanctum die Pentecoſtes, ſpecie ignis diuiſe diſcipulis inſederunt, vt etiam ipſe numerus oſtendit, ex quo malogranata, omnis Eccleſia per mundum connexos vt grana intrinſecus continent populos in vinculo pacis & gratiæ, vnum eos tegmen operiat charitatis, reſonantibus enim in tintinnabulis Apoſtolis, malogranata ſtatim* Actuum 2. *nata ſunt in actibus Apoſtolorum dicentia act. 2. nonne hi qui loquuntur natione ſunt Galilæi? & quomodo cognoſcimus in illis ſermonem in quo nati ſumus? & ſequitur, variis linguis magnificabant Deum.*

In vnaquaque vrbe & oppido deberet eſſe magiſter prædicationis.

175. *Ita vt tintinnabulum ſit aureum & malum punicum,* cuilibet malo punico coniungitur tintinnabulum, ſed qua de cauſa? nam poſt plurima malogranata, addi potuit vnum crepitaculum: bene Procopius, Procop. mala punica, inquit, quandam vrbium præ ſe ferunt ſpeciem, ſiquidem velantur putamine vel cruſta: quemadmodum oppida cinguntur mœnibus, intus grana tunicis tenuibus ſecernuntur; quemadmodum & oppida plurima intra ſe infinita continent ædificia: en cur cuilibet malo punico datur tintinnabulum? quia in vnaquaque vrbe & A oppidu, deberet eſſe magiſter prædicationis, *Tintinnabulū poſitum eſt* (inquit præſ. Gazæus) *ad ſingula mala punica, doctor enim in ſingulis ciuitatibus reſonat annuntiando Saluatoris noſtri in Sancta ſanctorum introitum:* cum præiuit B. Cy- S. Cyrill. Alexand. rill. Alexand. l. 11. de ador. *Tintinnabulum* (inquit) *ſingulis malogranatis adiunctum eſt, nam & vnicuique vrbi ſuus magiſter qui diuinarum diſciplinarum ſonitu atque concentu, in Sancta ſanctorum ingreſſum omnibus declaret.*

Ne tibi ſit ingrata Chriſtiana viuendi ratio, licet enim videatur aſpera, tamen in ſe iucundiſſima.

Ita vt tintinnabulum aureum & malum punicum, cur & malis punicis ornari debet tunica 176. B ſacerdotis hyacinthina? obſerua hanc eſſe huiuſmodi pomi naturam, quod teſta illius incomeſtibilis, duraque ſit & aſpera, quod autem intus reconditum eſt, ex viſu, ex varietate coloris, atque collocationis ordine iucundum eſt, & guſtui ſuaue, non parua dulcedine ſenſum afficiens: en cur in tunica ſacerdotis malum punicum! licet enim tibi videatur vita Chriſtiana eo deſignata, aſpera: ſi tamen eam attente conſideres eam delectabilem & iucun- S. Greg. Niſſ. diſſimam fateberis. adeſt pro nobis B. Gregor. Niſſ. lib. de vita Muyſ. *Philoſophica quoque viuendi ratio dura exterius atque aſpera ſenſui eſt, intus ſæpius optimarum pulcherrimarumque rerum plena, tempore ſuo enim matura fuerit, cumque agricola noſter poma punica huius vitæ aperiat,* C *dulciſſimam ſuorum fructuum præſtabit fragrantiam Hebr. 12. Apoſtolus etiam dicit nullam diſciplinam in præſenti vita videri lætitiam afferre ſed triſtitiam, & id eſt, quod per exteriore pomi punici figuratur, poſt hæc autem fructum pacificum reddit, & id eſt dulcedo interior ac pulchritudo.*

In conuentibus religioſorum ſplendor doctrina & vita.

Ita vt tintinnabulum aureum & malum punicum, quid illius grana denotent, explicans preſ- 177. byter Rhemenſis, ait.

Eccleſias hæc mala notant, & grana beatis,
Fratrum conuentus, in quibus ordo viget.

D Verum, cur tintinnabula non ærea, vel ex alio puriori metallo, ſed aurea vult eſſe, cum ſonitum, licet ex ære eſſent, ederent iucundum & intelligibilem? aurea vult eſſe, quia aurea eorum doctrina & vita, eorum ſermo non quilibet debet eſſe, ſed totus aureus, de rerum ſublimium meditatione, de vera charitate &c. Presbyt. Rhemen. ſic teſtatur Petrus Riga.

Aurea cum malis ſe tintinnabula iungunt,
Quæ iubar effundunt exéntiuntque ſonos.
Eccleſias Chriſti ſic ſemper ſplendor inaurat,
Doctrinæ reſonat laus ſibi ſancta Dei.

Et B. Arnold. *Vt prædicatio quaſi tintinnabulum ex auro puriſſimo, puritatem perfectionemque ſingularis intelligentiæ indicet.*

VARIET. LECT. Verſ. 35.

V*Vlg.* Et veſtietur ea Aaron in officio miniſterij, vt audiatur ſonitus quando ingreditur & egreditur ſanctuarium in conſpectu Domini, & non moriatur.

Sept. Et erit Aaron dum ſacerdotio fungitur, audibilis vox eius intranti in ſanctum in conſpectu Domini, & exeunti, vt non moria- A tur.

Cald. Eritque ſuper Aaron, *ita Aquila, Symmachus, Theod.* quando miniſtrauerit, & audietur ſonitus eius &c. & non morietur.

Mont. Et audietur vox eius in egrediendo ipſum ad ſanctitatem coram Domino.

CONCORDIA.

HEbraicè ſcriptum ולא ימות & non morietur, ſic Vulg. & Cald. Sept. autem ἵνα μὴ ἀποθάνῃ vt non moriatur, ſed omnia eundem habent ſenſum, Hebraiſmus enim eſt ille.

EXPOSITIO.

V*Eſtietur ea Aaron*, tunica hyacinthina, *in officio miniſterij*, pontificali, *vt audiatur ſonitus*, tintinnabulorum, hoc voluit Deus vt populus ſacrorum auditor, hoc ſonitu ad reuerentiam Dei & ſacrorum excitaretur: ad huius memoriæ imitationem hodie in Eccleſia pulſamus tintinnabulum ſub præcipua ſacrificij noſtri actione, vt per ſonitum quoque excitetur populus ad ſpecialiorem attentio- B nem, & ſupplicationem, *quando ingredietur & egredietur ſanctuarium*, nomine ſanctuarij non intelligenda Sancta ſanctorum ſed prior pars tabernaculi, *in conſpectu Domini*, nempe vbi ſpecialiter ſe præſentem exhibet, *& non morietur*, quaſi diceret, pontifex attendat ſibi, vt faciat hæc omnia quæ præſcribo, quia niſi fecerit, punietur à me ſubitanea morte, tanquam legum mearum præuaricator.

CONCEPTVS.

Maxima debet eſſe præſulum eruditio.

178. *Vt audiatur ſonitus quando ingrediatur ſanctuarium*, neſcio cur Deus exigat ſub grauiſſimâ etiam pœnâ, vt non ſolum tintinnabula appendantur tunicæ ſacerdotis, ſed vt eorũ etiam debeat audiri ſonitus? quia pontifex etiam nudo inceſſu, etiam pedum motu, omnes ſuâ doctrinâ excitare, omnes ſua eruditione docere debet. hinc illud S. Hieronym. Epiſt. 128. ad Fabiolam, *Tanta* (inquit) *debet eſſe ſcientia & eruditio pontificis, vt & greſſus eius, & motus, & quidquid, vniuerſa vocalia ſint, veritatem mente concipiat, & toto eam habitu reſonet, vt quidquid agit, quidquid loquitur, ſit doctrina populorum*, nec ſufficit dicere, præſul indoctus quidem eſt & ineruditus, ſed vir iuſtus, virtutibus inſignis &c. hoc inquam non ſufficit, ſimul enim D in eo debent connecti proba vita, & eruditio, teſte Petro Bleſenſi ſerm. 39. *Nec ſufficit* (inquit) *ſacerdoti vna ſine altera, vti nec ſufficit ad ambulandum pes vnus ſine altero, ſapientia ſacerdotis ſine munditia, eſt tanquam vna quæ detumuit in acinum, ſicut ignis qui euanuit in fumum: munditia vero ſine ſapientia eſt tanquam lucerna ſine lumine, cibus ſine ſale:* probatur quidem eruditio in ſacerdote, quæ ne rudis ſit, informari proba vita debet, probis moribus animari verum non ſufficiunt probi mores, niſi cum doctrina coniungantur.

S. Hieron.

Petrus Bleſ.

Silentium doctori mortiferum.

179. *Vt audiatur ſonitus quando ingrediatur ſan-* C *ctuarium & non moriatur*, quid? itane exigui momenti eſt vita pontificis, vt non audito tintinnabulorum eius ſonitu, ſeueriſſima à Deo morte puniatur? ita equidem, ſilentium enim præſuli vel doctori omnino mortiferum eſt. annuit Cyrill. Alexand. lib. 11. de adoratione. *Impendebat metus mortis iis, quibus ſacerdotis munere in tabernaculo fungi demandatum erat*, nempe Aaron, niſi tintinnabula maxime circumſtreperent, *eſt enim ſilentium doctoribus in primis periculoſum, idque perſpicue illud eſt quod Paulus ait 1. Corinth. 9. væ enim mihi eſt niſi Euangelizauero.*

S. Cyrill. Alexand.

1. Cor. 9.

Præſul in omnibus alios præcellere debet.

Vt audiatur ſonitus quando ingrediatur ſanctuarium, & non moriatur, vt vidimus eius indumenta non ſolum ſpecioſa ex colorum diuerſitate, ſed & opulentiſſima, ſiquidem variis gemmis contexta pretioſis, in iis inſcripta veritas & doctrina: nonne ergo ſatis eſt, vt non ſolum reliquam Iſraelitarum multitudinem, ſed & inferiores ſacerdotes in habitu ſuperet? cur etiam neceſſe eſt vt in inceſſu, tintinnabulorum ſonitu omnes excellat? quia præſul non in quibuſdam ſolum, ſed & in omnibus alios præcellere debet. fauet Chryſoſt. homil. 75. in Matth. *Sicut homo vbicumque fuerit cæteris animantibus præſtat, ita doctorem decet, ſiue loquatur, ſiue ſileat, ſiue in conuiuiis ſiue alibi ſit, cæteris hominibus præcellere, adeo vt aſpectu, habitu, & inceſſu,* 180.

S. Chryſ.

omnibuſque ſimpliciter aliis in rebus, præſtantior eſſe videatur.

Obedientiâ mortem euadimus.

181. *Vt audiatur ſonitus quando ingrediatur ſanctuarium, & non moriatur*, pœna mortis pontifici ingredienti ſanctuarium abſque præcedentibus ornamentis, & hoc tintinnabulorum, promulgatur & ei manifeſtatur, quod ab illa liber euadet, ſi ſic veſtitus egrediatur & ingrediatur tabernaculum: verum, quid ſonus confert ad ſeueriſſimæ mortis euaſionem? non ſonus equidem, ſed obedientia in hoc Deo præſtita, Cardinalis Cajetanus ita teſtatur. *Non eſt quærendum, quid confert ſonus ad euadendum mortem, obedientia enim eſt illa quæ confert: & quod hic ſit ſenſus litteralis, teſtatur ſubiuncta eiuſdem mortis euaſio poſt præceptum fœminalium, obedientia ſiquidem diuinæ legi debita vtrobique penſanda inſinuatur.*

Cardin. Cajetan.

Ita neceſſaria eſt præſuli prædicatio, ac vita.

182. *Vt audiatur ſonitus quando ingrediatur ſanctuarium & non moriatur*, quid? ita ne neceſſarius tintinnabulorum ſonitus in ſacerdotis tunica, ſanctuarium ingredientis, vt ſi non audiatur, morte punietur? ita equidem, nam ita neceſſaria eſt præſuli prædicatio, ac vita, id eſt ſi Dei verbum annuntiare deſierit, & viuere deſinit, mens eſt B. Greg. Mag. in reg. lib. 1. cap. 24. "Præconis officium ſuſcipit quiſquis ad ſacerdotium aſcendit, vt ante aduentum iudicis, qui terribiliter ſequitur, ipſe ſcilicet clamando gradiatur; ſacerdos ergo ſi prædicationis eſt neſcius, quam clamoris vocem daturus eſt præco mutus? hinc eſt enim quod ſuper paſtores primos in linguarum ſpecie Spiritus ſanctus inſedit, quia nimirum quos repleuerit de ſe protinus loquentes facit: hinc Moyſi præcipitur vt ſacerdos tabernaculum ingrediens tintinnabulis ambiatur, vt videlicet voces prædicationis habeat, ne ſuperni ſpectatoris iudicium ex ſilentio offendat, ſcriptum quippe eſt, audiatur ſonitus quando ingreditur vel egreditur ſanctuarium in conſpectu Domini, & non moriatur, ſacerdos namque ingrediens vel egrediens moritur, ſi de eo ſonitus non audiatur, quia iram contra ſe occulti iudicis exigit, ſi ſine ſonitu prædicationis incedit."

S. Greg. Magnus.

Cum res diuinas & ſublimes cognoſcit anima, omnia in nobis quaſi lætitiæ afficiuntur.

183. *Vt audiatur ſonitus quando ingrediatur ſanctuarium & non moriatur*, cur ingrediente ſanctuarium pontifice ſonitus auditur, & tintinnabulorum concentus? recte Philo de mig. Abrah. *Valde accuratè ſubditur, quod audiatur ſonus eius intrantis in ſancta, vt quando ad intelligibiles, diuinas veritates & ſanctas intrat anima, ſenſus quoque à virtute adiuti conſonent, & omnia ex quibus conſtamus, tanquam frequens ac modulatus chorus, ex diuerſis vocibus temperatus, vnum carmen apte concinant, intelligentiis eius præcinentibus: quando in hoc choro principatum tenent intelligibilia, ſenſibus autem ſuccinentibus & reſpondentibus, qui ſingulis choreas ducentibus ſunt ſimiles.*

Philo Iudæus.

Cum maxima reuerentia ingrediendum eſt ſanctuarium Domini.

Vt audiatur ſonitus quando ingrediatur ſanctuarium & non moriatur, mors facile à Deo infligitur, ſeueriſſimus ergo dicendus & non miſericors, qui neſciat condonare etiam ipſi ſummo ſacerdoti, ſi negligat aurea deferre tintinnabula, ex quibus ſonus audiatur, ne ſeueriſſimum dixeris, ſed æquiſſimum, omnino meritas debet luere pœnas, qui ſanctuarium Domini irreuerenter ingreditur: ſine reuerentia autem intraret ſacerdos, non habitis huiuſmodi tintinnabulis, his enim ſonantibus quaſi licentia ingrediendi à Deo poſtulatur. ita ſentit Abulenſ. *Ita tintinnabula ponebantur ad inuitandum ipſum ſacerdotem vt reuerenter intraret, cum tintinnabula geſtaret, quæ quaſi ad oſtium tabernaculi, clamarent ad Deum, vtrum daret licentiam intrandi; & audito ſonitu, ſacerdos erat licentiatus intrare in tabernaculum: ſi autem non portaret ſecum tintinnabula, non habebat licentiam introeundi non vocato hoſpite, ideo ſi introiret moriebatur, quaſi iniuriam ageret Domino domus*, eadem habet Oleaſter. 184.

Abulenſ.

Populus ad ſacrorum honorem excitandus.

Vt audiatur ſonitus quando ingrediatur ſanctuarium & non moriatur, nonne ſciebat cuius rei cauſa debebet antiſtes ſanctuarium ingredi, etiamſi tunicæ hyacinthinæ qua indutus erat, non adhiberentur tintinnabula? cur ergo apponuntur? forſitan non propter ſolum ſacerdotem, ſed & propter populum, vt ſacrorum auditor ſonitu tintinnabulorum ad reuerentiam Dei & ſacrorum excitaretur, hanc cauſam expreſſit Eccleſiaſt. cap. 45. his verbis; *Cinxit illum tintinnabulis aureis plurimis in gyro dare*, id eſt vt daret ſonitum in inceſſu ſuo, & auditum facere ſonitum in templo, *in memoriam filiis gentis ſuæ*, nam in memoriam, idem eſt quod vt hominis memores redderet nempe loci in quo ſunt, dum orant, ſacrorum quæ peraguntur, & Dei coram quo ſunt, ita vt ſi per inaduertentiam alicui inter orationes & ſacrificia diſtractio cogitationum obreperet, is per ſonitum hunc monebatur, vt memor eſſet debitæ attentionis & pietatis. 185.

Eccleſ. 45.

Concionator non ſe indicat iactando, ſed bene viuendo.

Vt audiatur ſonitus quando ingrediatur ſanctuarium, per hanc veſtem, ex qua pendebant tintinnabula pontificis, inquit B. Greg. lib. 4. cap. 5. in lib. regul. intelligitur oſtenſio bonæ conuerſationis, quæ quaſi tintinnabulis multis inſeritur, quando opera bona multiplicat, quæ ad minorum exemplum clamant, verum nonne incedendo ſacerdos 186.

tacet, & tintinnabula tunicæ eius ednnt ſonitum? cur ita factum, cum potius loqui debere & illa immobilia eſſe? bene tamen aliter inſtitutum, quia tunc loquit præſat. ſummus Pontifex, *Certe ſacerdos tacet, ſed dum incedit quod*
A *portas clamat, quia electus prædicator ſe iactando*
non indicat, ſed bene viuendo, loqui nequaquam S. Greg. Magn.
ceſſat, eo maiorem laudem ſacerdos meretur, quod plura laude digna præſtat nec ſe laudat, ore non loquitur, vita loquitur & moribus.

VARIET. LECT. Verſ. 36,

V*Vlg*. Facies laminam de auro puriſſimo, in qua ſculpes opere cælatoris ſanctum Domino.

Sept. Facies laminam auream puram, & formabis in ea formationem ſigilli, ſanctificationem Dnmini.

Cyrill. Alexand. Cælabis in ea cælatura ſigilli, ſanctificatio Domino.

Cald. Facies laminam ex auro mundiſſimo, & ſculpes ſuper ea ſcripturæ diſtincta, Domino ſcriptum.

Onk. Scriptura clara ſanctitas Domino.

Pag. Sculpes in ea, ſcripturis ſigilla.

Arias Et facies florem auro mundo, &
B apeties ſuper eam apertiones ſigilli, ſanctitas Domino.

Vatab. Sculpes in ea ſculpturis annuli.

Cajet. Sanctitas Iehoua.

CONCORDIA.

PLurimas ſignificationes tribuunt Hebræi verbo ציץ zaiax à quo ציץ ziz vt hoc indicio ſe propriam illius ſignificationem ignorare declarent, dicunt enim ſignificare flocere, aſpicere, oſtendere, ſplendere, ſeu ſcintillare, nomen vero ziz florem, laminam, alam, ziſit vero fimbriam veſtimenti, cincinnum capitis, & ita eſt etiam varia huius nominis ſignificatio, ſic autem loquitur Oleaſter de hoc
C nomine, videtur ſignificare id quod in panno de textura remanet, villos inquam, quos nos vocamus cadishos, cum extremitatibus à quibus pendent, & ſecundo huiuſmodi extremitates, ex conſequenti pennas alæ, aut alam ipſam, quaſi ex multis ſubtilibus penniscontextam, & vt vnico verbo dicam, ſignificat aliquid ſubtile veluti ſubtegmen, in quo ſunt multa fila veluti capilli, non tamen texta ſed in marginibus alligata: hinc etiam ſiſit id eſt cincini ſeu capilli capitis, qui ſunt
h. 8. veluti ſubtegmen, vt patet Ezechiel. 8. accepit me beſiſit. id eſt in cincinno capitis mei, videtur etiam laminam ſignificare, quia erat quaſi extremitas, ſeu limbus mitræ ſacerdotalis: ſignificat autem florem, quoniam flores ſolent poni in extremitatibus, & marginibus
D pannorum, quoniam vt diximus, dictio ſis, ſignificat propriæ limbum, marginem, ſeu terminum cuiuſcumque rei, & ex conſequenti illa quæ in terminis ſeu marginibus poni
40. ſolent, vt flores, Iſaiæ 40. habes concidit ſis id eſt flos. de ſignificatione verbi magis dubito, videtur tamen ſignificare egredi vt flos, prominere, & extendere ſe, quemadmodum ſe extendit aut prominet virga, tum ab arboris trunco egreditur, aut folia cum extendunt ſe; nam Ezechiel 7. habes ſas, id eſt, Ezech. 7.
extendit ſe virga, ſcilicet iam ad percutiendum, vbi noſtri vertunt, floruit virga: prior tamen expoſitio contextui magis quadrare videtur, præcedit enim, ecce dies, ſcilicet punitionis, ecce venit egreſſa eſt ſententia, extendit ſe virga, germinauit ſuperbia & eleuatio, punitio ſurrexit in virgam percutientem impietatem, item in Cantic. 2. en Cant. 2.
ipſe ſtans poſt parietem noſtrum proſpiciens è feneſtris meſis, id eſt prominens è cancellis, aut ex inuolucris, ſignificatio tamen propria non omnino mihi certa eſt, quam cum certiores coniecturas nactus fuero, indicabo. potes ergo hic laminam vertere, aut ſi malueris florem, infra vocatur Nizer, quod hîc dicitur lamina ſeu ſis, ſignificat autem nazar ſeparare; erat autem huiuſmodi lamina filo hyacinthino, aut fune ſuſpenſa à ſuperiori, (vt reor) parte mitræ, ſeu cidaris ſacerdotis, pendebatque ſuper frontem ipſius, in qua ſculptum erat litteris ſigillo, ſanctitas Domino.

In qua ſculpes opere cælatoris, poſita fuit hæc phraſis à noſtro interprete verſ. vndecimo, vbi agitur de lapidibus onychinis, & ideo quæ ibi à nobis dicta ſunt in concordia, conſule.

EXPOSITIO.

F*Acies laminam de auro puriſſimo*, quarta veſtis pontificiæ tiaræ, ſcilicet cum ſua lamina deſcriptio, & forte omnibus ſacratior, *in qua ſculpes opere cælatoris*, non atramento ſcripta nomina quæ ſequuntur, ſed cælatoris opere ſculpta erunt. Caldæus quid per ſcripturam ſigilli intelligat explicat legens, & ſculpes in ea ſcriptura diſtincta, id eſt abſque abbreuiationibus & quæ aperte legi poſſet, *Sanctum Domino*, non pauci volunt has duas voces laminæ non inſculptas ſed ſolum nomen tetragrammaton: ſed mihi videtur vtramque vocem fuiſſe inſculptam,

quia inſculpendum fuiſſe dicitur ſanctum Domino, hoc eſt Deus ſanctiſſimus: ipſa enim ſanctitas præcipuum eſt Dei attributum, quam ſic deſcribit B. Dionyſ. Areop. ſanctitas eſt ab omni inquinatione libera, incontaminatiſſima puritas; ſicut autem ſolet ſcriptura, vti nominibus abſtractis loco ſuorum concretorum, vt 1. Corinth. 1. qui factus eſt nobis ſapientia Deo, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio, id eſt docens nos & iuſtificans nos, ſanctificans, & redimens; vnde & merito intulit, vt quemadmodum ſcriptum eſt, qui gloriatur in Domino, glorietur, id eſt cum non habeamus ex nobis ſapientiam, nec iuſtitiam, ſed à Deo,

S. Dionyſ. Areop.

1. Corint. 1.

A per Chriſtum, non poſſumus vllo modo gloriari in nobis, ſed in Chriſto. Ita è conuerſo vſurpat interdum nomina concreta pro abſtractis, quod hic in loco feciſſe videtur interpres, dum dicit, ſculptum fuiſſe in lamina pontificis ſanctum Domino, idem enim eſt ac ſi dixiſſet, ſanctitas Domino; inſinuabatur enim illis verbis Deo conuenire immenſam ſanctitatem ſecundum omnem plenitudinem, cuius perfectionis participationem, etiam alijs paratus eſt communicare, vnde cum ſanctitate adiungebatur, nomen præſtantiſſimum Iehoua, ob fontem eſſendi, quem in Deo ſignificat.

CONCEPTVS.

In pontifice veteris legis cognitio ſanctiſſimæ Trinitatis.

187. *Facies laminam de auro puriſſimo, in qua ſculpes ſanctum Domino*, Hebraice *Iehoua* quid hoc eſt, quod ſanctiſſimum illud nomen quod vere proprium, vnicum, & naturale eſt Dei, tribus litteris ſcribatur, quarum vna, ſecunda inquam non prima, neque tertia, & voce & ſcriptura geminatur: vnde efficitur nomen τετραγράμματον hoc eſt quatuor litterarum: quid in lingua ſancta ſignificat Iod: quid ה he? quid vau? nonne ipſimet Iudæi aſſerunt, Iod principiũ, he eſſe & viuere, & vau copulari? quis ergo prohibebit dicere, his tribus litteris ſanctiſſimã denotari Trinitatẽ & vnitatẽ, cuius cognitio in sũmo ſacerdote deberet eſſe? audiatur noſter Epiſcop. Bituntinus lib. 3. de diuina hiſt. cap. 15 An vnquam ſignacula fingi potuiſſent tam decora Patris, Filij & Spiritus ſancti? nam ſi abſoluta ratio principij eſt, vt & nihil ſit priuſquam, nimirum, pater dicitur principium, non de aliquo principio, ſed principium principiorum, quem doctiſſimi ex veſtra ſynagoga (alloquitur enim Iudæos) elegantiſſima tranſlatione appellauerunt antiquum antiquorum, hortum radicum, profunditatem fluuiorum, fontem ſcientiarum & rerum: ſi autem eſſe eſt vt traducunt Philoſophi, terminus generationis & viuere viuentibus eſt eſſe, profecto de filio Dei nihil magis congruè dicitur, quam eſſe & vita, quem pater æternum genuit, per quem ſunt quæcũque ſunt, & in quo id totum quod factum eſt, antequam fieret viuebat, imo vero vita erat, de copula & coniunctione nihil attinet dicere, nam hic eſt vulgatiſſimus titulus Spiritus ſancti genitoris & ſobolis æternus nexus, & vinculum: ita tandem manifeſtum eſt, quemadmodum hæc ipſa elementa litteraria, non ſeparata, ſed vnita, ſicut hoc ipſum hoc Dei nomen יהוה & vnum illud Dei nomen eſt, hæc ipſa elementa in vnum hoc ipſo prædicto ordine coeuntia: ſic diuinas illas perſonas eſſe vnam diuinitatis ſubſtantiam & illam diuinam ſubſtãtiam non eſſe rem aliam, quam tres diuinas perſonas, vt propterea quærenti quænam eſt propria & germana interpretatio huius nominis Iehoua, palam & aperte ex litteris, & combinatione, ex vi & ordine earum B reſpondere debeamus, trinus & vnus, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus.

Cornel. Muſſius.

Filius qui ab æterno Deus, in tempore factus eſt homo.

Facies laminam de auro puriſſimo in qua ſculpes ſanctum Domino, nempe Iehoua, hoc ſanctum Dei nomen diximus tribus litteris ſcriptum, & earum vnam, ſecundam inquam non primam, neque tertiam, voce & ſcriptura geminari, & ſic effici nomen tetragrammaton hoc eſt quatuor litterarum. ſed ſi ſecunda, nempe ה he, vt diximus, denotat filium, cur geminatur, alijs ingeminatis manentibus, quæ patrem & ſpiritum ſignificant, cum tres diuinæ perſonæ ſint interſe æquales? bene præfat. Cornelius Muſſius, *Filius in prædeſtinata plenitudine temporis fere egrediens, illum ipſum æternum diuinitatis orbem, alteram ſibi naturam hoc eſt humanam carnem velut zonam, veſtemque præcinxis, neque tamen Dei formam perdidit vel reliquit, vt propterea ſit ille ipſe Deus qui erat, & homo qui ante non erat, neque vero duplex perſona, altera homo, altera Deus, ſed eadem geminæ naturæ perſona, homo & Deus, Ieſus Chriſtus, de Deo inquam Dei, de muliere autem Dei & hominis Filius.* 188.

Epiſcop. Bitunt.

C

Filius vt Deus Spiritum ſanctum præcedit origine, vt homo ſubſequitur, & eo longe minor eſt.

Facies laminam de auro puriſſimo in qua ſculpes ſanctum Domino, nempe Iehoua, cuius nominis ſecunda littera geminata, Chriſtum Deum & hominem denotat, & forte per illud ה he, bene adhuc intelligitur, quia huiuſmodi littera eſt numerus nuptiarum, numerus inquam præ omnibus maxime conueniens filio Dei, cui pater æternus, iuxta parabolã Euangelicam facit nuptias magnas, vt ille in fine temporum de ſummo cœlo procederet, tanquam ſponſus de thalamo ſuo. verum ſi ita eſt, quod he ה verbum denotet, & ו vau Spiritum ſanctum: cur ה præcedit ו & alterum ה illud ſequitur? an hoc myſterio caret? nequaquam inquit præfat. Epiſcopus, *Sed vt intelligeremus quod ille ipſe Chriſtus Ieſus. Dei & hominis filius, quatenus Deus Spiritus ſancti principium eſt, &* 189.

D

Præfat. Epiſcop.

ori;o eſt habet ſicut ipſe originem à patre. at vero ſecundum carnem, de Spiritu ſancto ex Maria Virgine conceptus eſt.

Qui Deus erat omnium ſupremus, factus eſt omnium minimus.

90. *Facies laminam de auro puriſſimo*; in qua inſculptum erat ſanctum Domino nempe יהוה, verum an potamus myſtetio carere, quod pro inſigni illo & recondito nomine ab Hebræis iuxta paternas traditiones pronuntiari Adonai, in quo, littera vltimom locum tenet, quæ prima eſt Iehoua? an quia neſciunt quid dicant? attamen veritatem dicunt Deo loquente per ora eorum, ſicut & locutus eſt per Aſinam Balaam & Caipham, ita ſe res habet, ſed quid ipſis neſcientibus, verum tamen proferunt? ſatisfaciat iam dictus Bruntinus. *Deum nemo vidit vnquam, Ieſus Chriſtus in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus: ille eſt verus Adonai, in cuius diſpenſationis ſacramento, propter nos & propter noſtram ſalutem. primum factum eſt vltimum, ſummum infimum, verbum care, Deus homo. & quidem, quid eſt Adonai cum profertur, niſi Dominus? titulus nimirum quo inſigniter effertur in ſymbolo Apoſtolico, Chriſtus Ieſus, vnus eſt Deus pater, & vnus eſt Dominus Ieſus Chriſtus.*

op.
tin.

Hæc corona veri ſacerdotis, ſi Deo omnes actus animæ conſacret.

191. *Facies laminam de auro puriſſimo, in qua ſculpes ſanctum Domino*, hæc autem lamina in qua Dei nomen ineffabilis inſculptum erat, fronti ſuperponebatur pontificis: quid hoc portendit? quid refert verum huiuſmodi lamina quæ Dei nomen continebat, ſit in fronte vel capite ſummi ſacerdotis? an vt innueretur quidquid eſſet in ſacerdote, imo quidquid eſſet ſacerdos, diuino numini nominiq; conſecratũ fore? accerſenda huc ſunt Arnoldi Carnot. verba tractat. vltim. de verbis Domini in cruce. *Hæc tiara quæ caput tegit & ornat pontificis, totamque eius pulchritudinem coronat & protegit, omnes ſenſus capitis Deo indicat conſecratos, & totam corporis gloriam debere ad caput referre.* Hæc ſacerdotis corona & diadema eſt, ſi mentem ſuam Deo ſacret, & mentis actus omnes: ſacerdotis veri vera conſignatio eſt, ſi totum ſe Dei eſſe, & fateatur & factis probet, ſi ſenſus ſuos non in exteriora ſpargi ſinat, ſed Deo conſecret, Deo cuſtodiat: quod denotabat vt diximus tiara ſummi pontificis, quæ vt capitis ornamentum, & laminam auream in qua Dei nomen exaratum erat, ſuperpoſitum habebat.

dus

In quo Dei nomen debite affulget, quidquid virtutis in illo nomine eſt expectet quodammodo ab illo.

2. *Facies laminam de auro puriſſimo, in qua ſculpes ſanctum Domino*, in lamina aurea poſita in capite ſummi ſacerdotis, ſculptum erat ſanctum Domino, nimirum nomen Dei ineffabile: nonne ſatis erat habere tunicam talarem hyacinthinam, rationale ex pretioſis lapidibus confectum, è quibus dependerent, malogranata & tintinnabula? quid adhuc neceſſe, vt ſculpatur in eo nomen Domini? vt oſtenderet in eo eſſe diuinas virtutes eſſe debere. ſic enim ait Anaſt. Nicen. q. 38. *In figura itaque ſacerdotis virtutes effingit & exprimit, ſuperne quidem in capite nomen Dei: in pectore autem oratio, vt inferne flores & fructus, virtutum recta facta*; hic eſt præclarus ordo, ſi ſuperne nomen Dei affulgeat, ſtatim inferne illi conuenientes virtutes affulgebunt, & præclara facta; quaſi nequeant deficere propriæ virtutes nominis Dei, in eo qui debite in ſe habet & ſeruat nomen diuinum. Anaſtaſius Niſſenus.

Quid prodeſt omnium cognitio, niſi ſcientiam Dei habeamus?

Facies laminam de auro puriſſimo in qua ſculpes ſanctum Domino: poſt omnem ſacerdotis ornatum, iubet laminam auream poni in eius fronte, quæ habeat inſculptum nomen Dei ineffabile: ad quid hæc lamina cum nomine diuino? pulchre ad inſtitutum noſtrum Beatus Hieronym. Epiſt. 128. *Lamina aurea* (inquit) *rutilat in fronte, nihil enim nobis prodeſt omnium rerum eruditio, niſi Dei ſcientia coronemur*: pende hæc verba, nihil prodeſt omnium eruditio, &c. quaſi diceret, licet etiam ſcientia Angelorum mentis tuæ ornamentum eſſet, ſi Dei notia careres, te ineruditiſſimum cogita & omnium ignorantiſſimum. 193. S. Hieron.

Deitas cunctis ſupereminens, in nobis principaliorem locum obtineat.

Facies laminam de auro puriſſimo in quo ſculpes ſanctum Domino, cur non in manu vel in alia parte inferiori, cum facilius ab eo conſpici poſſet quam in lamina fronti impoſita, inſculpitur huiuſmodi nomen? quia deitas nomine hoc ineffabili Iehoua expreſſa, omnibus ſupereminens, in nobis principaliorem locum debet obtinere. ſuffragatur Albinus lib. de offic. diuin. de ſing. veſtibus. *Lamina aurea diuinæ maieſtatis atque potentiæ figura eſt, quæ in fronte pontificis deportabatur: quia illa ineffabilis deitatis potentia, cunctis quæ creauit, ſupereminet, & idcirco quaſi cuncta ſanctificans, eximiam ſibi ſedem in fronte hoc eſt in mentis principalitate conſtituit.* 194. Albinus.

Talis debet eſſe ſacerdos, vt ſe Dei eſſe, & ſanctitatem habere debere, cognoſcat.

Facies laminam de auro puriſſimo in qua ſculpes ſanctum Domino, Onk. ſanctitas Domino, cur in fronte pontificis hoc ſanctiſſimum Dei nomen ponitur? nam ſi ob recordationem diuinitatis, an credibile pontificem tot eximiis indutum veſtibus, & Deo ſacrificaturum, illius eſſe immemorem? quis hoc ſibi ſuadere poterit? quis in dubium reuocare? non ſculpatur ergo hoc nomen ineffabile, imo ita fieri iubet Deus, *Quia talis eſſe debet ſacerdos* (inquit Oleaſt.) *vt videntes eum, in eius fronte ſanctum Domini cognoſcant, & ipſe ſe ſanctum Dei cognoſcat, id eſt impollutum & ab immunditiis ſegregatet ſe.* 195. Oleaſter.

Quantis fulgere debet virtutum ornamentis pontifex?

196. *Facies laminam de auro puriſſimo in qua ſculpes ſanctum Domino*, quod hæc ſit lamina aurea potius quam plumbea, & quod ſit ſculpta non quocumque nomine ſed Dei, aliquidne ſpeciale, quod ſpectet ad pontificem, ſignificat? nam videtur quod vacuum ſit myſterio, quod potius ſit lamina & hæc aurea, quam aliquid aliud in quo ſcribatur nomen Iehoua: ſed falleris, inquit noſter Cardin. Vitalis tit. de Cardin. Ioann. Vitalis. Prælato. *Nam hæc lamina* (inquit) *quia aurea, pertinet ad ſanctitatem perfectionis, quia ſplendida, ad pulchritudinem conuerſationis quia ſculpta ad ſollicitudinem diſcretionis: quia excelſa, ad celſitudinem contemplationis: hæc eſt plena perfectio pontificis, vt poſſit placare Deum pro ſe & ſubditis:* ſed cur in fronte hæc lamina? nōne frons inter alias partes eſt cultu formoſior, aſpectu gratioſior, ſitu anterior, gradu ſuperior? quo poſito ſic reſpondet præfat. Cardinal. *Primum ſignificat in prelato excellentiam perfectionis, ſecundum euidentiam ædificationis, tertium prouidentiam diſcretionis, quartum eminentiam contemplationis.*

Deus eſſentialiter ſanctus, cuius ſanctitas in omnibus eius operibus apparet.

197. *Facies laminam auream in qua ſculpes ſanctum Domino* Onk. *ſanctitas Domino*, cum innumeræ ſint Dei perfectiones: cur potius inſculpetur ſanctum vel ſanctitas Domino? bene Cardin. Cajet. Cajet. *Tum quod ſanctitas eſt propria Deo, aduerſus falſa ſentientes de natura diuina; ipſe enim ſolus eſt mundus ab omni potentialitate, ſolus eſt enim purus actus, vt etiam Philoſophi confitentur: tum quod ſanctitas reperitur in omnibus operibus eius contra blaſphemantes aliquod Dei opus:* hinc Seraphim Iſaiæ 6. ter ſanctum Iſai. 6. Deum inclamant dicentes Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum: ſic & ſancta illa quatuor animalia Apocal. 4. requiem Apocal. 4 non habebant die ac nocte dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens. ſic & Deipara canit: quia fecit mihi magna qui potens eſt, & ſanctum nomen eius: ſic Triſagion puero in ſublime rapto, traditum fuit ſub Theodoſio iuniore Imp. anno Chriſti 446. cum enim Conſtantinopolis ingenti terræ motu quateretur, Imperator, Patriarcha, & populus vrbe egreſſi in campo degebant; ſuppliceſque Deum orabant: & ecce puer quidam è plebe in ſublime raptus ab Angelis, didicit hunc hymnum, Sanctus, Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, miſerere nobis, cumque ad ſuos depoſitus rediiſſet, atque id quod didicerat retuliſſet, totus populus eumdem hymnum cecinit, atque ita terræ motus ceſſauit, puerque ſtatim vita defunctus eſt. ita habent Græcorum menologia 24. Septemb. S. Damaſc. Nicephor. Baron. Damaſc. lib. 3. de fide cap. 10. Nicephor. Baronius & alij.

Sanctitas Deo debetur in omnibus quæ agimus.

198. *Facies laminam auream in qua ſculpes ſanctum* A *Domino*, Onk. *ſanctitas Domino*, cur potius Deus præcepit vt in lamina pontificis ſanctitas ſit quam omnipotentia &c? vt innueret ſummo pontifici & aliis quod ei debetur ſanctitas in omnibus quæ cogitamus, loquimur, & operamur: ita ſentit Cajet. *Sanctitas Deo debetur in omnibus quæ referuntur ad ipſum, tam internis mētis & animi motibus, quam externis oblationibus, ſacrificiis &c* nihil concipiamus niſi ſanctum, nihil niſi ſancte loquamur, nihil operemur, niſi ſanctitate conſperſum. Cardin. Cajetan.

In paſſione Domini maieſtas diuina apparet.

B *Facies laminam auream in qua ſculpes ſanctum Domino*, hæc lamina ſignificat ipſam profeſſionis noſtræ fiduciam, quam in fronte portamus, dicentes ſinguli cum Apoſtolo ad Galat. 6. mihi autem abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti: ſed cur hoc vnum in toto pontificis habitu de auro factum eſt? an vt munditiam cordis ſiue corporis, in qua myſteria redemptionis noſtræ recondere vel geſtare debemus, oſtenderet? bene equidem, ſed addamus auro inſcriptum in fronte ſanctum Domino geſtaſſe, *Vt inſinuet myſtice* (inquit Archiepiſcop. Mogunt.) *quod ita paſſionem Domini & Saluatoris noſtri per quam redempti ſumus venerari & amplecti debemus, vt claritatem in illo diuinæ maieſtatis, per quam creati ſumus pariter, confidendam eſſe nouerimus, ita mortem* C *ſumptæ ab illo humanitatis confiteri. vt eandem mox humanitatem in æternam de morte gloriam reſurrexiſſe fateamur.* 199. ad Galat. 6. Archiepiſ. Mogunt.

Si omnes ſanctum nomen Dei in fronte habere, hoc eſt pie & caſte viuere debent, quanto magis ſacerdotes & præſules?

Facies laminam auream in qua ſculpes ſanctum Domino, nempe ſanctiſſimum nomen Iehoua, non ſolum in pontificis fronte nomen Dei habendum erat, ſed in omnibus qui beatitudine cœleſti perfrui deſiderant, & agnum virtutum imitatione, ſequi immaculatum: ſic enim vidit Ioann. Apocal. 14. vidi agnum ſtantem, & cum eo centum quadraginta quatuor millia, habentes nomen eius, & nomen patris eius ſcriptum in frontibus ſuis; ſanctum Domino in fronte portamus, quando expurgati à ſordi- D bus vitiorum, quæ ex primo parente habuimus, imaginem & ſimilitudinem noſtri conditoris, ad quam creati ſumus in nobis recepimus: & hanc nos recepiſſe non in ſecreto celamus, ſed cunctis palam factis & voce promulgamus, iuxta illud Apoſt. 1. Corint. 15. ſicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœleſtis, quod ad Coloſſ. 3. apertius explicat dicens; nunc autem deponite & vos omnem iram, indignationem, malitiam, blaſphemiam, turpem ſermonem de ore veſtro, nolite mentiri inuicem, expoliantes veterem hominem, cum actibus eius, & induite vos nouum, eum qui renouatur in agnitionem ſecundum imaginem eius, qui creauit eum: verum, quod ſi omnes qui ſequuntur nouum hominem, nempe agnum immaculatum, nomen Dei ſcriptum habere debent in frontibus 200. Apoc. 14. 1. Corint. 15. ad Coloſſ. 3.

ſuis cur ſculptum ſummus ſacerdos? quia ſi omnes pie & caſte viuere teneotur, quod indicat nomen Dei ſcriptum in frontibus ſuis, quãto magis ſi omnes ſacerdotes & præſules? id conſulit Venerab. Beda cap. 7. lib. 3, de tabern. *Cum idem nomen, ſacratiſſimæ venerationis omnes agnum ſequentes, hoc eſt vniuerſi fideles in* A *ipſa ſuæ confeſſionis fronte debeant habere, quanto magis neceſſe eſt, eos qui accepto ſacerdotio, ac magiſterio ſpiritali ducatum gregis Dominici ſortiti ſunt, exemplum virtutibus omnibus in ſeipſo oſtendere?* hæc etiam habet noſter Georgius Venetus tom. 3. cant. 2. cap. 7. Georgius Vsuens.

aib.

VARIET. LECT. Verſ. 37.

VVlg. Ligabiſque eam vitta hyacinthina, & erit ſuper tiaram.

Sept. Et impones eam ſuper hyacinthinam tortam, & erit ſuper mitra ſecundum aſpectum mitræ aius.

Cyrill. Impoaes illud in hyacintho torta, & erit ſupra mitram ante faciem mitræ.

Cald. Poneſque eam ſuper vittam hyacinthinam, & erit ſuper tiaram è regione tiaræ.

Onk. In aotariora parte tiaræ.

Pag. Pones eam in filo hyacinthino.

Arias. Et pooes eam ſuper filo hyacinthini, & erit ſuper cidarim è regione facierum aidariseris.

B

Cajet. Et pones ipſam ſuper vnum filum hyacinthi, & erit ſuper mitram ad contra faciem mitræ erit.

Alij. Et pones eam ſuper filum hyacinthinum, vt ſit ſuper galerum, ſit autem in anteriori eiuſdem galeri facie.

Alij. Et pones faſciam hyacinthinam.

CONCORDIA.

LIcet in Hebræo nulla videatur fieri meotio colligationis, ſed tantum ſuperpoſitionis, nihilominos certo credendum vtrumque factum, nam & firmari debuit, ne inter ſacrificia aliaque ſacerdotalia miniſteria, è capite facile dilaberetur: vnum ergo expreſſit vulg. & alterum Hebræ. imo ſecundum Hebræos videbimus in expoſitione etiam colligationem, ne mireris quod dictio פתיל pethil faſcia, vitta, filum reddatur, omnia enim hæc ſignificat: ſimiliter & dictio מצנפת miznapher ſiue miſnephet mitram, Galerum, tiaram, Cidarim deſignat: ſic autem de hac dictione loquitur Oleaſt. ſignificat ornamentum, quod capiti inuoluebatur, ſed cuiuſmodi fuerit ignora- C tur, quod vero capiti inuolueretur, conſtat ex eo quod Numer. 16. dicitur, vbeniſmephet id eſt & cidari linea inuoluer ſe.

EXPOSITIO.

ET ligabis eam vitta hyacinthina, de hac lamina ſic aotor libri שלשיםשבורים cap. 45. lamina illa aurea quam ſacerdos ſummus in fronte geſtabat, lata duos digitos erat, & ab vna aure ad aliam pertingebat, in laminæ autem extremitate eraot foramina in quibus vittæ ſericæ colore hyacinthino inſerebantur, ſicque fronti apprimebantur ne caderet, vittæ autem illæ hyacinthinæ inſerabantur huiuſmodi foraminibus laminæ, vt iis ligaretur, *& erit ſuper tiaram*, in anteriori ſcilicet & externa parta mitræ.

CONCEPTVS.

Ad vnum Deum omnia dirigenda.

01. *Et ligabis eam vitta hyacinthina*, ligabatur autem lamina cui inſculptum erat nomen Iehoua, ita autem ligabatur vt in fronte portaretur: cur in fronte ineffabile nomen? vt & habitu ſuaderet & etiam tacens inclamaret, ad vnum Deum omnia dirigenda. *Aurea lamina* (inquit Orig. hom. 9. in Exod.) *in fronte reſplendeat, vt nomen Dei ſemper habeatur in capite, & ad vnum Deum cuncta referantur*, abeant qui Dei nomen pedibus conculcant, ad pedes abiiciunt, ſuum fronte præferunt, & ſuorum, nomen ſuum iactant & intumeſcunt.

en.

Ineffabile Dei nomen crucem referens, & qui illud defert crucem non fugiat.

02. *Ligabis eam vitta hyacinthina*, non tantæ æſti- D mationis erat hæc lamina aurea, vt ita ſpecialis de ea fieret ſermo, niſi inſculptum nomen Iehoua haberet: plures autumant nomen hoc & Ieſu affinitatem inter ſe habere, & ab eodem fonte deduci, adeo vt ex Iehoua addita littera ש poſt י formetur ישוה, ita vt nec illa illius litteræ adiectio myſterio vacet, quum ש dentes ſignificet: quaſi innuatur Ieſum nobis dentes quibus ineffabile nomen articulate pronuntietur, attuliſſe, alij alio flectunt, & ex S. Amb. in Pſalm. 118. ſerm. 21. notunt ש ſcin idem eſſe ac ſuper vulnus, quam ethymologiam ſic flectit S. Pater, ſuper vulnus, quid eſt niſi medicamentum, quo vulneris acerbitas mitigatur? ſuper vulnus oleum iofunditur, vt omnis vulneris aſperitas molliatur, hunc ſenſum igitur ex hac litteræ adiectione exſculpunt. Ieſus ſit Iehoua addito ſcin, quia ex quo Deus factus eſt homo, ita Dei naturam ad beneficiendum D.Ambr.

pronam oſtendit, vt Deus ipſe noſtrorum vulnerum ſit factus medicus: ſed quidquid ſit de hac affinitate, certum eſt nomen Ieſus quandam cum nomine tetragrammaton cognationem habere, nam hoc etiam quandam crucis formam præ ſe ferebat: audiendus S. Petrus Damian. lib. 3. Epiſtola 9. vbi de hac lamina in qua ineffabile nomen Iehoua inſcriptum erat, ita philoſophatur, *Cuncta S. Euangelij præcepta ſpirant crucem, vt crux poſt Chriſtum portetur, innitat, idipſum ſignabat & lamina illa aurea, quam ſummus ſacerdos in gloriam & decorem gerebat in capite, cui videlicet nomen Dei tetragrammaton erat inſculptum: ſicut enim quatuor illic erant litteræ, ita nihilominus quatuor ſunt crucis cornua, quadrifidi orbis partes amplexa, hanc ſacerdos portabat in gloriam & decorem, quoniam & Apoſtolus dicit, mihi autem abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti: portet ergo laminam auream ſacerdos in capite, vt crucem Chriſti iugiter verſet in mente.* quid ex hoc inferre debemus? niſi quod ſacerdos ſeruus Dei cenſeri non debet, qui ingentis gloriæ loco crucem non habet, laminã aureã cui Dei nomen inſcriptum crucem repræſentans non portat in fronte, qui aurum tantum cogit, & periturarum amore diuitiarum poſſidetur: igitur qui Dei nomen & ſignate qui nomen Iehoua colit & reueretur, à cruce non abeat, non crucem defugiat, quin ſequatur & ſtricte amplectatur.

S. Petrus Damian.

Crux Chriſti & ſanguis illius auro pretioſior.

203. *Ligabit eam vitta hyacinthina*, vidimus in lamina aurea inſculptum nomen Iehoua, verũ cum nomen Ieſu videatur ſanctius, diuinius, & dignius illo, nam cum Deus mundum condidit יהוה Iehoua eſt dictus, id eſt qui eſt, quia mundo dedit eſſe, qui ab ipſo, & in ipſo, ita vt ab eſſentia & eſſe denominetur, Ieſus autem deſcendens à verbo, ישע quod ſignificat ſaluum facere, appellatur à ſalute, quam, humanã carnẽ induens, mũdo inuexit: ſi ergo hoc nomẽ alio dignius videtur, cur ligno inſculpitur, affigitur cruci, & ſanguini vt ita dicam innatat? nam & in circumciſione, cum ſanguinem effudit, Ieſu nomen accipit, & in cruce affixus, Ieſus Nazarenus rex Iudæorum, & ſuper caput eius tabella, quæ hoc nomen præfert, affigitur cruci: itane huius nominis vmbra Iehoua in auro exaratur, Ieſus ligno inſculpitur, & ſanguine aſpergitur? an maior vmbræ honor exhibetur quam veritati? minime, non poterat magis euehi Ieſu nomen, nec nobiliori materiæ inſcribi quam ligno, quam cruci, non poterat decentius ornari, quam ſanguine, nimirum crux omni auro pretioſior eſt, & ſanguis Chriſti pretioſior auro. audiendus S. Hieronym. qui Epiſt. ad Fabiol. ita ſcribit: *Quod olim monſtrabatur in lamina nunc in ligno oſtenditur crucis, auro legis ſanguis pretioſior eſt*, pretioſius lignum, pretioſior crux, vile præ cruce aurum eſt, ſanctius nomen Ieſu, ſanctiori materiæ exaratur.

S. Hieron.

Quidquid excellens longe inferius eſt nomine Iehoua, à cuius virtute & efficacia omnia pendent.

204. *Ligabis eam vitta hyacinthina*, ligabis eam nempe laminam auream, in qua ſcribebatur nomen ineffabile Iehoua: ſed in fronte ſacerdotis geſtabatur; cur non intra? an vt vel ſitu proderetur, omnia ab huius ſancti nominis virtute & efficacia pendere? producenda ſunt hic ſapientis verba, qui de Aaronis ornatu loquẽs ait, cap. 18. ver. 24. in veſte poderis totus erat orbis terrarũ & parentũ magnalia, in quatuor ordinibus lapidum erãt ſculpta; ſed quid aliud ſummum ſacerdotem exornabat? ſubdit: & magnificentia tua in diademate capitis illius ſculpta erat; per Dei autem magnificentiam ineffabile Dei nomen intelligitur, beatus Dionyſius Carthuſianus hic poſtrema hæc verba hac explicatione donat: & in magnificentia tua, in diademate capitis illius ſculpta erat, id eſt ſanctum, ineffabile, & propriũ nomen tuum tetragrammaton ſcriptum fuit in aurea lamina diadematis, ſeu mitræ pontificali adiuncta; ita vt nomen cæteris emineret, ſicque ſignaretur virtutem, ab hoc nomine res omnes accipere, hoc nomen rebus omnibus dignius eſſe, quidquid in orbe vniuerſo magnum, & excellens ipſi adſcribendum, referendum in ipſum eſſe, accinit Arnold. Carnot. tract. vlt. de ſeptem verbis Domini, dum inſit: *In ſuperioribus quidem hoc nomen ponitur, vt quidquid vndique eſt, quantumcumque ſit, ſe cognoſcat inferius, ſe fateatur indignius, & ſi quid habet candidum, ſi quid conſpicuum ad illud nomen referat vnde accepit, illique excellentiæ deuotus adſcribat.*

Sapien. 18. — Arnoldus Carnot.

In cruce Domini noſtri gloriari oportet.

Ligabis eam vitta hyacinthina, cur non ligatur vitta coloris cærulei, cum nomen haberet in ſe inſculptum ſupercœleſte? quod tamen in fronte erat pontificis qui profitebatur ſe eſſe ſeruum Dei: ſed ſi ſuperius diximus ex B. Petro Dam. crucem referre, quod etiam tenet Arnold. ſtatim citandus, & Albin. Flaccus cuius hæc ſunt verba, quatuor litteræ in lamina ſcriptæ quatuor ſunt cornua crucis, totum mũdum complectentis: ſi ergo crucem deſignat, cur in fronte cum ſit ſedes verecundiæ, & plures eam erubeſcant, in fronte ponitur? quia non in aliis ſed in cruce Domini noſtri gloriari nos oportet. hæc habet præf. Abb. tract. vlt. de verbis Domini. *In fronte hoc nomen pontifex geris, ibi enim verecundiæ ſedes eſt, & ſignificat profeſſionis noſtræ fiduciam, per quam non tantum in nomine gloria vel omnipotentiæ Dei, ſed etiam in cruce Chriſti gloriamur: vnde & ipſa quatuor litteræ quatuor crucis intimant cornua, de quibus Abacuc 3. ait cornua in manibus eius, ibi abſcondita eſt fortitudo eius.* 205.

Præfat. Abbas. — Abac. 3.

Vitam Chriſti Domini ſemper ob oculos habeamus.

Ligabis eam vitta hyacinthina, Ioann. Ruiſbroch. c. 47. de tab. tenet hanc laminam auream typum geſſiſſe vitæ ſeruatoris noſtri, lamina enim hæc inter veſtes extrema ponitur, & ipſa aliis omnibus decori eſt ac ornamento, eaſque perficit & abſoluit, abſque digniſſima Chriſti Saluatoris noſtri vita, neque ante, figura, neque poſt, veritas decore vllo prædita eſt: 206.

& accommodè ſane Domini noſtri vita, ob charitatis illius excellentiam ac præſtantiam auro comparatur, lamina hæc ſanctæ venerationis appellatur c. 39. quam inferne quidem orbiculatim rotundam eſſe arbitrantur, præterquam in parte ſuperiori; quod item proprie in Chriſti vita animaduertere licet; is enim rotunditate ſua quam inferne gerebat, res terrenas nonnili in vno temporis puncto attingebat, puta pro corporis neceſſitate, & ſuprema quæque vitæ & ſanctiſſimorum actuum illius ſuperne ad mitram plane & æquabiliter adiuncta erant, videlicet perſpicuo, dilucido, ac libero aſpectu ad cœleſtem aſcenſum. quod vero lamina hæc ſanctæ venerationis nonnili vitam Chriſti Domini deſignet, vel inſculptum ei nomen, argumento eſſe poteſt, quod quidem dupliciter exprimitur: dicitur enim ſanctum Domini & ſanctum nomen Domini tetragrammaton, quæ duo nomina ſeu appellandi rationes, re ipſa in ſaluatoris noſtri vitæ, & factis conſpiciuntur: enimvero veraci ac humillima humanitatis ſuæ vita cunctis donis, atque omni ſanctitate plena, vnus ac ſolus ipſe eſt ſanctus Domini: quidquid enim ſancti omnes habent, per ſanctitatis illius merita habent: atque ita iuxta humanitatem ſuam ſanctus Domini eſt, & caput ſanctorum omnium: alterum autem nomen, ſiue appellandi ratio, qua tetragrammaton nomen illud dicitur, iuxta diuinitatem illi competit. Idemque nomen Chriſtum eſſe ineffabilem nobis teſtatur, videlicet ob eſſentiæ ipſius infinitatem, ſiquidem hoc nomine nedum ſenſus omnes, ſed etiam omnem rationis & intelligentiæ captum longe lateque in infinitum excellit: hæc duo appellandi genera, ſine modi, in ſanctiſſimæ vitæ illius lamina aurea manifeſto nobis declarata ſunt, tum per humillimos humanitatis ipſius actus, tam per euidentia ac manifeſta diuinitatis eius facta & opera: cuius nobis multiplicia ac varia ſuppetunt ex Euange-

A liis teſtimonia, præſtita à Patre, & ab eodem ipſo Filio, à Spiritu ſancto ab Angelis, ab Apoſtolis, ab Ethnicis, à Iudæis, à bonis & malis, ab elementis, à damnatis ſpiritibus, ac multiiugis demum miraculis ipſius: ita nos in aurea vitæ illius lamina, vtrumque ſublime eius nomen tam ſecundum humanitatem quam diuinitatem animaduertimus. quo poſito cur illa lamina aurea in fronte ſacerdotis ponitur? vt vitam Chriſti Domini ſemper ob oculos habeamus, eamque toto imitemur conatu. audiatur præfat. contemplator. *Voluntatis eſt diuina, vt amabilem vitam Chriſti cum vniuerſis actibus ſuis noſtra in memoria ac libero aſpectu continenter ante nos circumferamus: atque ita exauditurum patrem noſtras preces, eo quod laminam auream, id eſt Chriſti vitam in illius præſentiam & conſpectum noſtris in frontibus ſeu digniſſimam offeramus oblationem, atqui ne lamina ſancta in Dei cultu moueretur, iuſſit Dominus vt vitta hyacinthina ſurſum religaretur, & capiti circumducta ac ligata eſſet, quâ id nos figurâ docemur dulciſſimam Chriſti vitam ante nos fortiter religare, ac fixam nos retinere debere, in libero aſpectu noſtro, & hoc, vitta hyacinthina id eſt ſimplici ac cœleſti exercitatione.* Ioann. Ruisbroc.

B

Efficax amor regni cæleſtis perfectionis apicem cumulat.

Ligabis eam vitta hyacinthina & erit ſuper tiara, cur neceſſe eſt vt vitta hyacinthina potius quam alterius coloris adſtringatur? nam color nihil confert vt quid ſtrictius ligetur: laminam cum tiara ſtringit vitta hyacinthini coloris, & non alterius, licet eiuſdem efficaciæ eſſet ad aliquid ſtrictiſſime vniendum & fortiter religandum, quia teſte Arnoldo. *Hoc intelligitur quod amor & regni cæleſtis deſiderium perfectionis apicem cumulat, & ille reſpectus totas gratiarum connexiones vnit & ſocias.* 207. Arnold. Abbas.

C

VARIET. LECT. Verſ. 39.

VVlg. Imminens fronti pontificis, portabitque Aaron iniquitates eorum, quæ obtulerunt & ſanctificauerunt filij Iſrael, in cunctis muneribus, & donariis ſuis, erit autem lamina ſemper in fronte eius, vt placatus ſit eis Dominus.

Sept. Et erit ſupra frontem Aaron, & auferet Aaron peccata ſanctorum, quæcumque ſanctificabunt filij Iſrael, omnis muneris ſanctorum eorum, & erit ſuper frontem Aaron, ſemper acceptum illis in conſpectu Domini.

D

Cyrill. Erit in fronta Aaron, & portabit Aaron peccata ſanctorum, quæcumque ſanctificauerint filij Iſrael, omnia dona ſanctorum ipſorum, & erit in fronte Aaron perpetuo acceptabile ipſis coram Domino.

Cald. Eritque ſuper frontẽ Aaron imminens oculis, & portabit Aaron iniquitates eorum, quæ ſanctificauerunt filij Iſrael in cunctis muneribus ſanctificationum eorum, eritque ſemper ſuper frontem eius imminens oculis in beneplacitum eis coram Domino,

Onk. Vt portet iniquitates ſanctificatorum, quæ ſanctificabunt filij Iſrael, iuxta omnia munera ſanctificationum ſuarum, eritque in fronte eius ſemper pro reconciliatione eorum coram Domino.

Pag. E regione mitræ erit, & erit ſupra frontem Aaron, & tollet Aaron iniquitatem ſanctificationum, quas ſanctificabunt filij Iſrael, in omnibus donis ſanctificationum eorum. & erit ſupra frontem eius iugiter ad beneplacitum coram Domino. *Sic Mont. Oleaſter.*

Cajet. Ad placandum eis facies Iehoua.

Biblia regia. Et placatus ſit ei Dominus, *ita & antiqua manuſcripta, quæ in muſæo noſtro habentur.*

CONCORDIA.

QVamuis aliqua diuerſitas videatur eſſe in lectionum varietate, non eſt contrarietas, vt videbimus in expoſitione, non concordant autem biblia regia & antiqua cum emendatis, quod illa legunt, vt placatus ſit *ei* in ſingulari A Dominus, noſtra autem in plurali *eis*; quod ita legendum eſſe habemus ex Hebræo Caldæo & Septoaginta, ita vt hoc ad populum referatur, cui ſacerdos diuinum fauorem conciliet.

EXPOSITIO.

Ariſtæas,

I*Mminens fronti pontificis*, certum eſt ſacerdotem geſtaſſe laminam in fronte, ſed quouſque ſe porrigeret, dubium, cenſeo vſque ad ſupercilia, diſco id ex Ariſtæa ſic ſcribente, ex qua nempe mitra dependet lamina aurea, frontem ad ſupercilia operiens, vbi ſacris litteris Dei nomen conſpicitur: liber autem dictus שלטי הגבורים: addit huiuſmodi laminam latam fuiſſe duos digitos, & ab vna aure ad aliam pertingere.

Et portabit iniquitates eorum quæ obtulerunt &c. varia eſt huius loci expoſitio, quam volueris ſeliges: qui explicant verbum portare pro eo quod eſt auferre & mundare, ſic exponunt: ſi quid Iſraelitæ peccauerint, offerendo non debite vel non rite condonabitur eis propter ſummum ſacerdotem, qui Chriſtum repræſentabat: alij explicant verbum *portabit*, pro deferet, & recipiet, ſic hunc ſenſum adhibent: pontifex aſſumet oblationes, quas pro peccatorum remiſſione offerent, *& ſanctificabunt*, id eſt diuino cultui dicabunt, ſiue oblationes ſint, ſiue etiam donaria pro tabernaculi cultu, & ritibus: alij denique ſic exponunt, vt C ad omnia peccata populi id referatur, dicaturque Aaroni pro omnibus peccatis populi eſſe orandũ, dũ pro eis ſacrificat vt eis dimittantur, eadẽque eſſe populo dimittẽda propter nomen Dei, quod pontifex in fronte gerit: & ſi obiicias in textu non haberi iniquitates eorum, qui obtulerunt, ſed quæ obtulerunt, imo omnes verſiones iniquitates referunt ad res oblatas, reſpondent cum dona & victimæ pro pec- B catis offeruntur, cenſentur peccata illa etiam quodammodo victimarum eſſe, imo & ipſas victimas, peccata dici: ſic & Oſeæ 4. dicuntur ſacerdotes peccata populi comedere, & ſecundum hanc expoſitionem, *illud in cunctis muneribus & donariis ſuis* ſic explicant, quotieſcumque munera & dona offerent; alij aliter explicant, ſed ad vnum ex his tribus modis ea quæ dicunt, referri poſſunt; ſecundus autem modus qui eſt B. Auguſtini magis mihi arridet. Oſee 4.

Erit autem ſemper lamina in fronte eius, illud *ſemper* intelligendum eſt congruo tempore, ſiue iuxta legis diſpoſitionem, *vt placatus ſit eis Dominus*, cuius ſenſus eſt, intercedente ſacerdote cum lamina in fronte, ſiue inuocatione nominis Domini, acceptet Deus oblationes & donaria.

CONCEPTVS.

In omnibus operibus noſtris Dominus ſit dux ne aberremus.

208. *Imminens fronti pontificis*, deinde, *lamina ſemper in fronte eius*, Caldæus, imminens oculis, quid opus ante lumina oculorum pendere quotidie laminam cum Dei inſculpto nomine? num clementiſſimus Dominus humanis ſe accommodare vſibus voluit? ſciebat mortales ad pugnam ituros, licet mentis conſtantiæ magnanimos, corporis viribus inſignes, arma atque æquitatem habentes pro votorum deſideriis: tamen ſi ducis præſentia careant, corde frangi quantocius atque eneruari: quæ enim in certando ſpes abſente remuneratore? quis animus, non habito qui certamen aſpiciat & attendat? ne igitur militi ſpirituali qui aduerſus poteſtates tenebrarum ſe accinxit ſtrenue, contingeret deficere atque conſternari mente propter ducis ſenſibilem velut abſentiam, iubet oculis opponere Dei nomen, quod nunquam fronte amoueatur: tanquam aſſerat, licet inſigniter à me communitus fueris donariis eximiis, virtutum ſtemmate fulgentibus, vereor tamen ne ſi imperator ſe ſubſtrahat, ſpiritu concidas & turberis: adde igitur ad fortitudinis cumulum, laminam cum Dei nomine inſculptam, quo præſentem adſtare ſemper creatorem intelligas, atque ita egregie dimices, nempe ante vultum imperatoris, hæc ni fallor mens eſt Hieronym. ad Fabiolam ſic ſcribentis, *Lamina aurea rutilet in fronte, nihil enim nobis prodeſt omnium rerum eruditio niſi de ſcientia coronemur: lauis induimur, ornamur hyacinthinis, ſacrato balteo tingimur, dantur nobis opera, rationale in pectore ponitur: accipimus veritatem, profert ſermo doctrinam, imperfecta ſunt vniuerſa niſi tam decoro* D *currui dignus quæratur auriga, & ſuper creaturas creator inſiſtens, regat ipſe quæ condidit.* S.Hieron.

Non ſolum nomen Dei in fronte vt illud mediteris, ſed in manibus & brachiis vt bene opereris.

Imminens fronti pontificis lamina, in qua 209.
inſculptum nomen Dei ineffabile imminebat ſummi fronti ſacerdotis, vt illud habens ante oculos, eius gloriam & maieſtatem perpetuo meditaretur: ſed nomen Domini in manibus deſcriptum & in brachiis

obſerua-

obſeruamus, hoc aliquos feciſſe coniicit Pro- A
cop. ad illa Iſaiæ verba 44. & hic ſcribet in
...pius. manu ſua, ſeu vt Sept. habent & alius ſcribet in
manu ſua: vbi ita præf. Gazæus, quod autem
manu dixit, ideo forſan adiecit, quod Chriſti
nomen permulti vel crucis ſignum in palmis,
aut brachiis inuri ſibi curarent: & S. Hieron.
...eron. lib. 11. in Iſaiam, & alius ſcribet in manu ſua,
Dei ego ſum, vt nouo tyrocinio ſeruituris
Chriſti ſe militem glorietur. nonne ſatis eſt in
fronte illud ſcriptum habere, ſicut S. Ioann. in
Apoc. ait eos qui ſequebãtur agnum in fronte
...9. hoc nomina ſignatos? merito in frõte, & in ma-
nibus habetur, in fronte vt illud perpetuo me-
ditamur, in manibus vt ſemper debitè opere-
mur; vel vt quidquid in Deum dirigatur, Deũ B
ſapiat, in eius nomine fiat; ſane in manu ſua no-
men Chriſti opportune ſcribit, qui Chriſti ſui
nunquam obliuiſcitur, ſemper eum cogitat, di-
...41. cens cũ Regio propheta Pſal. 41. *Si obliti ſumus nomen Domini, & ſi extendimus manus noſtras ad Deum alienum, nonne Deus requiret iſta?* & ne re-
quirat, eius nominis obliuiſci non debemus;
bene nomen Chriſti in manibus exarat, qui in
omnibus ſpem ſuam in eo locat, non fidit viri-
bus ſuis, non ingenio, non fidit operibus, ſed
ſpe diuina paſcitur. audiamus Dauid dicentem
...31 Pſal. 32. *Quia in eo lætabitur cor noſtrum, & in nomine ſancto eius ſperauimus:* in manibus Chri-
ſti nomen geſtat, qui nihil ſibi tribuit bono-
rum operum, Chriſto litat non ſe in virtutibus
iactat, ſed in Dei ſui nomine tantum gloriatur.

Culpa ſubditorum in prælatos aliquando reiiciuntur. C

10. *Imminens fronti pontificis, portabitque iniquitates eorum quæ obtulerunt*, ſi offerentes, in victimis & aliis muneribus quæ offerunt, defectuoſi ſunt; vt ſi animal vitioſum aut immundum detulerint, cur non plectentur? cur iniquitatibus condignas non dabunt pœnas? cur eis ſubiicietur Aaron? quia culpæ ſubditorum in prælatos reiiciuntur, ac ſi ſua negligentia eas commiſerint. ſic hunc locum explicat Oleaſt. *Cum Dominus debeat eſſe ſanctus, & impollutus, & nihil immundum debeat illi offerri, quidquid immunditiæ fuerit in ſacrificiis vel oblationibus Domini, vitio Aaroni dabitur; cuius muneris eſt eas deſpicere, qui pro ea re dabit pœnas, & videtur accipi in textu iniquitas pro pœna iniquitatis, ita quod portare iniquitatem ſanctificationum, eſt* D *portare pœnam immunditiæ vel defectus, ſi quis eſſet in rebus Domino ſanctificatis.*

Prælatus pro peccatis ſubditorum orare tenetur

Imminens fronti pontificis, portabitque iniquitates eorum quæ obtulerunt. Cur iniquitates eorum portabit, ſi tot virtutibus condecorati debet? quid iniquitatis cum virtutibus? rationale iudicii ferat in pectore ſimul & veritatem & doctrinam, nomen ineffabile ſculptum in lamina aureæ habeat in fronte; verum longe abſit ab eo portare aliorum iniquitates? non ab eo hoc ſit alienum, nam eatenus peccata portare dicitur Aaron, quatenus offerentium peccata Domino ad propitiationem obtinendam offerebat. fauet Abul. *Portabit Aaron iniquitates offerentium, quia pro peccatis eorum tenetur orare*, à quo non diſſidet interl. *portabit id eſt auferet iniquitates.* Abulens.

Virtute nominis Ieſu à pœnis ſoluimur.

Imminens fronti pontificis, nempe lamina aurea, in qua ineffabile Dei nomen inſculptum, & ilico ſubiungit: portabitque iniquitates eorum quæ obtulerunt. Quis nexus laminæ aureæ cum iniquitatum onere portando, ita vt poſt vnum aliud immediate ſequatur? legitimus quidem, quia in virtute nominis Iehoua, (quod idem cenſet cum Ieſu Arnold. Carnot.) auferre deberet pontifex iniquitates earum rerum, id eſt in iis rebus admiſſas, quas oblaturi erant Iſraelitæ. Nec miror huius nominis virtute immunes à pœnis male offerentes: ad quid enim non prodeſt conſequendum, ſanctiſſimum illud nomen? huc aduocari poteſt illud B. Michaelis da Carcano (beatum appellat Nouar. to. 2. num. 1510.) ex ordine noſtro, ſerm. 8. Natiuit. qui de hoc nomine loquens ait. *Audiui quamplurimos errantes in multis periculis, ſiue equitando, ſiue itinerando, ſiue per mare eundo, ſiue cadendo, in huius nominis inuocatione illæſos euaſiſſe.* 212. Arnold.

C *Vere fideles & pœnitentes expiat ſanguis Chriſti.*

Imminens fronti pontificis, portabit iniquitates eorum quæ obtulerunt, & ſanctificauerunt filij Iſrael in cunctis muneribus. Quomodo intelligi poteſt, quod portet iniquitates eorum quæ obtulerunt & ſanctificauerunt filij Iſrael? ſi enim ſanctificauerunt, vbinam ſunt iniquitates? peccatum enim & ſanctificatio nunquam ſibi inuicem compatiuntur: Aaron deſignat ſummum pontificem Chriſtum Dominum, portare autem peccata eſt pœnas iniquitati debitas tollere, vel ſoluere, vt apud Iſai. c. 53. & iniquitates eorum ipſe portabit. dic ergo rectum ſenſum habere hæc verba, portabit iniquitates eorum quæ obtulerunt, & ſanctificauerunt; ſi dixerimus cum Radulpho apud Tilm. *Cum Aaron nempe Dominus Ieſus eas tantum iniquitates fidelium portat, & paſſionis ſuæ ſupplicio expiat, quorum confeſſionem Deo obtulerint, & ſanctificauerint eas, hoc eſt digna emendatione correxerint.* ſubiungit, *Neque enim ſanguis Chriſti expiat omnes, neque fides ſola ſufficit, vt inter eos quos expiat, numeremur, niſi ſanguis Chriſti vtilitatem congrua pœnitentia ſatisfactioni mereamur.* 213. Iſai 53.

Præſules ſubditorum peccata ſua ferant eaque portando expient.

Imminens fronti pontificis, portabit iniquitates eorum quæ obtulerunt. Cur cum ipſe immunis ſit ab hoc genere peccati, nempe de non ritè oblatis, portare debeat eorum quæ 214.

tnale obtulerunt iniqnitates? nonne vnuſquiſque ſecundum menſuram ſui, & non aliorum delicti punietur? ne miteris hoc iniunctum Aatoni, nam omnes epiſcopi deberent etiam ſubditorum peccata ſua facere, eaque portare

S. Clem. Ro. &expiare: ſic ſuadet ſummus pontifex Clemens lib. 2. conſtit. Apoſt. c. 15. *Vos (inquit) epiſcopi eſtis, veſtris laicis prophetæ, principes, duces, reges, mediatores Dei & fidelium eius, receptacula verbi Dei, & præcones eius, cognitores ſcripturarum, & Dei ſoni ac teſtificatores voluntatis eius, qui delicta omnium portauit: & de omnibus rationem reddituri eſtis, imitatores enim Chriſti Domini, vt ſicut ille noſtra omnium peccatá in ligno crucis tulit, crucifixus ab que ... la culpa & macula, pro iis qui ſupplicio digni erant: ſic etiam vos populi delicta vobis attribuere & veſtra dicere debetis, dictum eſt enim de Saluat re noſtro*

B

Iſai, 53 *apud Iſai. hic peccata noſtra portat & pro nobis dolet, & rurſus peccata multorum tulit, & propter iniquitates multorum traditus eſt.*

Cum omnia recte fecerimus, non in operibus ſed in miſericordia redemptoris ſpem habeamus.

215. *Imminens fronti pontificis, portabit iniquitates eorum quæ obtulerunt*, cur nominatis omnibus indumentis pontificalibus, vt ephod in humeris, rationali in pectore, tunicâ hyacinthinâ, iubet laminam auream ineffabile nomen Iehoua continentem poni in fronte ſummi ſacerdotis? none huiuſmodi veſtimentis diximus varias intelligi virtutes & bona opera? merito igitur his ſuppoſitis nomen inſculpitur ineffabile, quia cum virtutibus ſtuduerimus, cum bona opera fecerimus, non in his ſed in nomine Domini, ſed in illius miſericordia

A ſpem habere debemus, id obſeruat Adamus de Perſenia apud Tilm. *Poſt omnia indumenta ſacerdotalia, lamina in fronte pontificis ponebatur, hoc ſignificat quod cum veſtimentis illis, quibus ſancta virtutes & opera bona ſignantur, induti fuerimus, vt pote ſummi membra pontificis, non in virtutibus, non in operibus noſtris, ſed in Chriſti ſanguine ſpem noſtram ponere debemus, teſte Apoſt. ſpes capitis eſt munimentum.*

Prælatus non ſolus, ſed & ſubditi cum eo cooperari debent ſuæ ſaluti.

Imminens fronti pontificis, portabit iniquitates eorum quæ obtulerunt, deinde addit, *& ſanctificauerunt filij Iſrael in cunctis muneribus.* Si 216.
porta redebet eorum peccata Aaron, ſed quid ſe

B ſanctificant filij Iſrael? nam ſi immunes ſunt à pœnis delictorum, quæ in muneribus obtulerunt, medio ſummi ſacerdotis ſacrificio: cur laborant in ſanctificandis ſuis oblationibus? quia non ſolus prælatus, ſed & ſubditi cum eo ſuæ ſaluti debent cooperari. Vener. Beda lib. 3. Beda.
c. 7. ita annuit. *Portat pontifex iniquitates ſubditorum id eſt exportat, & aufert, cum aut eos docendo pœnitentiam commiſſorum, prouocat, aut pro pœnitentibus ſupplicando gratiam eis iuſti iudicis conciliat: facit autem hoc in muneribus & donariis, quæ ipſi obtulerunt Domino, & ſanctificauerunt: cum pro fructibus dignis pœnitentia, id eſt eleemoſynis, cæteriſque operibus iuſtitia quæ fecerunt, pœnitentes à reatu ſcelerum quæ quondam patrauerant, abſoluit.* Eadem fere habet Lorichius Adamar. *Auferunt peccata ſacerdotes docendo, ad pœnitentiam prouocando, pro populo ſupplicando ſed eorum, qui vel ad luminis lucerna*

C *conſeruationem, vel ad cultum ſacerdotalem aliquid contribuerunt.*

VARIET. LECT. Verſ. 39.

V*ulg.* Stringeſque tunicam byſſo, & tiaram byſſinam facies, & balteum opere plumarij. *Greg. Niſſ. in vita Moyſ.* ait hanc tunicam coſſymbatam.

Sept. Et nodi tunicatum ex byſſo, & facies cydarim byſſinam, & zonam facies opus variatoris.

Cald. Et balteum facies opere polymitarij.

Onk. Ocellabis quoque tunicam ex byſſo, & facias galerum ex byſſo, atque balteum facias opere phrygionico.

Mont. Et balteum facies opere recamantis.

Vatab. Et facias opere ocellato tunicam byſſinam.

Oleaſt. Et cingulum facias opere acupicto, *id eſt* zonam.

D *Alij* Ornabis quoque tunicam lineam.

CONCORDIA.

VBi habemus ſtringes tunicam byſſo, in Heb. eſt ושבצת הכתנת שש neſiblatzta hachetoneth ſes, quod vertitur à quibuſdam, vel occellabis, vel opere cellato facies, verbum ſabath quod noſter interp. reddidit ſtringes, ſignificat includere maxime ſtringendo: quemadmodum pretioſi lapides in annulis includuntur, vnde aliqui verterunt ocellabis, id eſt ad modum oculorum includes, includuntur autem lapides in auro, veluti oculi in foraminibus ſuis. ſed perperã præter Onk. Oleaſt. R. Abraham, R. Salomon, R. Schadias Hebr. תשבצת ſchibaſtha, id eſt ſtringes: verterũt ocullabis, id eſt ocellis, vel oculorum figuris tanquam ſcutulatã veſtẽ ornabis, ſed oculos hos nõ viderunt oculatiſſimi interpretes, Cald. S. Hieron.

Philo, Ioſeph qui tamen vt pote ſacerdos hac veſte induebatur, hi enim omnes conſtanter to ſchilbaſtha vertunt ſtringes, vel cinges Sep. paulo diuerſe legunt *κὴ ἐς κόσυμβος τῶν λι-νάτων* & nodi tunicatum; de his nodis nulla A mentio, *κόσυμβοι* autem, ait Suidas, ſunt vincula, Heſichius ſuccingula, Nobilius conſtrictiones, Gregor. antem vacabulo Græco dixit tunicam coſlymbotam, vide quæ diximus circa varietatem lectionum de opere plumarij.

EXPOSITIO.

STriageſque tunicam byſſo, non de tunica hyacinthina hic ſermo eſt, quæ cingulo vel zona byſſina corpori erat alliganda, ne ſolutior flueret, ac impedimento eſſet pontifici, nam in Heb. non eſt pro tunica מעיל meil, quo nominē appellatur tunica hyacintbina, ſed כתנת ketonet, vnde & Sept. vertunt *λινῶν* quod Ioſeph. ait ſignificare veſtem lineam, chiton enim vel kotoen Hebræis eodem auctore linum ſignificat, tunica autem meil non linea ſed lanea fuit, non ergo hîc de hyacinthina tunica eſt ſermo, ſed de alia linea ſeu byſſina, quæ arcta eſſet & ſtricta, nullos ſinus, nullas rugas habens, eam aſſerunt vſque ad crura tantum, fuiſſeque inſtar camiſiæ qua vtuntur milites, vt ſint expediti ad curſum, ad pugnam, & ad quodcumque aliud. ſic minores ſacerdotes, qui vbique & quotidie in tabernaculo miniſtrabant, hac tunica vtebantur, vt ad miniſteria ſua expeditiores eſſent, & ſic hæc verba, *ſtringes tunicam*, hunc ſenſum reddunt, ſtrictam tunicam facies ex byſſo, *& tiaram byſſinam facies*, cui ſuper imponebatur lamina aurea, *& balteum*, id eſt zonam qua præcingebatur tunica byſſina, ex qua B liquet pontificem duplicem habuiſſe zonam, vnam qua tunicam hanc lineam, alteram qua hyacintbinam cingeret, *opere plumarij*, opere polymito variorum colorum & liciorum, videlicet eorum quibus ephod erat contextum: addit Ioſephus huic balteo additas fuiſſe aureas fiſtulas, ambientes vtramque eius oram.

CONCEPTVS.

Corporis ſacerdotalis tanquam templi Deo ſacri æditua pudicitia eſt.

Striageſque tunicam byſſo, byſſus propter
17. ſummum candorem, ſymbolum eſt caſtitatis, quam Deus præcipue à ſuis exigit miniſtris, eaque autem byſſina tunica ita adaptari debet corpori ſacerdotis, vt quaſi aliquid vnum cum eo efficere videatur; quia caſtitas ita ei debet adhærere, vt quaſi ei agglutinari cenſeatur. verum cur tantam in corpore ſacerdotis requirit Deus pudicitiam? quia ea eſt corporis noſtri tanquam templi Deo ſacri, æditua & antiſtes. ſic eam nominat Tertullianus libro primo de cultu fœminarum capite primo.
5b. *Cum omnes* (inquit) *templum Dei ſimus, illato in nos & conſecrato Spiritu ſancto, eius templi æditua & antiſtes pudicitia eſt, quæ nihil immundum nec profanum inferri ſinat, ne Deus ille* D *qui inhabitat, inquinatam ſedem offenſus relinquat.*

Omnibus neceſſaria eſt pudicitia, ſed maximè præcipuis Dei miniſtris.

Stringeſque tunicam byſſo, quo denotatur, vt puritas corpori ſacerdotis quaſi agglutinetur. verum cur eam antiſtiti ſummo præcipit, cum ab omnibus exigitur? à quo enim Deus corporis caſtimoniam non requirit? quem non vult non eſſe pudicum? nullum non equidem; ſed licet omnibus neceſſaria ſit pudicitia, verū maxime præcipuis Dei miniſtris, imo & quibuſcumque aliis. opportunè rem habet S. Auguſt. ſerm. 249. de temp. *Omnibus caſtitas per-* S. Auguſt. C *neceſſaria eſt, ſed maxime miniſtris altaris Chriſti, quorum vita aliorum debet eſſe eruditio, & aſſidua ſalutis prædicatio, tales enim decet habere Dominum miniſtros, qui nulla carnis contagione corrumpantur*: ſed Cyrill. Alex. lib. 4. in Leuit. exponens, cur linea veſte induendus ſic loquitur, S. Cyrillus Alexand. *ante omnia ſacerdos qui diuinis aſſiſtit altaribus, caſtitate debet accingi, nec aliter purgare vetera poterit & inſtaurare vetera, niſi lineis induatur; de lineis ſæpe iam dictum eſt, & tunc maxime quum de indumentis ſacerdotalibus dicebamus quod ſpecies iſta formam teneat caſtitatis, quia origo lini ita è terra editur, vt ex nulla admixtione concepta ſit*, linea tunica ſacerdoti aſſignatur, quod quandam caſtitatis formam referat, linea ab omni conceptu & admixtione immunis: lineis igitur ſacerdos induatur veſtibus, vt ſtatim caſtimoniæ ſeruandæ admoneatur, ſic enim inſtaurare omnia poterit, ſuoque nitori reſtituere, ſi purus ipſe caſtuſque eſt.

Caſtitas non obtinetur niſi labore & certamine.

Stringeſque tunicam byſſo, qua veſte ſtricta diximus intelligi munditiam, qua pontifex ornari debet. verum cur byſſina requiritur tunica 219.
potius quam alia? quia cum byſſus ſit genus lini cādidiſſimi, denotat etiam ſummam puritatē: verū cum quælibet alia materia coloris albi, hanc poſſet ſignificare. cur ergo ex byſſo? non eſt dubiū quod linū ad hūc cādorē nō peruenit, niſi multo labore. quid igitur mirū ſi eo denotetur caſtitas? ea enim nōniſi variis certaminibus

obtinetur. hæc doctrina eſt Arnoldi Carnot. tract. 7. *Induitur tunica* (inquit) *qua apud eos byſſina eſt, apud nos linea: byſſus enim eſt genus lini candidiſſimi, & ad ſummum candorem multa vexatione & ablutione perductum, ſignificat autem perfectam carnis munditiam, ſecundum illud* Apoc. 19. *Apocal. 19. byſſus ſunt iuſtificationes ſanctorum: hanc munditiam caro ſacerdotis ex ſe non habet, ſicut nec linum ex ſe candidum eſt, ſed ſicut multis ablutionibus & caſtigationibus redditur candidum vt aptum ſit indumento pontificum, forma eſt ſacerdotalis munditiæ, vt ſecundum Apoſtol. 1.* 1. Cor. 9. *Corint. 9. ſacerdotes ſuam carnem caſtigent, & in ſeruitutem redigant, & præeunte gratia habeant per induſtriam, quod non potuerunt habere per naturam.*

Caſtitas ſacerdotalis nullo incentiuorum aſtu diſſoluatur. B

220. *Stringeſque tunicam byſſo, & balteum facies,* Oleaſt. *cingulum vel zonam*, ſi tunica hæc arctiſſima eſt, & rugis carens, cur cingulo præcingenda, & hoc, non qualicumque, ſed variis coloribus contexto, purpureo, hyacinthino &c? dices tunicam ſtrictam eſſe & membris corporis contemperatam, vt forma ſua teſtificetur ſacerdotem nihil habere diſſulutum, nihil remiſſum, ſed ad omne opus bonum debere eſſe expeditum: ſed cur zona præcingitur, cum (vt diximus) ſtrictiſſima ſit? quod autem ita ſtrictum, quod de ſe corpori adaptatur, cingulo non indiget, & licet indigeret, cur tot coloribus conficitur? reſpondet præf. Abb. Arnol. Abb. *Hac veſtis circa renes zona fortius aſtringitur, vt caſtitas ſacerdotis nullo incentiuorum aſtu diſſoluatur, quod bene ſignificatur in quatuor coloribus quibus* C *zona illa variata erat byſſo, purpura, hyacintho, & cocco: quibus coloribus quatuor elementa ſignificantur, quorum complexum natura conſtat humana, quorum diſtemperantia fluxus carnis generat, medicinali cohibeatur continentia: talium enim coniectores naturarum, per byſſum quod de terra oritur, terram; per purpuram quia ſanguine coclearum marinarum tingitur, aquam; per hyacinthum, quia colorem ſereni aëris imitatur, aërem; per coccum quia colore flammeo rutilat, ſignificari voluerunt ignem, quorum exuberantia in rebus maxime ſuperfluos humores, praui humores illicitos motus generant, qui niſi fræno parſimoniæ refræuentur, caſtitatis dignitas in eis facili impulſu periclitatur.*

Sacerdos caſtus ſit corpore & animo. D

221. *Stringes tunicam byſſo, & balteum facies,* quo cingebatur huiuſmodi tunica byſſina; nonne iam de alia zona mentionem fecimus, qua veſtis hyacinthina ſtringebatur? cur vna non præcingitur vtraque veſtis? nonne dictum eſt eâ denotari caſtitatem, renes enim motuum carnalium comprimendi: bene ergo non cingulum vnum, ſed duplex requiritur, non enim ſatis eſt, vt ſacerdos ſicut & quilibet alius, ſit caſtus corpore, niſi etiam mente ſeruet puritatem. audiamus Adamantium hom. 6. in Adamant. Leuit. *Quod eſt iſtud duplex cingulum quo con-* A *ſtrictum vult eſſe ex omni parte pontificem? conſtrictus ſit in verbo, conſtrictus ſit in opere, expeditus ad omnia, nihil remiſſum, nihil habeat diſſolutum, accinctus ſit animi virtutibus, conſtrictus à corporalibus vitiis, nullum animæ lapſum corporis timeat, vtroque cingulo ſemper vtatur, vt ſit ſanctus corpore & animo.*

Fortis ſit ſacerdos ad exercenda Dei miniſteria.

Stringeſque tunicam byſſo, & balteum facies, quod baltheo præcingi debeat, myſterio 222. haud viduum eſt. an animi fortitudinem deſignat ab omni corpore remiſſioneque diſſitam? Iſai. 23. Iſaiæ 23. verſ. 10. non eſt cingulum vltra tibi, Cald. vltra non eſt fortitudo, vt cingulum fortitudinis ſignum ſit: ne ergo remiſſe, ſed cum animi fortitudine Deo ſacrificaturus accedat, cingulo præcinctam tunicam iubetur habere, imo illa præcinctione, prompta ſacrificantis voluntas deſignatur. quo ſpectat S. Cyrill. S. Cyrill. Alex. lib. 2. glaphyrorum in Exod. *Quod ſuccingat lumbos, vigilantiæ ſignum eſt, & voluntatis promptæ, iuxta illud dictum à Deo ad iuſtum Iob. 38. accinge tanquam vir lumbos tuos: & rurſus apud Iſai. 11. & erit vt iuſtitia accingat lumbos tuos, pro eo quod eſt agilis & fortis erit ad iuſtitiam tuam* Fortis ſit qui ſacrificaturus accedit, & fortitudinem ſuam diuinæ voluntati parendo, & in iuſtitiæ cultu prodat.

Quam purus debes eſſe, Deo ſacrificaturus!

Stringes tunicam byſſo, & baltheum facies, Oleaſt. *cingulum*, alij, *zonam*, Greg. Naz. ora- 223. tione 42. ſic de zona loquitur: ubi per zonam reſtringatur pars illa quæ libidine æſtuat, ac veluti hinnitum edit: ita fiet vt mortificatis membris quæ ſunt ſuper terram, paſcha pure comedas] ſolitarij illius Ioannis ac præcurſoris, magnique veritatis præconis præcinctione imitans] cur addit hæc poſtrema verba? cur præcinctionē Ioannis imitari debet potius quā alterius? ſane his innuit, quā purus non ſolū ab omni laſciuiæ fœditate eſſe debeat, Euchariſtici agni conuiua; ſed & Dei miniſter & ſacrificaturus. ſed etiam quam ab leui macula, ab omni impura cogitatione abeſſe, vt Ioannis imitator audiat, qui ne leui macularet famine vitā, vel ne exigui peccati macula pollueretur, in eremum ſe contulit, zonam pelliceam circa lumbos geſtauit, in caſtitatis & puritatis eximiæ ſignum, imo & munimen.

Si caſtitatem ſeruaueris non vanitatis, ſed diuini amoris gratia.

Stringeſque tunicam byſſo, & balteum facies, 224. de quo cum ſit ſermo c. 39. quomodo textus eſſet, aperitur: dicitur enim balteum ex iiſdem coloribus fecit: quinā autem eſſent colores non eſt dubium, quin ex iiſdem quibus ſuper humerale, nempe ex hyacinthino, purpureo, imo etiam aliqui aſſerunt etiam ex filis aureis confectum: cur balteo & illo aureo, præcingenda eſt illa tunica byſſina? nonne caſtitas deſignatur zona? aurum autem nonne charitatem, ſicut

& hyacinthus cœlum ſignificat? apte ergo non A qualibet zooa; ſed illa aurea & hyacinthina præcingi debet ſacerdos, quia ſi caſtus eſt non ob vanitatem, non vt hominibus placeat, ſed propter diuinum amorem, vt cœlum conſequatur, puritati ſtudere debet. ſuffragatur S. Greg. Mag. lib. 34. Moral. c. 8. *Zona aurea cingi (inquit) eſt cunctos mutabilium cogitationum motus per ſolius amoris vincula reſtringere.*

Continentia non cuilibet membro corporis inſit, ſed omnibus.

5. *Stringeſque tunicam byſſo*, conſtat lino vel byſſo continentiam & caſtitatem corporis noſtri ſignificari, ſtricta autem hac tunica induuntur ſacerdotes, cum propoſitum continentiæ nequaquam eneruiter & fluxa mente B cuſtodiunt, ſed tanta prorſus inſtantia, vt nil belli concupiſcibilis caro contra ſpiritum, aut contra carnem gerat ſpiritus. plures arbitrantur hanc tunicam illam eſſe, quæ vocatur poderis, & quæ ad talos deſcendit: cur hæc ſtricta, tunica linea, qua puritas denotatur vſque ad pedes deſcendere debet? nonne ſufficeret vt fœmora cooperiret? nequaquam, ſed totum corpus. quia inquit Vener. Beda lib. 5. cap. 8. *Continentia non vniculibet membro violenter impoſita, ſed in toto eſt corpore delectabiliter conſummata: hæc enim linea, manus at brachia debet ſtringere ſacerdotis, ne quid niſi vtile faciat, pectus ne quid inane cogitet, ventrem ne delitias vltra modum appetenda Deum ſe guloſus facere præſumat: ſubiecta etiam ventri membra, ne laſciuiendo totam ſacerdotalis habitus pulchritudinem corrumpant: genua ne ab ora C tionis inſtantia torpeant: tibias & pedes ne ad malum currant.*

Caſtitas debet eſſe vndequaque oculis circumſepta, vt ab inſidiis & periculis caueat.

Stringeſque tunicam byſſo, Onk. *ocellabis tunicam byſſo*, Vatab. *facias opere ocellato*. Secundum hos auctores tali artificio fuit contexta hæc tunica, vt tota continuis quibuſdam oculorum imaginibus vndequaque conſtaret, quod ſi verum eſt, cur hæc tunica byſſina vndequaque oculata, tota diſtincta oculis, imo ex oculis quodammodo intexta? vt ſignificaret Deus caſtitatem, cuius tonica illa linea propter candorem, ſymbolum erat, debere eſſe totam vndequaque oculis circumſeptam propter aſſiduam vigilantiam, quæ ad hanc virtutem B exigitur, quoniam enim caſtitas ex omni parte obſidetur à dæmona, omni ex parte oculata & circumſpecta eſſe debet. Idcirco D. Ambroſ. lib. 1. de Virginib. expendit magnam cuſtodum & militum excubantium multitudinem ſeruandis mulieribus adhiberi Cant. 8. vinea mea eſt in conſpectu meo, mille Salomoni (ſic enim eſt apud Sept.) & ducenti qui ſeruant fructum eius. *Supra* (inquit Ambroſ.) *dixerat lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael, omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi, hic mille ducenti, creuit numerus vbi & fructus creuit, vobis virgines ſanctæ, ſpeciale præſidium eſt, qui pudore intemerato ſacrum Domini ſeruatis cubile; neque mirum ſi pro vobis Angeli militant, quæ Angelorum moribus militatis*: eamdam vigilantiam; idem Ambroſ. commendat virginibus, eo quod virginitas ſit C lilium inter ſpinas, hoc eſt multis vndique periculis, & difficultatibus circumſepta.

226. S.Amb.

VARIET. LECT. Verſ. 40. & 41.

V*Vlg.* Pro filiis Aaron tunicas lineas parabis, & balteos, & tiaras in gloriam & decorum.

Sept. Et filiis Aaron facies tunicas, & zonas, & cydaras facias eis ad honorem & gloriam.

Cald. Facies & baltea & mitras facies eis.

Pag. Facies eis cingulos & pileos.

Vulg. Veſtieſque his omnibus Aaron fratrem tuum, & filios eius cum eo, & cunctorum conſecrabis manus, ſanctificabiſque illos, vt ſacerdotio fungantur mihi.

Sept. Et indues illa Aaron & filios eius cum eo, & vnges eos, & implebis manus eorum.

Cald Offeres oblationes eorum, ſanctifica- D biſque illos vt miniſtrent coram me.

CONCORDIA.

VEſtieſque his omnibus, dictio *omnibus* non eſt poſita in Heb. quod ideo dicitur, ne quis vim faciat in ea, vt tam Aaron quam filij eius cunctis his veſtimentis induantur; ſed cum diſtinctione intelligenda ſunt, vt videbimus in expoſitione: quæ ſequuntur & cunctorum conſecrabis manus eorum &c. licet optime reddita ſint, paululum variant in Heb. ſic enim habetur ומשחת אתם ומלאת את ידם vmaſachta otham vmilepha eth iadā, & vnges eos, & implebis manus eorum, quæ quo ſenſu dicta, & non alieno ab interprete aperiemus in expoſitione.

EXPOSITIO.

Porro *filiis Aaron*, qui futuri ſunt ſacerdotes A inferiores, *tunicas lineas & byſſinas parabis & balteos & tiaras*, quæ etiam byſſina ſint, *in gloriam & decorem*, ſacerdotis eorum, quo honorabiles & glorioſiores aliis appareant: porro tiaræ ſiue cidares aut mitræ ſacerdotum inferiorum, diſtinctæ erant à tiara ſummi pontificis, vnde in nomine Hebræo etiam diſcriminantur, tiara enim pontificis vocatur מצנפת miſcenephet ab inuolutione, tiaræ vero aliorum ſacerdotum vocantur מגבעות migbaot ab altitudine, ſic autem diſcrimen Ioſephus ponit inter vtramque tiaram: galeolo (inquit) ſicut & cæteri ſacerdotes vtebatur pontifex, ſuper quem alius extabat ex hyacintho variatus; hunc aurea corona triplici ordine circumda- B bat, in qua ſpectantur calyculi (foliculi florum) aurei, quales videmus in herba, quæ hyoſciamus, iam corrupte iuſquiamus dicitur, Ioſepho autem potius credendum quam aliis, ille enim quotidie pontifices cum ſuis tiaris ſpectabat; tiara etiam pontificis laminam auream annexam habebat, cui nomen ineffabili Iehoua erat inſculptum, quam non habebant tiaræ aliorum ſacerdotum.

Veſtieſque his omnibus Aaron fratrem tuum & filios eius, non quod ſupradictis his omnibus induerentur pontifex, & ſacerdotes inferiores, niſi cum diſtinctione; ſacerdotes enim minores non omnes veſtes habebant, quas ſummus ſacerdos, ſed aliquas tantum, C nempe quatuor, ſcilicet fœminalia, tunicam lineam, zonam, & tiaram, ſed carebant tunica hyacinthina, ephod, rationali, & lamina aurea, cum nomine tetragrammato, quæ habebat pontifex. pontifex ergo octo, alij vero ſacerdotes ſolum quatuor veſtibus vtebantur, quas induebant cum ingrederentur tabernaculum ſacrificaturi, vel alio munere ſacerdotali functuri, non autem cum tabernaculum adibant, vt illud deponerent ob caſtrorum metationem, tum enim tam pontifex quam alij ſacerdotes illud intrabant, ſuis veſtibus vulgaribus induti.

Et cunctorum conſecrabis manus, alij, & vnges eos, & implebis manus eorum, & ſanctificabis eos: quam lectionem refert Auguſtin. quid vero per implere manus ſignificetur, quidam exponunt, id eſt conſecrabis, ſic Vulg. impletionem enim manuum ſymbolum dicunt initiationis, quod fiebat oblatione & impletione pugillorum: cum enim ſacerdotes initiabantur, oportebat manibus ſuis portare Deo munera, qui eos ab omni alio populo ſegregatos ſibi miniſtros delegerat: & hæc legitima interpretatio mihi videtur: ſunt & alij qui per manuum impletionem intelligunt, vnctionem qua ſacerdotum manus vngebantur: ſed certe vnctio iam præceſſerat, ſunt & qui dicant hac paraphraſi idem eſſe quod eos mittere in ſacerdotij poſſeſſionem, nam cum alicuius datur poſſeſſio, illa in manus illius tradi dicitur, id eſt ſub iure & dominio & poteſtate, modo quo vulgatus dicit *conſecrabis*, ad vnctionem pertinet & ad manuum impletionem, quod autem addit, *& ſanctificabis*, ad eorum ſegregationem à prophanis & cultui Dei dedicationem ſpectat; porro quod ſubiungit, *vt ſacerdotio fungantur mihi*, ad ſacerdotij functiones & munia alludit ſolis Aaron & filiis eius commiſſa.

CONCEPTVS.

Caſtitas ſacerdotum non ſit remiſſa nec elata.

117. *Filiis Aaron tunicas lineas parabis, & balteos*, tunicas habent ſacerdotes lineas, cum totum corpus candori caſtitatis dedicant, balteis tunicas cingunt, cum eamdem caſtimoniam vigilanti mentis cuſtodia circumſpiciunt, ac- D cingantur ergo tunica lineis vt caſtitatem habeant, linum loquit S. Auguſtin. ſerm. 217. de

S. Auguſt. temp. ſine carnis voluptate de terra procreatur, ideo caſtitatis imaginem præferre videtur, non autem lana quæ de animalium commixtione procreatur. verum cur præcingi huiuſmodi tunicæ lineæ caſtitatem denotantes, debent cingulis? ſane perſtrictæ balteo veſtes non facile vento intumeſcunt: bene ergo accingi debent balteis. *Ne caſtitas*, inquit Venet.

Venerab. Beda. Beda, *remiſſa ſit, ſiue ne vento elationis aditum pandat*: commendatur præcincta caſtitas, quæ elationem neſciat, iactantiam non ſapiat.

Sacerdos à rerum temporalium amore alienus ſit & ſeparatus.

Filiis Aaron tunicas lineas parabis, &c. ve- 118.
ſtieſque his omnibus Aaron fratrem tuum, & filios eius, & ſanctificabis illos. Per illam ſanctificationem intelligunt aliqui ſegregationem. vnde illud Leuit. 20. ſanctificamini & eſtote ſancti, vertit Oleaſt. & eſtote ſeparati; ſed à

Oleaſt. à quibus rebus? ſane ab omni immunditia, ab omni rerum terrenarum affectu, à quibus alieni eſſe deberent ſacerdotes ſicut Deus eſt, ſi per impoſſibile fieri poſſet. audiamus Orig. præfatum locum Leuit. exponentem: *Sancti eſtote*

Orig. *ſicut & ego ſanctus ſum, ſicut ergo ſegregatus ſum & longe ſeparatus, ſicut ego excedo omnes creaturas, atque ab vniuerſis quæ à me facta ſunt ſegregor: ita & vos ſegregati eſtote ab omnibus qui nec ſunt ſancti, nec Deo dicati, ſegregati autem ſint non locis, ſed affectibus*, non regionibus, ſed conuerſationibus, nec à perſonis dumtaxat, ſed à rebus ſe ſeparare ſacerdotes debent. vnde pergit Orig. *Denique & ipſe à, à, in*

lingua Græca, quaſi extra terram eſſe ſignificat, quicumque ſe conſecrauerit Deo, merito extra terram, extra mundum videbitur, videbitur ſuper terram, ambulantes conuerſationem in cælis habeamus. Sane maior ſacerdos eſt quam vt ſenſibilibus adhæreat eorum periturarum amore teneatur, qui maior mundo eſt, à rebus mundanis mentem auocet, in cœlo degat, aliam à cæteris hominibus rempublicam conſtituens. Philo lib. de Gigantibus, *Sacerdotes Dei, homines ſunt quorum maior dignitas eſt, quam vt miſceant ſe humanæ reipublicæ, & mundi vires ſint, ſed ſublimiores omnibus rebus ſenſibilibus, migrarunt in mundum intelligibilem, ibi ſortiti domicilium, adſcripti reipublicæ idearum incorruptibilium.*

Sacerdotes in alios, quam antea fuere, viros mutentur.

229. *Filijs Aaron tunicas lineas parabis, &c. veſtieſque his omnibus Aaron fratrem tuum, & filios eius, & cunctorum conſecrabis manus,* Septuag. & vnges eos. Cur alijs veſtibus quam ſolitis indui debent? cur oleo inungi? vt hoc ritu innuatur in alium mutari debere, qui ſacerdos fit, & ideo alias induit veſtes, vt alios etiam induat mores, vt nihil ſapiat, niſi diuinum. Pulchrè Oleaſt. in cap. 8 Leuit. verſ. 7. *Nihil noſtrum vult Deus in nobis videre, quoniam inquinata ſunt omnia noſtra, ideo voluit ſacerdotem veſtibus ſanctis indui, & inungi oleo ſancto:* ſubijcit de oleo, *Sacerdotes hac vnctionis ceremonia admonere voluit poſt conſecrationem ſuam, non debere eſſe qui ante conſecrationem fuere, ſed debere in alteros viros mutari.*

Animi veſtium cura maior quam corporis ſit in ſacerdotibus.

230. *Filijs Aaron tunicas lineas parabis, &c. veſtieſque his omnibus, &c.* ſcilicet induti huiuſmodi ſanctis veſtibus erunt, cum mihi miniſtrare debeant: verum cur Deus etiam non ſtatuit, quibus indui debeant extra templi ſepta degentes? vt innueretur quod animi veſtium cura maior deberet eis eſſe, quam corporis, alioquin in illorum numero ſacerdos locabitur, de quibus quærebatur. Bernard. Epiſt. 42. *Cernitur in nonnullis ſacerdotibus veſtium cultus plurimus, virtutum autem nullus, aut exiguus:* Non ferendæ inſaniæ certa conſignatio eſt, fulgere purpura, & mente ſordeſcere, foris bene veſtiri, & intus bonis expoliari. Nam vt ait S. Auguſt. ſerm. 50. de Tempore, *Vt foris veſtiaris, intus ſpoliaris.* Quod ſi alte ſacerdotum mentibus inſideat, ambitio illa comprimetur, quæ corpus nimio cultu exornatur, animæ ornatu neglecto. Audiant vtile monitum Tertull. cap. vlt. de fœm. cultu, *Veſtite vos ſerico probitatis, byſſino ſanctitatis, purpura pudicitiæ.*

Sanctitas ſacerdotum conſignatio.

231. *Filijs Aaron tunicas lineas parabis, &c. veſtieſque his omnibus Aaron fratrem tuum, & filios eius, & ſanctificabiſque illos, vt ſacerdotio fungantur mihi.* Nonne ſatis eſt conſecrati oleo ſancto? cur adhuc vt ſanctificentur, requirit Deus? quia ſacerdotum conſignatio quaſi characteriſtica, ſanctitas eſt, quæ in ſumma dignitate, ſumma debet eſſe, & excellens, in tanti honoris culmine. Samuel ita populum alloquebatur, 1. Reg. 16. Sanctificamini & venite mecum ad immolandum, cur non ait, ego ſacrificabo qui ſacrificium offerre debeo, cur potius inducit alios, vt ſanctificentur? Præclare B. Gregor. Magn. lib. 6. cap. 3. dum ait, *Vigilanter eſt auſcultandum, quod dicitur ſanctificamini, & venite mecum, ſi enim intereſſe ſacrificijs non audent, niſi ſanctificati, quid de ſacrificantibus cenſendum? ſanctificare enim purgare eſt, quantum ergo puros decet eſſe Pontifices, vbi inuitata ad ſacrificium, nonniſi ſanctificata admittenda ſunt plebes?* 1. Reg. 16. S. Gregor. Magn.

Sanctitas non ſolum ſupremos, ſed etiam infimos ſacerdotes exornare debet.

Filijs Aaron tunicas lineas parabis, &c. veſtieſque his omnibus Aaron fratrem tuum, & filios eius, & ſanctificabis illos, non ſolum Aaronem ſummum Pontificem, ſed & filios eius, nempe inferiores ſacerdotes; Nonne ſatis eſſet dixiſſe ſanctificabis eum? etiam filios addidit, ſanctitas enim non ſolum ſupremos, ſed etiam infimos ſacerdotes debet exornare. Id quod docuit S. Hieronym. c. 2. in epiſt. ad Titum, dum ait, *Non ſolum Epiſcopi, Presbyteri & Diaconi curent magnopere, vt cunctum populum cui præſident, conuerſatione & ſermone præcedant: verum & inferioris gradus exorciſtæ.* In cunctis eluceat ſanctitas, omnes altari ſeruientes ſeruire debent innocentiæ & puritati, imo tales omnes debent eſſe, vt in illos illud dictum B. Laurentij Iuſtiniani quadret de complanctu Eccleſiæ, *Debet prorſus omnis illorum vita omnium magiſterium eſſe fidelium, atque ſanctitatis ſpeculum.* 232. S. Hieron. S. Laurent. Iuſtinian.

Caſtitas leuis pluma ad cælum euehens.

Filijs Aaron tunicas lineas parabis & balteos, &c. veſtieſque his omnibus Aaron fratrem tuum, & filios eius: Cum diſtinctione, vt diximus, hoc intelligendum, nam ſuis vtebatur veſtibus ſummus ſacerdos, quæ non erant alijs communes inferioribus. Balteus autem quo cingebatur tunica hyacinthina Pontificis conficiebatur opere plumario: cur hoc opere contexitur? quid leuius pluma? nonne etiam balteus, vel cingulum quo præcingimur, caſtitatem denotat? aptè ergo balteus operis plumarij eſt, caſtitas enim leuis pluma eſt ad cœlum corde mundos euehens. Sic canit Petrus Riga. 233. Petrus Riga.

Balteus eſt carnis macies, candorque pudicus
More leuis plumæ quæ cor ad aſtra leuat.

Bellum gerendum cum peccato.

Filijs Aaron tunicas lineas parabis, & balteos, & tiaras, Septuag. & cidaras; non eſt 234.

dubium quin balteum ſit ornamentũm militare, Cyrillus etiam tenet, cydarim galeæ ſpeciem referre. Cur tanquam milites armantur ſacerdotes? an ab eis arma ſumenda, vt bellum gerant aduerſus inimicos? nequaquam, ſed vt aduerſus peccatum certamen ineant. Ita explicat præfat. Archiepiſcop.
S. Cyrillus Alexand. Alexandr. libr. 11. de Adoratione, *Vides ipſis quoque filijs Aaron decorum eſſe, quod bellico habitu induti videntur, ſacrum enim iſtud genus vniuerſum eſt ad pugnam aptum, non* A *quod aduerſus carnem, & ſanguinem bellum gerere, & pugnare, ſed quod impurum peccatum reprimere norit tum apertiſſimè, & orationis viribus pro veritatis dogmatibus decertando, tum vero omnem intelligentiam ad obedientiam Chriſti captiuam ducendo.* Eadem fere habet Procopius, *Vniuerſus ſacerdotum ordo bellicoſus eſt, & acerrimè oppugnat vitia, nec vnquam ceſſat totis viribus Sacroſancta defenſare dogmata veritatis.* Procopius.

VARIET. LECT. Verſ. 42.

Vulg. Facies & fœminalia linea, vt operiant carnem turpitudinis ſuæ, à renibus vſque ad fœmora.

Cald. Et facies eis fœmoralia ex byſſo, &c. à lumbis, &c.

B *Sept.* Et facies eis fœmoralia linea tegere turpitudinem corporis eorum, à lumbo vſque ad fœmora erit.

Mont. Ad operiendum carnem nuditatis.

Ambroſ. Facies illis brachas lineas.

CONCORDIA.

Vocant Hebræi pudenda nuditatem, & ſic pro turpitudine vertit Mont. nuditatem, dictionem מתנים mathnaim, quæ ſolum in plurali numero reperitur, vertunt hic fere omnes lumbos, tamen & renes etiam ſignificat, vt ſupra c. 12. renes veſtros accingetis.

EXPOSITIO.

Facies & fœminalia linea, ex lino non quouis, ſed byſſino, eoque retorto & duplicato firmitatis cauſa, *vt operiat carnem turpitudinis ſuæ*, literalis enim ratio huius legis eſt, vt ſacerdotes eſſent in lapſibus, & caſibus im- C prouiſis tuti à periculo inhoneſtatis, in vſualibus enim veſtibus Iudæi non habebant fœminalia: *à renibus vſque ad fœmora,* quorum pars ſuperior ſub vmbilico vehementer adſtringitur.

CONCEPTVS.

Cum magna ſit in caſtitate pugna, maior eſt cuſtodia adhibenda.

235. *Facies & fœminalia linea, vt operiant carnem turpitudinis ſuæ:* Nonne iam præcepiſti, vt induerentur tunica byſſina, caſtitatem indicāre, & balteo puritatis ſymbolo præcingerentur? cur ergo adhuc ei iubentur fœmoralia fieri, cum ex B. Auguſt. ſerm. 217. Sacerdos veteris teſtamenti ex præcepto legis, in caſtitatis indicium, lineis fœmoralibus vteretur? Cur ergo tot præcautiones, vt miniſtri Dei caſtitati ſtudeant? quia vt ait B. Iuo Carnot. Epiſcop. ſerm. de ſignif. veſtim. Sacerd. *Vbi maior eſt pugna, maior adhibenda eſt cuſtodia:* Plura enim ſunt quæ caſtitati conſeruandæ adhibenda, præcipue ſex conditiones ad eam cuſtodiēdam, prima, ſobrietas, ſecunda, non otioſum eſſe, deinde cultus aſperitas, cuſtodia ſenſuum, raritas ſermonum, occaſionum euitatio: De primo habet Rom. 13. *Non in comeſſationibus & ebrietatibus*, & ſtatim ſubinfertur, *non in cubilibus & impudicitijs.* De ſecundo & Ezechielis 16. *Hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia ſaturitas panis, abundantia, & otium ipſius, & filiarum eius.* Et Eccleſ. 33. *Mitte illum*, id eſt ſeruum, *in operationem ne vacet, multam enim malitiam docuit otioſitas.* D De tertio Num. 25. Vbi refertur quod fœminæ Moabitides, ſeſe eleganter ornauerunt, vt filios Iſrael ad ſuum amorem pertraherent. De quarto Prouerb. 4. *Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos.* Et Eccleſ. 26. *Fornicatio mulieris in excellentia oculorum, & in palpebris illius agnoſcitur.* Et Ierem. 9. *Docete filias veſtras lamentum, & vnaquaque proximam ſuam planctum, quia aſcendit mors per feneſtras noſtras.* Vbi per feneſtras, ſenſus ipſi accipiendi ſunt: vnde & Dauid incautè videndo cecidit, & Dina propter curioſitatem, virginitatem perdidit. Et vt annotauit Iſidorus Clarius, in ſuis Scholijs ſuper. 14. Iudic. Samſoni eruti fuerunt oculi, quod à concupiſcentia oculorum ſibi non tempera-

S. August. · S. Iuo. · Rom. 13. · Ezech. 16. · Eccleſ. 33. · Numer. 25. · Prouerb. 4. · Eccleſ. 26. · Ierem. 9. · Iſid. Clar.

uit. De quinto Eccleſ. 22. *Quis dabit ori meo* A *cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum certum?* Ex 1. ad Corinth. 14. *Corrumpunt bonos mores colloquia mala*, ſeu vt alij transferont, confabulationes peſſimæ. De ſexto, Geneſ. 19. vbi ad Loth dicitur, *Salua animam tuam noli reſpicere poſt tergum tuum, nec ſtes in omni circa regione.* Quibus verbis oon ſolum iubetur Sodomam, ſed omoem etiam circumcirca regionem deſerere, quia videlicet omnea peccandi occaſiones, longe deuitandæ ſunt. Etenim Thamar corrupta eſt ab Amō fratre ſuo, quia ſola cum illo fuit. Vnde Paulus 1. ad Timoth. adhortatur Timotheum, vt adoleſcentiores viduas deuitet.

Maior eſt in ſacerdotibus noui teſtamenti caſtitatis ſeruandæ neceſſitas.

Facies & fœminalia linea, vt operiant carnem turpitudinis ſuæ; his ſolum tenebantur vti cum Deo miniſtraturi eſſent, noo autem alijs extra miniſterium temporibus: cur non ſemper his induuntur? tum ſi fœminalia iubentur fieri ſacerdotibus veteris teſtamenti, in ſymbolum caſtitatis ſeruandæ, cur noſtris id non præcipitur? an maiori puritate non tenentur? quis hoc aſſeret? quid ergo dicemus? Conſulamus Iuonem Carnot. Epiſcopum, ſic enim ait, *Fœminalibus non vtuntur noui ſacerdotij Pontifices, quibus eſt iniuncta ſeruandæ caſtitatis neceſſitas, ſicut eſt quotidie offerendi conceſſa poteſtas: cum Pontifices vmbræ ſeruientes, expleta vice ſua, fœminalia ſua ſoluerent, tempore vicis ſuæ tamen ea induerent.*

Tantæ caſtitatis debent eſſe ſacerdotes, vt quaſi ſine ſexu cenſeantur.

Facies & fœminalia linea, vt operiant carnem turpitudinis ſuæ. Cur hæc poſtrema addidit verba? nonne ſatis eſſet dixiſſe, facies fœminalia linea à renibos vſque ad fœmora? hæc enim cooperiunt omnino nuditatem, cur inquam poſuit, vt operiant carnem nuditatis ſuæ, cum ita neceſſario eſſet cooperta? vt indicaret, ita viuere caſte debere ſacerdotes, quaſi ſine ſexu eſſent virili, & ad generationẽ non eſſent idonei. Teſtem adduco Arnoldum Abbatem tract. vlt. de verb. Domini, Fœminalia quæ ad operienda pudenda primo loco poſita ſunt, tantam edocent oportere eſſe continentiæ verecundiam, vt ne ſuſpicioni quidem locum relinquat, & ita abſcondi quidquid, id eſt inhoneſtatis notabile, vt nullo caſu ad ea intoenda zelotes admittatur aſpectus, ſed talem ſe exhibeat conuerſatio ſacerdotum. quaſi ſine ſexu ſit, & omoino abominetur huiuſmodi labem, quin etiam confundatur & erubeſcat ad membra communia, ipſamque operiat naturam conſciam ſui, deteſteturque quod poteſt, non quod agit, & quaſi emortuas & fœtidas partes illas ſepeliat, & abſcondat.

Non qualibet coniunctio carnalis, ſed etiam maritalis ſacerdotibus noſtris inhibetur.

Facies & fœminalia linea, vt operiant carnem turpitudinis ſuæ. Cur hoc eis præcipitur, 42
cum aliqui teneant non æſtimandum eſſe omnes filios Iſrael, vti fœminalibus non ſuleres? ſic enim ratiocinantur, quis niſi impudens ita eos fuiſſe dixerit impudicos, vt obliti humanæ honeſtatis, non erubuerint more beſtiarum corporeæ ignominiam nuditatis? & ſi enim Iſai cap. 20. per plateas ciuitatis nudus Iſai. 20.
legitur ambulaſſe, certum eſt ad hoc eum oon impudentiam, ſed obedientiam compuliſſe, cæterum filij Iſrael nullum tale, vel à Domino B præceptum, vel à Moyſe acceperant documentum. Sed ſic eos informabat lex illa naturalis, quæ eſt omnium humanitas viuentium, vt ſcirent inhoneſtis partibus corporis circumdari debere veſtimentum, ne horrenda nuditas humanæ verecundiæ inferret detrimentum: quæ autem veſtis poſſet conuenientior inueniri, per quam eorum valeret ſufficieoter nuditas operiri; præſertim qui aut nunquam, aut raro vacare poterant otio, vel quieti, ſed erant fermè ſemper, vel cura operis, vel difficultate itineris, vel bellorum tumultibus inquieti? quomodo in diſcrimine belli poſſent fiducialiter agere, fugare aduerſarios, fugantibus plerumque cedere, occurſantibus plerumque coogredi, reſiſteotibus audaciter inſiſtere, & exerto capulo cominus bellum committere? C quomodo inquam in his & huiuſmodi poſſeot viriliter & fiducialiter effrænari, ſi timerent natiuam turpitudinem caſu bellico reuelari, cum eis iotolerabilem pudorem incuteret; non tam relicto equo, vel curru, verecunda ſui proteſtatio, quam in ipſa proteſtatione verecundorum fortè nudatio. Ex quo autem de Ægypto duce Moyſe filij Iſrael exierunt, vſque poſt mortem Moyſis raro, vel à bello, vel à timore belli vacui extiterunt: id confirmant: non ſolum præteritis temporibus, ſed etiam noſtris in quibuſdam terræ partibus, mulieres dicuntur fœminalibus vti, etſi non omnes, tamen nobiliores quæ ſeiunctæ à conditione populari, frequentius vehuntur equis, & laborant inquietudine militari: ſi ergo mulieribus tanta cura eſt honeſtatis, vt fœmi- D nalibus vtantur, tegendæ gratia nuditatis, quis credat quod filij Iſrael tempore Moyſis, tanta vel impudentia, vel imperitia laborarent, vt tantis occopati negotijs, verenda fœminalibus non velarent? ſi autem fœminalia credendi ſunt habuiſſe, quid ſibi vult quod Aaron, & filij eius in miniſterio tabernaculi, & altaris, fœminalia ſignanter iubentur habere, vt operiant carnem nuditatis ſuæ, cum etiam non iuſſi operirent eam fœminalibus iuxta conſuetudinem gentis ſuæ? an reliquæ omnes tribus fœminalia credendæ ſunt habuiſſe, ſola vero eis tribus Leuitica caruiſſe? an potius cum altari miniſtrantes, nouo quodam genere veſtium induuntur, noua quoque fœminalia cæteris adiungontur, vt vetera non ſolum reliqua veſtimenta, ſed & fœminalia

deponãtur, & noua tam fœminalia quã cætera aſſumãtur? neque enim conueniens erat, vt pariter cum in exterioribus grata, quædã & myſtica nouitas emineret, ne minister ſacris altaribus præſentatus, eſſet taquam paries dealbatus: nouis ergo fœminalibus iubetur ſacerdos adornari, quando miniſtrat tabernaculo vel altari, vt hoc habitu non ſolum nuditati ſuæ conferat tegumentum, ſed & induentibus innuat ſacramentum: ſed quod ſacramentum innuere poteſt, ſi cæteri etiam Iſraelitæ his induebantur fœminalibus? obſerua non quælibet fœminalia, ſed linea, ſed byſſina, iuſſa fieri ſacerdotibus: etiam nota in fœminalibus continentiam deſignari, quia partes illas veſtiunt & adſtringunt, per quas vir vxori carnali commercio copulatur. Dicamus ergo filios Iſrael, (ſi fœminalia habuerunt) ea detuliſſe, vt quilibet concubitus illegitimus eis remoueretur, ſed ſacerdotes ea non ex qualibet materia, ſed ex byſſo habuiſſe, vt non quælibet continentia, ſed coniunctio carnalis, ſed etiam maritalis noſtris ſacerdotibus, quorum veteres erant vmbra imperfecta, interdicta ceuſeretur. Nobis ſuffragatur Philipp. Abbas lib. de contin. Clericorum cap. 55. *In fœminalibus continentia deſignatur, per quam expletio voluptatis omnino relegatur, per quam concubinus non ſolum adulterinus, vel fornicarius coercetur, ſed etiam maritalis, qui remedij, vel prolis gratia, coniugibus indulgetur.*

Philippus Abbas.

Non ſolum mundities corporis, ſed virilis reluctatio aduerſus ſenſuales motus neceſſaria.

Facies & fœminalia linea, vt operiant carnem turpitudinis ſuæ, hæc fœminalia non ex quocomque lino, ſed byſſino, ſed retorto contexta fuere. Cur non ſimplici? B. Ambroſ. lib. 1. de Offic. cap. 78. ait, plerique ſpiritali interpretatione ad cautionem verecundiæ, & cuſtodiam caſtitatis dictum arbitrantur, facies illu brachas lineas Dic ergo ideo non ex ſimplici lino, ſed retorto facta, vt innueretur, quod non ſolum munditia corporis, ſed virilis reluctatio aduerſus ſenſuales motus neceſſaria eſt. *Hæc candida veſtis*, inquit Ioann. Rusbroch. cap. 37. de Tabern. *ex byſſo retorta geminam deſignat puritatem, videlicet corporis & mentis munditiam, & fortem ac virilem aduerſus ſingulos beſtialis appetitus motus reluctationem.* 235.

S Ambroſ.

Ioannes Rusbroch.

VARIET. LECT. Verſ. 43.

VVlg. Et vtentur eis Aaron, & filij eius, quando ingredientur tabernaculum teſtimonij, vel quando appropinquant ad altare, vt miniſtrent in ſanctuario, ne iniquitatis rei moriantur, legitimum ſempiternum erit Aaron, & ſemini eius poſt eum.

Sept. Et habebit Aaron illa, & filij eius, quando ingredientur tabernaculum teſtimonij, vel quando accedent miniſtrare ad altare ſancti, & non adducent ad ſe peccatum, ne moriantur.

Cald. Eruntque ſuper Aaron, & filios eius, vel qoando accedent ad altare, vt miniſtrent in ſanctuario, & non ſuſcipient peccatum, ne moriantur.

Pag. Quando ingredientur in tabernaculum Eccleſiæ, vt miniſtrent in ſanctificatione, & non ferent iniquitatem, ſtatutum perpetuum erit ei.

Arias, In ingrediendo ad ipſos in tabernaculum conuentus, vel in accedendo ipſos ad altare ad miniſtrandum in ſanctitate, ſtatutum ſæculi.

CONCORDIA.

DIctio בקדש bachodes, quæ à noſtro interprete redditur in ſãctuario, ſignificat etiam in ſanctitate, vel in ſanctimonia, hoc enim eſt ſancte: recte etiam Vulg. expreſſit hunc Hebraiſmum ולא ישאו עון ומתו velo iſu hauon vamethu ne portent, vel ferant iniquitatem, per hæc verba ne iniquitatis rei moriantur, tamen omnium etiam aliarum lectionum idem eſt ſenſus.

EXPOSITIO.

VTentur eis *Aaron & filij eius*, non ad libitum, nec quolibet tempore, ſed *quando ingredientur tabernaculum teſtimonij*, non vt illud deponerent ob caſtrorum metationem, tunc enim induti ſuis vulgaribus veſtibus ingrediebantur, ſed cum ſacrificaturi, vel alio munere ſacerdotali functuri eſſent: *vt miniſtrent in ſanctuario*, hoc eſt cum ſumma ſanctitate & honeſtate, *ne iniquitatis rei moriantur*: ne ſi aliter fecerint peccent, & ideo moriantur, ſcilicet abſque veſtimentis ſacerdotalibus præſumant exercere miniſterium ſacerdotale, *legitimum ſempiternum erit*: & ſtatutum nequaquam pro libito mutandum, ſempiternum dixit, non qood perpetuo duraturum, ſed vſque ad conſummationem ſacerdotij Aaronici, ſicut enim illud finietur, ita etiam & hoc ſtatutum.

CONCEPTVS.

Alienus ab omni re aliena ſit ſacerdos, dum diuina exercet miniſteria.

Et vtentur eis Aaron, & filij eius, quando ſcilicet Deo ſunt miniſtraturi: vt vidimus veſtimenta ſacerdotum ex lino erant, & hæc induebant eum Deo ſacrificare deberent. Cur non laneis vtuntur? laneæ veſtes ex mortali materia conficiuntur, non item lineæ inde Philo, lib. 2. de Monarch. ſic hanc rem verſat, Pontifex iubetur veſtem lineam ſumere, quando adita ſubit, quia lineæ non conficiuntur à mortali materie, ſicut veſtes laneæ: quid inde colligemus? niſi alienum ab omni re aliena debere eſſe ſacerdotem, dum diuina exercet munera. Sic colligit B. Iſidorus Peluſ. lib. 1. epiſt. 45. *Cum Aaron eiuſque ſacerdotes in templum ſacrificij cauſa ingrediantur, laneis omnibus veſtimentis abiectis, veſtes ex lino confectas induebant, arcani aliquid continentes, atque illud ſignificantes, externos tumultus tum de memoria, deponendos eſſe, nam qui rei ſacræ cauſa ad Deum accedit, nihil alienum nec vllum rerum ex materia conſtantium ſummam ſecum afferre debet.* Io mundo mundanarum rerum ſint contemptores, cœlo hæreant, in cœlo conuerſentur, in ſublimia mente euolent, & graue piaculum ducant, terreoarum rerum pondere grauari.

Nihil terrenum cogitet altari miniſtraturus.

241 *Vtentur eis Aaron, & filij eius, quando ingredientur tabernaculum, vel quando appropinquant altare*: His veſtibus ſupradictis induebatur ſummus Pontifex, quarum vna tota erat hyacinthina quæ colorem refert cœleſtem, altera cui inſcriptum nomen erat ineffabile Iehoua, ſacerdotum autem inferiorum veſtimenta, tota candida, byſſina, linea. Cur cum altare acceſſuri miniſtrandi & ſacrificandi Deo gratiâ, hæc ornamenta ſibi paranda ſunt, vel hyacinthina, vel byſſina? quia cum ſumus in altari, cum illi miniſtramus, nihil terreum cogitandum, ſed cœleſte, nihil impurum, ſed cum omni caſtitate & puritate, mens ibi adhæreat. Hoc docet S. Iacobus in ſua Liturgia, cuius hæc verba circumferuntur, *Taceant mortales & ſtent cum metu, & tremore, nihil terrenum cogitantes, Rex enim regum Chriſtus Deus noſter exiſtit, vt mactetur, & detur in cibum fidelibus.* Ita à rerum terrenarum abeſſe debebant cura, qui addicti miniſterio ſacri altaris erant, vt olim nefas fuerit clericum in tutelam, & curam ab aliquo decedente nominari, & in huius legis violatores adeo ſæuiebant, vt ſacrificium pro eo inhiberentur; legis huius & pœnæ meminit. S. Cyprian. Epiſt. 99. in hæc verba, *Epiſcopi anteceſſores noſtri cenſuerunt, ne quis frater excedens ad tutelam, vel curam clericum nominaret, ac ſi quis hoc feciſſet, nec offerret pro ea, nec ſacrificium pro dormitione eius celebraretur: neque enim apud altare Dei meretur nominari in ſacerdotum prece, qui ab altari ſacerdotes & miniſtros voluit auocare.*

Altaris miniſtri, ſuis lineis veſtibus induti, Angelorum leuitatem referant.

Vtentur eis Aaron, & filij eius, quando ingredientur tabernaculum, vel quando appropinquant altare. Vtebantur tunc igitur lineis veſtibus, linum autem ſubtile & tenue eſt. Quid hoc indicat? niſi quod qui altari deſeruiunt, veſti- 242.
mentis ſuis induti lineis, Angelorum leuitatem debent imitari. Eius rei meminit S. Chryſoſt. orat. 4. in Parabol. de fil prod. *Noſtis ſpirituales delitias qui eas deguſtatis, & recordamini tremendorum myſteriorum, ac miniſtrorum ſacri officij imitantium Angelorum alas, tennibus ſuis lineis velis, ſiniſtris humeris inſidentibus:* ſed non lineis tantum veſtibus altaris miniſtri Angelorum alas referre deberent, ſed Angelicis moribus mores Angelorum. S. Chryſoſt.

Sine ruga ſine macula ſit, qui altari miniſtraturus eſt.

Vtentur eis Aaron, & filij eius, quando ingredientur tabernaculum, vel quando appropinquant ad altare, Aaron tunica linea, & illa ſtrictiſſima, & arctiſſima vtebatur, ita vt omni careret ruga, ita enim corpori adaptabatur, vt nihil in ea ſuperflueret, & ita ex byſſo candido fiebat, vt in eo nulla appareret macola: qood quidem myſterio haud vacuum eſt, nam deſignat hoc, quod qui altari vult miniſtrare ſine macula animæ debet eſſe, ſine ruga, ioſigni morum puritate, vitæque innocentia. Vnde bene S. Paſcbaſ. Corbienſ. lib. de corp. & ſang. Domini c. 15. ait, *Tali eſca & potu refecti, ſine macula & ruga inueniamur*; quam altare nobis vtile ſi ab omni macula immunes Deo ſacrificamua. 243.
S. Paſchaſ. Corb.

Qui non decenti animæ veſtimento Deo ſacrificaturus accedit, pœnâ mortis plectendus.

Vtentur eis Aaron, & filij eius, quando ingredientur tabernaculum, vel quando appropinquant ad altare. Verum ſi præceptis veſtibus non inducerentur ſacrificaturi, an impuniti manerent? iniquitatis rei morientur, inquit Deus, mortem non effugiet, qui non decenti animæ veſtimento Deo ſacrificaturus accedit: hoc firmat illud quod in Euangelio legitur de homine, qui ſine noptiali veſte in conuiuio repertus, à Rege fuerit, foras prodire iuſſus, tenebris exterioribus, ligatis manibus, ac pedibus addictus eſt, Matth. 22. quodnam iudicium ſubibit ac immundus & ſordidus, qui non indutus ſacris veſtibus altari miniſtrare præſumit? Recte argnit S. Petr. Damian. Opuſc. 16. c. 41. hæc eius verba, *Si ille ſtridore dentium, & fletu plectitur oculorum, qui cultu veſtium conuiuantium non oblectat aſpectus*, quod illi iudicium, 244.
Matth. 22.
Petrus Damianus.

qui fæculentus quantum ad ſeipſum nuptialis A *edulij munditiam polluit, diſcumbentium candidatos offendit, ipſumq; Regem ſordidis manibus obtrectare præſumit?*

Mens Deo ſacrificans non humana, ſed diuina videtur.

645. *Vtentur eis Aaron, & filij eius, quando ingredientur tabernaculum, vel quando appropiquant ad altare ſanctuarij*, Pag. in ſanctificatione, alij in ſanctitate, cur abſolutè dicit in ſanctitate, non autem cum aliqua reſtrictione, cum B abſoluta ſanctitas ſolum Deum deceat? in ſanctitate dicit abſolutè, vt ſibi miniſtret ſacerdos, mens enim Deo ſacrificans non humana, ſed diuina eſſe deberet. Præclarè ſic Philo lib. quis diuin. rerum hæres, *Mens quando Deo purè ſacrificat, non eſt humana, ſed diuina, cum autem ad aliquid humanum auertitur, deſcendens de cœlo, vel potius delapſa in terram, egreditur, etiamſi corpus intus maneat.*

Philo Iudæus.

Peccatum mortem generans.

Vtentur eis Aaron, & filij eius, quando ingredientur tabernaculum, ne iniquitatis rei moriantur. Quid? itane Deo opponitur peccatum, vt pœnam mortis mereatur? moriatur inquit Deus, reus iniquitatis. Vnde quot modis peccatum omnibus bonis aduerſaretur, aperiens noſter Iulius Gemellius in libro eruditiſſimo de duodecim gyris mirabilibus ad mentem Ariſtotelis, Platonis, & Theologorum. In ſexto ſubgyrante gyro ſic ſcribit, *Opponit ſe omnibus creaturis, & illis ſemper contrariatur, primum mobile regulare, peccatum ſine ordine: empyreum firmum, peccatum inconſtans: luna refrigerat, peccatum adurit: Mercurius eſt facundus, peccatum mutum: Venus eſt læta, peccatum triſte: ſol eſt lucidus, peccatum obſcurum. Mars eſt fortis, peccatum debile: Iupiter benignus, peccatum malignum Saturnus grauis, peccatum leue: terra germinat, peccatum ſterile: aqua lauat, peccatum maculat: aer dat vitam, peccatum mortem, ignis inflammat peccatum infrigidat, &c.* 645.

Noſter Iulius Gemellius.

SYNOPSIS

SYNOPSIS CAPITIS XXIX.

Conſecrandi Pontificem, inferioreſque ſacerdotes à Deo ritus deſcribitur, qui vltra vnctionem quæ fieri debet, ſacro oleo per ſeptem dies, etiam exigit oblationem vituli pro peccatis, & arietis in holocauſtum, & alterius arietis in hoſtiam pacificam, & etiam aliarum rerum: quæ oblatio fieri etiam debet per ſeptem eoſdem dies continuos, ſicut & quotidie debet iuge ſacrificium immolari duorum agnorum, alterum veſpere, alterum mane, adhibitis ſimul oleo, & vino, in holocauſtum Domino.

VARIET. LECT. à Verſ. 1. ad 3.

VVLG. Sed & hoc facies, vt mihi in ſacerdotio conſecrentur, tolle vitulum de armento, & arietes duos immaculatos.

Septuag. Et hæc ſunt quæ facies eis, ſanctificabis eos, vt ipſi ſacerdotio fungantur mihi, ſumes autem vitulum de bobus vnom.

Cald. Et hoc eſt verbum quod facies eis, vt ſanctifiees eos ad miniſtrandum coram me.

Onk. Et hæc eſt res quam facias eis, ad ſanctificandum eos, vt miniſtrent coram me, tolle bouem vnum filium bouis.

Mont. Cape iuuencum vnum filium bouis, & arietes duos perfectos, *Oleaſt.* completos.

Vulg. Poneſqo: azymos, & cruſtulam abſqoe fermento, quæ conſperſa ſit oleo, lagana quoque azyma oleo lita, de ſimila triticea
A cuncta facies.

Sept. Pones azymos conſperſos in oleo, & lagana azyma vncta in oleo, ſimilam ex tritico facies ea.

Alij, Collyras infermentatas mixtas.

Cald. Panemque azymum, & placentas azymas conſperſas oleo.

Pag. Et panes infermentatos, & placentas infermentatas mixtas oleo.

Sic Onk. Et lagana infermentata, vncta oleo.

Vulg. Et poſita in caniſtro offeres, vitulum autem, & duos arietes.

Sept. Et pones ea in caniſtrum vnum, &
B offeres ea in caniſtro. *Sic alij.*

Onk. Ponaſqoe hæc in ſportam vnam, & offeras ea in ſporta vnà cum iuuenco.

Arias, Et dabis ea ſuper caniſtro vno, & appropinquare facies ea in caniſtro vno.

CONCORDIA.

ET hoc facies, ex Hebr. & hoc verbum quod facies, ponunt enim Hebræi verbum, quaſi per pleonaſmum cum verbo facere, vel fieri, pro eo quod nos abſolute hoc verbo vtimur, deeſt pronomen illud *eis* in Vulg. quod eſt in Hebr. [illegible]. Vulg. vt mihi in ſa-

cerdotio conſecrentur. Heb. לקדש אתם לכהן לי lekaddes otham lechaben li, ad ſanctificandum eos, vel vt ſanctifices eos, vt ſacerdotio fungantur mihi, vel vt mihi miniſtrent: ſed hæc omnia idem ſunt. Nam ſenſus eſt, hac ratione conſerrabis eos, vt mihi ſacerdotes ſint. Tolle vitulum de armeorn, Hebraicè לקח פר אחד בן בקר lekach par echad ben bakar, accipe, ſeu tolle iuuencum vnum, filium bouis, putat Rab. Salomon nomen par, non ſolum iuuencum, ſed etiam ſenem bouem ſignificare, ſed phraſis hæc Hebraicæ linguæ eſt, ſicut bircus caprarum, id eſt filius caprarum, ſeu vnius ex capris; & arietes duos. Dictio Hebræa אילים alim, non qualeſcumque arietes, ſed fortes ſignificat, qui ſcilicet iam annum exceſſerunt. Quoniam dictio el à qua elim, ſignificat proprie fortitudinem, ſeu fortem. תמימים temimim ſignificat propriè completum, ſeu perfectum, quibus nihil deeſt, A quod non ſint debiles, infirmi, maculoſi. Quod rectè reddidit Vulg. immaculatos: & cruſtulam abſque fermento, Hebraice eſt וחלת מצת vechalloth maxzot, eſt autem challot plurale à chal, quod placentam, tortam, ſeu collyridam ſignificat. Lagana quoque à verbo רקק rakak, quod eſt attenuare, aut tenue eſſe, deriuatur nomen רקיק rakik, quod ſignificat quid tenue, vel ſubtile, & eſt hic placentula, cruſtula, ſiue laganum. Verbum סלל ſalal, à quo nomen ſal, id eſt caniſtrum, vel ſporta, ſignificat propriè terere, & tritum eſſe, quemadmodum via per quam multi incedunt, & frequens detrita eſſe ſolet, dicitur autem caniſtrum ſal à conculcatione, quod cum fit conculcetur ab artifice. Solent B enim caniſtrorum artifices dum ea conficiunt, vimina calcare pedibus ſuis, aut ab aſſuetudine, quod ſcilicet ſoleat manibus contrectari.

EXPOSITIO.

1 SEd & hoc facies, quod tanquam conditionem neceſſariam requiro, *vt mihi in ſacerdotio conſecrentur*, tam Aaron quam filij eius; & quidem ſicut populus ad cultum Dei peculiarem per circumciſionem inſtruebatur, ita & tabernaculi miniſtri per aliquam purificationem & conſecrationem: vnde & ſeparati ab alijs præcipiuntur, quaſi ſpecialiter ad miniſterium cultus diuini præ alijs deputati, & totum id quod fiebat in hoc erat, vt oſtenderetur in eis ſuper alios aliqua prærogatiua puritatis, & dignitatis. *Tolle vitulum de armento*, iam labori aptus ſit, *& duos arietes immaculatos*, qui ſcilicet non ſint aliquo corporis vitio affecti, non manci, aut infirmi, aut in aliquo vitiati.

Paneſque azymos, ſine fermento, *& cruſtulam*, ſeu placentam, frigebatur autem hic panis oleo, non in ipſa frixione primum, ſed in prima farinæ conſperſione, quaſi oleum eſſet pro fermento, *lagana quoque*, non ſatis facile eſt aſſignare diſcrimen inter cruſtulam, & laganum, nam ſatis patet panis delicati genus vtrumque eſſe. Dicamus tamen vtrumque, & forma fuiſſe diſcretum, & etiam materia, nam prius illud genus, quod interpres vocat cru- C ſtulam, habuit oleum in farinæ permiſtione adiunctum, vt indicat vox conſperſa. Pagnin. mixta; poſterius vero genus oleum non habuit permixtum, ſed illata tantum fuit externa ſpecies oleo de ſimila, *triticea tuncta facies*, excuſſo totaliter furfure.

Et poſita in caniſtro offeres, vt parata ſint ad vſum vbi opus fuerit, vitulum autem, & duos arietes ad manum ſint, cum litari debeant.

CONCEPTVS.

Cum ad Dei obſequium vocamur, aut ad illud accedimus, ſimus parati.

1. *Sed & hoc facies, vt mihi in ſacerdotio conſecrentur*, alij, *vt ſanctifices eos ad miniſtrandum coram me*: deindo plura proponit tanquam neceſſaria, vt in ſacerdotes ſibi conſecrarẽtur. Cur de to ſollicitus eſt? cur tanta exigit ab Aaron, & filijs eius, antequam miniſterio ſuo dedicentur? nonne potuit eos vnico verbo in miniſtros tabernaculi ſui eligere & conſtituere? an cum Moyſem ſui populi ducem & gubernatorem dedit, tale factum vidimus? imo cum diuinam quaſi potentiam in Pharaonem ei conceſſit, ſolum dixit, ecce conſtitui Deum Pharaonis: cur ergo vt ſibi haberet ſacerdotes, tot & ita varia pręcipit, vt in ſequentibus videre eſt? Bene Hieronym. ab Oleaſt. Oleaſter. *Hoc nos voluit admonere paratos eſſe, & circumſpectos cum ad Dei obſequium vocamur, aut noſtra ſponte accedimus.* Proh dolor! quot vt ſacerdotes initientur, vt alteri miniſterio Dei applicentur, ita parum ſolliciti, ita immemores functionis futuræ, vt quaſi aliquod munus D profanum ſuſcepturi ſic ſeſe offerunt indebitè.

Cum quis ad miniſterium Dei admittitur, ſe peccatorem eſſe cogites.

Sed & hoc facies, vt mihi in ſacerdotio conſecrentur, tolle vitulum, cur à vitulo incipit præparatio ſacerdotis? cur non potius à panibus infermẽtatis, cum panis alia quæcumque præcedere debeat etiam in conuiuijs? aduerte oblationem vituli pro peccato eſſe: bene ergo à vituli ſumptione incipit præparati ſacerdos, quia cum quis ad miniſterium Dei admittitur, prius ſe eſſe peccatorem cogitare debet, vt ab eo mundetur. Adeſt ad hoc firmandum Luſitan. *A ſacrificio pro ſacerdotis peccato incipit præparatio, quoniam primum, cum ad miniſtrandum Deo primo accedit, debet eſſe cogitare ſe peccatorem eſſe, & ſacrificio atque oblatione indigere.* 2. Luſitan.

Cum maiora fuerint peccata, maioribus indigent ſacrificijs.

3. *Sed hoc facies, vt mihi ſacerdotio conſecrentur, tolle vitulum*: Sacrificium autem vituli ſolitum erat offerri pro peccatis, & totius populi & ſacerdotis: nonne maius eſt ſacrificium ex vitulo, quam ex quolibet alio ariete, agno, &c. cur ergo pro delicto, vel ſacerdotis, vel populi fieri debet? aduerte vtriuſque peccatum maximum eſſe, eſt namque peccatum populi maximum extenſiue, quia tota errat multitudo: eſt etiam peccatum ſummi ſacerdotis maximum intenſiue: quia ipſe ſtrictius obligabatur illud ſuper cæteram plebem cauere, imo etiam per accidens maximum eſt extenſiue, quia in totum extenditur populum, eo namque per ignorantiam peccante, cæteri eum imitantur, & hoc motiuum exprimitur Leuit. 4. Si ſacerdos qui vnctus eſt peccauerit, delinquere faciens populum, vniuerſus enim populus eum tanquam doctorem ſequebatur. Et eo per ignorantiam errante, cæteri quoque per eundem delinquebant. Merito ergo vitulus pro ſacerdote ſummo offertur, quia vbi maius peccatum, ibi maius debet eſſe ſacrificium. Accerſenda ſunt verba Abul. Epiſ. *Dicendum quod pro peccato offerebatur vitulus, quia ſacrificia imponuntur maiora pro peccato, ſecundum quod peccata ſunt maiora, peccata autem ſacerdotum maiora ſunt cæteris, ideo ſacrificia maiora offerenda ſunt.*

Leuit. 4.

Abulenſ.

Conſecratio ſacerdotum res maximi ponderis, & æſtimationis.

4. *Sed hoc facies, vt mihi in ſacerdotio conſecrentur*, quid faciendum, ô Deus? *tolle vitulum*, an illius oblatio ſufficit? *tolle duos arietes*. Cur duo, cum vnus præter vitulum ſufficere videretur? aduerte tria ſacrificiorum genera eſſe, holocauſtum, hoſtiam pro peccato, & hoſtiam pacificam; quæ hic obſeruata fuere, nam vitulus pro peccato oblatus eſt, vnus aries ſcilicet; primus erat in holocauſtum, vt patet cum dicitur, ipſum autem arietem concides in fruſta, lotaque inteſtina eius, & pedes pones ſuper conciſas carnes, & caput illius, & offeres totum arietem incenſum ſuper altare: ſecundus erat in hoſtiam pacificam, quia infra præcipitur, vt coquerentur partes carnium eius, & comederent eas Aaron, & filij eius. Cur hoc triplex genus ſacrificij in ſacerdotis conſecratione à Deo requiritur? quia illius conſecratio rei maximi ponderis erat, & æſtimationis. Sic obſeruat præfat. Epiſcopus, *Quia conſecratio ſacerdotum erat valde magna, ideo in ea debebant omnia ſacrificiorum genera immolari.*

Toſtatus.

Qui Deum deprecatur, ei gratus eſſe debet.

5. *Sed hoc facies, vt mihi in ſacerdotio conſecrentur, tolles vitulum*: Cur vt conſecretur Aaron, vitulum offerre debet? dices, quia cum peccato obnoxius ſicut cæteri ſacerdotes, pro peccato ſuo vitulum offerre debet. Verum cur etiam ſacrificaturus poſtquam in ſacerdotem vnctus eſt, vitulum Deo præſentabit? Recte Petrus Serranus in cap. 9. Leuit. verſ. 2. *Quoniam qui precarij exercet officium, gratum ei quem precibus pulſare debet, eſſe oportet: imo vtrique parti beneuolum, vt eo interpoſito in amicitiam partes diſcordes eocant.*

Petrus Serr.

Cor Deo integrum debet offerri.

Sed hoc facies, vt mihi in ſacerdotio conſecrentur, tolles vitulum, & duos arietes immaculatos: Quorum vnus, (vt diximus) cedebat in hoſtiam holocauſti, quæ in integrum igne conſumebatur, quæ ſanè ſymbolum eſt cordis noſtri Deo offerendi. Cur illius figura? quia ſicut ille non diuidebatur, ſed totus igne conſumebatur, ſic cor noſtrum non diuiſum, ſed Deo integrum præſentandum. Opportune ſic rem verſat præf. Doctor Complutenſ. *Holocauſti hoſtiam primo initiatus obtulit, vt ad ſui officij munus & manus admoneret, atque victima quæ ibi in holocauſtum ſignatur, aries erat, ob id ſane quod ſacrificium holocauſti cor offerentis primum, aut miniſtraliter ſignificabat, nam ideo totum incendebatur quod integrum cor Deo offerri debet, non diuiſum, ſimiliter & ex æquo cætera amando.* 6.

Praef. Doct.

Chriſtus Dominus vere ſine macula.

Sed hoc facies, vt mihi in ſacerdotio conſecrentur, tolle vitulum de armento: hic autem etiam immaculatus debebat eſſe, ſicut arietes. Nonne ſatis erat dixiſſe ſume vitulum, nulla mentione armenti facta? hoc enim præſupponitur, & quis iſte vitulus, qui ſine macula offerendus eſt? 7.

Oblatus vitulus, inquit Petrus Riga, *ex armento datur aræ,*
Chriſtum deſignans, quem tulit ara crucis.
Eſt vitulus Chriſtus, armentum ſunt Patriarchæ,
Prodijt inde caro, ſed caro labe carens.

Petrus Riga

Si vitulus pro omnium peccato offerendus, & hic immaculatus Chriſtus eſt, quid amplius? qui licet etiam à peccatoribus originem trahens, ipſe tamen nulla labe maculatur.

Quam delicate ſuos Deus paſcit miniſtros.

Sed hoc facies vt mihi in ſacerdotio conſecrentur, tolle vitulum de armento, quid amplius? *& duos arietes immaculatos*: Nonne ſufficit? nequaquam, ſed etiam panes azymos, & cruſtulam, & lagana oleo conſperſa: diximus tam cruſtulam quam laganum panis delicati genus vtrumque eſſe; nec vellem, vt id intelligeres de placentis, vel paſtillis, cuiuſmodi illa ſunt, quæ modo fiunt, inter quorum cruſtas, vel caro, vel poma, vel ſimilis materia decocta continetur, ſed de certi generis panibus, quorum commixtioni aliquæ aliæ materiæ ad delicias & ſaporem adduntur, vt ſunt panes illi apud nos, quorum formæ dum ea ſubigitur, mel vel quid ſimile additur: cur non panem communem requirit Deus? cur delicatum & ſuauem 8.

Oleaſt. Bene Oleaſt. *Voluit Dominus ſacerdotes admonere, non ſolum vt cogitarent ſe Dei conuiuas eſſe, ſed etiam quam delicate enutrire voluit miniſtros ſuos, vt nonniſi ſimilæ panes comederent, qualibus ipſe, ſi ab eis paſcendus eſſet, veſceretur.*

Opera noſtra non ſolum à peccato aliena, ſed charitati coniuncta.

9. *Sed hoc facies, vt mihi in ſacerdotio conſecrentur, tolles vitulum, &c.* Paneſque azymos, & cruſtulam, quæ conſperſa ſit oleo, necnon lagana azyma oleo lita, quæ in ſacerdotis ſummi & cæterorum minorum ſacerdorum conſecratione offeruntur. Cuncta, ſiue operum deuotionem bonorum, ac munditiam fidei, ſiue gratiam diuinæ illuſtrationis, per ſacerdotes conſecrari demonſtrāt, quis etenim neſciat, immolationem, ſiue ſanguinem illorum animalium, mortem, aſperſionemque deſignare ſanguinis Domini noſtri, per quem & à peccatis abſoluendi, & in bonis ſumus operibus confirmandi? panes quoque azymi quid myſterij contineant docet Apoſt. 1. Cor. 15. itaque epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiæ, ſed in azymis ſynceritatis, & veritatis: at cur cruſtula & lagana oleo conſperguntur? liniuntur? nonne ſatis eſt, vt ſint azyma? nequaquam ſane, quia cum hæc ſignificent opera, non ſat eſt, vt vacua ſint à prauitate & malitia, ſed neceſſe eſt vt charitati coniuncta, & à gratia, oleo ſignificata, procedentia ſiant. Hæc mens Vener. Bedæ, *Conſperſa ſunt ſiue lita oleo cruſtula & lagana, vt admonerentur opera habere, non ſolum fermento malitia & nequitia caſtigata, ſed & pinguedinem charitatis diuinis dignam conſpectibus, vel certè cruſtulam oleo conſperſam ad conſecrationem noſtram Domino offerimus, cum vniuerſa quæ facimus per internam Sancti ſpiritus gratiam in cordis noſtri deuotione pingueſcunt, quibus nimirum oblationibus conſecratio noſtra perficitur, dum per bona opera, & cogitationes puras, meritum nobis ſanctimonia Domino donante conquirimus.* Ven.

VARIET. LECT. à Verſ. 4. ad 6.

VVlg. Et Aaron, & filios eius applicabis ad oſtium tabernaculi teſtimonij, cumque laueris patrem cum filijs ſuis aqua.

Sept. Et Aaron, & filios eius adduces ad oſtium tabernaculi teſtimonij, & lauabis eos in aqua.

Mont. Appropinquare facies ad oſtium tabernaculi conuentus, *alij*, fœderis.

Pag. Eccleſiæ, & lauabis eos in aquas.

Vulg. Indues Aaron veſtimentis ſuis, id eſt linea, & tunica, & ſuperhumerali, & rationali, quod conſtringes balteo.

Sept. Et ſumens ſtolas, indues fratrem tuum, & tunicam talarem.

Alij, Poderem, & ſuperhumerale, & rationale, & adnectes ei rationale ad ſuperhumerale.

Aquila, Tunicam & ſuperindumentum ſuperindumenti.

Theodot. Tunicam & ſuperindumentum rationalis.

Cald. Et tolles veſtimenta, indueſque Aaron tunica, & pallio ſuperhumeralis, & ſuperhumerali, & rationali, & ornabis eum balteo ſuperhumeralis.

Onk. Tollaſque veſtes, & induas Aaronem tunica, tunica interula, ephod, & ipſo ephod, atque pectorali, ornabiſque cū balteo ephod.

Mont. Cinges & in artificio ſuperhumeralis.

Alij, Cinges textura, quæ eſt in ipſo ephod.

Vulg. Et tiaram in capite eius, & laminam ſanctam ſuper tiaram.

Sept. Et impones laminam ſanctificationem ſuper mitram.

Cald. Et pones coronam ſanctam ſuper tiaram.

Mont. Et pones cidarim ſuper caput eius, & dabis diadema ſanctitatis ſuper cidarim.

Symm. Et pones ſeparationē ſuper mitram.

CONCORDIA.

SIc habemus, cumque laueris patrem cum filijs aqua, indues Aaron veſtimentis ſuis. Quod ita legitur in Hebr. & lauabis eos aquis, & tolles veſtimenta, indueſque Aaron: interpres autem exponere voluit, quos referebat pronomen *eos*; dimiſit vero illa verba, & tolles veſtimenta, vt potè includens ea in verbis ſequentibus, indues Aaron veſtimentis ſuis; nam non potuiſſet ea induere, niſi in manibus habuiſſet. Sed hoc minimum eſt: & tunica Hebraicè ואת מעיל ואת veet mehil vaephod, & tunica; ſiue pallio ſuperhumeralis, quod ideo ſic dicitur, quia ſupra illud ſtatim ponebatur ſuperhumerale: alij vertūt & interulam ephod, eo quod ephod eſſet cinctorium eius: quod conſtringes balteo. Iuxta Hebr. legitur ואפדת לו בחשב האפד veaphadta lo becheſeb ephod, quod alij varie reddunt, ornabis eum balteo ſuperhumeralis, Mont. cinges & in artificio ſuperhumeralis, alij cinges contextura, alij ſtringes illud ingenioſa textura, ipſius ephod. Balteus autem euſdem materiæ cum ephod: vbi habemus laminam, Symmach. ἀφόρισμα, legit, id eſt ſeparatione, ſiue quod ab alijs ſeparatum eſt: hinc ἀφορισμένοι, ab alijs ſeparati, & ſecreti, vulgo Nazaræi dicuntur, per illam autem ſeparationem explicat Nobilius, id eſt eximium illud inſigne per antonomaſiam, quia in illo inſculptum erat ineffabile nomen Iehoua.

EXPOSITIO.

Aaron *& filios eius applicabis ad oſtium tabernaculi*, erat in tabernaculo quaſi duplex oſtium, cum quo in ipſum tabernaculum ingreſſus erat, alterum quo ex priori tabernaculo tendebatur in poſterius, ſeu in Sanctum ſanctorum: hoc tamen non tam erat oſtium tabernaculi, quam cum addito oſtium tabernaculi ſecundi hic intelligitur oſtium prius. Significat Deus hoſtias hic præſcriptas non ſolùm in atrium vſque, neque ad altare vſque holocauſti, quod erat in atrio, ſed vſque ad eum atrij terminum, quo cum tabernaculo coniungitur, adduci debere, vt ſic per adductionem hanc coram tabernaculo, etiam reipſa ſignificaretur hoſtias illas Deo offerri.

Cumque laueris eos aqua, in hac ſacerdotum ablutione, quærit Abul. an in prima ſacerdotum initiatione manus tantum ac pedes Aaron, atque filiorum eius aqua luſtrarentur: an vero totum ipſorũ corpus fuerit aqua mũdatum: qua in re ſuam aperiens ſententiam tandem concludit, Aaron & filios eius in hac prima eorumdem conſecratione toto corpore ablutos fuiſſe: probat ex eo quod maior ſolemnitas in illa lotione requireretur, per quam Aaron, & filij eius ſacrorum miniſtri & ſacerdotes inſtituebantur, quam in alias, per quam ſacerdotale miniſterium exercebant: & ſic dicendum quod totum corpus Aaron, & filiorum illius lotum in prima illorum conſecratione fuiſſe, ne in illis aliqua vetuſtatis macula relicta videretur. Si autem obijciatur Exod. 30. ſolum manuum & pedum ablutionis fieri mentionem, reſpondet, quod ibi eſt ſermo de communi quotidianaque luſtratione, quam ſacerdotes habere conſueuerant, cum miniſtraturi ad altare accederent, non vero de ablutione quam ſacrorum miniſtri habere cogebantur, cum primum ad teſtimonij tabernaculum adducti fuerunt, vt ſacris initiarentur: hanc ergo potius corporis lotionem admittit, lotos autem non ea aqua qua labrum æneum implebatur, ſed aqua cõmuni ſcaturienti extra tabernaculum, nam communi illa aqua omnibus hominibus mundities conciliabatur. *Indues Aaron veſtimentis ſuis*, de quibus ſuperiori capite abunde egimus, fœmoralium nulla hic fit mentio, quia ea iam induerat Aaron, & filij, vt honeſte lauarentur, *& laminam ſanctam*, quæ ita dicta propter ſanctiſſimum nomen Iehoua ei inſculptum.

CONCEPTVS.

Conſtituere ſacerdotem ſummæ attentionis opus.

10. *Aaron & filios eius applicabis ad oſtium tabernaculi, cumque laueris patrem cum filijs, &c.* Ecce quot quantaque iubentur parari in ſummi ſacerdotis vnctione: in primis ſeparatur Aaron cum filijs à cæteris popolaribus, tum veſtes elaborantur, deinde vituli & arietes & panes diuerſi generis adducuntur, Aaron rurſus lauatur, inſuper veſtitur, tandem inungitur: nihil ſubitum, nihil repentinum permittitur. Et vt Dauid vocatus in regem, ſolum cornu olei iuſſus eſt Samuel parare, nec Dauidis nomen illi explicatur, ſed id relinquitur, vt ex inopinato, & ſubito vngendus appareat: & quando Dauid tam ſubito, cur Aaron tam moroſe, tam conſiderate eligitur? equidem non magnæ molis erat conſtituere regem, at ſacerdotem conſtitui, id ſummæ attentionis opus eſſe debet: non mirum eſt quod quis ſubito fulgeat à throno regio; ſacerdotale autem culmen vt ſupra Reges eſt, & proximum Deo, ſic pluribus eget, vt ſuum fulgorem præſtet.

Nazianz. Pulchrè ad hæc Nazianz. orat. 1. ait, *Et quis eſt, qui contra hæc omnia; celeritatem potius in ſacerdote quam ſecuritatem expoſcat? quis eſt, qui veritatis propugnatorem vnius diecula ſpatio, velut è luto ſtatuam fingit? illum, inquam, qui cum Angelis ſtabit, cum Archangelis glorificabit, ad ſuperum altare ſacrificia tranſmittet, cum Chriſto ſacerdotio fungetur, figmentum inſtaurabit, imaginem exhibebit, ſuperno mundo opificem aget, & vt quod maius eſt, dicam, Deus erit, alioſque Deos efficiet.* Itaque quantumcumque reges ſubitanei fiant, ſacerdotes non ſubito, & ex inopinato, ſed multorum dierum prouidentia poſſunt fieri, vt qui non corporum, ſed animarum ſiot propugnatores, & qui alij dij ſint, & alios facere Deos elaborent.

Licet Deus amator ſit munditiæ internæ, externam non ſpernit.

11. *Aaron & filios eius applicabis ad oſtium tabernaculi, cumque laueris eos*, quid indigent ablutione vt mundentur? dices externam hic requirere Deum. Nonne vt in ſacerdotes conſecrentur, potius puritatem internam requirere deberet? nam cum ſacerdotium maximæ æſtimationis & ponderis ſit ſpiritualiaque reſpiciat, qui illo initiatur, chariſmatibus gratiæ cœleſtis ornari debet, ſit ergo Deus ſolum ſolicitus munditię animæ, non autem corporis: ablutionem internam quidem præcipuè exigit, ſed externam non ſpernit, & ideo hanc etiam à ſacerdotibus requirit. Hoc habet Oleaſt. *Non arbitreris Deum ſola interiori munditia contentari, amat etiam externam, vnde grauiter illum offendere putarem, qui rem ſacratam illotis, vt aiunt manibus, aut conſpurcatis attrectare præſumeret.* Oleaſt.

Qui veſtibus ſacerdotalibus induitur, ab omni macula mundus eſſe deberet.

Aaron, & filios eius applicabis ad oſtium ta- 12.

Tom. II. HHh iij

bernaculi, cumque laueris eos, indues Aaron. A
Induat eum prius, indutus enim poterit manus, pedes, vultumque abluere, vt ſi quæ in his partibus fuerit macula, abſtergatur. Conueniens ſane aſſignatur ordo, vt primo lauaretur, deinde indueretur, quantum ad honeſtatem, quia cum veſtes tam eximiæ puritatis & ſanctitatis, Aaron, & filij eius induere deberent, decebat vt prius totius corporis maculæ abolerent. Sed quid amplius in hoc ritu reperimus dignum eruditione? reſpondeat Abul.
Abulenſ. *Ablutio corporalis interiorem deſignat ablutionem, qui autem veſtes ſacerdotalis miniſtrationis induitur, ab omnibus inquinamentis mundus eſſe*
Petrus Serr. *debet.* Petr. Serran. in cap. 8. Leuit. ait, *Lauit eos, quoniam Domino conſecrandos omni peccati macula atque ſæculi immunditia prius expurgatos accedere oportet, quod Dominus Ieſus* B *verus exiſtens Moyſes, ſuos diſcipulos in ſacerdotes ordinaturus, paulo ante eorum pedes humillime lauit, & linteo quo erat præcinctus, terſit.*

Purget ſe lachrymis, qui ad officium altaris promouendus eſt.

15. *Aaron & filios eius applicabis ad oſtium tabernaculi, cumque laueris eos, veſtimentis ſacerdotalibus indues.* Cur tradens Deus Moyſi ritus conſecrandi ſacerdotes, vult vt priuſquam induantur, abluantur aqua? perungantur vnguentis pretioſiſſimis vt odorem exhalantes, omnes recreent? nonne lachrymarum ſymbolum eſt aqua? bene ergo aquis prius abluantur Aaron, & filij eius, quam conſe- C crentur in Dei ſacerdotes, quia ſe lachrymis purgare debet, qui ad altaris officium promouendus eſt. Sic hanc ceremoniam interpretatur
Ven. Beda. Vener. Beda lib. de Tabern. c. 9. *Notandum quod conſecraturus eos Moyſes, primo eos lauit aqua, & ſic habitum illis ſacri gradus impoſuit, quia nimirum neceſſe eſt, vt qui ad altaris officium promouendus eſt, maioribus ſe ſolito lachrymarum fluentis abluat, vt quo mundior ad gradum accipiendum acceſſerit, eo perfectius acceptum conſummet.*

Qui inter omnes bene meritus, hic ad munus paſtorale eligi debet.

34. *Aaron & filios eius applicabis ad oſtium tabernaculi teſtimonij*, Mont. *Conuentus*, Pag. D *Eccleſiæ, cumque laueris eos, indues*: cur præſentia Eccleſiæ ſiue Synagogæ requiritur, vt in Pontificem & in ſummum ſacerdotem initietur Aaron? nam cum nullo præſente vngere, & conſecrare potuit Moyſes: cur conuo-
Leuit. 8. canda Synagoga, (ſic enim Leuit. 8. id factum legimus, & fecit Moyſes ſicut præceperat Dominus, & conuocauit Synagogam ad ianuam tabernaculi teſtimonij, & applicuit Moyſes Aaron fratrem ſuum, & filios eius, & lauit eos aqua, &c.) vt hæc conſecrationis ceremonia debito perficiatur? Bene S. Iuo Carnot. ſerm.
S. Iuo. de ſignif. indum. Sacerd. *Idcirco requiritur præſentia populi in eligendo ſacerdote, vt ſciant omnes quia doctior ex omni populo, qui omni virtute præſtantior, hic eligi debet ad ſacerdotium, & hoc cum conſenſu Eccleſiæ, ne qua poſtea retractio, ne quis ſcrupulus remaneat, ſed omnium teſtimo-* A *nio commendetur, ſecundum Apoſtolum 1. Timoth. 3. Oportet Epiſcopum bonum habere teſtimonium ab his qui foris ſunt.* 1. Timot.

Legis obſeruator probetur, qui ad ſacerdotium recipiendus.

Aaron & filios eius applicabis ad oſtium tabernaculi, cumque laueris eos, indues, &c. Moyſeo primo lauat, poſtea induit, neſcit eos conſecrare, niſi prius lauerit: cur Moyſes id perficit? nonne poſſunt ipſi corpora abluere? nonne ſe dicentibus lotos fidem adhibere poterit Moyſes? quandam indecentiam ſapit, ſi quis ab alio corpus ſuum lauari permittit. Nonne Moyſes typum legis gerit? merito ergo Moyſi B præcipitur vt Aaronem abluat, legis enim obſeruatione probandus, qui ad ſacerdotium eſt recipiendus. Acumen iſtud eſt præf. Epiſco- Præf. Epiſc.
pi, *Moyſes in hoc facto typum legis gerit, qui, ad ordinandos ſacerdotes prius lauat antequam induat, niſi enim quis prius fuerit per legis obſeruationem probatus, non eſt ad ſacerdotium promouendus.* 15.

Veſtibus quibus induimur, noſtri muneris admoneamur.

Aaron & filios eius applicabis ad oſtium tabernaculi, cumque laueris eos, indues veſtimentis ſuis, id eſt linea & tunica, &c. licet habitus, vt dicitur non faciat Monachum, diſtincto tamen muneri, diſtinctum indumentum de- C cernitur, vt officium debito decore peragatur, atque vitæ profeſſæ miniſter admoneatur, & ſui officij memoriam ſemper ob oculos verſet: verum cur his potius veſtibus induuntur ſummus ſacerdos & inferiores, quam alij? licet in antecedenti capite plura de eorum ſignificatione myſtica dictum à nobis fuerit: Tamen quia Petrus Serrat. c. 8. Leuit, aliqua de his ſpecialiter memorat, non grauabor in medium adducere quid proferat: verba eius ſunt: Subucula Balteo conſtricta, primum Pontifex induitur, quæ virtutem moralem quatuor virtutibus Cardinalibus, veluti quibuſdam ſtaminibus, & ſtramis contextam, & vinculo charitatis tanquam balteo conſtrictam, ſignificat. Deinde tunica hyacinthina, aeris aut cœli colorem referente, induitur: D quæ vitam iam Deiformem, Chriſtianam, & religioſam notabat: quoniam Chriſtiani hominis inſtitutio à virtutibus moralibus ad Theologas, fidem nempe, charitatem, & ſpem progreditur, quæ potiſſimum in ſacerdote, tanquam in exemplari pellucere debet: ſuperhumerali, quod ephod etiam dicebatur, ornatur, quia iugum Domini Pontifex cum omni obedientia, laborum ſuſtinentia, imbecillitates infirmorum ſupportando, vt inquit B. Paulus, vt omnes lucrifaceret, ferre debet? & bene de hyacintho, purpura, & cocco bis tincto, & byſſo contectis, humerale diſtinctum eſſe præcipitur: vt quatuor harum rerum coloribus, quatuor elementa, quibus mundus conſtat, referentibus, omnium hominum ſuis orationibus Pontifex recordetur, vt inquit Rupertus, Rurſus cum duplex homo in vtroque noſtrum ſit, exterior & in-

terior quod propheta notauit prinrem & terreuum quandn diait: fecit Deus hominem delimn: posterinrem vero, quandn ſubiunxit, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt iu animam viuentem, hinc ſecundum interiorem iu exercitin virtutis, quilibet homo vt vitar agere debet, qunniam autem hæc vita in ſacerdnte, & pnntifice potiſſimum fulgere debet; linea ſubucula induitur, terrenum illum hominem primu formatum ſignificans: linum enim ex terra naſcitur: vnde forſan apud Ægyptios, uefas magnum habitum eſt, lineas veſtes in ædes ſacras inferre. tunica talari induitur colore cœli, quæ animam & cœleſtem hnminem, in humilitate & obedientia ad effigiem Christi formatum, vt ipſum pontifex nmni ſtudin imitari iuret, ſignificet. rationali deinde, ſiue pectnrali pontificis pectus obducitur, quod iudicij dicitur, quia abſque eo iu- B dicia populo ferre non licebar. In eo antem cælatum erat nomen יהוה Iehoua tetragrammaton, qund vrim & thumim appellabant, id eſt illuminationes & perfectiones, Rabi Salomnn magni nominia inter Habræns interpretatur, qund myſterium ſanctiſſimæ Trinitatis cum vnitate eſſentiæ eo includebatur, quia fide mens illuminatur & perficitur.

Opus virtutis ex perfecta intentione procedat.

17. *Aaron & filios eius applicabis ad oſtium tabernaculi, cumque laueris eos, indues veſtimentis ſuis &c. pones tiaram in capite eius*, cur post ſubuculam, poſt tunicam, poſt ſuperhumerale & rationale, Cidarim capiti pontificis imponit? cum enim non vngeretur niſi capite cnn- C tecto, prius imponenda illi erat tiara, quam quodlibet aliud indumentum: aducrte nullum opus virtutis eſſe qund ſimilitudine aliqua intuentem nnn poſſit decipere, v.g. virtus eſt caſtitaa, multi tamen honeſtatis præfetunt ſpeciem, quorum mens delibetatinne entuprinnis initiata eſt; virtus eſt patientia, ſi quis ſe iniuriam afficienti aut lædenti, nec verbn nec facto vicem rependat, in enrde vern contra eum odium teneat, non eſt virtus manſuetudinis, ſed velamentum furoris: item ſi quis ſæculares conuectus fugiens, ſpiritualibus ſe tradat ſcientiis, adhuc in dubio eſt, qua intentione hoc agat: ne fnrte adeptione ſcientiæ inflari magis appetat, quam ædificari. aduerta etiam præfata veſtimenta virtutes pontificibus neceſſarias ſignificare: linea enim illa veſtis caſtitatem denotat, ſicut enim linum quod de terra nrigi- D nem ducit, & multo labnre multaque induſtria natiuum deponit colorem, vt ad hunc quem in veſte habet, perducatur candorem. ſic carn noſtra ab ipſa parentum prnpagine, corruptelam traheus, multa nnſtra vigilantia & infatigabili intentione opus habet, vt eam cum qua nata eſt, immunditiam abiicere, & hnneſtatis nitorem valeat poſſidere: balteo ennſtringente virtutis cuſtndia deſignatur, neque enim cum remiſſiona & negligeutia pnterit retineri, ſed cohibendus eſt viſus, nbſtruendus auditus, lingua refrænanda, ipſa etiam cngitatio, à nnxiis euagationibus reſtriugenda: per ſuperhumerale, quia in humeris onera portare ſolemus, virtus

A patientiæ intelligitur, &c. quo poſito ad mentem noſtram reſpódet Radulph. Flauiac. lib. 6. in Leuit. c. 1. *Per omne quod agimus mens potius diſcutienda eſt quam operis ſuperficies, ſi enim oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit, ſi autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebroſum erit Matt. 6. vnde & lex poſt ſubuculam, poſt tunicam, poſt ſuperhumerale & rationale, cidarim pontifici imponit: cydaris enim iſta tiara byſſina erat, in capite vero pontificis mẽs intelligitur, poſt prædicta itaque ornamenta caput illius tiarâ byſſinâ decoratur, vt in exhibitione operum viſibilium de cordis munditia conueniatur.* Radul. Fla. Matt. 6.

Sapientia quaſi aliis virtutibus dominatur.

B *Aaron & filios eius applicabis ad oſtium tabernaculi, cumque laueris eos veſtimentis ſuis indues*, & tandem ſubiungit, *& pones tiaram in capite eius & laminam ſanctam*, quæ antea dicta eſt aurea, in ſeptem pontificis veſtimentis ſeptem ſancti Spiritus dona deſignari quidam arbitrantur, ita vt in linea quæ exteriorem munditiam ſignat, accipiatur timor; primus enim prngreſſus eius, ſi non affectus ſaltem corruptionis npera abiicere: ſed qunniam virtus ipſa caſtitatis ne pereat, munienda eſt, accedit conſilium ſenſus cohibendi, & hac eſt balteus: iu tunica vero hyacinthina, ſpeciem habes fnrtitudinis, & illius cœleſtis firmamenti, cum anima prniectis aquis inferioribus terrenæ occupationis, ſpiritualibus ſtudiis tanquam aquis ſuperioribus decnratur: iam in ſuperhumerali quid niſi pietas intelligitur? piuni namque C eſt dum proximn ſuccurrere vis, eiuſdem vitia donec corrigatur, æquanimiter tnlerare: quinto lnco rationale manifeſtatin ſcientiæ formam tenet, in cydari quoque quæ interinris munditiæ typus eſt intellectus dnnum apparet: ſed cur ſeptimo loco pnnitur lamina aurea? cur prinrem nnn nbtinet? cur poſteriorem tanquam eminentiorem? nonne aurum ſapientiam denntat? quid mirum, ſi hîc lncus laminæ aureæ aſſignatur? ſapientia enim quaſi aliis virtutibus eminere videtur. anuuit cit. Radulp. *Reſtat laminæ ſolius ratio quæ ſuper cidarim ponebatur, vt ſapientiæ figuram in ea demonſtraremus.* 18. Radulph.

Sacro regenerationis lauacro mundati Christum induamus.

D *Aaron & filios eius applicabis ad oſtium tabernaculi, cumque laueris eos indues veſtimentis ſuis*: cur poſt ablutionem, induenda ſunt ſacra veſtimenta? nonne prophana ſufficiunt? illis ſacris veſtibus intelligi poſſunt virtutes Chriſti Domini, iuxta illud Rom. 13. induite Dominũ Ieſum Chriſtum: bene ergn iubetur Aaroni, vt poſtquam lotus fuerit induat ſe ſacris veſtibus, qnia cum ſacro regenerationis lauacro mundati fuerimus, Chriſtum Dominum induere debemus: ſuffragatur Cyrill. Alex. lib. 11. de ador. *Cum Aaron ipſum aqua prius abluiſſet, ſacra illum ſtola induit, nos quoque ſancto baptiſmate abluti, omnique genere impuritatis abſterſa, tum denique ſuperna illa cœleſtique gratia di-* 19. S. Cyrill.

tamur, & lætitia tunicam accipimus, iuxta illud induite Dominum noſtrum Ieſum, eadem habet Procop. *& nos abluti & repurgati ſacro baptiſmate, recipimus gratiam cæleſtem, lætitiæ induti tunicam.*

VARIET. LECT. à Verſ. 7. ad 9.

V*Vlg*. Et oleum vnctionis fundes ſuper caput eius, atque hoc ritu conſecrabitur.

Sept. Et ſumes de oleo vnctionis, & effundes illud ſuper caput eius, & vnges eum, *ſic habet Cald.*

Onk. Tolleſque oleum vnctionis.

Vulg. Filios quoque eius applicabis, & indues tunicis lineis, cingeſque balteo.

Sept. Et filios eius adduces, & indues eos tunicis, & cinges eos zonis.

Regia 70. *habet ſolum*. Et indues eos veſtes, *ſic etiam Cald.*

Pag. Et filios eius appropioquare facies, & induere facies eos tunicas, & cinges eos balteo.

Symm. Cinges eos zona, *Theodotion*, per zonam.

Vulg. Aaron ſcilicet & liberos eius, & impones eis mitras, eruntque mihi ſacerdotes religione perpetua, poſtquam initiaueris manus eorum.

Sept. Et circumdabis eis cidaras, & erit illis ſacerdotium mihi in ſempiternum, & conſummabit Aaron manus eius, & manus filiorum eius.

Regia 70. Et cinges eos zonis, & circumpones eis cidaras, & erit eis ſacerdotium in perpetuum, & conſecrabis manus Aaron, & filiorum eius.

Cald. Et cinges eos balteis, & ornabis eos mitris, & erit eis ſacerdotium in pactum perpetuum, & offeres oblationem Aaron, & oblationem filiorum eius.

Onk. Adornabiſque eos mitris, vt ſit eis ſacerdotium in ſtatutum perpetuum.

Pag. Vincies eis pileos.

Mont. Vincies eis mitras, & erit eius ſacerdotium in ſtatutum ſæculi, & implebis manum Aaron, & manum filiorum eius.

Oleaſt. Et ligabis eis mitras.

Vatab. Aptabis eis pileos.

CONCORDIA.

HOc ritu conſecrabitur, iuxta Hebræum, וכשחת אתו & vnges eum, ſed hæc repetitio eſt eius quod dixerat, fundes ſuper caput eius, ſed additur à vulgato, atque hoc ritu conſecrabitur, referendo ad lotionem, victimas, ornamenta, & vnctionem, in qua maximè conſecrationis cæremonia perficiebatur: eruntque mihi ſacerdotes religione perpetua, Hebr. לחקת עולם in ſtatutum ſæculi, vel in pactum perpetuum, ſed vtrobique idem ſenſus, nempe hoc ritu erit filiis Aaron ſacerdotium ſucceſſione deuinctum; conſecratio autem iuxta phraſim Hebræam, appellatur impletio.

EXPOSITIO.

O*Leum vnctionis fundes ſuper caput eius*, Non hîc eſt ſermo de vnctione ſacri olei ſanguine commixti, ſed de ſola effuſione olei ſuper caput illius, qui conſecrabatur: & hæc ſacri olei effuſio, adeo de eſſentia pontificalis ſanctificationis erat, vt eiuſdem pontificis manuum impletionem præceſſerit: hæc vnctio autem fiebat ſecundum aliquos digito conſecrantis, oleo tincto, & incipiebat à capite, & verſus palpebras deſcendebat: ſed præſtat effuſionem vnguenti factam credere, vt ſic deſcendere
Fort. Sacch. poſſet vnctionis oleum in barbam. ſcio Fortunatum Sacchum 2. lib. ſacrorum eleochriſmatum, mirothecio c. 91. tenaciter defendere, nequaquam aperto aut velato capite ſacro perunctum oleo ſummum ſacerdotem: fundatur in hoc, quod ſacer textus antequam de vnctione agat, cidaris mentionem faciat, quaſi innueret vnctionem tecto capiti adhibendam; ſed potius aperto capite factam fuiſſe textus conuincit, ait enim oleum vnctionis fundes ſuper caput eius, ſi autem eſſet opertum potius diceret fundes ſupra mitram Aaron oleum vnctionis, per oleum vnctionis non intelligas oleum ſimpliciter, quaſi liceret quocumque oleo ſacerdotes conſecrare, ſed erat quoddam vnguentum quod ex variis conficiebatur aromatibus, vt alibi dicetur.

Vnguentorum autem nomina ſolent ſumi nonnunquam ab aromatibus quæ illius compoſitionem ingrediuntur, interdum à loco in quo præſtantiora illa habebantur vnguenta; nonnunquam ab effectu, aliquando ab artifice qui illud ipſum vnguenti genus excogitaſſet; ab aromatibus igitur, ſi nomen huic vnguento dare velimus, coſtinum dici poſſet, tum ratione coſti, quo nihil in eius cōpoſitione quam Deus cap. ſequenti tradidit præſtantius inter aromata quæ vnguentum hoc componebant aut eo dignius ingrederetur: tum etiam quod vnguenta ex arte vnguentaria, ab eo aromate appellabantur, quod poſtremo loco vnguentariæ

compoſitionem condi ebat: ſi vero à loco huius vnguenti nomen ſumendum eſſet, Synaicum dici deberet, nam in deſerto Synai Deus Moyſen allocutus, hoc genus vnguenti apparata iuſſit: ab artifice nomen huic vnguento tribuentes, diuinum appellandum eſſet: Deus enim inuentor huius præſtantiſſimæ compoſitionis, qua ſacerdotes & ſacra vtenſilia conſecrarentur, ſi vero ab effectu oleum hoc nomen ſortiri debeat, oleum conſecrationis appellandum erit, ita vt quæ ſacro hoc oleo vncta non eſſent, nulla ratione ſacra haberentur, oleum autem hoc per antonomaſiam inter alia olea, & vnguenta excellentia oleum vnctionis appellatur, dicitur etiam quodam generali nomine oleum ſanctum.

Atque hoc ritu conſecrabitur, conſecrare eſt aliquid religioſum facere, & Deo ſanctum, vnde conſecrare ex ſui natura dicit aliquid de- A nouere Deo, in cultum religionis, & in obſequium miniſteriorum quæ piè à miniſtris Deo offeruntur, & ſic ſenſus horum verborum erit, hac vnctione & hac cæremonia mihi ſpecialiter dicatus erit in miniſterium ſacerdotale.

Filias quoque illius applicabis ad oſtium tabernaculi & indues tunicis illis &c. & aliis veſtibus ſacerdotibus inferioribus propriis, *eruntque mihi ſacerdotes*, ſic induti ſacris veſtibus, & vncti oleo, an in capite vt ſummus ſacerdos dubitatur, ſed ſaltem in manibus, *mihi conſecrati erunt ſacerdotes*, apti ad miniſtrandum coram me, *religione perpetua*, id eſt ritu perpetuo; quaſi diceret ſicut nunc Aaron & filij conſecrantur, vt ſint ſacerdotes mei, ita poſt eos omnes eorum ſucceſſores conſecrabuntur, ita vt quamdiu hoc duraturum eſt Aaronicum ſacer- B dotium, ſacerdotes de progenie ipſorum non deficient.

CONCEPTVS.

Pœnitentia comes ſit indiuidua ſacerdotum.

20. *Oleum vnctionis fundes ſuper caput eius*, nec non filios eius etiam vnges, quos indues tunicis lineis, & cinges balteo: ſi tunicas lineas habere iubentur, has autem ſatis ſtrictas, vt aptiores ad miniſtrandum reddantur. cur adhuc zonis præcingendæ ſunt, cum ſatis aptatæ ſint corpori? lineæ veſtes ob tunſiones quas linum patitur, vt in vſum veſtium veniat, & lotiones frequentes quibus detergi debent, vt dignè & C abſque reprehenſione vehantur, apte pœnitentiam referunt: dic ergo opportune adhuc balteo præcinctas, vt innueretur quod his omnino pœnitentia adaptari debet, illaque præcingi. id habet Petros Sert. 10 c. 8. Leuit. *Pœnitentia quæ quoniam indiuiduus comes ſacerdotum debet eſſe, balteis ſiue zonis corpori ipſi tunicæ adſtringebatur.*

Petrus Sertaner.

Quanto quis ſublimiori eſt in officio, tanto ampliori doni cæleſtis indiget incremento.

21. *Oleum vnctionis fundes ſuper caput eius*, cur poſt ſacerdotalium veſtium ſacramentum, Aaron hac olei effuſione ſuper caput conſecratur? quippe in illo ſeptemplici habitu, ſeptiformis Spiritus ſancti gratia (vt diximus in penultimo conceptu verſ. præced.) continetur: aduerte quod ſacra vnctio non ſemper nouam & inexpertam prius ſancti Spiritus inducit operationem, ſed iam ante præmiſſam aut confirmat, aut multiplicat: inde eſt quod Dauid bis in regem vnctus eſt, primo à Samuele, cum adhuc puer eſſet, poſtea iam iuuenis, cum poſt regnum tribus Iudæ ſuper omnem Iſraelem mortuo Iſboſeth Rex eleuaretur; ſed & beati Apoſtoli, qui iam à primo tempore, ex quo cæleſti adhæſerant magiſterio, & baptizati fuerant, ſanctum habebant Spiritum: ad augendum tamen ipſius gratiæ donum, bis poſt reſurrectionem dominicam eumdem Spiritum ſanctum receperunt: quo poſito mirum tibi eſſe non debet, ſi pontifex poſtquam in typum earum, quæ ad opus tantum præparauerat, virtutũ, ſacris veſtibus induitur, ad confirmandã, ſeu etiam augendam eam quam iam acceperat, gratiam myſtico conſecratur vnguento: quia quanto inquit Radulp. lib. 6. in Leuit. c. a. *Sublimiori grauatur quis officio, tanto ampliori cæleſtis doni indiget ſacramento.* Radulp Fla.

Præſulum ſuperbia coercetur.

Oleum vnctionis fundes ſuper caput eius, & hoc ritu in ſacerdotem mihi conſecrabitur, ſcimus tabernaculum cum omni ſua ſupellectili, prius vnctionis oleo conſecratum fuiſſe, quam ipſum ſummum ſacerdotem: hoc enim euidenter conſtat ex Leuit. 8. dicitur enim, tulit vnctionis oleum, quo liniuit tabernaculum cum omni ſupellectili ſua &c. deinde ſubiungitur, quod fundens ſuper caput Aaron, vnxit eum & conſecrauit. cum ergo tabernaculum Dei Eccleſia ſit, Aaron vero pontificum perſonam gerat, qui ſummum in Eccleſia locum tenet. qua de cauſa in ſanctificatione tabernaculum præceſſit Aaronem? videtur enim quod illius conſecratio præcedere deberet tempore, cum omnia præcederet dignitate: nihilominus vngitur prius oleo ſacro tabernaculum, illiuſque omnis D ſupellex, & nouiſſimus Aaron tandem oleo perfunditur, & ſic conſecratur, quid hoc eſt? reſpondet Flauiac. *Videtur in hoc lex, pontificum arrogantiam repreſſiſſe, ne forte aliquis eorum gratiam Dei quæ populo confertur, ſi forte miniſter eiuſdem fuerit, à ſe arbitraretur procedere: intelligeret vera omnia prælatus, quia plantare quidem, irrigare pro gratia quam accepit poteſt, ſed neque qui plantat, neque qui rigat, eſt aliquid, niſi ſolus qui incrementum dat Deus: præceptor ait Petrus Luc 5. per totam noctem laborantes nihil cepimus, in verba laxabarete: & cum ad imperium magiſtri retia laxaſſent, concluſerunt piſcium multitudinem copioſam nimis, inde poſtea ab ipſo audierunt, ſine me nihil poteſtis facere.*

Margin notes (right): 22. — 23 — Radulp. — 1. Cor 3. — Luc. 5.

Ex defectibus, non eſt ſacerdotibus toties ob. A iiciendа verecundia.

23. *Oleum vnctionis fundes ſuper caput eius*, ſed iam indutus erat ſacerdotalibus ſuis veſtimentis, tamen cum fœminalia inter ea locum haberent, non meminit, ſicut hic etiam cum de conſecratione minorum ſacerdotum loquitur, & de veſtibus quas induere deberent, fœminalia non nominat. cur hic inter veſtes ſacras ea locum non habent, ſicut, nec Leuit. 8. cum de ſacerdotum conſecratione agitur? aduerte in eis non tam virtutum formam eſſe, quam vitiorum vmbraculum, facta enim ad turpitudinem noſtram cooperiendam: bene ergo non ita toties nominantur ac aliæ veſtes imo rariſ- B

Præf. Flau. ſime, quia in hoc inquit præfa. Radulph. *Videtur lex pontifici ipſiuſque filiis detuliſſe quod ſimplici huius veſtis commemoratione contentus fuit, ne ſæpius eam replicando, nomine turpitudinis ſuæ ſacerdotibus incuteret verecundiam, tegenda quippe illa fuerat fœminalibus, non toties verbis eis obiicienda: illi namque ſuper iniquitate ſua, apertius obiurgandi, & in conſpectu illius frequenti exprobratione reuocandi ſunt, qui intuitum mentis ſuæ ab ea auertunt & confundi pro peccatis ſuis refugiunt, inde eſt quod Ieremias plebem Iſraeliticam vehementius obiurgat, dicens: ſi laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam borith, maculata es iniquitate tua coram me, dicit Dominus:*

Ierem. 2. *quomodo dicis, non ſum polluta, poſt Baalim non ambulaui: vide vias tuas in conualle, ſcito quid feceris. multa quoque ſubiungit huiuſmodi, qui tamen cur tam acri inuectione circa eam vtatur manifeſte declarat, dicens: frons mulieris meretricis* C *facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere: cum igitur in hoc loco legiſlator de feminalibus tacuit, puto quod ſacerdotum pudori pepercit, maleus eorum conſcientia ſecretam conſiderationem & accuſationem turpitudinis ſuæ committere, quam voce ſua toties in medium eam proferre.*

Sacerdos deberet eſſe quaſi eſſentialiter miſericors.

24. *Oleum vnctionis fundes ſuper caput eius, & hoc ritu conſecrabitur*, ita vt de eſſentia conſecrationis ſacerdotis fuerit præcipue vnctio olei ſacri. cur oleo vngitur? nonne illo non adhibito, in miniſtrum Dei conſecrari potuit? nonne oleum miſericordiam ſignificat? voluit igitur vt illius vnctio eſſet præcipua ſacerdotis conſecratio, vt ei innueret, quam intrinſece ſibi D adeſſe deberet miſericordia. hoc habemus a ca-

Oleaſt. lamo Hieron. ab Oleaſt. *Diſce ſacerdos* (inquit) *eſſe miſericors, quoniam ad hoc iuberis inungi, imo erubeſce eſſe crudelis miniſter, & ſeruus cuius Dominus tanta abundat miſericordia.*

Sacerdotes optimæ ſint famæ.

25. *Oleum vnctionis fundes ſuper caput eius*, oleum autem hoc vnctionis non fuiſſe oleum ſimpliciter, ſed vnguentum ex variis aromatibus compoſitum diximus. cur vnguento odorifero perungitur, vt hoc ritu in ſacerdotem conſecretur? forte hæc ei cæremonia indicat, boni odoris oleo vnctionis denotati apud omnes debere eſſe, optimique nominis & famæ. quod confirmat Luit. *Locus iſte admonere videtur quam bonæ famæ debeant eſſe ſacerdotes, vt bonus odor eorum nares Domini pertingat, antequam ipſi in conſpectu eius appareant; ad hoc enim vnguntur vt non ſuum fœtorem, ſed Domini odorem ad nares eius præmittant.* Lutern.

Gratia Chriſti Domini non ſolum in Apoſtolos, ſed in omnes deſcendit fideles.

Oleum vnctionis fundes ſuper caput eius, de hac 26.

B vnctione loquens Regius Vates, ait, ſicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam, Pſal. 32.

barbam Aaron, & in oram veſtimenti eius. nonne ſatis eſt deſcendiſſe illud vnguentum pretioſiſſimum in barbam Aaronis? cur etiam intingitur ora veſtimenti eius? nemini dubium quin Aarone ſummo ſacerdote, Chriſtus omnium pontifex intelligatur, per barbam quæ homini proxime adhæret, intelligit Cardin. à Card. à Tur.

Turrecremata Apoſtolos, & per oram veſtimenti cæteros fideles: quo poſito ſic ait in Pſal. 32. *Deſcendet Domini benedictio ſicut vnguentum gratiæ Spiritus ſancti exiſtens in capite Chriſto, deſcendet in die Pentecoſtes, in barbam, id eſt in Apoſtolos viros perfectos, proxime Chriſto adhærentes: barbam dico Aaron, id eſt Chriſti, qui præfigurauit Aaron, quod vnguentum gratiæ ſpiritus deſcendens à capite, non ſolum deſcendit in bar-* C *bam, ſed etiam in oram veſtimenti eius, id eſt in omnes fideles, & in extremos, qui erunt vſque ad finem mundi.*

Conſenſio & vnio fratrum, optima, vtilis, & iucunda.

Oleum vnctionis fundes ſuper caput eius, Con- 27.

cordiam fratrum huic vnguento pretioſo, quo ſacerdos ſummus vngebatur, comparat regius vates Pſal. 32. ecce quam bonum, & quam iu- Pſal. 32.

cundum habitare fratres in vnum, ſicut vnguentum quod deſcendit in barbam barbam Aaron. ſed quænam ſimilitudo in hac coniunctionis fraternæ & vnguenti comparatione? quid commune cum concordia fratrum & hoc vnctionis vnguento? hoc vnguentum duabus his conſtabat qualitatibus, & optimum erat & iucundiſſimum; optimum, quia ex præcipuis D confectum erat aromatibus, aut quia corporis ſaluti conducebat: iucundum, quia odore ſuauiſſimo omnes recreabat. dic ergo in hoc concordiam fratrum huic vnguento aſſimilari, Agelius.

quia hæc optima, vtiliſſima & iucundiſſima, ſic opportune hanc veritatem verſat Epiſcop. Acernenſ. in præf. Pſal. *Conſenſio fratrum contubernalium bona eſt & commoda, quia frater qui* Prouerb. 18.

adiuuatur a fratre, tanquam ciuitas firma Prouerb. 18. & iucunda, quia famæ bonæ ſuauitate implet homines, quæ melior eſt quam vnguentum Eccle. 7.

optimum, vt ait Eccleſ. 7. melius eſt nomen bonum quam vnguenta pretioſa.

VARIET. LECT. Verſ. 10.

V*Vlg*. Applicabis & vitulum coram tabernaculo teſtimonij, ímponentque Aaron & filij eius manns ſuper caput illius.

Sept. Et adduces vitulum ad portas tabernaculi teſtimonij, & ſuperimponent Aaton & filij eius manus ſuas ſuper caput vituli, in conſpectu Domini, apud portas tabernaculi teſtimonij.

Cald. Offereſque vitulum coram taberna- A culo fœderis.

Pag. Et offerre facies iuuencum coram tabernaculo Eccleſiæ, *Oleaſt*. adunationis.

Mont. Et appropinquare facies iuuencum coram tabernaculo conuentus, & fulciet Aaron & filij eius manus ſuas ſuper caput iuuenci.

Oleaſt. Coniungent manus ſuas ſuper caput vituli.

CONCORDIA.

NOmen מועד moed quod quidam vertunt teſtimonium, alij autem conuentum vel Eccleſiam, à duobus verbis deriuari poteſt, ſcilicet à iaad, quod ſignificat congregari maximè ad certum tempus & locum: ſecundo ab euad quod eſt teſtificari, & ſic ſignificat teſtimonium, vt reddidit noſter Vulg. qui deducunt à verbo Iaad ſic reddunt, coram tabernaculo Eccleſiæ, conuentus, vel adunationis, B quoniam ibi adunabitur & conueniebat Iſrael ad orandum & legem audiendam. verbum סמך ſamak, quod reddidit interpres imponent, alias etiam habet ſignificationes, nempe appropinquare, circuire, ſtabilire, ſuſtentare, coniungere: vnde aliqui verterunt, fulciet, coniunget, ſacrificans antem coniungebat manum ſuam victimæ, vt proteſtaretur quod ſimul cum victima ſua ſe offerret.

EXPOSITIO.

A*Pplicabis & vitulum coram tabernaculo teſtimonij*, ad conſecrationem pontificis, & minorum ſacerdotum requiritur, non modo ſacer veſtitus, verum etiam ſacrificium: cum igitur de priure prius actum ſit, nunc agitur de poſteriore, quia vero conſecrabantur ad omnia genera ſacrificiorum peragenda, nullum prætermiſit Moyſes in ipſorum conſecratione, quod non perageret, nempe pro peccato holocauſti, pacifico, nam in hoc textu ſermo eſt de ſacrificio pro peccato: ait ergo applicabis vitulum curam tabernaculo teſtimonij, inter ſacrificij ritus pro ſummo ſacerdote circa vitulum erat, vt ipſemet allatum de foris ad oſtium tabernaculi teſtimonij adduceret, quod erat è regione inferioris templi, quod vocabatur ſancta ſanctorum; vbi peculiari modo propter arcam cenſebatur Dominus habitare, D & ſuper eamdem victimam poneret manum ſuam, poſtremo eamdem interficeret, cætera vltimo excepto, fieri ſolebant à laicis, cum vellent hoſtiam ſuam à ſacerdotibus ſacrificari: neque ſacerdos pro ſe offerens, & illa tantum modo offerens vitulum, manumque ſuper eum ponens exiſtimandus eſt ſacrificaſſe, ſed additis C aliis actionibus ſacris circa hoſtiam: illas autem actiones priores facere debebat ſacrificaturus.

Quem adducebat coram oſtio tabernaculi, da quo ſuperius, *imponentque Aaron & filij eius manus ſuper caput illius*, poſtquam animal deſtinatum ſacrificio, ad oſtium tabernaculi teſtimonij delatum erat, is qui detulerat & offerri ſacrificariue poſcebat, & ſi eſſet ſummus ſacerdos, ipſe qui ſacrificare debebat, hoc ritu manus impoſitionis plenam abdicationem Dominij indicabat, quod prius habebat, quaſiqua manumiſſionem animalis, cum perfecta tranſlatione in dominium Dei, in cuius honorem ſacrificare debebat. alias rationes adducemus in medium in conceptibus. aliqui tenent ſolius fuiſſe ſacerdotis imponere manus ſuper victimas, ſed hoc refellitur, quoniam in omnibus aliis ſacrificiis dicitur, quod ipſe offerens debebat ponere manus ſuper caput animalis.

CONCEPTVS.

Quod Deo in ſacrificium offerimus, perfectè in eum transferamus.

Applicabis vitulum coram tabernaculo teſtimonij, Aaron & filij eius, ſuper caput illius manus imponant, ad quid hîc ritus impoſitionis manuum ſuper caput animalis offerendi? nam hoc omiſſo ſacrificium valeret, cum non ſit de illius eſſentia, cum teneant aliqui laicos nequaquam manum impoſuiſſe ſuper victimas quas Deo oblaturi erant in ſacrificium: aduerte quod cum manumittebatur ſeruus, manus imponebatur, quaſi Dominus annueret nollo amplius eum in ſua retinere poteſtate, ſed eius dominium in alium omnino transferre: dic

igitur hunc ritum non ſuperfluum eſſe, ſed eo A denotari, quod cum Deo in ſacrificium aliquid offerimus perfectè in eum transferimus. Abulenſ. audiendus Abul.q.15.in Leuit. *Cum aliquis offerebat animal, erat in poteſtate ipſius, cum vero obtuliſſet exibat eius poteſtatem: & ad hoc quod monſtretur offerentem excludere illud animal à iure ſuo, ponebat manus extenſas ſuper caput illius, quaſi iam illud non retineret in rebus, ſed Deo libenter cõcederet: eodem modo videtur eſſe in ſeruitutibus, nam cum aliquis ſeruus alterius erat manui eius ſuperpoſitus erat., id eſt ſub iure eius conſtitutus, cum vero in libertatem emittitur, à manu Domini liberatur. ideo qui ſeruilem conditionem exuunt, manumiſſi dicuntur quaſi à manu Domini emiſſi, vt poteſt Dominus eos in poteſtate ſua tenere nollet.*

Sacrificij oblatione Deum tacite deprecamur, B *vt pœnas peccatis noſtris debitas, dignetur in animal occidendum transferre.*

29. *Applicabis vitulum coram tabernaculo, imponentque Aaron & filij eius manus ſuper caput illius,* vitulus offerebatur pro expiatione peccati, cur ergo imponenda eſt manus ſuper caput animalis? potius ſibi imponenda eſſet, vt pro ſuo ſatisfaceret aliquomodo peccato? dicamus tamen hoc ritu, offerentem tacite imprecari pœnas, quæ ſibi debitæ erant ex delicto, à ſe Dei miſericordiâ, interuentu mactandæ hoſtiæ, in ipſam transferre, ipſamque ſuo loco occidere: ſicque demum acceptabilem fore hoſtiam atque vtilem in ſui expiationem, hoc eſt ad emundationem peccatorum, vel ad ſatisfactionem: accerſenda ſunt verba præf. C Epiſcopi. *Impoſitio manuum ſuper caput illius animalis, ſcilicet quod ſicut Deus occiſurus erat illum hominem pro peccatis, ita occideret illud animal loco illius, & in hoc magna erat pietas Dei, quia ſicut ſanguis cuiuſlibet peccatoris effundendus eſſet ad ſatisfaciendum Deo, ita accipiebat effuſionem animalis oblati loco ſanguinis humani.* Oleaſt. Calculum eumdem ſuum adijcit Oleaſt. *profitebantur hâc ceremonia offerentes ſe dignos, qui iugularentur propter peccata ſua, Domini vero miſericordia eorum necem victimæ oblatæ morte compenſari.*

Te ſimul cum hoſtia Deo in ſacrificium offeras.

30. *Applicabis vitulum coram tabernaculo, imponentque Aaron & filij eius manus ſuper caput* D *illius:* poſtquam adductus eſt vitulus ante tabernaculum, mactetur & immoletur, cur ſuper illius caput manus imponenda? Oleaſt. coniungenda? cur vterque coniungendus media manu ſcilicet, offerens & victima? quia te ſimul cum victima Deo in ſacrificium debes offerre. ita philoſophatur Luſit. in cap. 1. Leuit. Oleaſt. 4. *Voluit Dominus Deus vt de te ipſo ſacrificium faceres potius quam de animalibus, ideo voluit te coniungi victimæ tuæ in oblatione: ſunt qui bona ſua offerunt Deo ſuo, ſeipſos vero peccatis ſuis & diabolo, ne autem fieri contingeret, voluit te ſimul cum hoſtia tua offerri.*

Non fictè operemur, ſed cum recta intentione.

Applicabis vitulum coram tabernaculo, 31. *imponentque Aaron & filij eius manum ſuper caput illius,* quod quidem iuxſt io vacuum non eſt, ſed quoduam inſinuatur? nonne manus bona opera deſignant, ſicut & caput intentionem?. nonne ſponte & libere etiam à nobis mouentur manus? dic ergo manus imponere ſacerdotem capiti, vt innueret ſponte & liberè, non ficte & ad oſtentationem, vel timore pœnæ, bona opera quæ manus deſignant, operari debemus illa capiti ſuperponentes, hoc eſt rectæ intentioni tanquam principio humanarum actionum, quemadmodum & hæ principaliter pendent, ſecundum phyſicum influxum atque efficientiam ab eodem & ſponte & facile manus mouentur. hæc habet Heſichius Theodor. imo & Theodoretus cuius verba ſubijcio q. 1. in Leuit. *Qui victimam offerebat, imponebat ſuper caput eius manus, tanquam ſuas ipſius operationes, per manus enim denotantur actiones, pro quibus equidem offerebat hoſtiam.*

Non manibus impuris Deo ſacrificium offerendum.

Applicabis vitulum coram tabernaculo, im- 32. *ponentque Aaron & filij eius manus ſuper caput illius.* Quaſnam manus? an illotas? Philo tenet ablutas, quem ſequitur Comeſtor hiſt. in Leuit. cur manus abluendæ, cûr aquis mundâdæ, vt capiti victimæ imponantur? vt ſacrificans innueret manus ſuas in hoc ſacrificio, nec muneribus corruptas, nec innocentiſſimo ſanguine pollutas, noxam, iniuriam, vim nemini intuliſſe, nulli rei turpi præbuiſſe miniſterium, ſed rebus honeſtis: hoc verſat præclarè Philo Philo. Alexand. lib. de victimis. *Cæterum quod manus* Alexand. *imponatur capiti victimæ, euidens indicium eſt innocentiæ, vitaque ſine culpa exactæ iuxta leges naturæ, & diuina oracula: poſtulat enim Deus à ſacrificante primum bonam mentem, pietate exercitam, deinde vitam benefactis ornatam, vt dum manus imponis, poſſit libera conſcientia dicere, manus hæ muneribus non ſunt corruptæ.*

Deuote Deo munera noſtra offeramus.

Applicabis vitulum coram tabernaculo, 33. D *imponentque Aaron & filij eius manus ſuper caput illius,* illum iugulent, illum mactent, nonne ſi iugulant, etiam ei manus imponent? vnum enim ſine altero nequaquam fieri poteſt. cur ergo hoc ſpecialiter ſtatuit, vt manuum impoſitio fiat capiti victimæ? non reiicienda Radulphi ratio lib. 1. cap. 1. in Leuit. *Manus im-* Radulph. *poſitio deuotionem offerentis inſinuat, in omni enim placito cum ad propoſitam ſententiam diuerſorum conſenſus appetitur, per manus appoſitionem ſignificatur: tunc quippe his quæ dicta ſunt ſe fauere demonſtrant, cum manus accommodant: cum igitur offerentis manus ſuper hoſtiæ ſuæ caput imponitur, innuitur nobis quod volun-*

tarie

tarie Deo ſacrificandum ſit, vt acceptabilis eadem A
fiat oblatio.

Opera virtutis ſecundum rectam rationem fiant, non indebitè ſicut nec ſatisfactio.

14 *Applicabis vitulum coram tabernaculo, imponentque Aaron & filij eius manus ſuper caput illius*, per caput vituli principale mentis id eſt ratio deſignatur, ſecundum illud Matt. 6. vnge Matt. 6.
caput tuum, & faciem tuam laua: per manum intelligitur operatio. iuxta illud Pſal. 11. anima Pſal. 11.
mea in manibus meis, manus etiam quinque conſtat digitis, quibos ſatisfactio innoitut, quæ quinque conſtat partibus, quæ ſunt aſperitas veſtis, abſtinentia cibi, virtus orationis, interruptio ſomni, largitas eleemoſynæ: de his propheta dicit, induebam me cilicio, & humiliabam io ieiunio animam meam, & otatio mea in ſinoin coouertetur, & media nocte conſurgebam ad confiteodum nomini Domini. quo poſito, cur manos impouitur ſupet caput? nonne conuenientius poneretur ſub capite? beue ſupet caput, quia opera virtutis & ſatisfactionis non iodebite, ſed ſecundum rectam rationem fieri debent: adeſt Innocent. 3. ſetm. de conſecratione max. pontif. ad hanc veritatem ſtabiliendam *Tunc manum ponimus ſuper caput vituli, cum operationem conſtituimus ſuper rationem, vt ſecundum Apoſtolum rationabile ſit obſequium noſtrum, vt dignos fructus pœnitentiæ faciamus in omnibus, & in ſatisfactione debet ponere manum ſuper caput vituli vt rationale ſit eius obſequium, ne forte iumentum ſi nimis fuerit oneratum ſuccumbat, ſi parum fuerit* B *oneratum laſciuiat: ſecundum modum culpæ ſit modus pœnæ penſatio qualitate pœnitentiæ non ſit tam leuis, vt præſumatur, nec tam grauis vt deſperetur.* Innocen.

VARIET. LECT. Verſ. 11. & 12.

V*Vlg.* Et mactabis eom io conſpectu Domini ioxta oſtium tabernaculi teſtimonij.

Cald. Immolabiſque vitulum.

Sept. Mactabis in oſtio tabernaculi *Mont.* conuentus.

Pag. In oſtio conuentus, *Oleaſt.* adunationis.

Vulg. Sumptumque ſanguinem vituli pones ſupet cornua altaris, digito tuo, reliquum autem ſanguioem effundes iuxta baſim altaris.

Cald. Et tolles de ſanguine vituli, &c. & totum ſanguioem effuodes ad fundameotum altaris.

C *Onk.* Tolleoſqoe de ſaoguine iuuenci, dabis ſuper cornua altaris.

Mont. In digito tuo.

CONCORDIA.

VErbum יסד iaſid à quo יסוד ieſod id eſt fundamentum, & baſis ſignificat ſecondum aliquos non ſolum fundare, ſed & cooſilium dare, citant illud Pſalm. 2. principes ooſedo id eſt conſiliati ſunt pariter, quod germanius vertas iuxta priorem ſignificationem, fundati ſuot pariter, ſeu mutuis conſiliis, qoo- D niam alius alium fulciebat conſilio & adiutorio, quare ſtatim ſequitur, diſrumpamus vincula eotum, & proiiciamus à nobis iugum ipſorum, conabantur enim motuis copiis legem Dei infringere. verbum שחט ſachat interpretatur iogulare, mactare, immolate.

EXPOSITIO.

M*Actabis enim*, ſcilicet tuô Moyſes, quia ſolus tunc fuogebatur munere ſacerdôtis, *in conſpectu Domini*, id eſt coram arca & propitiatione, *iuxta oſtium tabernaculi*, in atrio in quo erat altare holocauſti, *ſumptumque ſanguinem vituli*, ex vaſe iotra quod ſanguis victimæ continebatur, *pones ſuper cornua altaris*, nempe quatuor partes altaris extremas, *digito tuo*, digitus forſan collectiue poſitus eſt, pro digitis, vel pro vno. ſed pro principaliore nempe pto pollice i certe commodius lotio fit doobus aut pluribus digitis, & aſperſio vix aliter fieri poteſt: quæ tamen etiam digito facta ſcribitur Leuit. 4. digito ergo cornua altatis, non holocauſti, ſed thymiamatis io quo gratiſſimi odores Domioo incendebantur ſanguine victimæ tingebantur: *reliquum autem ſanguinem vituli effundes iuxta baſim altaris*, holocauſtorum, quod collocatum erat longius verſus oſtium tabernaculi, & vt honc effunderet, regrediendum erat ſacerdoti ab altari thymiamatis, ad altate holocauſtorum.

CONCEPTVS.

Per omnia Dei præcepta excurrendum, vt rite Deum colamus.

35 *Mactabis eum in conſpectu Domini*, & de ſanguine illius ponetur ſuper cornua altaris, quod autem reliquum, effundetur iuxta baſim Leuit. 1. holocauſtorum altaris: ſed Leuit. 1. aliquid de hoc ritu amplius dicitur, nempe vt per altaris circulum funderetur. ſic enim dicitur, immolabit vitulum coram Domino, fundentes ſanguinem per altaris circuitum; cur per circuitum? fundatur in poſteriori parte altaris, non in anteriori, & ſic non in circuitu, ne ſacrificantis inquinet veſtimenta: in circuitu funditur, quo ſignificatur, per omnia Dei præcepta excurrendum nobis eſſe, vt rite Deum colamus. rem ita eleganter & ad mentem noſtram accommodatè explicat Philo, vt nefas duxerim Philo. quæ ille ſcribit ſilentio inuoluere: ſic autem habet lib. de victimis. *Sanguis funditur circa altare, quia circulus, figura eſt perfectiſſima: ne huius libationis ſit exors vlla pars animæ: nam animam quodammodo libare videmur ſanguine*: figurate itaque docemur vt integra mente, in vrbem agitante, per omnes conſiliorum, dictorum, factorumuè ſpecies Deum colamus, nulla ſit animæ, imo & nulla corporis facultas, quæ Deo non litet, nullum ſit boni operis genus, nullum ſanctitatis per quod qui Deum colit, non excurrat. huic ſenſui ſubſignat Iſychius ad Leuit. c. cit. vbi per altare Chriſtum intelligit, per circuitum, eius in rebus omnibus imitationem. *In circuitu* (inquit) *vt in omnibus quidem eum imitemur*, grata Deo victima fueris, ſi altare iſtud circumeas, & mortificationis vt ita dicam, ſanguis, mente & corpore mactatis, in orbem abeat, circulumquè abſoluat.

Peccatum cordis in cogitatione diluatur, peccatum locutionis in ore, peccatum operationis in conſuetudine.

36 *Mactabis eum in conſpectu Domini*, per vitulum qui immaculatus eſſet debet, moraliter Pſal. 50. intelligere debemus ſpiritum contribulatum, quia ſacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non ſpernit. hic vitulus, hæc hoſtia, hoc ſacrificium debet offerri Domino pro peccato, vt vitulus qui fuerat peccando indomitus per ſuperbiam, pœ- Matt. 11. nitendo per humilitatem dometur, & iugum Domini ſuſcipiat: de quo dicit in Euangelio, iugum enim ſuaue & onus meum leue: tum Deus acceptabit ſacrificium iuſtitiæ, tunc impones ſuper altare tuum vitulos. verum cur adducere debet eum ſacerdos ad oſtium tabernaculi? cur ponere manum ſuam ſuper caput eius? & cur immolare in conſpectu Domini? vt diluatur peccatum cogitationis in corde, peccatum locutionis in ore, peccatum operationis in conſuetudine. adducit enim ad oſtium tabernaculi per oris confeſſionem, ponit manum ſuper caput eius per operationem, immolat eum per cordis contritionem: quod ſic explicat Innocent. 3. ſer. 1. de conſecra. pontif. Si per tabernaculum intelligimus corpus, in quo ſecundum Apoſtolum peregrinamur à Domino, profecto per oſtiū tabernaculi debemus os corporis intelligere, de quo dicit Dauid, pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtiū circumſtantiæ labijs meis: ad hoc oſtium vitulus ducitur, cum ad confeſſionem oris ſecretum cordis progreditur, dic inquit iniquitates tuas, vt iuſtificeris: iuſtus enim in principio ſermonis accuſator eſt ſui; qui coram Deo ſemetipſum accuſat, illum Deus excuſat, & qui corā Deo ſemetipſum excuſat, illum Deus accuſat. recurramus ad Euangelium, ibi inueniemus exemplum; duo homines aſcenderunt in templum vt orarent, multum diſtat inter confeſſionem criminis quæ fit in humano iudicio, cum reus confitetur plectitur in iſto abſoluitur, ideoque propheta deprecatur: non abſorbeat me profundum, neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum. ſed valde cauendum eſt, ne quis ad oſtium tabernaculi, non vitulum ſed vulpem adducat; nam peccata ſua partim reuelat, & partim occultat; vel vnam partem vni & alteram partem alteri confitetur: vel exprimit factum, & ſupprimit intentionem ſeu crimen attenuat & excuſat, is non vitulū ſed vulpem profecto adducit, nam vulpes foueas habent, & volucres nidos, nos autem ſecundum prophetam reddamus vitulos labiorum noſtrorum, omnem omnino peccati circumſtantiam confitentes; ſecundum quod magis peccauimus: in loco, in tempore, in numero, in perſona, ſecundum ætatem, ſecundum ſcientiam, ſecundum gradum, ſecundum ordinem, ſi facile, ſi frequenter, ſi manifeſtè, ſi perſeueranter. hoc enim præcipitur, vt adducatur vitulus ad oſtium tabernaculi coram Domino, qui ſcrutatur renes & corda, cuius oculis omnia nuda ſunt & aperta, quem nullum latet ſecretum, nullum fallit occultum, in humano quippe iudicio cum reus confitetur peccatum, iudex inſtruitur, in diuino iudicio, cum reus confitetur peccatum, Dominus obliuiſcitur: nam quacumque hora peccator fuerit cōuerſus, & ingemuerit, omnium iniquitatum eius non recordabor ait Dominus. caueat ergo ſacerdos cui confitetur peccator, non vt homini ſed vt Deo, ne forte poſt confeſſionem auditam recordetur peccati: hoc eſt ne verbo vel ſigno innuat ſe ſcire delictum, quia non dicitur, vt vitulus adducatur ad oſtium tabernaculi coram homine, ſed coram Domino, grauius enim peccat ſacerdos qui peccatum reuelat quam homo qui peccatum committit.

Fruſtra quis pænitet, niſi de vniuerſis pæniteat

Mactabis eum in conſpectu Domini, nonne ſatis eum adduxiſſe ad oſtium tabernaculi? manus ſuper caput poſuiſſe? cur adhuc & iugulare tenetur? cur immolare? vitulum immolare eſt conterere, ſecundum Apoſtolum moriatur peccato & viuat iuſtitiæ, cum ſic occiditur, tunc iuſtificatur, cum ſic percutitur, tunc

ſanatur: ego, inquit Dominus occidam & viuere faciam. Percutiam & ego ſanabo; mortificetur ergo vitulus noſter, immoletur vt de cæteris non reuiuiſcat; en cur non ſolum adduci debet ad oſtium tabernaculi, ſed etiam immolari non enim ſatis peccata confiteri, non eſt ſatis dimidiatim pœnitere de his, niſi de vniuerſis pœniteas, niſi omnino quod cōmiſeris per integram deleas pœnitentiam: *Sunt quidam* (inquit præf. ſummus Pontifex) *qui vitulum ferunt, ſed non immolant, hi ſunt qui de vno peccato pœnitens ſed in alio delectantur; ſed fruſtra quis pœnitet niſi de vniuerſis pœniteat: quia Deus veniam non dimidiat: totum enim hominem ſanum fecit in ſabbatho, rurſus ſeptem dæmonia ſimul eiecit, ſeptenario numero deſignans vniuerſitatem criminum dimiſſorum: ita ab alio, legionem dæmonum effugauit, oſtendens quia quæcunque ſunt in vno peccata, oportet de omnibus pœnitere:* B *mortificetur ergo vitulus noſter & immoletur, & de cætero non reuiuiſcat ad culpam, irriſor enim eſt, non pœnitens, qui adhuc agit, quod pœnitet: canis reuerſus ad vomitum, eſt pœnitens ad peccatum.*

Chriſtum Dominum reuoluamus, vitioſos affectus a nobis eiiciemus.

38. *Mactabit eum in conſpectu Domini*, ſed reliquum eius ſanguinis fundes iuxta baſim, ſanguis ſicut vita eſt carnis, ſic in prauis deſideriis carnalium operum ſubſiſtentia; funde ſanguinem, caro peribit, tolle malam voluntatem nec erit qui malum operetur; ſed cur iuxta altare ſanguinem illum effundere præcipimur? aduerte Chriſtum eo deſignari; Dominus quippe Ieſus altare noſtrum eſt, quia oblationes noſtras C ei impoſuimus, per ipſum enim ſi quid boni agimus, patri acceptum fieri poſſe ſperamus. vnde Petr. Apoſt. offerentes inquit ſpirituales hoſtias, acceptabiles Deo per Ieſum Chriſtum: cur per circuitum huius altaris, vt habetur Leuit. 1. vel iuxta baſim effundendus eſt ſanguis vituli immolati? vt Chriſtum Dominum omnibus modis reuoluentes, & circuientes affectus à nobis repellamus prauos. hæc eadem habet Radulp. Flauiac. in c. 1. Leuit. *Altare Chriſtum accipiamus, per circuitum fundendus eſt ſanguis noſter, vt ſcilicet dum Chriſti virtutes mente reuoluimus, vitioſos affectus à nobis eiiciamus: v. g. dum manſuetudinem illius recolimus, noſtram iracundiam abdicamus, attendentes eius humilitatem, ſuperbiæ noſtræ renuntiamus: ſingularem illius munditiam conſiderantes, noſtram impudicitiam deteſtamur: ſicque ſingulas eius virtutes mente* D *perluſtrantes, ſi ei conformari volimus, noſtra à nobiſmet mala abſcindimus.* Radulp.

Non ab hominibus, ſed à Deo approbationem operum noſtrorum expectemus.

39. *Mactabis eum in conſpectu Domini*, cùm vbique ſit præſens, cur ſtatuitur vt immolatio fiat in conſpectu eius, cum aliter fieri poſſit? nobeat vt corā hominibus vitulus in ſacrificium offeratur, & offerentis deuotionem intentur? recte Flauiac. *Non coram hominibus vt videatur ab* A *eis, ſed coram Domino vt ipſe ſcilicet videat & approbet, ab eo non à mortalibus operum noſtrorum approbationem expectare debemus.* Flauiacen.

Niſi vindictam de peccatis noſtris exigeremus, ipſemet Deus à nobis ſumeret.

40. *Mactabis eum in conſpectu Domini &c. reliquum ſanguinem fundes iuxta baſim altaris*, de hoc ritu mentio fit Leuit. 4. offerent filij Aaron ſacerdotis ſanguinem eius; fundentes per altaris circuitum, quid tibi, ô Deus puriſſime cum ſanguine? ſanguis maculat, tu autem es mundiſſimus: ita ne ſitis ſanguinem, vt circa altaris circuitum iubeas effundi? recte ad mentem noſtram Oleaſt. Leuit. 1. *Commonetur maxime Dominus & traſcitur peccatis noſtris, &* B *vindictam ſtatim ex nobis eſſet ſumpturus, niſi nos prius in animali iugulatos cerneret, voluit enim nos ſub iras victimæ ſanguine occultere, vt nos quaſi iugulatos videns, vindictæ manum retraheret: voluit enim hac cærimonia ac ſanguinis aſperſione adumbrare, quod Paulus 1. ad Corint. 11. expreſſit. ſi noſmet ipſos iudicaremus non vtique iudicaremur à Domino, quid enim puniet Dominus in ſeruo, quem viderit flagellare & punire ſeipſum?* Oleaſt. 1. Cor. 11.

Si in hac Eccleſia militante Deo placere volumus, à prauis ceſſemus operibus, nam in triumphante virtutum noſtrorum odore famulabimur.

41. *Mactabis eum in conſpectu Domini, ſumptumque ſanguinem vituli pones ſuper cornua alta-* C *ris, & reliquum ſanguinem fundes iuxta baſim altaris.* Nempe holocauſti, nam alter ſanguis ponebatur ſuper cornua altaris thymiamatis: altare holocauſti foris in atrio, ante oſtiū tabernaculi, altare vero thymiamatis in tabernaculo ante ſanctuarij ingreſſum contra arcam velo tantum interpoſito collocabatur: altare holocauſti æreum, illud vero aureum erat, altari holocauſti præſens Eccleſia deſignatur, ipſa enim adhuc foris ſtat, & patriæ ſupernæ ingreſſum expectat, æs valde ſonorum eſt; nos vero quamdiu hic ſumus ex fide viuimus, quæ fides ex auditu eſt; æs itaque altaris fidem ſignificat, quæ ex ſono concipitur auditionis: altare quoque illud interius, quod aureum eſt, & gratiſſimum Domino, Eccleſiam triumphantem deſignat, quæ claritate perfunditur diuinæ contemplationis: & accepta Deo eſt, quia nullum omnino D quo diſplicere poſſit culpæ veſtigium habet: quo poſito, cur in altari holocauſti carnales victimæ cæduntur, quarum ſanguis iuxta fundamentum altaris effunditur, in altari autem aureo nonniſi thymiama odoriferum incenditur? opportune Radulp. lib. 2. in Leuit. c. 4. *Quia in hac præſenti vita ſi Deo placere volumus, & carnem à prauis operibus compeſcere, & affectum peccandi à nobis excludere opus habemus: at in altari aureo nonniſi thymiama incenditur, quo iam beata illa Angelorum ſocietas, nonniſi virtutum ſuarum odore famulatur.* Radulp.

Paſſio Domini omnibus, ſed potiſſimam abundantiori ſcientia, & charitate præditis imprimenda.

Mactabis eum in conſpectu Domini, ſumptumque ſanguinem pones ſuper cornua altaris, & quod ſupererit de ſanguine iuxta fundamentum altaris fundetur. cur cornua altaria & fundamentum illius ſanguine aſperguntur? cur ſublimior & inferior pars? nonne ſatis erat eminentiorem, nempe cornua ſanguine intingi? Eccleſiam diximus altari deſignari, cornua quæ eminentior pars illius, ſunt qui maiori & ſcientia & charitate pollent, baſis autem quæ A eſt in inferiori parte, ſunt inferiores in Eccleſiâ, dic ergo iure merito non ſolum fundamentum altaris, ſed etiam cornua eius irrigari ſanguine victimæ, quia paſſio Domini omnibus, ſed potiſſimum abundantiori ſcientia & charitate præditis imprimenda: hæc habet præf. Radulph. c. 3. lib. 3. *Hæc cornua ſanguine vituli Moyſes principaliter tangit, quia ſcriptura diuina eorum cordibus qui ſcientia & charitate amplius abundant memoriam paſſionis Christi altius imprimit: ſed reliquiæ ad altaris baſim fundantur, cum tanti ſanguinis recordatio non ſolum ſublimiores tangit, ſed etiam inferioribus tradita in eorum fide perpetualiter viuit.*

VARIET. LECT. Verſ. 13. & 14.

V*Vlg.* Sumes & adipem totum qui operit inteſtina, & reticulum iecoris, & duos renes, & adipem qui ſuper eos eſt, & offeres incenſum ſuper altare. B

Sept. Et ſumes omnem adipem qui ſuper ventrem, & pennam iecoris, & duos renes, & adipem qui ſuper eos eſt, & impones ſuper altare.

Theodot. Adipem ventriculo adiacentem, & ambos renes, & totum adipem, & lobum hepatis, quem alij interpretes (inquit) vocauerunt ſuperfluum.

Cald. Et reticulum quod eſt ſuper iecur &c. & incendes ſuper altare.

Onk. Vna cum adipe, qui illis adhæret. C

Pag. Capies omnem adipem operientem inteſtinum, & fibram cum hepate, & ſoffire facies ſuper altare.

Oleaſt. Accipies reſiduum quod eſt ſuper graue.

Caiet. Et ſuperfluum ſuper epar.

Vulg. Carnes vero vituli, & corium, & fimum combures foris extra caſtra, eo quod pro peccato ſit.

Cald. Expiatio enim eſt.

Pag. Sacrificium pro peccato eſt, ſic Onk.

Mont. Combures in igne ab extra caſtrametationem, peccatum hoc.

Vatab. Peccatum eſt.

CONCORDIA.

Dictio interpretata reticulum ait Caiet. ab aliis fibra redditur, in Hebr. tamen ſonat ſuperfluum, ſic autem Oleaſt. prior dictio היותרת ioteret quod fibram vertimus, à iatar quod eſt reſiduum eſſe ſeu remanere ortum habet: altera vero ſcilicet כבד chabed grauitatem ſignificat, vnde locus ſic reddendus; accipies reſiduum, quod eſt ſuper graue: per quod graue meo iudicio intelligit aut epar, aut illa quæ animal grauare ſolent, & per reſiduum intelligit aut reſiduum adipis, aut epar, ſplen, & alia quæ videntur vtrimque ſeparata, quemadmodum viſcera: aduerte quod dictio iatheret quandoque etiam pro aruina, & adipe eiuſdem D iecoris accipitur, ſic enim Leuit. 8. verſ. 16. adipem vero qui erat ſuper vitalia & reticulum iecoris, duoſque renunculos cum aruinulis ſuis adoleat ſuper altare, interp. & offeres incenſum, Hebraice eſt והקטרת vehitakrat quod proprie ſuffimigabis, adolebis, incendes, ſacrificabis, reddi poteſt: eſt enim katar verbum omnia hæc ſignificans; quod pro peccato legit interpres, Hebraice eſt חטאת הוא chattah hu, hoc eſt peccatum eſt ſiue ipſum, qua locutione diſcimus ſacrificium dici peccatum, quia ſatisfactio fit & reconciliatio Dei pro peccato, vnde recte noſter interpres vertit eo quod pro peccato, quod Cald. clarius exprimens reddit, expiatio enim eſt, alij ſacrificium pro peccato reddiderunt.

Oleaſt.

EXPOSITIO.

S*Vmes & adipem totum*, adeps eſt vnctoſum illud, quod muſculorum extremitatibus membranisque adhæreſcit, & frigida ſanguinis portione, quæ à venis excidens, exanguibus, ideoque frigidis membranis adhæret, ibidemque non ſecus atque oleum frigore concreſcit, in ventre in primis magna eius copia colligitur, quod ea pars membranoſa ſit & à fonte caloris longiuſcule diſſita & licet adipem à pingui multis diſcriminari dicant, quandoque pro eodem vtrumque ſumitur: *qui operit inteſtina*, quæ ſunt quaſi membranei cauales qui in inferiori ventris parte ſunt, alimentorum excrementa à ventriculo

excipiunt, longiſque prbium aofractibus, tandem per ſeceſſum eiciont. *& reticulum*, quod eſt panniculus ad modum retis cui appenditur epar, & habet aliquid pinguedinis. *iecoris*, iecur eſt viſcus incraſſato ſanguini ſimile, ſedes concupiſcentiæ, venarum omnium primarium & primum à Græcis ipar, Latioorum vſo hepar dicitur. *duoſque renes*, ſumuntur hîc pro partibus rotundis, quæ lombis adhærent ab inferiori corporis parte.

Offeres incenſum ſuper altare, ita vt nihil illius remaoeat, qood non comburatur; licet autem interpres dixit offeres inceoſom, intelligendus eſt ad modum iocenſi, nam incenſum de aromatibus incenſis, ſiue quæ ad ſuauem odorem exhibendum inceodi ſoleat, proprie dicitur, quod fiebat in altari thymiamatis.

Carnes vero vituli &c. combures foris extra A *caſtra*, ratio cur hæc omnia extra caſtra comburenda ſint redditor, *ex eo quod pro peccato ſit*, oon qood omois hoſtia pro peccato hoc modo comboreretur, ſed quod hoſtia pro peccato ſummi ſacerdotis aut pro multis, quorum vnus ipſe eſſet, hoc modo combori debea. aduerte autem quod dictio Hebraica quam noſter interpres tranſtulit incenſom, noo quamcumqoe comboſtionem ſeu incendium ſigoificat, ſed incendium qood fit ad modom thurificationis, hoc eſt ooo ita vt res comburatur, flamma conſumente in momento, ſed ad inſtar thuris, vt paulatim reſoluatur in fumum. præcepit ergo Domious ignem ita temperandum, vt carnes holocauſti & ſimiliter adipes & renes & oon inflaiomentur, & ſtatim incende- B rentur, ſed ſic conſumantur vt paulatim reſolnantur io ſumiles euapotationes.

CONCEPTVS.

Diutiſſime diuino vacemus obſequio.

43. *Sumes & adipem totum qui operit inteſtina, & reticulum iecoris &c. offeres incenſum ſuper altare.* Si in altari holocauſtorum hæc omnia comburenda ſunt, in altari autem thymiamatis incenſum: cur ait adipem, reticulom iecoris offerenda eſſe iocenſa ſuper altare? iam diximos ideo ſic locutū, quia nolebat Deus ita combori hæc omnia, ita vt in inſtanti flamma ea deuoraret, ſed paulatim, ad inſtar thuris quod non momento, ſed temporis interuallo in fumum reſoluitur. verum cur noluit Deos vt hæc omnia in inſtanti ab igne conſumerentur? oon ineruditè ſed præclare ſatisfacit Vincent. de Marzilla, *Vt offerens ſacrificium, diutius vacaret diuino cultui.* (Vinc. Marz.)

Deum, vt ipſe vult, in ſacrificiis honoremus.

44. *Sumes & adipem totum qui operit inteſtina, & reticulum iecoris &c. offeres incenſum ſuper altare*, & etiā Cald. incendes ſuper altare in holocauſtum. cur hæc omnia quæ ita ſunt vilis pretij, vt etiam apod homines nullius ſint æſtimationis, Deus ſibi in ſacrificiom offerri poſtulat? maiora quæ tantæ maieſtati debentur expoſcat offerenda? nullo licet eximij & quaſi infiniti pretij indiget, & ideo ſi parua exigit, non quia his opus habet, ſed vt in paruis honoretur ſecundum ſuam exigentiam & iuſſionem: hanc rationem habet Guill. Pariſ. lib. de legib. c. 2. *Prima ac præcipua cauſa fuit Dei honorificentia ſeu veneratio, omnis enim cultus Deo honorificus eſt, quo ipſe ſibi vult ſeruiri: & propter hoc altare ſibi ædificari voluit: altare enim eſt ſecundum vnum officiorum ſuorum diuini honoris titulus, & memoriale inſigne, talibus ergo muneribus honorabitur Deus,* non *quidem pretioſitate ipſorum, ſed electione, inſtitutione & acceptione ipſorum à parte ſua: obedientia vero & deuotione offerentium a parte ipſorum: hac igitur honorifica efficiebat Deo huiuſmodi ſacrificia, videlicet, quæ ipſe elegerat, inſtituerat, & accepta habebat, quæ & obedienter & deuote offerebantur; neque enim coli voluit neque colendus erat adinuentionibus humanis, ſed magis ritu electionis & inſtitutionis ſuæ: ipſe enim melius ſemper nouit, quod & æquale ei ſeruitium magis placet, magiſque ſit ei gratum.* (Guill. Paris.)

C

In quibus nobis eſt largior & beneficentior Deus, in his maiorem gratitudinem erga eum præbeamus.

45. *Sumes & adipem totum qui operit inteſtina vituli &c. & offeres incenſum altare*, vitulum cum ſuis partibus poſtulat ſibi offerri in ſacrificium, & ex aliis quadrupedibus ouem, & capram: nomine autem vituli etiam intelligimus bouē & vaccam; neſcio cur potius hæc animalia appetit, cum hominum veſtitui & cibo ſint neceſſaria? aduerte apud Iudæos maximam fuiſſe eorum abundantiam; en cur de iis vult ſibi fieri ſacrificium? in quibos enim nobis eſt largior & munificentior, in his maiorem à oobis poſtulat gratitudinem & honorificentiam: hoc habet præf. Epiſcopus Pariſ. *Hæc ſunt maxime neceſſaria humano victui & veſtitui, quia apud patres abundabant: in his ergo quibus ipſi maxime vtebantur, maximè voluit communionem & participium habere cum eis, & de his in quibus largior erat beneficentia eius erga eos, voluit ſibi maiorem recognitionem & honorificentiam exhiberi.* (Præf. Epiſc.) D

Non debent in vſum ſacerdotum venire quæ pro peccato offeruntur.

46. *Sumes & adipem totum qui operit inteſtina vituli &c. & offeres incenſum ſuper altare.* quod autem reliquum fuerit, an to vſum ſacerdotum ſeruabitur? neqoaquam, nam

carnes vituli, cornua extra caſtra comburētur, ſi ipſi ſacrificium offerunt, cur ſaltem dimidia pars victimæ in vſum ſuum nō cedit? quia quæ offerūtur pro peccato ſacerdotū in eorū vſum non debent venire. audiendus Angel. Doctor

Ang. Doct. 1.2. quæſt. 101. art. 3. ad 8. *Sacrificium pro peccato ſacerdotis quando fiebat, tunc totum comburebatur, non enim debebant in vſum ſacerdotum venire ea quæ in peccato eorum offerebantur, vt nihil peccati in eis remaneret: & quia hoc non eſſet ſatisfactio pro peccato, ſi enim cederet in vſum eorum, pro quorum peccatis offerebatur idem eſſe videretur ac ſi offerretur.*

Cum fœteant vitia noſtra Deo, neceſſe eſt vt medeis ſacrificiis bono odore recreetur.

47. *Sumes & adipem totum qui operit inteſtina, & reticulum iecoris &c. offeres incenſum ſuper altare.* Pag. & Oleaſt. & ſuffire facies ſuper altare. cur Deus fumigationum amator? cur ad modum incenſi, cuius odor recreat offerri debet ſacrificium pro peccatis? qui ita Deo fœtent vitia noſtra, vt omnino ea tolerare non poſſet, quin peccatores omnino diſperderet, niſi odor ſacrificiorum eum detineret.

Oleaſt. ſiſto Oleaſt. hæc annotantem. *Fœtent valde vitia noſtra Deo, quare quamprimum nares eius einſmodi fœtor tangebat, excitabatur furor eius ad delendos eos: quemadmodum ſi nobilis fœtorem domi olfaciat, clamat, conqueritur, cui bonis & odoriferis ſuffitibus occurritur, & ab ira quieſcit: ſic Domino peccatorum noſtrorum malo odore concitato huiuſmodi fumigationibus occurrebatur, ne in peccatorem ſæuiret, vnde ſæpius huiuſmodi ſuffitus vocatur odor quietis, quod humano modo Deum ab irá quieſcere faceret.*

Non ſolum peccatum à nobis repellamus, ſed quaſcumque occaſiones illius.

48. *Sumes & adipem totum qui operit inteſtina, reticulum iecoris &c. offeres incenſum,* & quid amplius? an ſaltem carnes vituli ſeruabuntur? nequaquam, ſed cum pelle & fimo extra caſtra comburentur: quid tibi curæ vituli excrementum ita vt velis etiam comburi? licet id non iuſſeris, nonne, in aliquem locum infamem proiicietur? merito id præcipit quia non ſolum peccatum hoc vitulo ſignatum, à nobis repellere debemus, ſed quidquid illius eſt, longe à nobis amouere: ſuffragatur nobis

Luſitanus. doctiſſimus Luſitan. *Apertiſſime locus iſte oſtendit, quam abhorreat Deus à peccatis noſtris, qui non ſolum faces & fimum ſacrificij pro eo, relegare iubeat, ſed & carnes extra caſtra in locum immundum proiici, nihil reliquiarum remanere permittens: vt ex hoc loco diſcamus non ſolum peccata longe à nobis ablegare, ſed nihil reliquiarum eius in nobis permittere, ne Deus reliquiis offenſus, oculos à nobis auertat cum viderit.*

Polluitur quaſi altare Dei his quæ peccatum deſignant.

Sumes & adipem totum qui operit inteſtina, reticulum iecoris &c. carnes vero vituli & corium & fimum combures extra caſtra, 49. comburantur in caſtris, vel ſaltem in altari: cur ſi tibi in ſacrificium offertur vitulus, eius carnes altari non imponentur cremandæ? tale eſt peccatum, vt etiam ea quæ illud ſignificant, nolit Deus ſuis imponi altaribus ne pollucrentur. fauet præf. Oleaſt. Leuit. 4. *Non ſuſtinet ea in ſuo altari cremari, quoniam his illud pollui timet, ſed cuncta hæc extra caſtra vehenda ſunt & cremanda.* Oleaſt.

Maxime Deus peccata ſacerdotum deteſtatur.

Sumes & adipem totum qui operit inteſtina, &c. carnes vero vituli & corium & fimum combures extra caſtra, cur hic labor ſacerdotibus imponendus, vt extra caſtra deducant & efferant huiuſmodi carnes vitulorum, imo etiam fimum eorum extra caſtra? dices cum noſtro Nicolao Lyrano id fieri, vt ſignificetur, quod peccata & circumſtantiæ eorum longa debent eſſe à ſacerdotibus, qui pro peccatis ſuis & populi deprecantur. ſed inquies, hoc non ſolum obſeruari in ſacrificio oblato pro peccatis ſacerdotum, ſed etiam in ſacrificio oblato pro peccato populi totius: nam cum vniuerſus peccaret populus, immolabatur pro peccato eius vitulus, & carnes eius cum fimo & pelle extra caſtra comburebantur, vt patet Leuit. 7. reſpondebis, quia non ſolum debent peccata & peccatorum circumſtantiæ longe eſſe à ſacerdotibus, ſed etiam à popularibus, ideo in ſacrificio vtroque pro peccato debebant carnes vituli extra caſtra efferri. verum hoc non ſtare contendes, quia non efferebantur in quolibet ſacrificio extra caſtra carnes vituli, vt patet in ſacrificio pro peccato principis, vel alicuius perſonæ particularis, cur ergo carnes vituli pro peccato ſacerdotum potius efferuntur extra caſtra comburendæ? hoc erat in deteſtationem peccati ſacerdotum, quod erat magnum intenſiue per ſe & extenſiue per accidens, & peccatum populi erat magnum intenſiue, ideo in his duobus ad deteſtationem magnam comburebantur præfata extra caſtra. 50. N. Lyranus.

Omnes noſtræ concupiſcentiæ in nobis moriantur.

Sumes & adipem totum qui operit inteſtina, reticulum iecoris, duos renes &c. & offeres incenſum ſuper altare. Cur hæc omnia ſpecialiter enumerantur? nonne ſatius eſſet dixiſſe, vt vitulus omnino incenderetur nulla partium facta mentione? Theod. arbitratur his, concupiſcentias noſtras denotari: & ſic merito enumerari, omnes enim in nobis emori debent. 51.

Theodor. eius verba proferam. *Altari intenſum imponebatur, offerebatur ſimiliter adeps ventriculi, duo renes, ipſiuſque iecoris fibræ, quæquidem omnia tantum quam nobis affectionum ſunt ænig.*

mata eſſe exiſtimarim, adeps namque qui ventriculum operit, gulæ atque abdominis vitium indicat, renes vero voluptates illas quæ ventrem maxime oblectant: fibræ autem iecoris iraſcibilem vim animi declarant: hinc enim pars illa quæ bilem ipſam continet, copulatur, hæc omnia conſecrari iubet, ac quodammodo malas ipſorum efficacias mortuas eſſe ſignificare.

Auferre decet quæ in nobis vitioſa, quæ autem ad virtutem conducunt, relinquenda.

52. *Sumes & adipem totum qui operit inteſtina, reticulum iecoris,* Pag. *fibram, duos renes, & adipem qui ſuper eos eſt, & offeres incenſum ſuper altare.* Cur ſolum reticulum iecoris, & non totum iecur, & adipem qui ventrem operit, non autem ipſum ventrem, renum vero non ſolum adipem, verum etiam ipſo quoque cum adipe renes incendi iubet in holocauſtum? nam ſicut renes cum eorum adipe, ita & inteſtina cum ſua pinguedine, necnon iecur cum reticulo offerri deberent: cur igitur aliter à Deo iuſſum? Audiendus eſt D. Baſilius Magn. tract. de vera Virginit. Iecoris quod concupiſcentiæ inſtrumentum eſt, iuxta quod, & de eo qui concupiſcentiæ telo fuerat percuſſus dicitur, eris quaſi ceruus ſpiculo percuſſus in iecore, veluti fibram, ſingularem ſcilicet peccati concupiſcentiam, in qua & fel inuenitur incendere: reliquam vero felle ac peſſima cupiditate liberam ac puram ad appetenda bonæ quæque, & honeſta ſeruare, ſecundum naturam integram conuenit. Porro ventris quod ſuperfluum eſt, vnde pinguiore & hebetiore euadimus ſenſu auferre decet, ſolumque quod eſt neceſſarium ſeruare. In renibus vero non adipem ſolum ingentem obſcœni liquoris copiam expumantem ad libidinem, verum & renes ipſos expiare & ſanctificare, naturaliter omnino iubemur. Significat profecto per hæc ſermo diuinus, & neceſſarium victum nobis eſſe amplectendum, & concupiſcentiam ſtudioſius ad meliora transA ferendam & caſtitatis munditiam tota intentione ſectandam: quia enim poſſibile non erat abſque cibo viuere, eſcarum receptaculum, ventrem, ſcilicet abſque vllo omnino gulæ vitio relinquens obſidentem illum adipem rectiſſime tollit. Rurſus quia itidem erat impoſſibile boni nos aliquid habere, niſi concupiſcentiæ vim naturalem ad illud ambiendum haberemus, improbam cupidinis ſpeciem, quaſi fibram iecoris cum felle procidens, probabile concupiſcendi genus ad virtutes appetendas purũ innocuumque reliquit: at vero in renibus, quia neq; ad vitæ neceſſaria vt venter, neque ad concupiſcendum vt iecur, neceſſarij ſunt, ſolamque, & vnicam concubitus concupiſcentiam capiunt, non horum ſolum adi-
B pem, ſed ipſos quoque ignibus tradit. Nempe enim ſine renibus, id eſt, ſine coniugio in terris viui poteſt virginitatiſque vita, nullo inferior Angelis ad perpetuam gloriam hinc iam exerceri. Quibus profecto omnibus id nobiſcum agitur, vt omni ſapientia eruditi & inſtructi aduerſus voluptatem totam quaſi contra multorum capitum hydram ſapienter ſtemus, neque ſub ſpecie excidendi emergentia aſſidue per ſenſus capita ad pullulationem plurimorum ea ſemper iteremus. Verum ſumma tolerantia laboris, atque continentia præcipua fortiter illa incedamus, corporaque noſtra hoſtiam ſanctam placentem Deo, tanquam vitulum pro ſacerdotio ſtudioſe offeramus, & modo quidem prauam concupiſcen-
C tiam veluti fibram iecoris, modo ſuperfluitatem cibi, quaſi adipem quo venter operitur, modo etiam totam ſimul concupiſcentiam coitus veluti renes vna cum adipe ſemen illis miniſtrante, diuino continentiæ igne conſumamus, vt iuxta propoſitam virginitatis deſtinationem, omni praua, ac turpi concupiſcentia, omnique voluptate ſuperiores auadentes, per continentiæ ſacra certamina propoſito certantibus præmio, immortaliſque corona digni inueniamur.

VARIET. LECT. à Verſ. 15. *ad* 18.

V*Vlg.* Vnum quoque arietem ſumes, ſuper cuius caput ponent Aaron, & filij eius manus.

Pag. Et iungent Aaron, & filij eius manus ſuas ſuper caput arietis.

Sept. Superimponent.

Arias Mont. Fulcient.

Vulg. Quem cum mactaueris, tolles de ſanguine eius, & fundes circa altare.

Sept. Et iugulabis eum, & ſumes ſanguinem, effundes ad altare in circuitu.

Regia, Super altare.

Cald. Aſperges ſuper altare per circuitum. Sic *Onk. Pag.*

Mont. Super altare circum.

Vulg. Ipſum autem arietem ſecabis in fruſta, lotaque inteſtina eius, ac pedes pones ſuper concisas carnes, & ſuper caput illius.

Sept. Et arietem diſſecabis per membra, & lauabis inteſtina, & pedes aqua, & impones
D ſuper ſegmentum cum capite.

Regia, Et impones ſuper fruſta cum capite.

Cald. Et arietem diuides per membra eius, & lauabis inteſtina eius, & genua eius, & pones ſuper membra eius & caput.

Onk. Lauanſque inteſtina eius, & crura.

Pag. Pones ſuper fruſta eius, & caput.

Alij, Arietem dimembrabis per artus ſuos.

Vulg. Et offeres totum arietem in incenſum ſuper altare, oblatio eſt Domino odor ſuauiſſimus, victimæ Domini.

Sept. Et offeres totum arietem ſuper altare holocauſtorum Domino in odorem ſuauitatis, thymiama Domino eſt.

Regia, Holocauſtum Domino in odorem ſuauitatis ſacrificium Domino eſt.

Theod. & alij interpretes dixerunt, In odorem gratiſſimum.

Cald. Vt ſuſcipiatur cum beneplacito, oblatio eſt coram Domino.

Pag. Et ſoffire facies totum arietem ſuper altare, holocauſtum eſt Domino in odorem quietis, oblatio Domino eſt.

Mont. Holocauſtum hoc Domino, igni- A tio Domino ipſa.

Oleaſt. Flatus quietis.

Vatab. Incendes totum arietem, oam holocauſtum eſt Iehouæ.

CONCORDIA.

FVndes ſuper altare, alij & aſperges ſuper altare per circuitum, quod idem eſt, vt habetur paulo poſt verſ. 20. in hoſtia pacifica: nam eadem & hic, & ibi in Hebr. ſunt verba, ipſum autem arietem ſecabis in fruſta. Hebraicè ואת האיל תנתח לנתחיו, & arietem dimembrabis, ſeu concides per artus ſuos. Quod noo diſcrepat à Vulg. vt videre eſt, *oblatio eſt* B *Domini odor ſuauiſſimus victimæ Domini*, Hebraizantes holocauſtum eſt Domino in odorem quietis, oblatio Domioo eſt, alij ignatio Domioo. Eſt enim ibi dictn vicoach à noach verbo deſcendens, quod quieſcere ſignificat, iſſe autem propric oblatio dicitur, vel ſacrificium qood in igne offerebatur.

EXPOSITIO.

VNum quoque arietem ſumes, hæc hoſtia ſeu hoc holocaoſti ſacrificium per ſe fieri ſolebat in honorem Dei, *ſuper caput eius ponet manus Aaron, & filij eius*, de hoc ritu dictum eſt ſuperius, ſicut & de alio qui ſequitur, nempe de effuſione ſanguinis circa altare, vel ſuper altare: hoc autem fiebat vt ſignificaretur, quod Deus qui altari repræſentatur, hunc ſanguioem pecoris pro peccato hominis ſuſciperet, eoque placaretur.

Ipſum autem arietem ſecabis in fruſta, facies in memoriam illius arietis, quem Abraham diuiſit per medium, quando pepigit fœdus cum Deo pro ſe, & pro populo; cuius fœderis maxime debent eſſe memores ſacerdotes: ſed certo potius dicendum, quod hoc fiebat, quoniam non ponebatur totum cadauer holocauſti, vel pacifici ſacrificij ſimul, ſed per partes, vt melius coaptarentur partes diuiſæ, & cremarentur quam ſi totũ corpus animalis poneretur integrum, *lotaque inteſtina eius*, abluebantur, quia io eis tota animalis immunditia cootinetur, quam non decebat Domino offerri. *Atque pedes*, quia etiam pedes immundi, ponuntur cum inteſtinis, & ſicut ea debent lauari, *pones ſuper carnes conciſas per fruſta*, vt iamjam dictum, *& ſuper caput illius.* Primo enim ponebantur carnes ſuper ignem, & ſuperponebantur carnes, ponebatur caput excoriatum, & diſpoſitum, ſicut ad cibos præpararetur, & ſuper hæc omnia ponebantur inteſtioa cum pedibus. *Et offeres totum arietem in incenſum ſuper altare*, quid aries totus C nomioetur nihil refert, quoniam diſſectio eiuſdem iam expreſſa eſt, per altare holocauſti debet iotelligi, tum quia ſimpliciter poſitum pro illo ſumitur, tum ex holocauſti oomine, quod ſtatim ſubditur. Secundum Hebræum oblatio eſt Domino, holocauſtum iſtud adeo illi acceptum & gratum, ob deuotionem offerentium, ac ſi eſſet, *odor ſuauiſſimus victima Domino*, Metaphorice loquendo, quia hoc ſacrificium Deum reddebat placatum: vnde Cald. vertit, vt ſuſcipiatur cum beneplacito.

CONCEPTVS.

Quod ſpiritualiter ſacrificijs ſignificatur, Deum delectat & recreat.

53. *Offeres totum arietem in incenſum, oblatio eſt Domino, odor ſuauiſſimus victimæ Domino:* Quid? an quaſi corporeus eſſet Dominus, odore fumi delectatur? imo nonne odor carnium comboſtarum importunus, & grauis naribus? cur ergo dicitur, quod odor arietis incenſi, Deo non ſolum ſuauis, ſed ſuauiſſimus ſit? S. Auguſt. Rectè B. Aug. 127. io Exod. *Non vtique Deus odore fumi delectatur, ſed tantum illud quod hic ſignificatur ſpiritaliter Deum delectat, cum ſpiritaliter exhibetur: quoniam ipſe odor Dei ſpiritaliter intelligitur: non enim ſicut nos odorem corporeis carnibus ducit, ſicut ergo ille olfacit: ſic iſta ſignificant.* Theod. Præeuntem Auguſt. ſequitur Theodor. quæſt. 2. *Ab humanis quæ ſunt diuina docet, nam cum plerumque bonis odoribus delectentur, ſacrificium, ſecundum legem factum appellatur ſuauitatis: verum littera nuda non eſt attendenda, vt etiam demonſtrat natura diuina, quæ incorporea eſt, & grauis odor oſſium combuſtorum, quid enim peius olet quam illa?* D

Quam ordinatum debet eſſe Domini ſacrificium!

Offeres totum arietem in incenſum, oon dixit totum, ita vt deberet eſſe integer: nam ſuperiori verſu dictum, arietẽ diſſecabis io fruſta, lotaque inteſtina eius, ac pedes pones ſuper conciſas carnes, & ſuper caput. Cur tot exigit Deus in oblatione arietis? cur torus eſt in præſcribendo ordine in hoc ſacrificio offerendo? cur membra diuidenda? cur victima diſſecanda? &c. *Diſcant hinc ſacerdotes*, ioquit Oleaſt. *quam ordinata debeant eſſe Domini ſacrificia: nam vt hic docemur, diſſecanda erat victima, crura lauanda, caput ſupra fruſta ponendum, & ſuper caput crura lota comburenda.* Et Leuit. 1. *Nihil turbatum & incompoſitum, aut inordinatum vult in ſuo ſacrificio Dominus, vt nos doceat quam compoſitos, & ordinatas coram ſe apparere nos* 54. Olea. Leuit. 1.

velit, omnia in nobis, inquit Paulus, ſecundum ordinem fiant.

Non ſolum munditia exterior in ſacrificijs, ſed & interior requiritur.

55. *Offeres totum arietem in incenſum*, priùs autem ipſa inteſtina, & pedes aqua lauanda: de inteſtinis non miror, quin ablui debeant, cum immunditiam retineant, & nihil immundum Deo debeat offerri. Verum cur & pedes etiam abluendi? nam ſi puluere ſunt impuri, excutiendus eſt: inteſtina & pedes vult Deus ablui in hoc ſacrificio arietis, non ſolum enim munditia interior, ſed & exterior pedibus deſignata in ſacrificijs requiritur. Docet Luſit. in c. 1. Leuit. cuius verba ſubijcio, *Procuranda nobis eſt interior, & exterior munditia, cordis ſcilicet, & operis, quæ inteſtinis, & pedibus adumbrantur.*

ſitan.

Non ſatis eſt, vt Prælati quæ credenda ſunt, doceant, niſi etiam in bonis operibus ſint duces.

56. *Offeres totum arietem in incenſum:* cur poſtquam lex vitulum pro peccato obtulit, quem Aaron filijs eius prædicandum commiſit, iterum offert arietem in holocauſtum? Cur potius arietem quam ouem, cum ouis animal ſit manſuetiſſimum, quodque ſuperiores meliori titulo referre debet, cum eos maxima deceat manſuetudo & benignitas? diſcite à me, inquit Chriſtus, quia mitis ſum: nemini eſt dubium quin aries dux ſit gregis. quo poſito, ſic reſpondet Radulphus lib. 6. cap. 4. *Poſt documenta fidei etiam conuerſationis fidelium Paſtoribus cura habenda eſt, qui enim fidei prædicat integritatem, ne fides ipſa apud auditores ſuos occiſa ſit: neceſſe eſt, vt & vitæ eos doceat ſanctitatem, hunc ordinem in verbis ſuis ſeruauit ipſe Dominus, cum Apoſtolis ſuis præcipiens ait, euntes docete omnes gentes, & baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, docentes eos ſeruare omnia quæcumque mandaui vobis: prius docete, quid credant, deinde docete, vt etiam mandatorum regulam obſeruent. Doctrina autem hæc non tam verbo conſtat quam exemplo: magis enim ob bene agendi voluntatem excitatur, quam ſi tantum audiat bene præcipientem, lex itaque poſtquam vitulum pro peccato obtulit, quem Aaron filijſque eius prædicandum commiſit: iterum arietem offert in holocauſtum, quia monet eos, vt ſi fidei ſunt Doctores, auditoribus ſuis in bonis operibus ſtudeant eſſe duces.*

Radulphus. ...

Cogitationes noſtræ, & actiones noſtræ lachrymis abluendæ, vt Deo ſint acceptæ.

57. *Offeres totum arietem in incenſum, oblatio eſt Domino odor ſuauiſſimus.* Sed prius inteſtinis, & pedibus arietis lotis: nonne ſi aliquid in inteſtinis immundũ, & impurũ in pedibus, igne conſumetur? cur igitur iubetur, vt abluantur aquâ? aduerte inteſtina animæ noſtræ interiora ſignificare, in quibus dum multa inutilia, ſeu etiam noxia & illicita verſamus, quaſi ſtercora in ventre portamus: pedes vero, actiones, quæ quoties terrenum aliquid operantur, quaſi tangendo terram ſordes pulueris contrahunt. Delinquimus enim ſæpius modum excedentes dum edimus, bibimus, &c. ſeu cætera quæ corpori neceſſaria procuramus: vnde fit, vt quaſi dum neceſſitate concurrimus, frequentius in noſtro opere congregemus culpæ puluerem: ideo ergo & merito, & pedes, & inteſtina lauãtur, antequam ſimul cum ariete offerantur, in incenſum, quia cogitationes, & actiones noſtræ lachrymis prius abluendæ, vt Deo ſint acceptæ: id ad mentem noſtram expendebat Flauiac. lib. 1. cap. 2. *Lauanda inteſtina, lauandi pedes, vt congruis fletibus abluti, ſacrificijs fiant diuinis idonei.*

Flauiacenſis.

Victimas immolandas in ſe ipſo quiſque habet.

58. *Offeres totum arietem in incenſum*, vidimus ſuperius, vitulum in ſacrificium Deo offerri, nunc depoſcit arietem, & alium deinde poſtulabit, deinde alias oblationes, tandem additur hic, oblatio eſt Domino odor ſuauiſſimus. Cum ergo à nobis huiuſmodi animalium ſacrificia non exquirit, nec etiam odore gratiſſimo eum recreabimus, nec odore quietis, vt habent alij: ſed falleris, bonum enim, imo gratiſſimum ſacrificium, quo homo ſeipſum Deo offert, ſeipſum mactat, victimæ ſibi plurimæ in ſeipſo mactandæ, non deerunt: & quidem vel in vno homine multa ſacrificia, aras multas, multas victimas numerabat S. Paulinus epiſt. 5 in hæc verba, Bonus odor ſumus in Chriſto, ſi exhibeamus hoſtiam viuam obſequio rationabili, vt illi puram ſimilaginem mola mundi cordis excretam ab interioris noſtri penetralibus offeramus, & in pectore noſtro caſtum altare ponentes; illa per legem iuſſa ſacrificijs animalia mactemus in vitijs, immolantes hircum peremptione peccati, in quo odor mortis, cædentes taurum, ſi deponamus ſuperbiam, ſacrificantes ouem, ſi mollitudinem & ignauiam, in charitate non tepidi, & in ſpiritu feruentes eijciamus. Offerentes in nobis, & agnum, ſi immaculati viuamus: & vitulum ſi efficiamur malitia paruuli, vt vnius purum pudicitia, alterius ſtultum ſimplicitate eeferamus, quale te ſacrificium Deo exhibere video in templo tui corporis, in ſacrario tui cordis, in immolatione tuæ carnis, in oblatione tuæ animæ. Immolas taurum, cum pia humilitate depoſitus ceruicem altam percuſſiſti timore diuino. Immolas hœdum, cum omnia ſiniſtræ partis opera, iuſtitiæ ſectator interficis. Ouem iugulas, cum diligens operarius, ſtudioſuſque meditator diuinæ voluntatis, & legis, inertiam vitæ, & ignauiam quaſi pecus molle proſternis, & à te vitæ iſtius impedimenta, quaſi vellera, tondenti vtilia, oneroſa geſtanti forcipe verbi cœleſtis decidis.

S. Paulinus.

VARIET. LECT. Verſ. 19. & 20.

Vulg. Tolles quoque arietem alterum, ſuper cuius caput Aaron, & filij eius ponent manus.

Sept. Et ſumes arietem ſecundum, & ſuperimponet.

Pag. Coniungent.

Mont. Fulcient manus.

Vulg. Quem cum immolaueris, ſumes de ſanguine eius, & pones ſuper extremum auriculæ dexteræ Aaron, & filiorum eius, & ſuper pollices manus eorum ac pedes dextri, fundeſque ſanguinem ſuper altare per circuitum.

Sept. Et iugulabis eum, & ſumes de ſanguine eius, & impones ſuper pennam auris Aaron dexteræ, ſuper ſummitatem dexteræ manus, & ſuper ſummitatem manuum eorum dextrarum, & ſuper ſummitates pedes eorum dextrorum, ſanguinem vero arietis effundes ad altare in circuitu.

Cald. Et immolabis arietem, tolleſque de ſanguine eius, & pones in ſupe[ri]ori parte auris, & ſuper pollicem dexteræ manus eorum, & ſuper pollicem pedis dexteri eorum, aſpergeſque ſanguinem.

Tagn. Super fibram auris Aaron.

Alij, Super molliorem partem auris.

Mont. Super tenerum auris Aaron.

Alij, Super cartilaginem.

CONCORDIA.

Dictio Hebraica תנוך tenuch, ſignificat cartilaginem, fibram, molliorem partem, teneritudinem: & quia extrema pars auris tenerior eſt, recte interpres extremum poſuit: & Septuag. λόβον Latini etiam lobum vſurpant pro ima auricula, & quamuis ad alias partes λόβος transferatur, tamen non recte ad ſuperiorem partem tranſtulit, Cald. cum illa ſit durior, tenuch vero teneriorem & molliorem ſignificet: perinde eſt hîc auricula & auris, nec quidquam diminuit nomen auriculæ, vt pluribus exemplis oſtendi poteſt. 2. Reg. 9. verſ. 15. 1. Paralip. 11. verſ. 15. ac per ſe ſatis patet: pro pollice quem habemus. Græce eſt ἄκρον ſummitas: at Hebraicè בהן non aliter exponitur, quam per pollicem. Sed dices Sept. ἄκρον ſumpſiſſe etiam pro pollice, quatenus pollex eſt ſumma pars, & præſtantiſſima inter digitos pedis & manus.

EXPOSITIO.

Tolles quoque arietem alterum, hoc eſt ſacrificium tertium, quod appellatur pacificorum, cuius celebratio referebatur, tum ad agẽdas gratias Deo. quod Aaron eius & filij ad ſacerdotalem dignitatem promouerentur, tum ad impetrandam gratiam, tantum munus rite ac debite adminiſtrandi: *Poſueruntque ſuper caput eius Aaron, & filij eius manus:* de hac cæremonia dictum eſt ſuperius.

Quem cum immolaueris, vt offeratur in ſacrificium, *ſumes de ſanguine eius, & pones ſuper extremum auriculæ, &c.* Hæc ad conſecrationem ſacerdotum, tam ſummi quam minorum cæremonia pertinebat, quorum extrema aurium eorum, & pollices tam manus dexteræ, quam dextri pedis ſanguine immolati arietis liniebantur. Non eſt autem idem tangere extremum auriculæ, & tangere aurem, vt Radulph. Leuit. 8. exiſtimare videtur, quamuis tactâ parte, dici poſſit tota auris tangi, hacque ratione conſecrari. Rupert. extremum pollicis vnctum ait, fortaſſis intelligit pollicem, qui extremus eſt, non quod extrema pars illius dumtaxat, & præciſè ſit vncta. Theod. non eſt audiendus dicens, dictarum partium factam vnctionem, non tantum ſanguine, ſed etiam oleo.

Fundeſque ſanguinem ſuper altare per circuitum, dubium eſt, vndenam ſanguis hic ſumi deberet. Rab. Salomon ſumendum eſſe affirmat ex illo iam effuſo in altaris cornibus: effuſionem enim ſanguinis arietis cõſecrationem, in cornibus altaris faciendam tradit, quemadmodum de priori hoſtia pro peccato oblata, vt vidimus ſuperius: cui ſi obijcias illa verba per circuitum, & ab illo quæras, qua ratione ſtare poſſit, quod ſanguis per circuitum fuſus dicatur, cum duo tantum altaris tantum cornua eo ſanguine tincta, Rabbini conſtanter doceant, & illa contradictorie oppoſita: nugas ſuo more hi comminiſcuntur, affirmantque quod per circuitum fuſus ſanguis dicitur, quod in duobus altaris cornibus, vel angulis contradictoriè poſitis effuſus ad quatuor altaris latera reſpiciat; quamobrem ex habitudine duorum angulorum ad quatuor latera altaris, eiuſdem altaris commenſurandum circuitum blaterant.

Sed Abul. qu. quii. merito hanc expoſitionem redarguit ex diuerſarum ſcripturarum phraſi, ſumpto argumento, quia aliud eſt ſanguine aliqoid tingere, aliud vero ſanguinem ſuper aliquid effundere: nam aliqoid ſanguine tingere, eſt digito in ſanguine iam intincto eodem res ſanctificandas linire: at vero ſuper aliquid ſanguinem effundere, dicimus cum ſanguis ſuper illud quod ſacratur, inſtillatur. Cum igitur in ſacrificio vituli pro peccato oblati, cornua altaris tingenda dicantur, & cum agitur de ſacrificio arietis, ſanguinem effundendum eſſe ſuper altare per circuitum dicatur, idque plurimum ab hoc differat quod

eſt cornua altaris tingere, perſpicuum eſt quã-tum in ijs Salomon, & cum eo alij Rabbini delirent, tum in hoc ſecundo ariete pro ſacrificio conſecrationis oblato, cæremoniæ ritusque pacificorum ſeruantur: at in ſacrificijs pacificoru.n, nullibi cornua altaris ſanguine tin- A genda dicuntur, ita neque in hoc ſacrificio conſecrationis. Dic ergo quod hoſtiæ conſecrationis iugulatæ cruor in vaſis recipiebatur, quo aſſumpto intingebantur extrema aurium, & pollices tum dexteræ manus, tum pedis, alio per circuitum altaris deſuper effuſo.

CONCEPTVS.

Illa merito laudanda obedientia, quæ iuſta & bona prompte fiunt.

9. *Quem cum immolaueris, ſumes de ſanguine eius, & pones ſuper extremum auriculæ dexteræ Aaron, & filiorum eius.* Cur etiam ſiniſtra auris ſanguine non illinitur, ſicut nec pes ſiniſter, cum dexter ſanguinem admittat? non eſt dubium quin auris ſignificet obedientiam, ſicut audire obedire, iuxta illud Geneſ. 3. quia audiſti vocem vxoris tuæ, id eſt obediſti: dextera autem recta & iuſta, ſiniſtra vero iniuſta, & praua ſignificat. Dic ergo merito ſolum aurem dextram, ſicut & ſolum pedem dextrum ſanguine delibutum, quia ea obedientia ſola laude digna eſt, quæ iuſta & bona prompte fiunt dum iubentur, damnabilis vero quæ promptè mala peraguntur, & ad flagitioſa quælibet decurritur. Fauet Gloſſa interl. *Vngitur dexteræ auriculæ extremum, vt in bono obediamus.* Sed plenius fuſiuſque Theod. q. 8. in Leuit. *Dextera probatæ obedientiæ ſignum erat, at vero manus, & pes probarum operationum figuram præ ſe ferebant: hac itaque de cauſa, tum dextra manus, tum pes dexter vngebantur, ſiquidem & ſiniſtræ actiones & obedientia damnoſa;* igitur qui ſe obedientiæ ſacrauit, amet imperata tanquam vberem materiam cœlo coronandam, & æternorum amore, ad cuiuſcumque voluatur imperium, adeo vt etiam malis obtemperet, ſed non in malo.

Gen. 3.

...ſa in-n.

Theodoret.

Prælatis ſibi ducem habeant Chriſtum, ne à recta via aberrent.

60. *Quem cum immolaueris ſumes de ſanguine eius,* cuius? arietis ſecundi. Quid? nonne ſatis eſt iam primum obtuliſſe arietem? cur & ſecundus in ſacrificiũ pacificum Deo litabitur? nonne prioris oblatio offerentes ſanctificat? qui enim in ſua conuerſatione perfectum fidelibus religionis præbet exemplum, nonne ſanctus D dicendus eſt? verum nonne ſcriptum, maledictus qui ſpem ſuam ponit in homine? omnis enim homo mendax, Deus ſolus verus eſt: & re vera in tantis tenebris humanæ ignorantiæ, quis eſt homo, cui error non ſit timendus, niſi ſolus ille, qui & per antonomaſiam pacificus? quo poſito dicamus, quod licet aliqui ſint duces aliorum Dei obſequio mãcipati, ſicut erat ille primus aries, neceſſe eſt, vt alium ducem habeant ne deflectere à via veritatis poſſint. Sic to Radulph. Flauiac. lib. 6. cap. 5. in Leuit. *Quicumque in populo Dei duces conſtituuntur ne errent, quia homines ſunt, & poſt ſe in perditionẽ etiam alios trahant, neceſſe eſt eum qui errare non poteſt ſibi ducem proponant: hoc eſt ſi in grege fidelium arietes ipſi ſunt, expedit eis, vt Chriſtum cuius ducatu conſecrētur, & ab errore liberentur, ſibi arietem conſtituant: inde B. Apoſt. cum diſcipulos ſuos ad ſuam imitationem prouocaſſet dicens, imitatores mei eſtote, ne de eius errore timere deberent, cuius veſtigijs ipſe inhæreret, ſtatim ſubdidit dicens, ſicut & ego Chriſti, hinc & ipſe Dominus ei quem totius Eccleſiæ ducem conſtitue-* B *rat, poſt reſurrectionem ſuam præcepit dicens, ſequere me.* Hebr. 6.

Radulph. Flauiacenſ.

Per bonam actionem Deum appropinquamus.

Quem cum immolaueris ſumes de ſanguine eius, & pones ſuper pollices manus eorum, ac pedis dextri. Per manus intellige dexteram, vt habetur expreſſe Leuit. 8. Nonne ſatis eſt manum dextram ſanguine liniſſe, cum manus ſignificet operationem, & dextera virtuoſam & optimã? cur etiam neceſſe, vt pes dexter eodem ſanguine intingatur? nonne pedibus progredimur? & ſi bene ſane ad terminum præordinatum peruenimus: dic ergo non ſolum ſuper manum dextram, ſed & ſuper pedem, arietis ſanguinẽ imponi, vt denotaretur quod per bona opera ad Deum proſpere peruenimus. Mens eſt præ- C fati Flauiac. *Quid per manum, niſi actio deſignatur noſtra? manus vero dextra eſt opus pietatis, per quod Deo placere contendimus: pes quoque eamdem exprimit actionem, quia per ipſam ſi bona fuerit, ad Deum, & ad ipſius regnum propinquamus.* 61.

Flauiacenſ.

Grauiter puniendi ſacerdotes, ſi Dei mandatis non obedierint, aut in ſuis miniſterijs negligentes fuerint.

Quem cum immolaueris ſumes de ſanguine eius, & pones ſuper extremum auriculæ dexteræ eius, & ſuper pollices manus eorum. Cur ſanguis qui aliquando grauiſſimam punitionem denotat, imponendus eſt, & in auribus, vt & in manibus ſacerdotum? vt eis innueretur, quod ſi mandatis diuinis obedientes non fuerint, D ſed in miniſterijs ſuis negligentes, non euadẽt grauiſſimas pro delictis pœnas. Huc flexit Oleaſt. *Voluit hac cæremonia Dominus ſacerdotes admonere, daturos ſe pœnas ſanguinis, ſi negligentiores in audiendis mandatis ſuis fuerint, aut in miniſterijs ſuis ſe exhiberent: nihil enim aliud huiuſmodi ſanguinis reſperſione adumbrari video, quam ſacerdotum punitionem, ſi miniſteria ſua non curarent, aut agerent negligenter.* 62.

Oleaſter.

Molles ſimus, & non duri ad obediendum.

Quem cum immolaueris, ſumes de ſanguine eius, & pones ſuper extremum auriculæ, aliqui, *ſuper molliorem partem auris,* Mont. *ſuper tenerum:* Quid referret, cum auris ſignificet obedientiam quod in ſuperiori parte alliua, quæ durior eſt, ſanguine liniretur, non vacat my- 63.

ſterio ſuper teneriorem partem, ſeu molliorem ſanguinem poſitum: quia molles omnino debemus eſſe non duri, teneri non graues ad mãdatis obtemperandum. Annuit Abul. *Per tinctionem auris ſignificatur quod ſacerdotes habeãt promptas aures ad audiendum præcepta Dei, & legum, & ad obediendum eis, & figurabatur de ſanguine in extremo auriculæ dextræ, quia extremitas illa mollis eſt, ſic enim eſt verus obediens qui præcepto non reſiſtit, ſed aures teneras ſubiectas reddit cuilibet iuſſioni.*

Abulenſ.

Sacerdos non in vno ſolum rectus eſſe debet, ſed in omnibus.

64. *Quem cum immolaueris ſumes de ſanguine eius, & pones ſuper extremum auriculæ dexteræ eius, & ſuper pollices manus eorum, & pedis dextri.* Nonne ſatis eſt, vt obediat Dei mandatis, quod innuitur per intinctionem ſanguinis poſiti ſuper dexteram auriculam? dices etiam ad rectè operandum teneri: fateor & ita manus ſanguinis linitione nõ caret, ſed cur & pedes ſanguinem etiam admittunt? quia ſacerdos non in vno ſolum rectus eſſe debet, vel in duobus, ſed in omnibus. Annuit præf. Epiſcopus, *Signantur in his tribus rectitudo ſacerdotum ſpecialis in audiendo, ſcilicet, obediendo, & faciendo, & incedendo.*

Toſtatus.

Sacerdotes firmi ſint in fide, in operibus conſtantes, in prædicando recti.

65. *Quem cum immolaueris, ſumes de ſanguine eius, & pones ſuper extremum auriculæ:* Pollices autem manus, & pedis, eiuſdem arietis ſanguine tingebantur: totus ſacerdos ſanguine liniatur, vt ei denotetur, quod totus mundus eſſe debeat: cur diſtinctè in his tribus corporis partibus, & his dextris, hæc ſanguinis tinctio requiritur non autem in ſiniſtris? nonne fides ex auditu? nonne manibus opera? pedibus Euangelij prompta, & expedita annuntiatio, iuxta illud, quam ſpecioſi pedes Euangelizantium? quo poſito: hæ partes corporis dextræ, arietis ſanguinem accipiunt, quia ſacerdotibus, per hæc corporis membra ſanguine linita, innuitur, quod firmi ſint in fide, in operibus conſtantes, & in prædicando recti & agiles. Hoc habemus à probo calamo Petri Serrani in c. 8. Leuit. His tinctionibus veritas & integritas fidei Chriſti Ieſu redẽptoris noſtri charitatis opus in fratres indeficiens, exercitium, robur & animoſitas prędicationis Euangelicæ, plane ſignificatur: quæ in ſacerdotibus & potiſſimum in ſummo, vt in capite, elucere debent. Prius horum munerum explicuit B. Paulus, cum fidem per auditũ comparari docuit. Item, idem Propheta annuit, quando aure à Domino, quæ prædicaturus erat, accepiſſe teſtatur: mane, inquit, erigit mihi aurem, & ego non contradico. Poſterius autem docuit Dauid, quando rogauit: quis aſcendet in mõtem Domini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius? innocens manibus, & mundo corde qui non accepit animam ſuam in vano, nec iurauit in dolo proximo ſuo, & alius Propheta: confortate manus diſſolutas, & genua debilia roborate: dicite puſillanimes nolite timere. Quibus locis manus pro operibus accipiũtur, quæ potiſſimum in ſacerdotibus ſplendere conuenit. Et expreſſius Dominus Ieſus Chriſtus diſcipulos ſuos alloquens, hoc explicuit dicendo, ſic luceat lux veſtra corã hominibus, vt videãt opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrũ qui in cœlis eſt. Et iterum eoſdem inſtruens ſal appellauit, poſtquam lucem item fecerat ſubdens: qui fecerit & docuerit ſic homines, magnus vocabitur in regno cœlorum. Poſtremum vero Propheta exeruit, cum dixit quam ſpecioſi pedes Euangelizantium bona, Euangelizantium pacem; pollices autem tantum tinguntur, quoniam pollice pedum greſſus figimus, manibus vero res apprehendimus, tenemus & executioni mandamus.

Petrus Serr.

Ad extremum vſque obediendum, & in bonis operibus perſeuerandum.

66. *Quem cum immolaueris ſumes de ſanguine eius, & pones ſuper extremum auriculæ dexteræ, ſuper pollices manus eorum, & pedis dextri.* Nimirum vt hæc membra idonea, & perfecta eſſent, ſcilicet auditus ad obediendũ Deo, actiones ad opus Deo gratum, greſſus Dei legi conſentanei: nonne huiuſmodi partes corporis hæc deſignarent, licet in extremitatibus ſanguine non linirẽtur? cur ergo extremum dumtaxat auriculæ, & extrema tam manus dexteræ, quam pedis (nam pollices, extrema deſignant) ſanguine liniuntur? quia non ſat eſt obedire, non ſat eſt bonis operibus ſtudere, niſi ad extremum vſque vitæ tempus, in his omnibus perſeueres. Opportunè ad mentem noſtrã Iacobus Billius in ſcolijs ſuper orationẽ 5. S. Greg. Naz. *Quod lex non dextram ſimpliciter ac dextram manum, & dextrum pedem inungi iubet, ſed extremas dumtaxat horum omnium partes, hinc ſcilicet illud ſubindicat omnem bonam actionem acri animo fieri debere, dextramque prorſus, nihil eſſe ſiniſtri vt in vitijs habentem, & ad extrema vſque, hoc eſt omni ex parte atque ad extremum vſque finem, bonitatem ſuam ſeruare.*

Iacobus Billius.

VARIET. LECT. Verſ. 21. & 22.

Vulg. Cumque tuleris de ſanguine qui eſt ſuper altare, & de oleo vnctionis, aſperges Aaron, & veſtes eius, filios & veſtimenta eorum conſecratiſque ipſis, & veſtibus.

Sept. Et ſumes de ſanguine qui ab altari, & de oleo vnctionis, & aſperges ſuper Aaron, & ſuper ſtolam eius, &c. ſanctificabitur ipſa, & ſtola eius. *Sic Cald. Pag.*

Vulg. Tolles adipem de ariete, & caudam, & aruinam, quæ operit vitalia, & reticulum iecoris, & duos renes, atque adipem qui ſuper eos eſt, armumque dextrum, eo quod ſit aries conſecrationis.

Sept. Et ſumes de ariete adipem eius, & adipem

tegentem ventrem, & pennam iecoris, & duos renes, & adipem qui in ipſis, & brachium dextrum, eſt enim conſummatio hæc.

Cald. Et adipem qui operit inteſtina &c. quoniam aries oblationum eſt, *ſic Onk.*

A *Mont.* Et coxam dexteram, quia aries impletionum eſt, *Alij* Repletionum.

Paga. Et fibram iecoris, &c. quia aries conſecrationum.

Oleaſt. Et crus dextrum.

ONCCORDIA.

NOmini caudæ & אליה aliah græce nihil reſpondet, quamuis alius addat ex Hebr. καὶ τὴν κέρκον & caudam, pro inteſtinis ponit nonnunquam interpres vitalia, pro quibus eſt Hebr. קרב kereb, quod nos armum dextrum Hebr. שוק הימין ſok haiamim Sept. βραχίονα, hoc eſt brachium dextrum, non plene tamen conſtat, quid proprie ſignificat verbum ſuch, à quo ſoch, id eſt armus: Oleaſt. deffendit potius ſignificare crus quam coxam, tamen addit, rem plenè non deffinio habemus eo quod ſit aries conſecrationis, Hebr. autē eſt מלאים milluim, id eſt impletionum, quod aliter non eſt intelligendum, quam quod vertit interpres, implere enim hoc toto capite pro conſecratione ſumitur.

EXPOSITIO.

CVmque tuleris de ſanguine qui eſt ſuper altare, hoſtia conſecrationis iugulata, cruor in crateris recipiebatur, atq; de ſanguine arietis, qui conſecrationis hîc appellatur, pars aliqua ſupra parietes altaris aſpergebatur, pars vero reliqua in ipſis crateris ſeorſum ſuper altare reponebatur, cui tandem ſacrum conſecrationis oleum admiſcebatur, vt eo ſacerdotales veſtes tam maiorum, quam minorum ſacerdotum aſperſæ ſacrarentur: vnde dicitur in textu, aſperges Aaron & veſtes eius.

Tolles adipem de ariete &c. ritus hic ponitur, qui ſeruandus erat circa victimæ arietinæ carnes, offerri debebat adeps, vt & in omni alio B ſacrificio, cum cæteris quæ de ſacrificio pacificorum deſcribuntur c. 3. Leuitici, vbi peculiariter præſcribitur, vt ſi ſit agnus (eadem eſt ratio de ariete) cauda etiam cremetur, cauſaque redditur, *eo quod ſit aries conſecrationis*, quod exprimitur, quia peragebatur ritus conſecrationis, cum in aliis hoſtiis pacificis non ita exacte cuncta ſeruarentur, quemadmodum & in iſto: *armumque dextrum*, fuit proprium huic ſacrificio conſecrationis vt armus dexter cremaretur, qui in cæteris pacificorum ſacrificiis cedebat in partem ſacerdotis, vt verſ. 28. dicitur, idem dicendum de pectuſculo quod de armo.

CONCEPTVS.

Carnalis concupiſcentia nunquam Deo accepta.

67. *Cumque tuleris de ſanguine qui eſt ſuper altare, asperges Aaron*, cum ſanguis ſit maximæ æſtimationis, cum in eo præcipue noſtra conſiſtat vita; cur Deo in ſacrificio non offertur, cum alia offerantur viliora? ſolum enim offerri video in quantum effunditur per altaris circuitum: aduerte ſanguinem denotare concupiſcentiam carnalem: ne miteris ergo non offerri,
Radulph. quia vt optime Radulph. l. 5. cap. 4. *Sanguis victimarum Deo non offertur, ſed tantum eius effuſio, quia carnalis concupiſcentia Deo acceptabilis eſſe non poteſt: ſed eius abrenunciatio offertur: tamen ſanguis eo ipſo quod coram Deo effunditur, quia iniquitas quæ diſplicebat in corde, ſeruata, placet expulſa, ſicut ſcriptum eſt beneplacitum eſt*
Eccl. 35. *Domino recedere ab iniquitate Eccleſ. 35.*

Deuotionem non nobis ſed Deo tribuamus.

68. *Cumque tuleris de ſanguine qui eſt ſuper altare &c. & tolles adipem ex ariete*, mirum quod Deus
Leu. 3. ſit adipis amator, cum Leuit. 3. ſic habeatur, omnis adeps Domini erit iure perpetuo, in generationibus & cunctis habitationibus veſtris, nec adipem omnino comedetis: cur Deus ſibi ſoli adipem reſeruat? cur nulli permiſſum eſt illum comedere? adipe deuotio animæ de- C notatur, eo enim pingueſcit anima: ne miteris ergo, cur ſibi eum ſeruari voluerit, non autem ab offerente comedi: deuotio enim non nobis ſed Deo tribuenda. *Adeps beſtia*, inquit Flau. Flauiac.
lib. 2. c. 5. *deuotionem offerentis inſinuat, hunc Domino incendit quiſquis in ſancti propoſiti executione, diuinam magno deſiderio gratiam expetit, quod Dei non ſuam in opere ſuo gloriam requirit, qui vero munus diuinum ſibi applicat, qui ſe non muneris largitorem laudari affectat, adipe ſuo veſcitur, quia deuotionis ſua laudibus ſaginatur.*

Sacrificium cum deuotione fiat.

Cumque tuleris de ſanguine qui eſt ſuper altare &c. tolles de ariete adipem, non remouet adipem è ſacrificio, imo pluries eum memorat, 69.
D quaſi ſine eo oblationem nolit admittere: nec immerito, ſacrificium enim cum deuotione, adipe denotata, ſemper fieri debet: cecinit B.
Ambroſ. lib. 2. de Cain. & Abel c. 5. dum ait, S. Ambr.
Et holocauſtum tuum pingue fiat, hoc docens acceptabile eſſe ſacrificium quod pingue, quod nitidum, & quodam pabulo fidei, ac deuotionis vbique cœleſtis vberiore alimonia ſaginatum.

Membrorum noſtrorum mortificationem à nobis Deus requirit.

Cumque tuleris de ſanguine qui eſt ſuper altare 70.

&c. tolles de ariete, & adipem, & caudam, & arvinam, & duos renes, cur hæc omnia in ſuo requirit Deus ſacrificio? quid indiget cauda animalis, renibus eius &c? nonne hæc omnia vel concupiſcentias prauas, vel mala deſideria ſignificant? cur ergo à ſe ea non abiicit? imo vero ea in ſacrificio exoptat, ita quidem, ſed iam mortua, quandoquidem membrorum noſtrorum mortificationem ſibi oblatam habet acceptam. *Annotant hoc loco Hebræi* (inquit Oleaſt.) *Hebræorum doctores Dominum pro ſacrificio ſuo exigere animalia illa, & membra quæ concupiſcentiæ ſubſeruiunt: non enim vult animal infirmum, aut quod teſticulis priuatum ſit, requirit renes qui concupiſcentiæ prima ſunt officina: vult habere epar quod roborat libidinem, & adipes qui effrænem faciunt concupiſcentiam iuxta illud Deuter. 32. impinguatus eſt Iſrael, & recalcitrauit, quæ omnia vult Dominus in ſuo ſacrificio: non quod illum renes delectent, ſed quod hæc ſignificent mortificanda eſſe membra noſtra quæ ſuper terram*: concupiſcentias noſtras comprimamus, mortificemus, gratum hoc Deo ſacrificium, grata victima, Pſalm. 49. *Immola* (inquit Dauid) *ſacrificium laudis*, Cald. *compreſſionem concupiſcentiæ*, quæ omni ſacrificio Deo gratior, concupiſcentiam coerce, carnem doma & mortifica, & rite Deo litaſti.

Oleaſt. Deut. 32. Pſalm. 49.

In ſacerdote & miſericordia ſit & iuſtitia.

71. *Cumque tuleris de ſanguine qui eſt ſuper altare & c.* A. *de oleo vnctionis, aſperges Aaron*, neſcio cur miſcendus eſt ſanguis cum oleo, vt Aaron aſpergatur vtroque? quis enim vidit vnguentum fieri ex aromatibus & ſanguine? ſicut oleum miſericordiam denotat, ſic ſanguis iuſtitiam, ſecundum illud Pſalm. libera me de ſanguinibus Pſal. 50. quibus intelligit Innoc. 3. iuſtitiã punitiuã: non ſine myſterio igitur ſanguine & oleo vnctionis & ſãguine aſpergitur ſacerdos ſummus, & alij inferiores: quia in illis debet eſſe et miſericordia & iuſtitia, hunc ſenſum habet Luſit. in cap. 8. Leuit. *Non debet in ſacerdote eſſe ſine oleo ſanguis, neque ſine ſanguine oleum, cum enim conſtitueretur populi iudex, non ſolum miſereri ſed punire reos debebat, neque habere ſine iuſtitia miſericordiam, neque ſine miſericordia iuſtitiam.*

Pſalm. 50. Innoc. 3.

B

Vſque in finem in bono perſeuc-remus.

Cumque tuleris de ſanguine qui eſt ſuper altare &c. tolles de ariete adipem & caudam, quid eſt, quod ita ſpeciatim caudam, quæ vilis pars eſt pecudis, in ſacrificio ſuo præcipit offerendam? S. Greg. 1. moral. c. 40. *Caudam hoſtiæ in altari offerre præcipimur, vt videlicet omne bonum quod incipimus, perſeueranti fine compleamus, bene igitur cœpta cunctis diebus agenda ſunt, vt cum malum pugnando repellitur, ipſa victoria boni, manu conſtantia teneatur.* 72.

S. Greg.

VARIET. LECT. à Verſ. 23. vſque ad 25.

V*ulg.* Tortamque panis vnius, cruſtulam conſperſam oleo, laganum de caniſtro azymorum quod poſitum eſt in conſpectu Domini. C

Sept. Et panem vnum ex oleo, laganum vnũ de caniſtro azymorum propoſitorum in conſpectu Domini.

Cald. Et tortam panis vnam & placentam panis oleati vnam è caniſtro infermentatorum, qui eſt coram Domino. *Sic Mont.*

Vulg. Poneſque omnia ſuper manus Aaron, & filiorum eius, & ſanctificabis eos eleuans coram Domino.

Sept. Et ſeparabis illa, ſeparationem coram Domino.

Cald Et eleuabis omnia, eleuatione coram Domino. *Sic Onk.*

Alij. Et ventilabis ea in oblationem ventilationis coram Domino. D

Pag. Et pones omnia ſuper volas Aaron & ſuper volas filiorum eius, & eleuabis ea eleuatione coram Domino.

Mont. Agitabis & agitationem coram Domino.

Vatab. Exaltabiſq; illa exaltationem Iehoua.

Vulg. Suſcipieſque vniuerſa de manibus eorum, & incendes ſuper altare in holocauſtum, odorem ſuauiſſimum in conſpectu Domini, quia oblatio eius eſt.

Sept. Et ſumes ea de manibus eorum, & offeres ea ſuper altare holocauſtoſis in odorem ſuauitatis coram Domino, oblatio eſt Domino.

Cald. Incendes in altari ſuper holocauſtum, vt ſuſcipiatur cum beneplacito coram Domino.

Pagn. Suffire facies ſuper altare ſuper holocauſtum in odorem quietis coram Domino.

Mont. Ignitio ipſa Domino.

Oleaſt Ignitum coram Domino, vel oblatio ignita.

Cajet. Et thurificabis altare ſuper holocauſtum in odorem quietis Iehouah incenſum ipſum Iehouah.

CONCORDIA.

VErbum [illegible] nuph à quo tenupha venit, ſignificat mouere, eleuare, & hinc inde agitare: vnde verterũt aliqui, & agitabis ea agitatione coram Domino, qui autem verterunt & ventilabis ea in ventilationẽ oblationis, dicũt [illegible] heniph ſignificare aliquid in ſublime porrectum hinc inde ad quatuor mundi partes, & quaſi ventilare: ſic autem loquitur Oleaſt. verbum nuph nõ plane notum Hebræis, à quo tenuphah, id eſt eleuatio, dicũt tamen ſignificare effundere, ſtillare, aſpergere, ſuffire, eleuare, orbare, & cõcutere: diſtrahunt autem verbum in

Oleaſt.

tot ſignificationes, quia propriam ignorant; & vertunt quemadmodum vident coutextum exigere: ſed ſi rectè conſideres inuenies verbum ſolum ſignificare leuare & ſuffire, quod ſuffitus nihil aliud ſit quam eleuatio fumi, ſeu fumus eleuatus, vulg. quia oblatio eius eſt, Hebraicè אשה הוא ליהוה iſſe ehu laihoua oblatio

A ignita Domino, nam *iſſeh* non qualemcumque ſignificat oblationem, ſed ignitam, quoniam iſſeh ignem ſignificat: ſi autem vbi habemus ſanctificabis ens, alij habent *ea*, non eſt diſcordia, nam nos referimus ad initiandos, alij autem ad munera, munera enim & ſacerdotes ſanctificabantur.

EXPOSITIO.

TOrtamque panis vnius &c. hæc ſuperius expoſita, *ponesque omnia ſuper manus Aarō*, &c. ritus hic de omni hoſtia pacifica ſeruabatur, vt prius enumeratas illas partes cum libaminibus ſeu oblationibus, poneret ſacerdos ſuper offerentis manus, is autem ſubiiciente & adiuuante ſuſi oet manibus ſacerdote, illa omnia eleuaret coram Domino, ita vt in omnem poſitionem, eadem circumageret ſurſum & deorſum, & ſiniſtrorſum, ante & retro: Aaron porro & filij eius adhuc erant vt laici, donec abſolueretur conſecratio eorum: finita ea eleuatione, ſacerdos, cuius Moyſes nunc officio fungatur, eaſdem illas res manibus offerentis recipiens, per ſe ſolus adolebat, cremabátque ſuper altare holocauſtorum, *gratiſſimum Domino ſacrificium*, quia vero hic agitur de rito conſecrationis, idcirco id exprimitur, cum in aliis hoſtiis pacificis non ita exacte cuncta peragerentur, quemadmodum in iſto.

Sanctificabis eos, hæc ſacerdotum ſanctificatio non erat aliud quam eleuatio manuum eorum cum muneribus facta per Moſen, qua eleuatione vel oblatione, ſignificabatur munera illa ad Deum pertinere, ac deinceps ſimilia Deo ſanctificanda eſſe & offerenda per manus ſacerdotum, hinc rurſum ſanctus habebatur

B ſacerdos, & ad Dei, qui eſt ipſa ſanctitas, familiam ac poſſeſſionem tan quam ei dicatus, & oblatus pertinebat, *eleuans coram Domino*, vide quæ immediate dicta ſunt, *ſuſcipieſque vniuerſa de manibus eorum*, an hæc immediate manus tangerent an vero hæc omnia in vaſe aliquo reponerentur, non liquet, Cajet. ad Leuit. 7. vult hæc omnia in vaſe aliquo fuiſſe collocata, idque ſatis eſt veriſimile, hunc enim vſum videtur habuiſſe acetabula illa argētea Num. 7. *incendes ſuper altare in holocauſtum*, hoc eſt plenè & integrè, ita vt nihil ſit horum, quod non aduratur, *odorem ſuauiſſimum in conſpectu Domini &c.* repete quæ dicta ſunt ſuperius.

CONCEPTVS.

Cum ſacerdotes conſecrantur, ſanctos patres imitari ſtatuant.

73. *Tortamque panis vnius cruſtulam conſperſam oleo &c. de caniſtro azymorum*, nempe tolles, neſcio cur in conſecratione ſacerdotum, hæc omnia requirantur? quid enim torta panis, & cruſtula conſperſa oleo cum initiatione ſacerdotis? quid refert, vtrum caniſtro ſumantur necne? caniſtrum quod de virgultis intexitur, ſanctam deſignat ſcripturam, quæ varia nobis patrum & dicta & exempla ad ædificationem proponit: panes ſine fermēto ſignificāt ſanctorum tolerantiam, qui quaſi in camino, ſic in igne preſſurarum temporalium ſine reatus ſui cauſa decocti ſunt, laganum vero zelum eorum ſpiritualem exprimit, quo contra peruerſos arſerunt: en cur ad conſecrationem hæc omnia apponuntur? quia cum ſacerdotes conſecrantur, ſanctos patres imitari apud ſe ſtatuere de-

Radulph. bent: verba ſunt Radulp. lib. 6. c. 5. in Leuit. *Ad conſecrationem ſacerdotum, caniſtrum cum panibus & laganis apponantur, cum de ſacris codicibus patrum præcedentium & zelus, & patientia quam imitari debeant, illis recitatur.*

Zelus iuſtæ reprehenſionis modum non excedat.

74. *Tortamque panis vnius, laganum de caniſtro azymorum*, laganum omnis expers fermenti, ſed omnino azymum, quid refert vtrum fermento eſſet permixtum, necne? melioris enim eſſet nutrimenti: nonne diximus laganum, ze-

C lum denotare? bene ergo fermento non aſpergitur, ſed omnino azymum eſt: zelus enim abſque omni perturbationis; iræ, inuidiæ, vel cuiuſlibet paſſionis fermēto debet. ſic expendit præf. Flau. *Lagana hæc azyma eſſe præcipit lex, vt ſcilicet qui proximum arguit, primo dilectionis affectu abſque omni perturbationis & iracundiæ fermento, hoc faciat, nullius hominis zelus ſimplex & purus fuiſſe credendus eſt, quam illius cuius ſingulari innocentiæ & manſuetudini Spiritus ſanctus teſtimonium perhibens, in columbæ ſpecie ſuper eum apparere voluit: arduum namque eſt, & omnino humanam excedit virtutem zeli feruore ſuccendi, & nunquam vel intus motibus cordis, vel exterius in verbis modum excedere.* Flauin.

D *Chriſtus Dominus poſt omnium genera tribulationum, noſtrum refrigerium & dulcedo.*

Tortamque panis vnius cruſtulam conſperſam oleo, panem varie coctum deſcribit Petrus Abbas Cell. agit enim primo de pane qui coquitur in clibano, de pane frixo in ſartagine, de pane aſſo in craticula, tandem ſermonem habet de cruſtula conſperſa oleo, ſiue de pane co iuncto: cur prius de hoc vltimo non agit, cum panis oleatus quemdam præ aliis ſaporē habere videatur? dicit c. 14. l. de panibus, Chriſtum Dominum hoc pane oleo vncto denotari, quem Spiritus ſanctus inunxit, cuius nomen oleum effuſum, & de cuius id eſt humanitate 75.

Petrus Cellenſ. lib. de panibus.

glorificata ſuperfluunt impetu redundanti ad homines emiſſiones gratiarum: totum ſiquidem cornu olei, id eſt plenitudo gratiæ funditur in capite filii hominis, quia benedictio Domini eſt ſuper caput iuſti, iuſtificantis omnes, iuſtificatos totaliter & originaliter: cur poſt alios panes vel coctos clibano, vel aſſos in craticula, vel frixos in ſartagine ſermonem haber de pane oleo inuncto? quia poſt omnium genera tribulationum his panibus denotata, tandem Chriſtus Dominus nobis erit dulcedo & refrigerium: accerſenda verba præfat. Abbat. *Spiritus noſter triplici hactenus vexatur labore, clibano videlicet internæ tentationis, ſartagine acerrima paſſionis, & craticula quotidiana mortificationis, totus laſſus, aridus, & extenuatus, pane iuuncto refici, inungi, & impinguari, totis ſuſpiriis non immerito* B *anhelat, contritis enim corde medetur, ſanat omnes animi contritiones, & conſonet quarumlibet anxietatum paſſiones: igitur ſi de torrente hyemalium inundationum, clibano videlicet, ſartagine vel craticula laborando in via huius noſtra peregrinationis guſtauimus, quid niſi vnctum panem remunerationis in patria, ab eo qui viuificabit mortalia pectora noſtra, expectamus? qui enim in exilio legem dedit Euangelicam, pro fide patiendi dabit in cœlo benedictionem Angelicam cum Chriſto regnandi: vt ſecundum multitudinem dolorum noſtrorum, æquo modo iuſtoque ſextario appendatur in ſtatera iuſta retributio bonorum: congrue proinde ſartaginis frixura, vbi viſcerum aruina effluxerat in pœnis recompenſatur pane vncto redemptionis, quo immortaliter noſtra viuet anima,* C *& craticula in qua vſque ad mortem ſubſtitit pane conſperſo æternæ glorificationis.*

In ſacrificiis Dominum vniuerſorum proteſtemur.

76. *Tortamque panis vnius, cruſtulam conſper-* A *ſam oleo &c. poneſque omnia ſuper manus Aaron & filiorum eius & ſanctificabis eos eleuans coram Domino*, cur coram Domino prædicta eleuare tenemur? nonne ſatis eſt, vt ea Deo offerantur, nulla facta eleuatione? hoc ritu proteſtabantur Deum vniuerſorum Dominum. bene ergo non omittitur huiuſmodi eleuatio, imo præcipitur, quia non tanti facit Deus ſacrificia quam illam diuini Dominij proteſtationem, hæc habet Oleaſt. Oleaſt. *Non tanti faciebat Dominus eleuationem, quanti huiuſmodi proteſtationem quæ hac eleuatione fiebat, qua eum vniuerſi mundi Dominum proteſtabantur, ac cœlum pro ſede ſua habere.*

Etiam crux in ſacrificiis figurabatur.

Tortamque panis vnius &c. pones omnia ſuper manus Aaron & filiorum eius conſecrabis eos, eleuans coram Domino, in Hebræo eſt eleuans ea, nempe munera. verum quomodo hæc fiebat eleuatio? an ſimpliciter, vel cum quadam agitatione? ex Hebræo ita deducitur, legit enim Mont, agitabis ea agitationem coram Domino: verum quomodo hæc agitabantur? ab occidente in Orientem, & à Seprentrione in Meridiem, vel primo verſus cœlum, deinde deorſum verſus terram, mox ad vtrumque latus; quid nonne in hoc figura crucis exprimitur? ita equidem, vt etiam ſciremus nec à ſacrificiis abfuiſſe, à quo non alienus Abulenſis. Abulenſ. *Ad Orientem extendebat, retrahebatque ad Occidentem, & in Meridiem atque Septentrionem flectebat: ita quod moueret eas verſus omnem differentiam poſitionis, deſignans quanta offerebantur in honorem Dei, qui omni loco poſitionis præſidebat, & fiebat in hac eleuatione ſignum crucis.* 77.

VARIET. LECT. à Verſ. 26. ad 28.

V*Vlg.* Sumes quoque pectuſculum de ariete, quo initiatus eſt Aaron, ſanctificabiſque illud, eleuatum coram Domino, & cedet in partem tuam.

Sept. De ariete conſummationis quod eſt Aaron, & ſeparabis illud ſeparationem coram Domino.

Cyrill. Sumeſque pectus de ariete oblationis Aaron, & eleuabis cum eleuatione coram Domino, & erit tibi in portionem arietis.

Pag. Et capies pectus conſecrationum, quod eſt ipſi Aaron, & eleuabis illud eleuationem coram Domino.

Mont. Et capies pectus ab ariete impletionum.

Vatab. Exaltabis illud exaltationem coram Iehouah de ariete plenitudinis.

Radulph. Et cedet in partem ſuam.

Vulg. Sanctificabiſque & pectuſculum conſecratum, & armum quem de ariete ſeparabis.

Sept. Et ſanctificabis pectuſculum ſeparationem, & brachium demptionis quod ſeparatum eſt.

Cald Sanctificabiſque pectus eleuationis, & armum ſeparationis quod eleuatum eſt.

Onk. Et armum ſeparationis qui eleuatus eſt, & quod eleuatum eſt de ariete D oblationum.

Pagn. Et armum eleuationis qui ſeparatus eſt.

Mont. Armum exaltationis, quod eleuatum eſt, *Philo* Brachium.

Vulg. Quo initiatus eſt Aaron & filii eius, cedentque in partem Aaron & filiorum eius iure perpetuo à filiis Iſrael, quia primitiua ſunt & initia de victimis eorum pacificis quæ offerunt Domino.

Sept. Quod demptum eſt de ariete conſummationis ab Aaron, & filiis eius, & erit Aaron & filiis eius legitimum æternum, à filiis Iſrael, eſt enim ſeparatio hoc & demptio erit à filiis Iſrael, de ſacrificiis ſalutarium filiorum Iſrael demptio Domino.

Cald. Sepasatum de ariete oblarionis Aaron, & filiorum eius, eritque Aaron & filij eius in ſtatutum æternum, à filiis Iſrael, quia ſeparatio eſt, & ſeparatio erit à filiis Iſrael, de victima ſanctificationum ſuarum, ſeparatio eorum coram Domino.

Pagn. Et qui eleuatus eſt ab ariete conſecrationum, &c. & eleuatio erit à filiis Iſrael, de ſanctificiis pacificorum ſuorum, eleuatio eorum coram Domino.

Arias. Et qui exaltatus eſt ab ariete impletionum, &c. quia exaltatio ipſe, & exaltatio erit.

CONCORDIA.

PRo his verbis quæ habet interpres, quo initiatus eſt Aarō, Heb. המלאים אשר לא הרן hamilluim aſc le Aaron, impletionum quæ Aaron, id eſt cape pectuſculum arietis, quod immolatur pro conſecratione Aaron, vt ſit idem quod vertit interpres, prout etiam & Cald. intelligit: *Sanctificabiſque id eleuatum coram Domino*, Hebraicè eſt וחנפה אתו תנופה vehenaphta otho tenupha, & eleuabis illud eleuationem: & quia ſunt eadem verba quæ in ſuperioribus concord. declarauimus, ad eas recurrendum: ſanctificabiſque & pectuſculum conſecratum, & armum Hebraicè eſt vekidaſta eth chaze ſanctificabis pectuſculum agitationis & armum eleuationis: oblatio illa vel victima tenupha vt quidam dicūt, eſt illa quæ certo ritu Deo eleuebatur agitatione manuum, verſus omnes mundi plagas, oblatio vero teruma ab aliis ita diſtinguitur à tenupha, vt teruma ſit oblatio à ſeorſum deorſum deſcendens, & agitata; tenupha vero ſit oblatio verſus quatuor mundi partes, verum S. Hieronym. hæc duo non diſtinguit, & terumam ſemper ſeparationem vertit, qua videlicet victima ſeparabatur vſibus prophanis Deoque offerebatur. ſic & Sept. teruma vertunt ἀφαίρεμα & Cald. aphraſenta, id eſt ſeparationem, à radice פרש peras, id eſt ſeparabis: quanquam ad verbum teruma, idem eſt quod eleuatio, à radice רום rum id eſt eleuauit, inde enim dicitur teruma quaſi dicas, oblatio vel leuanda, vel leuatur, tollitur, & offertur Deo: *iure perpetuo* Hebraicè עולם חק lechak. holam, in ſtatutum perpetuum, cætera quæ in aliis lectionibus habentur, nequaquam à noſtræ vulgatæ ſenſu deuiant, verum eſt in aliquibus bibliis ita eſſe vt habet Radulph. in partem ſuam, ſed iam emendata Siatina habent *tuam*, ſicut & in multis aliis ante emendationem tam impreſſis quam manuſcriptis.

EXPOSITIO.

SVmes quoque pectuſculum de ariete &c. modo explicatur, quod ad Moyſem ſactificantem perueniebat, ex hoſtia pacificorum: nec mirum, ſacerdos enim erat Moyſes in hoc ſacrificio, cedebat autem in ſuam partem pectuſculum, quod in pacificis ſacerdotis erat, cedebat quidem & armus dexter, at id in altari cremati voluit, eo quod erat aries conſecrationis, quo initiatus eſt Aaron, pectuſculum enim non erat ipſius, quia ipſe & filii eius tunc ſolum erant ſacerdotes in fieri, at non erant, qui ſacerdotii munere fungerentur, & immolatores eſſent, *ſanctificabiſque illud eleuatum coram Domino*, eodem ritu & cæremonia qua ſanctificaſti alias partes arietis, videlicet illum eleuando.

Sanctificabis pectuſculum conſecratum, & armum, non quod tunc cedere debeant Aaroni & filiis eius, ſiquidem (vt vidimus) pectuſculum illud Moyſi cedebat, & armus dexter igne cōſumebatur, ſed quod in poſterum hæc duo in omnibus victimis pacificis ſacerdotibus cedere debeāt: verbum ſanctificabis ſignificat ſancta eſſe declarabis, & peculiariter Deo conſecranda, vt pote quæ tanquam ſancta cedere debeant, vel in cibum offerentium, quia & cibus ille eorum quæ offerebantur, coram Domino non erat profanus, ſiue in partem ſacerdotalem, & pontificiam, ſiue in holocauſtū incenderetur, hic autem ſignificat ſanctificanda eſſe, quæ in vſum ſacerdotum cedere deberent.

Iure perpetuo, nullatenus ad libitum immutando à filiis Iſrael, & ſic ſenſus eſt, quod lex vetus ſuum habitura eſt vigorem, tamdiu pectus & armum dextrum in ſacrificiis tenebuntur Iſraelitæ dare Aaron, & legitimis ſucceſſoribus eius, *Quia primitiua ſunt & initia de victimis eorum pacificis*, ſenſus eſt, vel quia pectus & armus dexter primæ ſunt partes, quæ initio è victima pacifica ſeparantur, tanquam ea quæ in animali ſunt optima, & nobiliſſima, obidque etiam velut primitiæ, quæ de optimis & ſelectis frugibus, ſacerdotibus cedere merito debent.

CONCEPTVS.

Qui Deo ſacrantur, plenitudinem vocationis ſuæ curent ſeruare.

28. *Sumes pectuſculum de ariete quo initatus eſt Aaron*, Cald. *de ariete oblationis*. Sept. *de ariete conſummationis*, Mont. *de ariete impletionum*. Cur arietem Deo conſecratum vertunt arietem impletionum? quia tunc quilibet intelligitur dicatus & conſecratus diuino obſequio, cum apparuerint in illo omnia impleta ad tantam vocationem: quo reſpiciens Eccleſ. 45. ait, compleuit Moyſes manus Aaron, & vnxit illum oleo ſancto, compleuit inquam videlicet ſic Aaron fuit à Moyſe inſtitutus, ſic compoſitus ad ſacrum miniſterium, vt nihil in ſe oſtenderit inane vel vacuum, Eccleſ. 45.

nihil minus, ſed omnia plena & integra monſtrauerit: & profecto nihil inuenies Deo ſacratum, quod de plenitudine hac non gaudeat. S. Ephr. de quo D. Ephrem ſerm. de pœnit. ſic monet. *Accedentes ad Deum ſancta lex decuit vniuerſa ſanctuaria ex auro formare, nec locum reliquit vacuum in theſauris legiſlator: vt diſcamus ſanctos Dei perfectam habere ſanctitatem: non reliquit leuitatem in ſanctis vaſis, vt non habeas quicquam inane, aut quod non aliquid agat miniſter Dei, ſi leuitatem habeas aut locum vacuum, non poteris vas eſſe ſanctum*: quid mirum quod inter vaſa Deo conſecrata, non habeatur ille qui non plenarie Deo ſe tradit, ſed aliquid minus habet? equidem & hunc maxime Deus abominatur, & ab omni ſanctitate arcet.

Aliquos cito Deus ad virtutis apicem euehit, non item alios. B

79. *Sumes pectuſculum de ariete*, nempe quod in Moyſis partem cedere deberet, deinde verſu ſubſequenti ait, ſanctificabis pectuſculum conſecratum, & armum, quem de ariete ſeparaſti, vtrumque cedet in partem Aaronis, Moyſi ergo tantum ſeiungit pectuſculum, Aaroni vero & pectuſculum & armum, vel brachium: cur ita factum? nonne ita vtrumque meretur Moyſes, vt Aaron? Philo lib. 2. de alleg. legis accipit pectuſculum pro motibus & animæ affectibus, quia ibi præcipue reſident: verum cur ſine brachio tribuuntur Moyſi? quia ſine opera & labore, Aaroni vero ſimul cum armo, quia multo labore inſudandum eſt, vt motus animi temperet: ita quibuſdam Deus virtutem tribuit ſine luctu, alijs vero multo cum ſudore: interim mihi illud notandum occurrit ex eodem Philone, Moyſi quidem qui perfectior erat, & longe maior Aarone amicitia & familiaritate erga Deũ pectuſculum dediſſe ſine armo: Aaroni vero qui imperfectior erat, & minor Moyſe, pectuſculum cum armo dediſſe; nimirum frequenter Deus per compendium ad virtutem adducit eos, quos futuros nouit eximios, neque communi vult regula eos teneri: quos ad miraculum vſque effert, vt patet in S. Paulo. Philonia verba ſubiicismus. *Eſt etiam brachium ſignum laboris & afflictionis; talis enim debet eſſe curator miniſterque ſanctorum, exercitijs ac labore occupatus, cæterum cum Deus abundanter per bona opera largitus eſt ſine labore ac negotio: Aaron autem minor reperitur atque imperfectior, qui labore parat virtutem, quam ſine labore ac negotio Moyſes accepit à Deo, manet labor ipſe minor, & vtilior eſt quam quies, ſicut & imperfectum quam perfectum.*

(Margin: Philo)

C

D

Si quis ſe à periculis ſeparat, facile ſanctus euadet.

80. *Sumes pectuſculum de ariete, ſanctificabis illud eleuatum*, Sept. *ſeparabit illud ſeparationem coram Domino*, quid? idemne eſt ſeparari & ſanctificari? quomodo ergo vulgata ſanctũ legit, & ſeparatum Sept? merito quidem, quia ſi quis ſe à periculo peccandi abſtrahit, ab occaſione delinquendi ſe longius amouet & ſeparat, facile ſanctitatem conſequetur, ita moraliter Origen. Orig. hom. 5. in Leuit. *Quomodo eris brachium* A *ſeparationis, cum ſeparaueris te ab omni fratre ambulante inquiete, vel certe cum ſecundum Prophetam ſeparanc ſe & exeunt de medio peccatorum, qui portant vaſa Domini: denique vernacula quadam ſcriptura conſuetudine commune eſſe* Act. 10. *dicitur quod immundum eſt: ſicut & ad Petrum vox de cœlo dixit, quod Deus mundauit tu commune ne dixeris, communiter etiam ſi id quod immundum eſt commune appellatur quod ſanctum, nominabitur ſeparatum.*

Talis eris regulariter, qualis tibi fuerit ſocius.

Sumes pectuſculum de ariete, Moyſi cedebat illud pectuſculum in partem, tamen poſtquam initiati ſunt Aaron & filij eius, pectuſculum & armum pro portione ab offerentibus ſumebat: verum cur has potiſſimum partes ſelegit Deus pro ſuis miniſtris? in pectore cor reſidet, brachium & manus actionum ſunt inſtrumenta: quid ergo, niſi quod offerens pectus brachiumque ſacerdoti, fatetur ſe ex conſortio cum ſacerdote, id eſt cum piis viris, mentem operaque iniqua abieciſſe, & in melius mutaſſe? iuſtorum enim ſocietas efficit, vt impij peruerſum mutent animum; licet regulariter tales ſimus; quales habuerimus ſocios & amicos, quod S. Petrus Chryſolog. annotat ſerm. 44. explicans illa verba 1. Pſalm. Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, ait, *Quia & ſi natus homo mox peccatorum venit in viam, non mox peccati curris in viam, ſed vbi cœperit impietatis venena guſtare, tunc ſaporem trahit de pinguedine peccatorum.* 81.

(Margin: Petrus Chryſol. Pſalm. 1.)

Cor noſtrum & opera noſtra Deo immolemus.

Sumes pectuſculum de ariete &c. quod cedet nunc in tuam partem, & deinde Aaron & filij eius, non ſolum pectuſculum, ſed & armum dextrum obtinebunt: cur hæc duo de ſacrificio pacificorum eis præcipitur ſumere? nonne ſatis eſt vt pectuſculum ſolum eis concedatur ſicut Moyſi? nonne pectuſculum cor denotat, ſicut armus dexter bona opera? quo poſito ſic reſpondet B. Greg. Magn. in paſt. *Cui* (nempe ſacerdoti) *in eſu quoque pectuſculum cum armo tribuitur, vt quod de ſacrificio præcipitur ſumere, hoc de ſemetipſo auctori diſcat immolare, & non ſolũ pectore quæ recta ſunt cogitet, ſed ſpectatores ſuos ad ſublimia armo operis inuitet: nulla proſpera præſentis vitæ appetat, nulla aduerſa formidet, blandimenta enim mundum reſpectu interni terrore deſpiciat, terrores autem conſiderato internæ dulcedinis blandimento, contemnat.* 82.

(Margin: S. Greg. Magn.)

Syncere Domino & fidelibus, ſeruiat ſacerdos.

Sumes pectuſculum de ariete &c. ſed Aaron & filij eius & ſucceſſores eorum, non ſolum pectuſculum de hoſtiis pacificis, ſed etiam armum accipient: quod aliquæ partes victimarum dentur ſacerdoti, rationi conſentaneum eſt, verum cur potius armos & pectuſculum, quam aliæ? cur de oblatis hæc duo accipit? *Vt recordetur*, inquit Lipp. *ſemper de pectore fideli & ſyncero offerendo Domino, armoque adiutorij proximis adminiſtrando, hæc eſt enim ſummi pontificis functio, Domino & fidelibus ſeruire.* 83.

(Margin: Lippom.)

VARIET. LECT. Verſ. 29. & 30.

V*Vlg.* Veſtem autem ſanctam qua vtetur A Aaron, habebunt filij eius poſt eum, vt vngantur in ea, & conſecrentur manus eorum.

Sept. Et ſtola ſancti quæ eſt Aaron, erit filij eius poſt eum, vngere eos in ipſis & conſummate manus eorum.

Cald. Veſtimenta autem ſancta quæ ſunt Aaron, erunt filiis eius poſt eum vt vngantur in eis & offerantur in eis oblationes eorum.

Onk. Vt offerant in eis oblationes eorum.

Pagn. Ad vngendum cum eis, & ad conſecrandum cum eis manum eorum.

Mont. Vaſtes ſanctitatis &c. & ad implendum in eis manum eorum.

Vatab. Ad conſecrandum cum eis manum eorum.

Vulg. Septem diebus vtetur illa, qui pontifex pro eo fuerit conſtitutus de filiis eius, & qui ingredietur tabernaculum teſtimonij, vt miniſtret in ſanctuario.

Sept. Septem diebus induet ea ſacerdos, qui pro eo de filiis eius, qui intrabit deſeruire in ſanctis. *Onk.* Succeſſor eius.

Cald. Qui vngendus eſt pro eo, qui intrablt in tabernaculum fœderis.

Pagn. Qui veniet ad tabernaculum Eccleſiæ, ad miniſtrandum in ſanctificationem.

Arias. Qui veniet ad tabernaculum conuentus, ad miniſtrandum in ſanctitate.

CONCORDIA.

VEſtem ſanctam dixit interpres, ponens B ſingulare pro plurali, plura ſiquidem erant ſummi ſacerdotis indumenta, & in Hebræo etiam habetur בגדי הקדש vbigde hakodes veſtimenta ſancta habemus, *& conſecrentur manus eorum*, in Hebræo ולמלא בם את ידם vlmalle bam eth iadam, & impleant manum ſuam in eis, de hac conſecratione & manuum impletione diximus ſuperius.

EXPOSITIO.

V*Eſtem autem ſanctam qua vtetur Aaron habebunt filij eius poſt eum*, cum filij Aaron tantum poſt ipſum in ſancta ſummi ſacerdotis veſte vngendi dicuntur, aliquibus videtur nequaquam ſeruandos fuiſſe eoſdem ritus conſecrationis cum reliquis, qui poſt filios Aaronis ad ſummi ſacerdotis apicem aſſumebantur, C imo neque cum Eleazaro filio Aaronis, qui proxime patri in ſummo ſacerdotio cooptatus eſt, ritus & cæremoniæ conſecrationis ſeruatas fuiſſe: ſed quod præceptum illud Deo Moyſi latum, de ritibus & cæremoniis conſacrationis pontificum non ſolum ad omnes poſteros Aaronis, ſed etiam ad Eleazarum extenderetur, conuincit noſter textus, in quo obſeruandum illud plurale, *Filij eius poſt eum*, nam ſi de ſolo Eleazaro proximo Aaronis ſucceſſore ſermo tantum eſſet, vt placet nonnullis, aut Eleazarus ab his excluderetur, vt tenet Abulenſ. q. 25. in Exod. ad quid illud plurala *Filij*? non enim ignorabat Deus, quem ex filiis Aaron in ſummum ſacerdotem aſſumptutus eſſet poſt patrem, perſpicueque dicere potuiſſet, veſtem D autem ſanctam qua vtetur Aaron eius filius, tantum habebit poſt eum: quia ſic oratio ferebat, ſi de ſolo ſucceſſora Aaronis ibi ſermo eſſet, (vt illi ſentiunt.) cum igitur ſacer textus apertè doceat filios Aaron poſt ipſum in plurali numero veſte pontificali induendos fore, profecto voluit loqui Deus de tota Aaronis poſteritate, & quotquot ſummi ſacerdotij apicem tenere debuiſſent, iiſdem ritibus & cæremoniis in eadem veſte conſecrandos eſſe, ac ipſemet Aaron tunc conſecrabatur.

Præterquam quod commonis ſacrarum ſcripturarum phraſis eſt, vt nomina filiorum non ſolum filij geniti vel generandi, ſed tota poſteritas alicuius familiæ intelligatur: lex itaque iſta ea ratione ad omnes Aaronis ſucceſſores extendebatur, vt ſine ſacri olei ac vnguenti affuſione, nemo in tota Aaronis poſteritate ſummi ſacerdotis munere fungi poſſet: nam hic expreſſe eſt ſermo de ſacerdote, deque illius conſecratione, quia nemini ex minoribus ſacerdotibus veſte Aaronis vti licebat, nam quando filij Aaron minoris ſacerdotij munere initiabantur, linea veſte, Ephod lineo, & linea mitra ornabantur, non vero hyacinthina, quæ ſolius ſummi ſacerdotij pontificaliſque dignitatis erant.

Eleazarum quoque Aaronis filium nequaquam ſacrarum veſtium ſolo amictu ad ſummi ſacerdotij munus aſſumptum fuiſſe, contra Abulenſ. affirmo, ſed omnibus omnino cæremoniis, ritibus, nec non ſacri vnguenti effuſionibus, quibus Aaron & reliqui poſteri omnes pontifices, ex Dei præſcripto ad illud ſacerdotale munus adueheбantur, ad pontificatum ſublimatum fuiſſe ſentio: probatur ex verbis noſtri contextus, in quo dicitur veſtes illas Aaron ad id deſtinatas fuiſſe vt filij ipſius in ſummo ſacerdotio ſucceſſores, in ea veſte ſacro perungerentur oleo: vt autem ambiguitati locus precluderetur, ſubdit, ſeptem diebus vtetur illa qui pontifex pro eo fuerit conſtitutus, de filiis eius, at Eleazarus loco patris fuit ſummus ſacerdos conſtitutus: diuino ergo præcepto coactus eſt veſte illa ſancta vti ſeptem diebus conſecrationis, & in eadem ſancta veſte ſacro oleo vngi, igitur in conſecratione etiam illius ſeptem dierum ſpatium inſumptum fuit, & cum ipſo quoque ſtatutum de ritibus &

cæremonijs ſacræ vnctionis ſeruatum, vt ipſe quoque Eleazarus ſummo ſacerdotio licite fungi valeret.

Septem diebus vtetur illa qui pontifex pro eo A *fuerit conſtitutus*, non eſt neceſſe amplius detineri in horum verborum expoſitione, cum ſatis ſuperque à nobis declarata ſint.

CONCEPTVS.

Magni facimus ea quæ iure hæreditario à parentibus habemus.

84. *Veſtem autem ſanctam qua vtetur Aaron, habebunt filij eius*: licet huiuſmodi indumenta ſacerdotalia ſpecioſa eſſent, & eximia: nonne de nouo alia potuere confici pro ſucceſſore ſummi pontificis? ſicut enim nouum dignitatis culmen conſcendebat: ſic etiam debebat indui veſte recente: ſicut dignitatem hæreditario iure poſſeſſurus erat, ſic & veſtimenta, ea enim quæ ſic à parentibus habemus, in maiori pre-
Oleaſter. tio æſtimamus, *Quemadmodum* (loquit Oleaſt.) *filius eſt hæres dignitatis parentum ſuorum, ſic & veſtium ſacerdotalium: vnde mos inoleuit, quod pluris faciamus veſtes & alia ornamenta quæ à parentibus & proauis iure hæreditario habuimus.*

Non ſolum ſacerdotes, ſed eorum etiam indumenta apud Iudæos, in magna æſtimatione habita.

85. *Veſtem autem ſanctam qua vtetur Aaron, habebunt filij eius*, tantine pretij veſtes huiuſmodi, ac tantæ dignitatis, vt ſucceſſiue, cum initiandi eſſent Aaronis ſucceſſores, in pontificatu, ea iure hæreditario habere deberent? nonne ſatis eſt vt de ſucceſſore ſummi ſacerdotis Deus ſit ſollicitus? cur etiã & de veſtibus illius, vt non ſolum ſacerdotes, ſed eorum indumenta in pretio ſciret habere populus Iſrael, de his ſic loquitur eruditiſſ. Nouarin. l. 5. ſacr. elect.
Nouarin. cap. 106. *Sacræ veſtes pontificis ſeruabantur in turre fortiſſima, quam in parte templi ſeptentrionali olim ab Haſmonæis conditam Herodes tandem Antonium de Marci Antonij nomine appellauerat, vtique per glorioſum illam veſtem cuſtodire, quare eum honorem identidem Romani ſibi vendicauerunt, ac rurſus Iudæis eam ſed beneficij loco conceſſere*, id accepit Nouarr. à Ioſeph. in antiq. ſcilicet quod tanti decoris ac venerationis erat in ſuo tempore hæc veſtis vt in turri Antoniana, ſub cuſtodia & ditione D Romanorum militum, ſeruari conſueuiſſe referat.

Sanctè viuere ſemper debemus.

86. *Veſtem autem ſanctam qua vtetur Aaron, habebunt filij eius poſt eum, ſeptem diebus vtetur illa*, cur ea induendus, qui in pontificatu ſucceſſor erit, ſeptem diebus? nonne ſatis eſt, vt vnum vel alterum diem referat, vt pontifex cenſeatur eſſe? diximus his indumentis virtutes deſignari, quibus ſummus ſacerdos ornari deberet: quis autem dubitat, quin ſeptem diebus totius vitæ decurſus denotetur: bene ergo non vnius vel alterius, ſed ſeptem dierum ſpa- B tio veſtem ſanctam deferre tenetur, qui Aaronis in pontificatu ſucceſſor erit futurus; quia per aliquot non ſolum annos, ſed totius vitæ curriculo virtutibus habendis ſtudere debe- Petrus Riga.
mus. ſic canit Petrus Riga.

Sancta pontifices vtuntur veſte diebus
Septem, qui ſanctè viuere ſemper amant.

In hac vita ſanctitas acquirenda, in altera merces habenda.

Veſtem autem ſanctam qua vtetur Aaron, habebunt filij eius poſt eum ſeptem diebus vtetur illa, 87.
non ſolum hoc ſeptenario veſtibus his ſanctis vti debebat, ſed etiam vt rite conſecraretur, aliæ perficiendæ in eo cæremoniæ, quæ ad con- C ſecrationem requirebantur: cur hoc tempus ſeptem dierum conſumi debet in huiuſmodi conſecratione ſummi pontificis? cur nec de oſtio tabernaculi exire, vt habetur Leuit. 8. ſeptem diebus? cur vſque ad octauum non peruenitur? tunc enim potuit etiam conſecrationis tempus abſolui: ſeptem dies (vt diximus) omnem vitam præſentem deſignant, quæ ſeptem diebus voluitur, in ſancto vero loco demoratur quiſquis in ſanctis operibus occupatur: præcipitur ergo ſacerdotibus ne de loco ſancto exeant ſeptem diebus, id eſt ne quamdiu hic viuunt, ab obſeruatione diuinæ legis recedant: verum cur vſque ad octauum diem non extenditur conſecratio? dies octauus gloriam deſignat, qua bona remunerantur opera: bene D ergo ſolum ſeptem dies & non octo dedicantur ſummi pontificis conſecrationi, quia ſolum in hac vita ſanctitas acquirenda & in Radulph.
altera merces habenda. ſic Radulph. in cap. 8. Leuit. *Solum tranſacta vita premium ſanctitatis recipitur.*

VARIET. LECT. Verſ. 15. & 16.

VVlg. Arietem autem conſecrabis, tolles & coques carnes eius in loco ſancto.

Sept. Et arietem conſummationis ſumes.

Cald. Arietem autem oblationum tolles.

Pagn. Conſecrationum.

Mont. Arietem plenitudinum.

Alij. Impletionum.

Vulg. Quibus veſcetur Aaron & filij eius, panes quoque qui ſunt in caniſtro in veſtibulo tabernaculi teſtimonij comedent.

Sept. Et edent Aaron & filij eius carnes arietis, & panes qui in caniſtro apud portas tabernaculi edent ea.

Pagn. Ad oſtium tabernaculi Eccleſiæ,

Cald. Fœderis, *Mont.* Conuentus.

Vulg. Vt ſit placabile ſacrificium, & ſan-

ſanctificentur offerentium manus,alienigena noo A veſcatur ex eis quia ſancti ſont.

Sept. In qoibus ſanctificati ioeis, ad conſummandom manus eorum ad ſanctificandom eos, & alienigena non edet ex eis, ſunt enim ſancta.

Cald. Et comedent ea, quibus placabiles erunt, vt offerantur oblationes eorum, vt ſanctificentur, alienus autem non veſcetur eis, quia ſanctificata ſont.

Pagn. In quibus propitiatus eſt ad conſecrandum manum eorum, ad ſanctificandum eos,& alienigena non comedet, quia ſanctificatio ſunt, *ſic Oleaſt.*

Mont. Quibus expiatum eſt in eis, ad implendum manus eorum ad ſanctificandum eos,& alienigena non comedet, quia ſanctitas ea.

Cajet. Qoibus propitiatum fuit iu eis.

C O N C O R D I A.

CVm frequẽtiſſime ponatur ſingulare pro plurali, hinc eſt quod licet Hebraicè ſit המלאים hamiluim in plurali, nempe conſecrationum ſiue pleoitudinum, tamen Vulg. reddidit in ſingulari conſecrationis: vt ſit placabi- B le ſacrificium, Hebraicè eſt אשר כפר בהם aſer cupar bahem, quibus expiatum eſt in eis, vel quibus propitiatus, ideo paſſiue cupar redditur, quia præteritum paſſiuum eſt in piel: verbum autem caphar quod propitiari vertitur, ſignificat propriè operire, linire, & ex conſequenti propitiari, quia tunc Dominus erat peccatori propitius, cum peccata eius nolebat videre ad puoieodum, habemos ad conſecrandum maous eorum, alij autem ad implendum, ſed de hoc iam pluries dictum: habet interpres *alienigena*, ſignificat autem zur aut mazur, à qoo zar id eſt alienigena, elongare & ſeparare, & inde zur id eſt elongatus, ſcilicet à patria ſua, aut ab ea ſeparatus verum non ineptè Caldæus vertit alienus, pro elongato, ſcilicet vel ſeparato à genere ſacerdotali: qui legont ſancta in neutro genere, ideo eſt quia hæc ad oblata referunt.

EXPOSITIO.

A*Rietem autem conſecrationis tolles*, peractis omnibus quæ ad hoſtiam arietis conſecrationis pertinebãt, quantum ad immolationem,cremationem adipum armique dextri, iubentur hîc carnes quæ ſupererant,exceptis adipibus & armo dextro crematis, ac pectuſculo, quod ceſſerat in partem Moſis, coquere ante C fores tabernaculi,ibique edere, *quia ſancta erãt*, nec fas erat illas offerre extra ſanctuarium, tum præterea vt habetur Leuit. 8. quoniam pontificis & ſacerdotum cõſecratio per ſeptem dies durabat, quibus non licebat inde exire.

Coques carnes eius in loco ſancto, hæc coctura debebat fieri igne deforis allato & non ſacro, ſiue qui de altari ſumeretur, & intra vaſa quæ aſſeruarentur ad hunc vſum, *in ſanctuario*, loco ſancto id eſt in atrio ſacerdotum loco ſeparato ab altari holocauſtorum; neque enim in eo coquebantur carnes victimarum quæ comedebantur, ſed tantum cremabantur, & igne pœnitus abſumebantur, & quæ in Dei partem quodammodo cedebant, *quibus veſcetur Aaron & filij eius*, ita enim in omnibus ſacrificiis pacificis, præter ea quæ incendebantur in altari D pectuſculum cum armo dextro quod cedebat ſacerdoti, is qui victimam offerebat cum ſuis de ſacrificio participabat, eique proinde carnes victimæ reliquæ, poſtquam eas ſacerdos coxerat, cedebant: quocirca hic Aaron cum filiis eas carnes comedunt, quia ipſi victimas dederant, & pro ipſis oblatæ erant.

Panes quoque qui ſunt in caniſtro, non ii qui manibus Aaron & filiorum eius impoſiti, ſiquidem in altari cremandi erant, ſed reliqui qui erant in caniſtro, *in veſtibulo tabernaculi comedent*, in atrio ſacerdotum, *vt ſit placabile ſacrificium*, ipſi Deo, ob fidem & deuotionem ac obedientiam ſacerdotum, omnia iuxta eius præſcriptum complentium, *& ſanctificentur offerentium manus*, vt ex hac cæremonia ſanctoque conuiuio, magis quodammodo conſecrentur & ſanctificentur manus eorum.

Alienigena non veſcetur ex eis, alienigena ſumitur hîc pro omni eo qui non eſt de genere Aaron: & filiæ quæ erant de genere illius arcebantur etiam ab huiuſmodi cibis, imo & filij qui non erant conſecrati: hoſtia enim hæc erat conſecrationis, *quia ſancti ſunt*, in Dei cultum peculiariter conſecrati, licet autem communiter offerentes laici de victima pacifica participarent, tamen hoc eis interdicitur, quia hæc victima erat ad ipſorum ſacerdotum conſecrationem, tum etiam quia ipſe Aaron & filij eius, victimam conſecrationis dederant, & pro ipſis offerebantur.

CONCEPTVS.

Non ſatis eſt verba Chriſti audire, & opera illius intueri, niſi & ea imiteris.

78. *Arietem autem conſecrationis tolles, & coques eius carnes*, quibus Aaron & filij eius veſcentur; nonne ſatis erat aures Aaronis ſanguine arietis liniſſe, nec non digitus eorum? cur etiam carnes eius comedere iubentur? non eſt dubium quin Chriſtus Dominus ariete deſignetur, ſacerdotum autem manus & aures ſanguine eius liniri, eſt legis diuinæ tam doctrina quam exemplis Chriſti ſacerdotes informari, ne ipſi aut peruerſa docere, aut à tramite iuſtitiæ deuiare præſumant. comedere autem carnes

illius, eſt Chriſti vitam & opera imitari: bene ergo non ſolum leniendæ ſunt aures ſacerdotum, & digiti ſanguine arietis, ſed etiam carnes eius comedere debent; quia non ſatis eſt Chriſti Domini verba audire, & opera illius intueri, niſi & exempla eius imitatione amplectaris. ſenſus eſt Radulph. Flauiac. c. 8. Leuit.
Radulp. *Quid prodeſt monita legis ſuſcipere, niſi ſtudeamus etiam opere explere? poſt tactum itaq; ſanguinis qui doctrinæ imbutionem deſignat. carnes quoque arietis comedi præcipiuntur, vt quem delectant Chriſti verba audire, & opera illius intueri, exempla quoq; virtutum ipſius non pigeat imitari, quæ tamen antequam comedantur, coquendæ ſunt vt opera Dominica ſollicita mente perſcrutentur, & ardenti cogitatione in affectus noſtros traijciantur, vt enim ait B. Gregor. cum de coquendis agni carnibus loqueretur, quaſi mente coquimus quidquid ſubtiliter cogitamus.*
S. Greg.

Ægrè fert Dominus ſacra Prophanis miſceri.

89. *Arietem autem conſecrationis tolles, cuius carnes in loco ſacro coques.* non ſolum præcipit vt in loco ſacro coquantur, ſed etiam in ſanctuario comedantur, imo vt nullus alienigena veſcatur eis: quid tibi curæ, quo in loco carnes arietis coquantur, & quo in loco comedantur? imo rationi diſſonum videtur, vt locus ſacer indulgentes cibis admittat: nonne vobis ſunt (inquit Paulus) domus ad veſcendum? nonne Chriſtus Dominus vendentes cibos eiecit è templo? quomodo ergo non ſolum iubet Deus, vt in loco ſancto comedantur, imo quod etiam carnes coquantur, cum culina nihil habeat commune cum loco ſacro? nonne huiuſmodi carnes ſanctæ erant, vt pote Deo oblatæ & conſecratæ? merito ergo iubet, vt comedantur nec coquantur in loco prophano, tolerare enim non poteſt, vt ſacra Prophanis miſceantur. obſeruatio eſt Hieronym. ab Oleaſt. *Hic aduerte primum voluiſſe Dominum ſacerdotes in loco ſancto coquere debere eas, 2. in loco ſancto comedere, 3. prohibuiſſe alienigenis qui non erant de ſemine ſacerdotali earum vſum, vt diſcas quam ægre ferat Dominus ſancta Prophanis miſceri, meliuſque eſſe talia comburere, quam Prophanis vſibus applicari, quemadmodum ſtatim ſtatuit vt ſi quid earum vſque mane reſiduum fuerit igne comburatur.*
Oleaſter.

Mens iuſtè ſancto paſcatur cibo.

90. *Arietem autem conſecrationis tolles*, cuius carnes Deus coquendas petit in loco ſancto, & comedendas in ſanctuario, ideo præcipitur vt comedantur in ſanctuario, quia carnes ſunt ſanctæ, ſcio quid Preſbyter Rhemenſis dicat circa coctionem carnium arietis in loco ſancto, ait enim.

Sancti, ſunt aries, caro ſanctam ſignat eorum,
Vitam, quam iuſti mens meditando coquit.

Licet mens iuſtorum vitam ſanctorum meditari debeat, vt eam imitetur, quomodo verificari poteſt, quod huiuſmodi carnes etiam in ſanctuario comedi debeant? reſpondet præf. Auctor.

Nam piа mens, locus eſt ſanctus, quæ diſcutit actus
Sanctos, inde ſacro paſcitur ille cibo Petrus Riga.

B *Ab eſu panis Deo conſecrati excluditur, qui in fide minime ſtabilis.*

Arietem autem conſecrationis tolles, cuius carnibus veſcentur initiandi ſacerdotes, ſicut & panibus in caniſtro poſitis: alienigena autem ex eis non veſcetur, quid alienigena commiſit? in quo deliquit, vt arceatur non ſolum à carnibus arietis, ſed etiam à panibus caniſtri comedendis? verum an nomine aduenæ ſignificari poteſt ille qui in fide minime ſtabilis, vitaque & motibus fidei non reſpondet? ita ſentit Ludouic. Pontius l. 6. exhor. 21. in Cant. *Aduenam vocat eum qui non eſt in fide ſtabilis, & intra Eccleſiam eſt, non merito ſed numero, qui dicit ſe noſſe Deum, factis autem negat.* ne mireris ergo, ſi arceatur aduena, is enim indignus eſt qui ad ſanctos panes comedendos admittatur: vnde Interl. *De ſacrificio ſummi ſacerdotis, hoc eſt de ſumptione pretioſi Dominici corporis & ſanguinis non veſcitur alienigena, id eſt Gentilis vel hæreticus, vel cuius vita ab Eccleſia aliena eſt.* 91. Ludouicus. C Gloſſa Interl.

Locum ſacrum requirit cibus Euchariſtici panis.

Arietem autem conſecrationis tolles, cuius carnes coctas in loco ſancto comedes in ſanctuario, nec non etiam panes azymos: nonne in Prophano & ſæculari loco his duobus veſci poſſunt ſacerdotes? Serran. in cap. 8. Leuit. ad n. 40. *Carnes & panes ſimul ante fores tabernaculi hîc comedere iubebat Dominus, ſacroſanctum plane Euchariſtiæ myſterium obumbrans, in quo vera caro Chriſti ſub ſpeciebus panis, qui eo tem erat in ſancto altari comeditur*, bene ergo in loco ſancto carnes arietis coquendæ, panes comedendi, quia locum ſacrum requirit eſus Euchariſtici cibi, his duobus deſignati. 92. D

VARIET. LECT. à Verſ. 34. ad 36.

V*Vlg.* Quod ſi remanſerit de carnibus conſecratis, ſiue de panibus vſque mane, combures reliquias igni, non comedentur quia ſanctificata ſunt.

Sept. Sin autem remanſerit de carnibus ſacrificij conſummationis, &c. non comedentur, ſanctificatio enim eſt.

Cald. Si remanſerit de carnibus oblationum.

Pagn. Si ſuperfuerit de carne conſecrationum, &c. non comedetur, quia ſanctitas eſt.

Mont. Et ſi ſuperfuerit de carne plenitudinum.

Vulg. Omnia quæ præcepi tibi facies ſuper Aaron & filiis eius, ſeptem diebus conſecrabis manus eorum. *Sic Pagn.*

Sept. Et facies Aaron & filiis eius, ſic ſecundum omnia, quæ mandaui tibi ſeptem diebus conſummabis manus Aaron.

Procop. Septẽ diebus perficies manus illorũ.

Cald. Septem diebus offeres oblationes eorum.

Arias. Septem diebus implebis manum eorum.

Vulg. Et vitulum pro peccato offeres per ſingulos dies ad expiandum, mundabiſque altare cum immolaueris expiationis hoſtiam, & vnges illud in ſanctificationem.

Sept. Et vitulum peccati facies die purificationis, & purificabis altare in ſanctificando te in eo, & vnges illud ad ſanctificandum ipſum.

Aquila, Symm. & Theod. In die expiationis A aut de propitiationis.

Cald. Vitulum autem quod eſt pro peccato, facies quotidie pro expiationibus, & mundabis altare cum expiaueris ſuper illud.

Pagn. Iuuencum pro peccato facies in die ſuper propitiationibus, & mundabis altare in propitiatione tua ſuper ipſum.

Mont. Iuuencum peccati facies diei ſuper expiationes, & expiabis ſuper altare in expiando te ſuper eo.

Oleaſt. Super lenitionibus &c. in propitiatione tua ſuper ipſum.

CONCORDIA.

PLuries diximus de hac dictione המלאים hamiluim, quam recte reddit interpres, *conſecratis*: habemus quia ſanctificata ſunt, Hebraicè כי קדש הוא xi kodes, quia ſanctitas vel ſanctificatio; ſed ponitur abſtractum pro concreto: recte vertit interpres vitulum pro peccato offeres, Hebr. loco offeres eſt תעשה faces, ſed vſitatum eſt in ſcriptura ponere ver- B bum facere, pro immolare, vel Deo aliquid offerre: per ſingulos dies Hebraicè ליום laiom quotidie, vel de die in diem, ad expiandum על הכפרים propter expiationes, alij ſuper propitiationibus, alij ſuper lenitionibus; verbum enim כפר lenire, expiare & propitiari ſignificat. Sept. hæc obſcurius verterunt.

EXPOSITIO.

QVod ſi remanſerit de carnibus conſecratis, &c. non licebat quidem reliquias in profanos cibos vertere, cumque iam religioſum, vt ita dicam, conuiuium finitum eſſet, ne ſanctificati cibi in profanos cederent, aut canibus darentur, comburi iuſſit, *omnia quæ præcepi, facies ſuper Aaron & filiis eius*, omnia enim quæ iuſſi, ſunt de integritate conſecrationis C eorum, *ſeptem diebus conſecrabis manus eorum*, ſeptem diebus ſacerdotum initiatio durabat, ſicut & pontificia, vt & ſacerdotum auctoritas diuturna conſecratione celebrior haberetur, ſcio Fortunatum Sachum 2. Myrot. cap. 67. aſſerere relatiuum eorum, non tantum dici de ſacerdotibus, ſed etiam de altari, minus rectè dictum, nam hæc phraſis omnino inuſitata, vt conſecrentur manus altaris.

Vitulum pro peccato offeres per ſingulos dies, non intelligas ſolum ſeptem diebus repetitum fuiſſe ſacrificium pro peccato, nam præcedentia verba ſeptem diebus conſecrabis manus eorum, aliud indicant, nempe ſeptem diebus continuis eorum conſecrationem repetitam: vnde hæc quatuor repetebantur quotidie, primo vngebantur manus ſacerdotum, ſecundo D immolabatur vitulus pro peccato, tertio mundabatur altare, quarto vngebatur altare, hæc ſanxit Deus, tum ad ſacerdotum conſecrationem complendam, tum etiam ad initiandum & quaſi conſecrandum nouum altare holocauſtorum, aliqua alia addit Ioſeph, nempe hiſce diebus factas fuiſſe iteratas aſperſiones veſtiũ ſacerdotalium, tabernaculi, item & vaſorũ ſacrorum per oleum, & per ſanguinem taurorũ & arietum, qui alternis diebus mactabantur: ſed id aliqui omnino reiiciunt, tanquã non ſatis conſonum ſcripturæ, alij autem probabiliter tenent repetitam fuiſſe immolationem arietum, non autem taurorum, ad expiandum ſcilicet ſacerdotum conſecrandorum peccata.

Mundabiſque altare, expiatio rerum inanimatarum non ſic debet intelligi, quaſi ſit in ipſis aliqua impietas proprie expianda, cum neq; vitiorum neque virtutum capaces ſint, ſed tantum quod ſolemni ritu partem ab abuſu circa impia, partem, ab vſu in politicis & ciuilibus negotiis transferebatur ad ſolum Dei cultum: nam quæ Deo deſtinata ſunt, deinceps ab aliis vſibus ſeiungenda eſſe voluit Deus, vt per hanc ſegregationem, intelligerent homines multo magis id in rebus animatis præſtari debere.

Quænam autem eſſet huius altaris emundatio, & quomodo fieret, difficile explicatu eſt, vellem conſuleres Fortunatum Sacchum Myroth. 2. c. 68. & 69 vbi plura de his quæ expiationem altaris præcedunt eruditè examinat, de cæremoniis ipſius expiationis, nec non de his quæ expiationem ſubſequuntur: ſed quia in Leuitico (Deo dante) ea diſcutiemus, ideo hîc ab his omnibus ſuperſedeo. mundabatur ergo altare vel ſanguine animalium, vel vt alij volunt, aqua eluebatur totum exterius, deinde accedebat oleum vnctionis ad ſanctificationem, id eſt vt ſit ſanctum & Deo conſecratum.

CONCEPTVS.

Nemo tumidus ſit & elatus Deo ſacrificans.

3\. *Quod ſi remanſerit de carnibus conſecratis, ſiue de panibus, combures*, panes hi ſine fermento, ſolũ enim erant azymi: cur ab hoc ſacrificio, quo initiandus erat ſummus ſacerdos & alij minores, panes fermentati arcentur? nonne dicere poſſumus Deum indicare voluiſſe, à mentis noſtræ ſinu, ſuperbiam,

quæ tanquam fermentum totam humani generis maſſam corrumpit, ablegandam, maxime cum Deo ſacrificaturi ſumus? præclare Philo qui expendens Dei legem, quæ inhibuit ab omni ſacrificio fermentum abeſſe debere, ait lib. 2. de victimas offerentibus, *Illud quoque legiſlator iubet, oblationem omnem ſine fermento fieri propter tumiditatem, quam fermentum efficit, æquo firmato præcepto ne quis elatus ad altare accedat, tumidus faſtu & arrogantia, ſed aſpiciens Dei magnitudinem, ſuam mortalitatem agnoſcat, quamtumuis cæteris fortunatior & vera æſtimatione animos elatos reprimat, cauens inſidiatricem ſuperbiam.* (Philo.)

Boni operis rectitudo, intentione praua haud inficienda.

94. *Quod ſi remanſerit de carnibus conſecrationis, ſiue de panibus, combures*, hi panes adhibebantur verum impermixti fermento, nec mirum, cum enim fermentum prauam intentionem denotet, merito hic amouentur, boni enim operis (quale erat ſacerdotum conſecratio) rectitudo, nequaquam praua intentione inficienda. fauet Rikelus ſerm. quomodo ſacramentum altaris ſuſcipiendum ſit. *Praua intentio* (inquit) *vocatur fermentum corrumpens rectitudinem actionis, quia intentio imponit ſpeciem actioni.* (Rikelus.)

Bona opera ſine corruptione vanæ gloriæ exercenda.

95. *Quod ſi remanſerit de carnibus conſecrationis, & de panibus, combures*, azymi panes erant hi, nec immerito vt rectè doceremur in operibus bonis inanem gloriam nobis cauendam eſſe, id habet B. Greg. hom. 22. in Euang. *Panes* inquit, *ſine fermento comedit, qui recta opera ſine corruptione vana gloria exercet*, quam fatuus qui inanis gloriæ amore captus, inficit labores ſuos, qui vni Deo ſacri eſſe debebant; vbique vitium iſtud damnari debet, vbique reiici, ſed maxime cum ad Deo ſacrificandum accedimus: in his quippe ſacrificiis adumbratus Chriſtus Dominus, & tanquam velatus ſub vmbris, docet nos, vt nos & noſtra velemus, vt inani gloriæ nullus litet, nullus auræ populari humanæque laudi ſua opera committat, ac ſacret, ne pereant. vnde rectè Syneſius ſerm. ad Pœuium ait, *Præconem ſui eſſe atque ad oſtentationem & pompam omnia facere, non eſt ſapientia ſed ſophiſtica verſutia.* (Syneſius.)

Sine malitiæ fermento, azymi ſint ſacerdotes.

96. *Quod ſi remanſerit de carnibus conſecrationis, & de panibus, combures*, panes hi azymi adhibendi erant, cum pectuſculo & armo dextro, à ſacerdotibus comedendis, ſiquidem vtrumque in eorum partem cedebant: quid denotat panis azymus ab eis edendus? ſane vocabat eos ad caſtitatem morumque ſanctitatem, teſtis eſt S. Paulin. Epiſt. 5. ad Seuerum, qui azymi panis ſimilitudinem ita verſat, amicum commendans. *Te vero victa membrorum lege, & exteriore corrupto, puram conſperſionem parare, & ſine fermento azymum Chriſti confici eloquia tua tam facunda, quam caſta teſtantur*, eodem fere ſenſu eadem Epiſt. *quia*, inquit, *gratia & virtute cum plenus ſis, bonam Deo frugem molis, teque ipſum in azymis ſynceritatis & veritatis epulandum te exhibes, cuius eſca eſt quiſquis voluntates eius efficiens in corporis ipſius membra conuertitur.* (S. Paulin.)

Quod ſanctum & Deo conſecratum, non negligendum nec contemnendum.

Quod ſi remanſerit de carnibus conſecratis ſiue de panibus vſque mane, combures, quid inter eſt, ſi in alterum diem ſeruentur? nonne cum coctæ ſint huiuſmodi carnes, cibo inſeruire poterunt? ne iubeas ergo, quod ſanctum eſt, igne comburi: imo quia carnes conſecratæ ſunt, & non communes, noluit vlterius ſeruari, ne vel darentur canibus, vel in vſum Prophanum cederent, quod in Dei quodammodo cederet iniuriam. fauet Abulenſis in cap. 22. Exodi. *Ratio quare nihil de aliquo ſacrificio remanere debebat, quia conſumeretur comedendo, aut combureretur igne, erat, quia carnes ſacrificiorum ſancta erant, vt patet Leuit. 6. ideo non debebant negligi ſicut carnes aliæ communes, ſi autem non mandarentur omnes comedi, aliqua de eis darentur canibus, ſicut interdum conſueuerunt dari de aliis carnibus, etiam aliqua earum negligenter conſeruata permitterentur putreſieri, hoc autem erat dedecus Dei, cum iſta ſacrificia ſibi conſecrata eſſent: debebant ergo comedi totaliter, ita quod nihil de eis daretur alicui animali: ſi autem aliquid comedi non poſſet igne vrendum erat, & hoc quia etiam in hoc Deus laudaretur & honoraretur, quia ibi holocauſtum fiebat de illis carnibus, ſicut & de aliis animalibus quæ in holocauſtum totaliter incendebantur.* 97. (Abulenſ.)

Sacerdotum ſanctimonia commendatur.

Quod ſi remanſerit de carnibus conſecrationis ſiue de panibus vſque mane, combures, an non in alterum diem ſaltem non comedenda? dices quia ſanctificata, ſed hæc ratio nulla, nam quæ ſupererant de ſacrificio popularium, poterant comedi etiam altero die poſt peractam oblationem: ſic enim Leuit. 7. & 10. ſi immolaueritis hoſtiam pacificorum Domino & ſit placabilis eodem die quo fuerit immolata, comedetis eam, & die altera: quidquid autem reſiduum fuerit in diem alterum igne comburetis, ſi quis poſt biduum comederit, ex eo prophanus erit, atque iniquitatis reus: cur ergo non permittitur in hoſtia pacifica ſacerdotum, aliquid in alterum diem ſeruari, ſed id iubetur igne conſumi? ad maiorem eorum ſanctimoniam commendandam. non diſſentit, præfat. Abulenſ. quæſt. 16. *In hoc differt ſacrificium pacificum ſacerdotum à ſacrificio popularium, quia eſt alicuius maioris obſeruantiæ & aſtrictionis, nam ſacrificium popularium poterat comedi in die quo offerebatur, & in ſecundo die, ſi quid autem in tertio die maneret, comedi non debebat, ſed comburebatur igne.* 98. (Leuit. 7. & 10.) (Toſtatus.)

Perfectius Deo vniemur in futuro quam hic per ſacrificia.

Quod ſi remanſerit de carnibus conſecrationis 99.
ſiue

ſiue de panibus vſque mane combures, nolo, vt aliquid ſeruetur, ſed ſi id caſu contigerit, eue in diem alterum, ſine delicto non ſeruabitur? cur igne conſumendum? quia in futuro ſæculo, (quod per alterum diem adumbeatur) alium quam per ſacrificium, modum habebimus nos offerendi & vniendi Deo, cum Chriſtus nobiſcum erit, & euacuabitur id quod ex parte eſt, tunc enim Deus erit omnia in omnibus. Audiendus S. Cyrill. Alexand lib. 11. de

Cyrillus adoratione in Spiritu, *Abſumuntur igni omnes ſacrificij reliquia, ne poſtero quidem vescà die permittente lege: alterum enim ſanctificationis modum in futuro ſaculo, vt opinor habebimus: qui non iam corporaliter, ſed ſpiritaliter efficietur, & ea ratione quam nouit ille qui omnia immutat Deus, & quocunque voluerit transfert: alter igitur ſanctificationis modus illius temporis ſtatui conueniens cogitandus eſt, cum Chriſtus nobiſcum erit, & fortaſſe eiuſmodi quidpiam ſignificat*

Cor. 3. *B. Paulus dicens Corinth. 3. Cum venerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt.*

Igne charitatis conſumendum, quod non capimus in ſacratiſſimo Eucharistia ſacramento.

100. *Quod ſi remanſerit de carnibus conſecratis, ſiue de panibus vſque mane combures*: Nonne ſicut carnes conſecratæ, ita ſunt Deo panes dedicati? cur ergo igne hæc comburenda? comedantur à viris tibi, & miniſterio ſacerdotali addictis: per carnem arietis, & panem hunc conſecratum intelligit (vt diximus) Serranus in cap. 8. Leuit. Chriſtum in Euchariſtico pane carne ſua nos reficientem. Benè ergo præcipit, vt ſi quid ſuperfuerit de carnibus arietis, & ex pane conſecrato in alterum diem, comburatur, quia ſi quid concipere non poſſumus, & quaſi mẽte comedere in Euchariſtico cibo, igne Spiritus ſancti demus comburendum, & flammis charitatis conſumendum. Sic

Petrus Serr. præfat. Doctor Complut. *Reliquias quæ ſuperfuerint ſacerdotibus comburi præcipit, quia quæ carni impoſſibilia, in hoc myſterio fidei indicantur, igne charitatis, fidem inflammantis denoranda ſunt, & in obſequium fidei intellectum captiuando non modo poſſibilia æſtimanda, ſed vero firma & rata omnino, & ineffabiliter tenenda ſunt.*

Toto vitæ curriculo ſtudeant ſacerdotes, debite ſuo miniſterio reſpondere.

101. *Quod ſi remanſerit de carnibus conſecratis, combures, &c.* deinde addit, *ſeptem diebus conſecrabis manus eorum*, id eſt ſeptem dierum ſpatio in ſacerdotes mihi conſecrabuntur. Cur conſecrationi illorum hoc tempus præfixum ſeruandum? nonne breuiori tempore potuit perfici? non eſt dubium quin ſeptenarius dierum numerus denotet totam vitæ noſtræ periodum. Myſterio igitur non caret, quod ſeptem diebus finiatur ſacerdotum conſecratio, ſed vt ſcirent, quod toto vitæ ſuæ curriculo ſuo muneri ſacerdotali debitè ſatisfacere tenentur. Non diſſentit præfat. Auctor,

Præf. Doct. *Septem dierum myſterio vtitur, qui tempus huius ſæculi ſignificant, vt doceret qui ad dignitatem ſacerdotij promouendi ſunt valedicere omnibus voluptatibus, & ſæculi rebus fluxis, vt non ſolum vita præteritæ pœniteant, verum futura ita proſpiciant, quod omnino mores commutent tempore ad id requiſito, quod ſeptenario numero ſignificatur, in meditationibus, ſanctis contemplationibus & orationibus exerciti: ob quod etiam ſeptem diebus templum, aut tabernaculum ingredi initiandis prohibebatur: & rurſus ſpeciali cura mandabatur, vt die ac nocte obſeruarent cuſtodias Domini ne morerentur: hoc eſt præcepta Domini cuſtodirent, & ab omni peccati labe ſe abhorrere dicentes bonis operibus efferueſcerent, non enim ſat eſt relinquere malum, ſed etiam facere bonum requiritur.*

Munda ſemper eſſe debet manus ſacerdotis.

Quod ſi remanſerit de carnibus conſecratis combures, &c. & quid amplius? *conſecrabis ſeptem diebus manus eorum*: Cur etiam ſeptem diebus conſecrari debent? quia toto vitæ tempore ſeptenario dierum numero denotato, manus ſacerdotum debent eſſe puræ & mundæ. Accinit Petrus Riga. 102.

Petrus Riga. *In manibus ſanctis Aaron, cognoſce quod omni*, nempe tempore
Munda ſacerdoti debet ineſſe manus.

Manus illius nulla vnquam ratione, nec ſub quocumque prætextu impura reddatur, nec munera accipiens, nec violenter vllum percutiens. Et S. Bruno in alleg. Tilmani, *Quid eſt ſeptem diebus conſecrabis manum eorum? audite Epiſcopi & ſacerdotes, nullus dies prætermittitur, omni die conſecrari debent manus veſtræ, non enim ſunt niſi ſeptem, quid igitur ſeptem diebus? omnibus diebus conſecratur, conſecratur autem qui ſemper manus, & opera cuſtodit, vt munda, ſiue vt nil mali operentur, & in cunctis bonis operationibus inſiſtant.* S. Bruno.

Semper in memoria habenda Paſſio Chriſti Domini.

Quod ſi remanſerit de carnibus conſecratis combures, &c. & vitulum offeres per ſingulos dies ad expiandum. Nonne ſacrificium vnius vituli vno die oblati, ſufficere poterit ad expiationem? cur igitur ſeptem diebus repetenda eſt eiuſmodi vituli oblatio? nonne vitulus hic ad expiationem datus, dènotat Chriſtum Dominum in ara crucis oblatum in peccatorum noſtrorum ſatisfactionem? merito igitur hic vitulus ſeptem diebus continuis offerendus, quia Paſſio Chriſti Domini non vno vel altero die, ſed omnibus vitæ noſtræ recolenda. Annuit præfat. Bruno dicens, *Offert autem & vitulum ad expiationem per ſingulos dies, qui nunquam vnigeniti filij Dei obliuiſcitur Paſſionis.* 103.

Præf. Bruno

VARIET. LECT. à Verſ. 37. ad 39.

Vlg. Septem diebus expiabis altare, & A ſanctificabis, & erit Sanctum ſanctorum, omnis qui tetigerit illud ſanctificabitur.

Sept. Septem diebus ſanctificabis altare, & ſanctificabis illud, &erit altare Sanctum ſancti.

Cald. Septem diebus expiabis ſuper altare. *Ita Mont.*

Onk. Et erit altare velut Sanctum ſanctorum.

Pag. Et erit altare Sanctitas ſanctitatum.

Mont Omne attingens in altare ſanctificabitur

Vulg. Hoc eſt quod facies in altari, agnos B anniculos duos per ſingulos dies iugiter.

Sept. Et hæc ſunt quæ facies ſuper altare agnos anniculos duos immaculatos die ſuper altare perpetuo oblationem continuationis.

Pag. Et hoc eſt quod facies ſuper altare, agnos anniculos duos in die.

Arias, Agnos filios anni duos, diei iugiter.

Vulg. Vnum agnum mane, & alterum veſpere.

Sept. Agnum vnum facies mane, & agnum ſecundum facies veſpere.

Cald. In veſpere.

Pag. Facies inter veſperas.

Mont. Inter veſperas.

CONCORDIA.

Legit interpres expiabis altare, Hebraicè eſt עלהמן בח alhomen beach ſuper altare, quorum verborum ſenſus poteſt eſſe propitiabis ſuper altare, qui non alienus eſt à Vulg. non addidit Vulg. offeres, ſed intellexit: quæ Vulg. dixit, agnos anniculos duos per ſingulos dies iugiter, Septuag. clarius expreſſerunt, duos anniculos, qoos nempe offeres ſuper altare perpetuo oblationem continuationis, nam Græcè iuge illud ac nunquam C intermiſſum ſacrificium ἐνδελεχισμὸς vocatur, vnde dicitur ἐνδελέχεια: breui more ſuo iungit in vnum doctus interpres per hæc verba, vnum agnum mane, & alterum veſpere, quod longioribus in Hebr. habetur, nempe vnum agnum mane, & agnum ſecundum facies veſpere, ſiue vt alij vertunt בין הערבים ben haharbaim inter duas veſperas, de quibus diximus ſatis in Concordia verſ. ſexto cap. 12. huius libri.

EXPOSITIO.

Septem diebus expiabis altare, eo modo quo ſuperius diximus in expoſitione præcedenti, *ſanctificabis*, diuino cultui illud deputando, *& erit Sanctum ſanctorum*, id eſt, ſanctiſſimum comparatione earum rerum quæ extra tabernaculum conſtitui debent: non eo modo ac locus continens arcam cum propitiatorio, vocatur enim Sancta ſanctorum per antonomaſiam, etiam reſpectu eorum quæ ſunt in tabernaculo, *omnis enim qui tetigerit illud ſanctificabitur*, hoc tripliciter poteſt D intelligi. Vno ſcilicet modo quod nullus potuerit hæc tangere, niſi eſſet prius mundus, & ſanctus, aut niſi illi, qui ſanctificati eſſent, quales ſacerdotes, & hoc modo videtur legem intellexiſſe Achimelech ſacerdos. 1. Reg. 21. qui poſtulanti Dauid, daturus ſanctos panes inquiſiuit, an vaſa puerorum eſſent ſancta, & munda: poſtquam munda cognouit conceſſit. Alio modo intelligi poteſt locus iſte, vt hoc quod dicitur ſanctificabitur, idem ſit quod ſanctificatione indigebit, aut purificatione, quoniam indignus, & profanus ſancta non tangit, ita vt ſolum ſit ſermo de alijs ſacerdotibus, quibus non erat licitum ſacrificia contrectare. Tertio modo intelligitur, vt ſermo ſit de effectu ſacrificiorum, quem conſecuturi eſſent participantes digne ex illis: ſanctificabantur namque non tamen taliter, quod participans de ſacrificio purificaretur, primo ab immunditijs (accedens enim ad veſcendum carnibus oblatis, iam mundus eſſe oportebat, vt dicitur capite ſequenti) ſed quia purior & ſanctior ex tali eſu reddebatur. Ex quo triplici ſenſu lector eligat, quem maluerit, nobis tertius magis arridet, vt pote communi antiquorum patrum ſententia comprobatus.

Hoc eſt quod facies in altari, holocauſtorum, vt iuge ſit in eo ſacrificium, *agnos anniculos duos*, qui annum non excederent, *per ſingulos dies iugiter*, quia nunquam intermitti debebat huiuſmodi ſacrificium: *Vnum agnum mane*, nempe ſub ortum ſolis, ita vt, ſub auroram, & crepuſculum agnus immolaretur, ſub ſolis autem ortum inciperet cremari, *& alterum veſpere*: vel vt eſt in Hebr. inter duas veſperas, quod quomodo ſit intelligendum, conſule quæ ample diximus in expoſitione verſus ſexti cap. 12. huius libri: aduerte autem quod hîc *facere*, ſignificat ſacrificare, neque enim Moſes hic iubet agnus producere, ſed ſacrificare, & offerre.

CONCEPTVS.

Deus ſuos ab idololatria reuocare nititur.

104. *Septem diebus expiabis altare, &c.* In quo altari per ſingulos dies duo agni, vnus mane & alter veſpere in ſacrificio, Deo offerebantur. Iam antea audiuimus aliquot ſacrificiorum genera, & ecce aliud iugiter à ſuis exigit Deus: cur tot ſacrificijs eos occupat? Id rectè explicat Tertull. lib. 2. adu. Marc. c. 18. *Sacrificiorum quoque onera, & operum, & oblationum negotioſas ſcrupuloſitates nemo reprehendat, Hebræorum, quaſi Deus ſibi propriè talia deſiderauerit, &c. qui exquiſiuit ipſa de manibus veſtris? ſed illam Dei induſtriam ſentiat, qua populum pronum in idololatriam, & tranſgreſſionem einſmodi officijs, religioni ſuæ voluit adſtringere, quibus ſuperſtitio ſæculi agebatur, vt ab ea auocaret illos.* Tertull.

Vnius Euchariſtici ſacrificij excellentia, omnia ſacrificia Iudaica excellit.

105. *Septem diebus expiabis altare,* in quo præcipitur vt ſingulis diebus, vnus agnus mane, & alter veſpere Deo immolentur. Cur nunc vnicus in Euchariſtia ſub ſpeciebus panis, in auguſtiſſimo Miſſæ ſacrificio incruento offertur? quia pro multis in veteri lege ſacrificijs vnum in noua habemus, quod omnia illa excedit dignitate, & quod aliorum inſufficientiam arguit. Præclarè B. Algerus lib. 2 de Sacramentis cap. 3. *Multiplicitatem,* inquit, *ſacrificiorum veterum ſingularitate ſui ſacrificij abbreuians, occupationem exteriorem nobis minuit ſacrificiorum, gratiam multiplicauit, vnico ſuo ſacrificio remiſſionem redemptionemque peccatorum faciens, prætextuque fidei cæterarumque virtutum ad vitam æternam perducens.* Ablecuit multiplicitatem ſacrificiorum, vt exteriorem occupationem auferret, dareturque nobis occaſio internæ ſanctitati vacandi: Sic idem Auctor nonnullis interiectis. *Carnalem nobis occupationem abſtulit, extirpata multitudine ſacrificiorum veterum, vt mentem ſpiritualibus expediret, & animus varijs occupatus in varia non diſtraheretur:* Vnum ſacrificium habemus, quod vt ille loquitur, cæterarum omnium hoſtiarum vim, & dignitatem, magnitudine ſua, & præſtabili dignitate obruit: hîc holocauſtum, hîc hoſtia pacifica, hîc propitiatorium ſacrificium continetur. B. Algerus.

Deus etiam conſulit ſuorum moderato ſumptui.

106. *Septem diebus expiabis altare, &c. agnos anniculos,* ſcilicet offeres, cur triennes, & non vnius anni requirit? nam eis difficile non eſſet agnos in plures annos nutrire, deinde Deo offerre. Reſpondet tamen Abulenſ. q. 15. in cap. 26. Matth. *Quia Deus nolebat grauare populum ſumptibus, quia iſta ceremonia imponebatur omnibus de populo, & ſi eſſet aries integer ætate, vt triennis, vel quadriennis, maiorum ſumptuum eſſet: cum vero agnus anniculus eſſet, paruarum erat expenſarum, ideo debebat eſſe agnus anniculus.* Abulenſ.

Quæ perfectiora, Deo litemus.

107. *Septem diebus expiabis altare, & agnos anniculos,* ſcilicet offeres. Cur maſculos agnos vult ſibi immolari? nonne præ manibus etiam habebantur agnæ? nonne ſexus maſculinus perfectior eſt alio? cur ergo non dicemus hoc ritu Hebræos moneri, & nos cum illis, vt quæ perfectiora Deo litemus. Conſentit Origen. hom. 1. in Leuit. *Maſculinum ſit munus tuum, fœminam neſciat, concupiſcentiam reſpuat, fragilitatem refugiat, nihil diſſolutum requirat aut molle.* Et Noſter Lyran. *Fœmella immolari non poterat in hoc ſacrificio, ſed requirebatur ad hoc ſexus maſculinus, qui eſt perfectus, quia ea quæ ſunt perfecta, Deo debent immolari, à quo emanat omnis humana perfectio.* Orig. N. Lyranus

Sine macula ſint qui Deo litant.

108. *Septem diebus altare expiabis, & agnos anniculos,* nempe offeres, Sept. habent *agnos immaculatos.* Quid refert vtrum careant macula necne? cur hæc adhibenda diligentia, vt nulla ſit in eis labes? tacitè hoc innuitur, vt qui Deo ſacrificant, nullis inficiantur maculis, ſed ad victimas offerentes eundum. Rectè Philo lib. de Vict. gener. *Adhibetur hæc cura non propter victimas, ſed vt ſine omni culpa ſint qui eas mactandas offerunt, ſubmonentur enim his ſymbolis, vt quoties accedunt ad altaria, vel nuncupaturi vota, vel redditurí, nullum vitium, nullumve morbum offerant in anima, ſed conentur omnino nitidam, & immaculatam, & in conſpectu Dei producere, ne viſum auerſetur.* Et Tertull. hanc rem vrget, acriter eos pungit, qui victimas explorabant ſui neglectu, in Apol. c. 30. ita loquitur, *Miror cum hoſtiæ probantur, pœnes vos à vitioſiſſimis ſacerdotibus, cur præcordia potius victimarum, quam ipſorum ſacrificantium examinantur?* Magis Deo diſplicent vitiorum maculæ in offerentibus, quam corporis defectus in victimis. Philo. Tertull.

Ita vtilis ſanctorum ſocietas, vt etiam inanimata ſancta contactu ſanctificent.

109. *Septem diebus expiabis altare, & erit ſanctum ſanctorum, omnis qui tetigerit illud ſanctificabitur,* ex contactu altaris. Quis ſanctificabitur? an inanimata ſanctitatem conferunt? ita vtilis ſanctorum ſocietas, vt etiam inanimata ſancta contactu ſanctificent. Suffragatur Oleaſt. *Hoc in loco recola quam bonum ſit ſanctis coniungi non ſolum hominibus, ſed etiam inanimatis, ex quorum contactu tangentes ſanctificabantur.* Oleaſter.

Licet Deus non dedignetur ſacrificium matutinam, nempe bene incipientiam, gratiſſimam habet veſpertinum, nempe bene perſicientium.

110. *Septem diebus expiabis altare, &c. agnos anniculos*, offeres, ſed hoc ordine, vt vnus mane, alter immoletur veſpere, duplex ergo ſacrificium depoſcebat Deus, vnum matutinum, veſpertinum alterum. Nihilominus vide- Pſalm,104: mus Dauid manus ſuas ad orationem extenſas, cum ſacrificio veſpertino comparaſſe, non matutino, eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum. Cur matutino etiam non comparat? cur eleuationem manuum ſuarum matutinum non appellat? Reſpondet B. S.Chryſoſt. Chryſoſt. in Pſalm. 140. *Quia matutinum expectat veſpertinum, tam veſpertinam autem actum fuerit, finitam eſt ſacrificium, & non eſt vtique amplius imperfectus Dei cultus, ſed eſt completus, & finem accipit.* Quaſi Propheta ſuum ſacrificium perfectiſſimum eſſe voluerit, quale eſt potius veſpertinum quam matutinum, quia hoc eſt incipientis illud perſeuerantis.

Deus ſemper colendus eſt.

111. *Septem diebus expiabis altare, agnos anniculos*, nempe offeres, *vnum mane & alteram veſpere*, duo exigebat ſacrificia Deus ſingulis diebus, vnum mane quod vocabatur ſacrificium matutinum, & alterum veſpere, dictum veſpertinum. Noone ſatis erat vt Deo rependeretur debitum, quod ſacrificium mane fie- Præf.Doct. ret? cur etiam veſpere? apte cit. Chryſoſt. *Hoc iuſſerat Deus fieri, ſignificans per id quod fiebat eum aſſiduè colere oportere, & cum dies incipit, & cum deſinit, hoc ergo ſacrificium fuit ſemper acceptum.*

Chriſtus nobis eſt ſacrificium matutinum, & veſpertinum.

112. *Septem diebus expiabis altare, agnos anniculos*, nempe offeres, *vnum mane & alterum veſpere*, ecce duo agni inſeruiunt duplici ſacrificio, alter matutino, alter veſpertino. Sed repe- rieturne vnicus agnus immaculatus huius duplicis ſacrificij materia? quidni? nempe Chriſtus Dominus in quantum infans præſentatus fuit in templo in feſto Purificationis, nonne poteſt dici ſacrificium matutinum? in quantum vero in fine vitæ immolatus eſt in cruce, nonne nuncupabitur veſpertinum? Ita S. Bernard. ſerm. 2. & 4. de Purific. B. Mariæ, S.Bernard. *Duo agni*, inquit, *qui ſingulis diebus mane & veſperi Domino offeruntur, duas nobis indicant Domini Ieſu oblationes: prima eſt quam hodierna die celebramus, hodie namque ſiſtitur creatori terræ fructus ſublimis, hodie placabilis Deo, & placens hoſtia virgineis manibus offertur, in templo portatur à parentibus, à ſenibus expectatur, offerunt Ioſeph & Maria, ſacrificium laudis, ſacrificium matutinum, Simeon & Anna ſuſcipiunt. Sed oblatio iſta ſatis delicata videtur, vbi tantum ſiſtitur Domino, redimitur auibus, & ilico reportatur: veniet quando non in templo offeretur, nec inter brachia Simeonis, ſed extra ciuitatem inter brachia crucis, veniet quando non redimitur alieno, ſed alios redimet ſanguine proprio, quia redemptionem eam miſit Deus pater populo ſuo: illud erit ſacrificium veſpertinum: iſtud eſt matutinum: iſtud quidem iucundius, ſed illud plenius, iſtud enim tempore natiuitatis, illud iam in plenitudine ætatis.*

In ortu diei & ſolis occaſu, Deum deprecemur, vt diem & noctem immaculati ducamus.

Septem diebus expiabis altare, &c. agnos anniculos, nempe offeres, *vnum mane & alterum veſpere*, mane ait Ioſephus, id eſt ante ortum 113. ſolis, veſpere ante illius occaſum. cur ſacrificatur Deo ante ipſius ortum ſolis, nempe ſummo mane, & in ipſius occaſu, nocte adueniente? vt hoc ritu doceamur Deum mane deprecari, & veſpere, vt diem & noctem immaculati tranſigamus. Ita canit Petrus Riga. Petrus Riga.

Mane precare Deum, quod læta dies tibi plaudat,
Veſpere quod tutus tempora noctis agas.

VARIET. LECT. Verſ. 40. & 41.

VVlg. Decimam partem ſimilæ conſperſam oleo tuſo, quod habeat menſuram quartam partem hin, & vinum ad libandum eiuſdem menſuræ in agno vno.

Sept. In oleo contuſo quarta parte ipſius hin, & libamen quartam partē vini agno vni.

Cald. Et vinum pro libamine quartam partem hin in agnum vnum.

Pag. Et decimum ſimilæ mixtæ oleo contuſo, quartum hin, libamen quartum hin vini.

Mont. Et decimationem.

Vulg. Alterum vero agnum offeres ad veſperam, iuxta ritum matutinæ oblationis, & iuxta ea quæ diximus in odorem ſuauitatis.

Sept Et agnum ſecundum facies veſpertinum, iuxta ſacrificium matutinum, & libamen eius facies in odorem ſuauitatis.

Cald. Alterum agnum facies ad veſperam ſicut ſacrificium matutinum, & ſicut libamen eius facies, vt oblatio ſuſcipiatur cum beneplacito coram Domino.

Oak. Agnum vero ſecundum facies inter veſperas inſtar oblationis matutinæ, & iuxta libamen eius facias ei, vt ſuſcipiatur cum beneplacito oblatio coram Domino eſt.

Pagn. In odorem quietis oblationem Domino.

Mont. Sicut munus matutini, & iuxta libamen eius facies ei, in odorem quietis ignitionem Domino.

Vatab. Sicut minhæ matutino, & ſicut libamini eius, facies ei in odorem quietis oblationem ignitam Iehouæ.

Marius, In odorem placationis.

CONCORDIA.

ET iuxta ritum matutinæ oblationis, in Hebræo כבנחת הבקר chemunchatb haboker, ſicut ſacrificium matutinum: ſic Septuag. & Cald. ſed omnium omnino idam eſt ſenſus: interpres, iuxta ea quæ diximus, ſed Habraicè eſt וכוסכה תעשה לה vchurſca tahaſe la, & iuxta libamen facies ei, interpres non reddidit verba, ſed ſenſum: in odorem ſuauitatis, Hebraice לריח ניחח אשה ליהוה lereah nichoach iſſe laichoua, in odorem quietis oblatio eſt Domino: pauca ſupprimit interpres, quæ tamen alium ſenſum non reddunt ab Hebr. ſed Cald. expreſſius id ſignificat, cum reddit, vt oblatio ſuſcipiatur cum beneplacito coram Domino: odor autem placationis & quietis idem eſt, Deus enim placatus, dicitur quieſcere ab ira ſua.

EXPOSITIO.

D*Ecimam partem ephi*, vti additur numerorum 28. hæc autem decima pars ephi eſt gomor, vt diximus Exod. c. 16. *conſperſam ſimila*, debebat eſſe conſperſa, vel ſubacta oleo loco aquæ, *oleo contuſo*, pilo benetuſo, quod purius eſt, & limpidius, quam ſi attereretur mola, *quod habeat quartam partem hin*, id eſt vncias 54. nam hin (quæ menſura ita vocatur apud Hebræos) olei habet vncias 108. cuius numeri quarta pars eſt 54. Ioſephus tenet hin duos choas atticos, duo autem choæ attici faciunt ſextarios 12. vnde pars quarta hin haberet tres ſextarios, dicunt quartam partem hin Hebræi menſuram 18. ouorum, ita vt hin contineat 72. oua, ſiue duodecim logim, log enim eſt menſura ſex ouorum, ſcilicet Palæſtinæ, quæ maiora ſunt noſtris. Quarta ergo pars hin circiter continebat tres libras olei, *& vinum ad libandum eiuſdem menſuræ*, ſeu in eadem menſura qua & oleum, nempe quartam partem hin, *in agno vno*, hoc eſt ſimul cum vnoquoque agno quo cremari debebat ſuper altare, adhibitis ei tribus iſtis, rebus ſimila, oleo, & vino. *Alterum vero agnum offeres ad veſperum*, inter duas veſperas, vti ſupra dictum, *iuxta ritum oblationis*, adhibens eaſdem res, ac eiuſdem rerum menſuras, *& iuxta, ea quæ diximus*, offerentur ea omnia, *in odorem ſuauitatis*, id eſt, vt ſit oblatio mihi ſuauis, grata & accepta, loquitur enim Deus iuxta hominum conſuetudinem, quibus odor ſuauis etiam gratus eſt.

CONCEPTVS.

Præfiguratur Chriſtus ſub ſpeciebus panis, & vini ſumendus.

114. *Decimam partem ſimilæ, & vinum ad libandum eiuſdem menſuræ in agno vno.* Non eſt dubium quin iuge duorum agnorũ ſacrificium, qui mane & veſperi Domino offerebantur, Chriſtum Dominum redemptorem noſtrum ſignificare agnum æternum, immaculatum, perpetuam & vnicam propitiationem pro omnium peccatis, à conſtitutione hominum vſque ad finem mundi, de quo ſanctus Domini præcurſor loquitur dicens, Ecce Agnus Dei ecce qui tollit peccata mundi. Et Apoſtol. ad Hebr. 13. Ieſus Chriſtus heri & hodie, ipſe, & in ſæcula. Verum cur cum agno ſimul offerenda erat ſimila cum vino? licet enim panis videatur neceſſarius cum carnibus, non autem vinum, plures enim nationes ab eo abſtinent. Recte tamen cum agno immolando adhibetur ſimila, & vinum, quia Chriſtus Dominus non ſolum occidi voluit pro nobis, ſed etiam in ipſo ſacrificio reliquit nobis ſacramentum corporis & ſanguinis ſui, ſub ſpecie panis & vini, quo mirifice animæ noſtræ aluntur, confirmantur. Id habet Lippom. *Quod cum agnis anniculis offerebatur panis ex ſimila conſperſa oleo factis, & vinũ, iam tunc Sacroſancta corporis & ſanguinis eius myſteria ſub ſpecie panis, & vini, iugiter in Eccleſia immolanda, ſicut & nunc indeſinenter immolantur, præſignabant, virtute Spiritus ſancti complenda, per quem & ille obtulit ſemetipſum immaculatum Deo.*

Hebr. 13. — Lippom.

Chriſtus ex ſuauiſſima charitate, & miſericordia, hoc ſacramentum inſtituit.

Decimam partem ſimilæ conſperſam oleo tuſo, & vinum ad libandum eiuſdem menſuræ in agno vno, diximus ſuperiori conceptu, ſimilam & vinum adhibita cum agno, denotare Chriſtum Dominum ſub ſpeciebus panis & vini. Verum cum in ſpeciebus ſacramentalibus non apponatur oleum, quid eſt quod ſimila hæc conſperſa eſſe debeat oleo tuſo, vel vt habet Pag. mixta? dicamus ſimilam mixtam oleo, quia Chriſtus hoc ſacramentum Euchariſtiæ ex ſuauiſſima charitate, & miſericordia inſtituit. Sane inter alia epitheta quæ attribuuntur auguſtiſſimo ſacramento vnum eſt, quod ſacramentum charitatis nuncupetur. Ita dictum à B. Thoma Angel Opuſ. 18. cap. 25. *Nominatur quandoque verus panis, quandoque ſacramentum charitatis.* Iure hoc nomen meretur, cum charitatis ſuæ pietatiſque diuitias in eo Deus non oſtendat ſolum, ſed etiam communicet. Hoc habet expreſſe Radulph. *Oleum quo ſimila conſpergitur, eam quam nobis exhibuit, innuit charitatem.* 115.

S. Thomas. — Radulph.

Quanta puritas habenda in agno Euchariſtico ſumendo?

Decimam partem ſimilæ, & vinum ad libandum eiuſdem menſuræ in agno vno: Cur non dixit aliquam partem panis, vel tanti pretij, vel valoris? cur vult vt panis adhibeatur non 116.

quilibet, ſed ea ſimila, quæ eſt farina poriſſima, & limpidiſſima? vt denotetur quod maxima puritas adhibenda eſt, cum agnus Euchariſticus ſumendos eſt. Id habet Radulph. apud
Radulph. Til. *Decima ſimilæ quæ agno adiungitur, perfectam puritatem deſignat.*

Tanta puritas debebat eſſe in ſumptione agni Euchariſtici, vt etiam in illius figura eam exprimere voluerit Deus.

117. *Decimam partem ſimilæ conſperſam oleo tuſo:* Nonne ſatis eſſet ſi conſpergeretur oleo mola trito? cur requiritur vt pilo tundatur? ſanè oleum contuſum limpidius eſt, & puriſſimum: Verum cur in hoc potius ſacrificio, quam in alijs tanta puritas olei requiritur? quia Euchariſticum deſignat. Annuit Noſter Lyran.
N.Lyranus. *Illud oleum erat purius illo quod terebatur in molis, & ideo in hoc ſacrificio quod erat ſanctius alijs, eo quod figurabat æternitatem agni immaculati Ieſu Chriſti, ſecundum quod dicit Apoſt. ad He-*
Hebr.13. *bræ.13. Ieſus Chriſtus heri, & hodie, ipſe, & in ſæcula, requirebatur oleum tuſum, in alijs autem ſacrificijs poterant vti oleo trito in molis.*

Sacrificium Euchariſticum non perficeretur, niſi ſicut panis, ita & vinum ſub ſpeciebus eſſet.

118. *Decimam partem ſimilæ conſperſam oleo tuſo, & vinum ad libandum eiuſdem menſuræ in agno vno*, cur vinum adhibetur, cum agni ſacrificium conficiendum eſt? panis ex ſimila ſufficiat: vtrumque requirit, & merito, cum enim ſacrificium incruentum agni Euchariſtici denotaret, teſte Dionyſio Rikelio, neceſſe fuit,
Rikelius. vt ſicut illud non perficiebatur ſine pane, & vino, ſic nec iſtud, ſine vtriuſque ſpeciebus. Doctiſſime id obſeruauit B. Cyprian. lib. ep.
S. Cyprian. epiſt. 63. quæ eſt ad Cæcilium de ſacramento Domini calicis, ſic autem ait, Admonitos autem nos ſcias, vt in calice offerendo Dominica traditio ſeruetur, neque aliud fiat à nobis, quam quod pro nobis Dominus prior fecerit: vt calix qui in commemorationem eius offertur, mixtus vino offeratur. Nam cum dicat Chriſtus: Ego ſum vitis vera, ſanguis Chriſti, non aqua eſt vtique, ſed vinum. Nec poteſt videri ſanguis eius, quo redempti & viuificati ſumus eſſe in calice quando vinũ deſit calici, quo Chriſti ſanguis oſtenditur, qui ſcripturarum omnium ſacramento, ac teſtimonio prædicetur. Inuenimus enim, & in Geneſi circa ſacramentum Noe hoc idem præcurriſſe, & figuram Dominicæ Paſſionis illic extitiſſe, quod vinum bibit, quod inebriatus eſt, quod in domo ſua nudatus eſt, quod fuit recumbens nudis, & patentibus femoribus, quod nuditas illa patris à medio filio denotata eſt, & foras nunciata, à duobus vero maiore & minore contecta, & cætera quæ neceſſe non eſt exequi; cum ſatis ſit hoc ſolum complecti, quod Noe typum futuræ veritatis oſtendēs, non aquam, ſed vinum biberit, & ſic imaginem Dominicæ paſſionis expreſſerit. Item in ſacerdote Melchiſedech ſacrificij Dominici ſacramentum præfiguratum videmus, ſecundum quod ſcriptura diuina teſtatur, & dicit; & Melchiſedech Rex ſalem protulit panem & vinum, fuit autem ſacerdos Dei ſummi, & benedixit Abraham. Quod autem Melchiſech typum Chriſti portaret, declarat in Pſalmis Spiritus ſanctus ex perſona Patris ad Filium dicens: ante Luciferũ genui te, tu es ſacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech. Qui ordo vtique hic eſt de ſacrificio illo veniens & inde deſcendens, quod Melchiſedech ſacerdos Dei ſummi fuit, quod panē & vinum obtulit, quod Abraham benedixit, nam quis magis ſacerdos Dei ſummi, quàm Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui ſacrificium Deo Patri obtulit, & obtulit hoc idem quod Melchiſedech obtulerat, id eſt panem & vinum, ſuum ſcilicet corpus & ſanguinem? vt ergo in Geneſi per Melchiſech ſacerdotē benedictio circa Abraham poſſet ritè celebrari, præcedit ante imago ſacrificij Chriſti in pane & vino ſcilicet conſtituta, quam rem perficiens, & adimplens Dominus panem & calicem mixtum vino obtulit, & qui eſt plenitudo, veritatem præfiguratæ imaginis adimpleuit, &c.

Tanta eſt Chriſti Domini miſericordia, quanta eſt virtus ſanguinis eius pro nobis effuſi.

Decimam partem ſimilæ conſperſam oleo tuſo, quod habeat menſuram quartam partem hin, & vinum ad libandam eiuſdem menſuræ. Cur olei & vini par eſt menſura in hoc ſacrificio? nam hoc myſterio minime viduum eſt. Quia ſi careret, ſatis eſſet dicere, vinum & oleum appones, non aſſignata vtriuſque menſura, & hac non æquali: myſteriũ in hac pari vini & olei mēſura poteſt eſſe, quia tāta eſt Chriſti Domini miſericordia oleo deſignata, quanta virtus ſanguinis eius pro nobis effuſi, vino denotata. 119.

VARIET. LECT. à Verſ. 42. ad 44.

V*Vlg.* Sacrificium eſt Domino oblatione perpetua, in generationes veſtras ad oſtium tabernaculi teſtimonij coram Domino, vbi conſtituam, & loquar ad te.

Sept. Oblationem Domino, ſacrificium continuationis in progenies veſtras, ad portas tabernaculi teſtimonij coram Domino, in quibus innoteſcam, inde & loquar ad te.

Cald. Holocauſtum iuge in generationibus veſtris, in oſtio tabernaculi fœderis, vbi conſtituam verbũ meum vobis, vt loquar tecum.

Pagnin. Ad oſtium tabernaculi Eccleſiæ *Mont.* Conuentus. Coram Domino, in quo conueniam vobiſcum illic, vt loquar ad te ibi.

Vulg. Ibique præcipiam filijs Iſrael, & ſanctificabitur altare in gloria mea.

Cald. Et conſtituam verbum meum ibi filijs Iſrael, & ſanctificabor in gloria mea. *Sic Septuag.*

Pag. Et conueniam ibi cum filijs Iſrael, & ſanctificabitur in gloria mea. *Sic Mont.*

Caiet. Et ero paratus ibi filiis Iſrael, & ſanctificabitur in honore meo.

Vatab. Et ſanctificabitur locus in gloria mea.

Vulg. Sanctificabo & tabernaculum teſtimo-A nij cum altari, & Aaron cum filiis ſuis, vt ſacerdotio fungatur mihi.

Cald Vt miniſtrent coram me.

Pag. Sanctificabo tabernaculum Eccleſiæ; *Onk.* fœderis, *Arias.* conuentus.

CONCORDIA.

SAcrificium eſt Domino oblatione perpetua, Hebraice eſt הלת תמיד holath tamid ſacrificium iuge, Sept. θυσίας ἐνδελεχισμοῦ ſacrificium continuationis, ſed omnium idem eſt ſenſus. interpres habet & ſanctificabitur altare in gloria mea. ſed in Heb. & Sept. nulla eſt hic altaris mentio. ſed præſupponendum eſt in Cald. quidem & Sept. per primam perſonam legimus & ſanctificabor in gloria mea, in Heb. & ſanctificabitur in gloria mea, quod non tantum ad altare, ſed ad totum tabernaculum, de quo immediote ſermo præceſſerat, videretur referendum. quia tamen de tabernaculo & eius altari ſequitur, maluit illud *ſanctificabitur* interpres ad ſolum altare holocauſtorum referre. vel certe ad Deum, & eius gloriam referendum vt dictum ſit Hebraiſmo, ſanctificabitur in gloria mea, pro gloria mea ſanctificabitur. ibi- B que præcipiam, Hebraicè אועד conueniam ſeu conſtituam, & omnia quidem accommodate, ita vt cum vnum exprimitur alterum ſupponitur.

EXPOSITIO.

S*Acrificium eſt Domino oblatione perpetua*, id eſt nullis vnquam diebus intermittatur, ſiue illi feſti fuerint ſiue non, nam in feſtis omnibus præter peculiaria eis ſacrificia, etiam ſemper hæc oblatio offerri debebat, vt plenius præſcribitur num. 28. & quidem ante cætera ſacrificia, quæ illis diebus erant peculiaria, *vbi conſtituam vt loquar ad te*, duplex erat locus in tabernaculo in quo Deus Moyſi loquebatur, vnus in ſancto ſanctorum, alter hic in atrio ad oſtium tabernaculi, & vtrumque voluit Deus honorari quotidianis oblationibus: alterum hoc iugi agnorum ſacrificio, alterum iugi oblatione incenſi ad altare thymiamatis de quo capite ſequenti.

Ibique præcipiam filiis Iſrael, non ſignificat Deus hîc ſe Iſraelitis immediate locuturũ, ſed abſolute tantum daturũ ſe illis præcepta, quod eo modo accipi debet, quo ipſi Iſraelitæ id petierant ad montem Sinai, cum dicerent Moyſi, loquere tu nobis, non loquatur nobis Dominus: ac Dominus reſpondit ita deinceps futurum, *& ſanctificabitur altare in gloria mea*, Cald. & Sept. ad Deum referunt, & legunt ſanctificabor, vtrumque ita fuit, & altare ſanctificatũ eſt ad Dei gloriam, per miraculum ignis, & Deus ſanctificatus eſt in illis, id eſt ſanctiſſimus Deus apparuit, dum gloriam ſuam manifeſtauit. nam quando quæ nunc præcepta le- C guntur executioni mandata ſunt, dicitur Leuit. 8. apparuit gloria Domini omni multitudini, & ecce egreſſus ignis è Domino deuorauit holocauſtum, & adipes qui erant ſuper altare.

Sanctificabo & tabernaculum teſtimonij cum altari, concurrens diuinitus actione mea ſanctificatiua, qua ſimiliter ſanctificabo Aaron cum filiis eius, vt ſacerdotio fungantur mihi, neque enim exiſtimare debetis ſolas cæremonias actionum humanarum concurrere ad iſtarum rerum conſecrationem, & ſanctificationem, ſed ego ſum qui principaliter ſanctifico illa.

CONCEPTVS.

Maxima Dei erga nos dignatio.

121. *Sacrificium eſt Domino oblatione perpetua*, Cald. *holocauſtum iuge in generationibus veſtris*, id eſt perpetuum & quotidianum, non autem ſemel ſed mane & veſpere oblatum: medio ſacrificio ad Deum aſcendimus & ipſe ad nos deſcendit. nonne ſatis eſt ſingulis diebus ſemel, non autem bis ſacrificium ſibi offerri? tanta eſt erga nos illius dignatio & bonitas, vt matutinam & veſpertinam oblationem depoſcat, vt hoc modo pluries nos conueniat & ad nos deſcendat. *Audis hîc* (inquit Oleaſt.) *ſummi Dei dignationem volentis apud nos prandere, & cœnare velati vnus ex nobis.* Oleaſt.

Quanta populi electi fœlicitas!

122. *Sacrificium eſt Domino oblatione perpetua ad* D *oſtium tabernaculi, vbi conſtituam vt loquar ad te*, nonne ille Deus eſt, quem cœli & terra capere non poſſunt vtique incomprehenſibilem? cuius tanta maieſtas vt ſublimiores Cherubim & Seraphim, tanta cum demiſſione miniſtrent? quomodo ergo quaſi ſuæ oblitus tremendæ auctoritatis, dicit ſe conſtituturum locum in quo cum Moyſe & aliis ſermonem miſceat? vt inde colligamus, quanta fuit populi ſui fœlicitas, qui Deum immenſum, ſibi familiariter loquentem habuerit. *Magna & ineffabilis fœlicitas* (proſequitur præf. auctor.) *fuit huiuſmodi populi dignitas, apud quos ille quem cœli & terra capere nequeunt, domicilium elegit, quo quaſi vicinus cum vicino loquebatur & communicabat.* Luſitanus.

Deus ad noſtra exaudiendum vota paratiſſimus.

123. *Sacrificium eſt Domino oblatione perpetua ad oſtium tabernaculi*, &c. *ibique præcipiam filiis Iſrael*, Caiet. aliter legit ex Heb. *& ero paratus filiis Iſrael*, ad quid paratus? nonne panem de cœlo quotidiaoum nempe manna prouides? nonne conſulis aliis illius neceſſitatibus tua ſingulari prouidentia? cur ergo dicis te ibi paratum fore filiis Iſrael? nonne ibi nempe in oſtio tabernaculi mediis ſacrificiis Deum deprecantur? bene ergo dicit ſe ibi paratum fore filiis Iſrael. (Cajet.) *Nempe* (vt ait Cardin. Caiet.) *procul dubio, ad exaudiendum vota eorum.*

Omnia propter Dei gloriam & honorem fiant.

124. *Sacrificium eſt Domino oblatione perpetua ad oſtium tabernaculi*, ibi non ſolum quæ facienda filiis Iſrael præcipiam ſed ſanctificabitur altare in gloria mea. non eſt in Hebræo altare, ſed ſolum ſanctificabitur imperſonaliter in gloria mea, ſiue in honore meo. ſed cur poſtquam imperſonaliter dicitur ſanctificabitur, non ſolùm altare, tabernaculum, & alia, adiungitur in gloria mea? non eſt dubium quin *in* aliquando ſignificet alicuius rei ſcopum ſeu finem. dic ergo ideo hæc omnia Deum ſanctificaſſe, in ſui gloriam & honorem, propter hunc enim finem omnia à nobis etiam debent fieri. ſic hunc locum intellexit cit. Card. (Cajet.) *Ratio redditur decretæ ſanctificationis tabernaculi, atrij, & reliquorum omnium quæ ſupradicta ſunt, & propterea imperſonaliter dicitur, & ſanctificabitur in honore meo, hæc eſt ratio futuræ ſanctificationis,* C *honor meus.*

Non conſecrantur ſacerdotes ſolis humanis cæremoniis, ſed diuina actione concurrente.

125. *Sacrificium eſt Domino oblatione perpetua, &c.* deinde ſubiungit, *ſanctificabo & tabernaculum teſtimonij, cum altari & Aaron cum filiis ſuis*, ad quid? vt ſacerdotio fungantur. cur ait ſanctificabo? cur non potius ait cæremoniæ quas præcepi vobis adimplendas, tabernaculũ voſque ſanctificabunt, vt digne mihi miniſtretis? recte ſicut vere dixit ego ſanctificabo, quia non conſecrantur aut ſanctificantur ſacerdotes ſolis cæremoniis, ſed præcipue & efficaciter diuina actione concurrente. audiendus Thomas de Vio. (præf. Thomas de Vio) *Signanter dicit ſanctificabo, ad ma-* D *nifeſtandum quod non ſolum cæremoniæ actionum humanarum concurrent ad ſanctificationem tabernaculi, altaris, pontificis, & ſacerdotum, ſed diuina actio ſanctificationis aderit, & oportuit hoc reuelari; ne putaremus huiuſmodi ſanctificationes in humanis tantum conſiſtere operibus, & Aaron & filios eius ſanctificabo. hanc ſententiam, ſi hæretici negantes conſecrationes ſacerdotum, negantes ſacramentum ordinis, librarent atque perpenderent, viderent quod in ſtatu teſta-* A *menti veteris ſpecialis diuina actio ſanctificans Aarõ & filios eius, ad hoc vt ſacerdotio fungerentur, affuit, multo ergo magis tempore reuelatæ hoſtiæ, quando ſanctius eſt ſacerdotium, ſicut incomparabiliter ſanctior eſt hoſtia ſpecialis diuina actio concurrit ad ſanctificandum aliquos ex Chriſtianis, ad hoc vt ſacerdotio fungantur, non ergo fiunt ſacerdotes in Dei Eccleſia ſolis humanis cæremoniis, ſed diuina concurrente actione conſecrante eos ad ſacerdotium.*

Gloria Domini eſt etiam in impiis puniendis.

126. *Sacrificium eſt Domino oblatione perpetua, &c. ad oſtium tabernaculi, & ſanctificabitur altare in gloria mea.* Quid eſt quod ponis in hac altaris ſanctificatione apparebit gloria tua? B nonne in omnibus tuis operibus ea conſpicitur? reuocate in memoriam quod cum duo filij Aaten Nadab & Abiu miniſtrantes in octaua die conſecrationis ſuæ, volentes thymiama ponere cotam Domino in altari, alienum ignem ſumpſerunt, tunc Deus in eos animaduertens, igne de altari egreſſo, eos cõbuſſit. (Leuit. 10.) quid an huiuſmodi grauiſſima punitio poteſt dici gloria Dei, & quod ſanctificatum eſt altare in honore ſuo? ſic arbitratur Abul. q. ar. (Abul.) Alio modo eſt ſenſus quod altare ſanctificabitur, &c. id eſt cognoſcetur eſſe ſanctificatum ab omnibus videntibus, & audientibus hoc, quod ſequitur in gloria mea, id eſt per miraculoſam operationem ſuper ſacerdotes. nam cum duo filij Aaron, ſcilicet Nadab & Abiu miniſtrarent in octauo die conſecrationis ſuæ, volentes ponere thymiama cotam Domino, ad quod accipere C debebant ignem de altari holocauſtorum; & quia obtulerunt ignem alienum, egreſſus fuit ignis ab altari, & combuſſit eos, vt patet Leuit. 10. capitul. & tunc eſt ſenſus, quod ſi forte dubitarent aliqui vtrum altare eſſet conſecratum Domino & acceptatum ab eo, vt miniſtraretur ſibi in eo: pateret in hoc ſanctificatio ſcilicet in gloria mea, id eſt in operatione mea mirabili, & glorioſa, ſacerdotes exurendo. nam quod ignis egrederetur ab illo altari, & comburetet ſacerdotes, non erat naturaliter factum ſed à Deo. ſi autem illud altare non acceptaretur ab eo, non faceret in eo aliquod miraculum ad confirmandum illud, ſed fecit miraculum ex eo mittendo ignem ad combuſtionem ſacerdotum, ergo ſanctificatum fuit altare in gloria Domini, id eſt demonſtratum fuit, quod erat ſanctificatum vel acceptatum à Deo per D glorioſam operationem eius: & iſta expoſitio conuenit litteræ Leuit. capit. 10. & Moyſes ibi adaptat iſtam litteram ad illud factum, licet eam ſub aliis verbis recitat: nam cum vidiſſet combuſtos Nadab & Abiu, applicuit iſtam litteram ad illud factum dicens ad Aaron: hoc eſt quod locutus eſt Dominus: ſanctificabor in his qui appropinquant mihi & in conſpectu omnis populi glorificabor: licet hoc ad vtrumque factum referri poteſt, vt magis ibi dicetur.

VARIET. LECT. Verſ. 47. & 48.

A

Vlg. Et habitabo in medio filiorum Iſrael, eroque eis Deus.

Sept. Et inuocabor in filiis Iſrael, & ero eorum Deus.

Cald. Et habitare faciam maieſtatem meam in medio filiorum Iſrael, & ero eis in Deum.

Onk. Et ponam præſentiam diuinitatis meæ &c.

Cajet. Habitabo intra filiós Iſrael.

Vulg. Et ſcient quia ego Dominus dux eorum, qui eduxi eos de terra Ægypti, vt manerem inter illos, ego Dominus ipſorum.

Sept. Et cognoſcent quia ego ſum &c. & inuocet in eis, vt ſim eorum dux.

Cald. Et maneret maieſtas mea inter illos.

Onk. Vt habitare faciam maieſtatem meam.

CONCORDIA.

HAbet interpres ſicut eſt in Hebr. & habitabo in medio filiorum Iſrael, ſed qua ratione habitare deberet, explicat Cald. vt ſo- B let, habitare faciam maieſtatem meam in medio filiorum Iſrael, Sept. autem reddunt & inuocabor in filiis Iſrael.

EXPOSITIO.

H*Abitabo in medio filiorum Iſrael*, eorum ſpecialem curam habens eoſque protegens, & dirigens in viis ſuis: non deſunt aſſerentes ideirco in tabernaculo quod erat in medio filiorum Iſrael, id eſt inter filios Iſrael habitaſſe, quod in eo diſpoſuiſſet coli, inuocari, & reſponſa dare, *eroque eis Deus*, ſpecialiora eis beneficia quam aliis nationibus conferens, C *& ſcient*, experientur, *quia ego Dominus dux eorum qui eduxi eos de terra Ægypti*, experientur inquam per ſpecialia & manifeſta beneficia & mirabilia, quæ in ſcriptura referuntur, eumdem ſcilicet verum Deum eſſe, qui eos de Ægypto liberauit, & quod inde eos deduxerit, & licet omnium ſit Deus, iure creationis & gubernationis, tamen ſecundum particularem cultum & ritum Dominus ipſorum erit.

CONCEPTVS.

Deus ſuis benefaciens cum eis habitat.

Habitabo in medio filiorum Iſrael, eroque
27. *eis Deus*, quid noui in his promiſſis? numquid in medio omnium nationũ non habitas? nonne iure creationis & gubernationis es Deus? nonne poſſent tibi Iſraelitæ obiicere, quamuis tibi iuge ſacrificiũ non offerremus, &c. nonne Deus noſter & Dominus eſſes, & in medio noſtri habitares? verum non arguendus eſt Deus, cum ex ſpeciali fauore dicat ſe in medio Iſraelitarum habitaturum, cum enim ſua eximia ſuis confert beneficia, cum eis habitare & eorum
enſ. Deus eſſe dicitur. ſiſto Epiſcop. Abul. q. 22. *Dupliciter poteſt intelligi, quod Deus in medio Iſraelitarum habitauit, ſcilicet quod eſſet propinquior illis ad benefaciendum quam aliis populis, nam licet Deus vbique ſit, quia nulli loco abeſt, non magis eſt in vno loco quam in alio, dicitur alicubi eſſe quam in aliis locis, quia ibi aliqua ſpecialia agit. & hoc modo dicitur cum aliquibus hominibus eſſe, & ab aliquibus longe eſſe, ſic dicitur Ge-*
ı, 39. *neſ. 39. quod Putiphar cognoſcebat quod Deus erat cum Ioſeph, id eſt quod Deus adiuuaret ſpecialiter Ioſeph: nam omnia negotia per eum tractata proſperabantur in manibus eius, quod à Deo manifeſtiſſime videbatur euenire, dicitur etiam Deus non eſſe cum aliquo, quando eum non adiu-* D *uat, vt dicitur Pſal. 59 non egredieris Deus in virtutibus noſtris: id eſt non exibis nobiſcum ad pugnam, contra hoſtes faciendo pro nobis operationes mirabiles: ſic etiam dicitur num. 14. cap. nolite aſcendere non eſt enim Dominus nobiſcum, ne corruatis coram inimicis veſtris, & Deuteron. 1. cap. nolite aſcendere, non enim ſum vobiſcum, ſcilicet quod non adiuturus erat eos, quod patet ibidem, quia hoſtes ſui perſecuti ſunt eos vſque in Horma. erat autem Deus cum eis accipiendo aliter ſcilicet quia vbique eſt: & illo modo ſuperiori Deus dicebatur eſſe in medio Hebræorum ſpecialiter, quia eos ſpecialiter dirigebat, & à malis protegebat, & non ſolum dicitur eſſe inter eos, ſed etiam habitare; quia habitare dicit firmam manſionem, ſic enim apud Hebræos Deus erat vt habitans, quia hos ſpecialiter elegerat in populum ſuum.*

Pſal 59. Num 14. Deut, 1.

Deus vult vt talis cognoſci, cum benefacit.

Habitabo in medio filiorum Iſrael, & ſcient quia ego eduxi eos de terra Ægypti, vnde ſcient quod ſis ſpecialis eorum Deus? an quia habitas 128.
in medio eorum? quidni? cum per hanc habitationem, ſingularem in eos beneficiorum ſuorum exhibitionem intelligamus, Deus enim vt talis vult cognoſci cum benefacit. ſic explicat

Toſtat. Toſtatus. *Et ſcient quia ego Dominus Deus eorum, id eſt ego faciam pro eis ſpecialia quæ non facio pro aliis gentibus, & in hoc cognoſcent, quod ego ſum ſpecialiter Deus eorum.* Et Richelius. *Et*
Richelius. *ſcient per experientiam beneficiorum meorum, quia ego Dominus Deus eorum ſpecialiter, qui omnium ſum Dominus generali dominio.*

Cum pij à ſordibus Ægypti non recedunt, licet Deus cum eis ſit, tamen inter eos morari vel habitare non videtur.

129. *Habitabo in medio filiorum Iſrael, & ſcient quia ego eduxi eos de terra Ægypti*, quid ſi pollicetis in medio Iſraelitarum habitaturum, ſi B omnia quæ præcepiſti adimpleuerint, ſi adhibuerint omnes cæremonias in conſecratione ſacerdotum iuſſas, ſi ſacrificium matutinum & veſpertinum obtulerint, ergo in Ægypto cum detinebantur cum eis non habitabis, ſiquidem nihil eorum quæ nunc iubes, adimpleuerant: numquid ab eis aberas? numquid cum eis tunc A morari & habitare non potuiſti? reſpondet Oleaſt. *Quamdiu inter immundos verſantur pij,* Oleaſt.
licet cum eis Deus ſit, tamen non moratur inter eos, quoniam à ſordibus abhorret. ſi ergo volumus Deum habitare nobiſcum, à ſcribus & immunditiis recedendum eſt nobis.

Inter impios etiam pij difficulter Deo obſequuntur.

Habitabo in medio filiorum Iſrael, & ſcient 130.
quia ego eduxi eos de terra Ægypti, cur in medio eorum non habitaſti, cum incolebant Ægyptum? cur eis præcepta cultus tui non impoſuiſti? quia inter impios, quales erant Ægyptij, pij difficile Deo præſtant obſequium. B annuit Carthuſ. *Intuendum quod de medio infide-* Dion. Cart.
lium tranſtulit Dominus populum ſuum, vt populus inde ſubtractus Deo plenius vacaret in ſolitudine, deinde in terra promiſſionis, vt pote à praua ſocietate hominum infidelium ſegregatus, inter quot à Dei obſequio multipliciter impediebatur.

SYNOPSIS CAPITIS XXX.

Poſt præſcriptam formam altaris incenſi, & ſitum vbi collocari debet, ac tempus accendendi thymiama in eo à ſacerdotibus, cenſus Iſraelitarum deſcribitur & pretium per ſingula cenſa capita perſoluendum, in vſus tabernaculi. Deinde præcipitur Moyſi, vt faciat labrum æneum in baſi ſua ponendum, inter tabernaculum & altare; & inſtruit eum de aromatibus & aliis rebus, ex quibus fieri debet oleum vnctionis, & thymiama in altari incenſi adolendum.

VARIET. LECT. Verſ. 1. & 2.

V*lg.* Facies quoque altare A ad adolendum thymiama de lignis ſethim.

Sept. Et facies altare incenſi ex lignis imputribilibos.

Cald. Et facies altare ad adolendum ſuper illo incenſum aromatum, de lignis ſethim facies illud.

Pag. Et facies altare ſuffimenti ſuffitus, *ſic Mont. Oleaſt.*

Vatab. Facies altare incenſi thyamiamatis.

Alij. Facies aram ad incendendum ſuffimentum.

Vulg. Habens cubitum longitudinis, & alterum latitudinis, id eſt quadrangulum, & duos cubitos in altitudine, cornua ex ipſo procedent.

Sept. Facias illud cubiti longitudinem, & cubiti latitudinem, ex ipſo erunt cornua eius.

Pag. Cubitus longitudo eius ex ipſo, & cornua eius.

Mon. Erit quadrum & cubiti duo ſtatura eius.

CONCORDIA.

FAcies altare ad adolendum thymiama, Hebraice legitur מקטר קטרת miktar kemoteth ad adolendum thymiama; alij altare ſuffimenti, ſuffitus, à katar enim verbo quod ſuffimigare, adolere, ſeu incendere ſignificat, mik- B tar, quod tam thuribulum, quam altare in quibus adoletur thymiama vel incenſum, quam ketareth, quod ſuffimigationem vel incenſum ſeu thymiama ſignificat, deſcendit.

EXPOSITIO.

F*Acies quoque altare ad adolendum thymiama*, nunc deſcribitur hoc altare, & thymiama in eo adolendum, non autem antea facta eſt illius mentio, id enim non conueniebat: prius enim ſacerdotum conſecratio procedere debebat, cum hæc thymiamatis ſuffitio eſſet ſacerdotum functio præcipua: hoc autem altare thymiamatis longe diuerſum erat ab illo, quod vocatur holocauſtorum, de quo ſupra c. 27. diuerſum inquam erat fine, loco, forma, nomine, quantitate, craticula, vt ex vtriuſque collatione patebit. *ad adolendum thymiama*, quod

eſt mixtura quædam aromatica, de qua infra. hoc autem Deo incendebatur bis quotidie, mane & veſpere, non ſolum à pontifice, ſed etiam à minoribus ſacerdotibus, qui ordinarie hoc munere fungebantur, *de lignis ſethim*, lignis imputribilibus, de quibus pluries, *habens cubitum longitudinis &c.* hic cubitus intelligendus, eodem modo, quo cubitus altaris holocauſti, *Cornua ex ipſo procedent*, hæc cornua ar- A bitratur noſter Lyran. fuiſſe quædam pomella, in quatuor angulis altaris collocata, ad pulchritudinem & decorem altaris. ſed idem dicendum eſt de his cornibus, quod c. 27. verſ. 2. de aliis diximus, erant autem hæc cornua non ex alio ligno operi primario inſerta, ſed erant cum ipſis ſtipitibus, ex quibus ſuſtinebatur altare, & continua ex eodem ligno.

CONCEPTVS.

Quam fœtida ſint hominum peccata.

1. *Facies altare ad adolendum thymiama*, an Deus habet nares, quibus delectetur odoribus? cur ergo exigit vt ſibi fiat altare ad adolendum thymiama, aromaticum? Deus incorporeus quidem eſt, & ideo carens naribus, ſed ita fœtida hominum peccata & graueolentia, vt videatur Deus odoribus ſuauiſſimis indigere, ne fœtore eorum quaſi corrumpatur. *Quorſum tibi Domine* (inquit Oleaſt.) *aromaticum ſuffimentum qui purus ſpiritus eſſe diceris? conſidera quæſo quam ſpurca & fœtida ſunt omnia noſtra præſertim peccata, vt thymiamate opus ſit, ne Dei noſtri nares offendant.* — Oleaſt.

Perfectiores in Eccleſia quaſi ſopitis iam carnis illecebris, Deo orationum dona offerunt.

2. *Facies altare ad adolendum thymiama*, altare holocauſti generaliter vitam iuſtorum deſignat, qui carnem ſuam quotidie crucifigere cum vitiis & concupiſcentiis, atque in hoſtiam viuentem offerre Domino conſueuerunt: hoc autem altare ad adolendum thymiama, ſpecialem quorumdam perfectorum vitam ſignificat. ſed cur in hoc ſicut in alio carnes victimarum non immolantur? audiamus Venerab. Bedam lib. 3. de tabern. c. 11. *Non fruſtra in illo carnes animalium incendebantur, in hoc adolebatur incenſum, niſi quia in illo figurabantur hi, qui non ſecundum deſideria carnis ambulabant, ſed quaſi hæc Domino immolantes, omnes corporis ſui ſenſus per ignem ſancti Spiritus eius voluntati dedicant; in iſto autem illorum typus exprimitur, qui maiore mentis perfectione extinctis prorſus, ac ſopitis omnibus illecebris carnis, ſola Domino orationum vota offerunt, nil qui de conſcientia peccati vnde conturbentur ac paueant habentes, ſed dulcium profuſione lachrymarum optantes, venire & parere ante faciem Dei*, quibus verbis non negat Beda perfectos viros habere in ſe etiam de peccatis carnis, & cogitationum illecebris, quod vincere debeant cum integra illis in hac vita, pax, & ſanitas animæ non detur: ſed viciſſe iam hæc eos dicit, ita vt quamuis omnino ſecuri eſſe non debeant, non ſit tamen eorum præcipuus labor pugnare cum his. — Venerab. Beda.

Vna fidei firmitas.

3. *Facies altare ad adolendum thymiama*, ex quibus lignis fieri debet? ex eiſdem quibus altare holocauſtorum, cum vtrumque altare iuſtos & perfectiores ſignificet. cur vtrum- B que altare ex varia non ſit materia? quia omnium fidelium eadem & non diuerſa eſt fides. moralitas eſt Archiep. Mogunt. *Apte de eiſdem lignis ſethim vtrumque altare fieri præcipitur; quia nimirum vna eſt fidei non ficta firmitas, qua omnium corda electorum qua omnium corda præmuniri, atque ad ſuſcipiendum ignem dilectionis, & offerenda Deo virtutum libamina debent præparari.* — Rab. Maur.

Opera noſtra ex intimo charitatis affectu procedant.

4. *Facies altare ad adolendum thymiama, quod quidem quadratum erit, & cornua ex ipſo procedent*, Sept. *ex ipſo cornua eius.* Recte quadrangulum fieri iubetur, vt inſinuetur quia perfectorum animus fœderatis adinuicem virtuti- C bus conſtat. verum cur cornua ex ipſo procedent & non aliunde deprompta? cornua ſæpe in ſcriptura eminentiam fidei, & virtutum deſignant, per quam obuiantia nobis antiqui hoſtis certamina obtundere & ſuperare debemus. dicentes cum propheta Pſal. 43. in te inimicos noſtros ventilabimus cornu, qui mox de quo cornu dixiſſet ſignificans, ſubdit, & in nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nos. en igitur, cur cornua ex ipſo altari prodeant, & non aliunde aduentitia debeant eſſe? quia opera virtutum his denotata, ex intimo charitatis affectu, & non interius ab inani gloria & ambitione &c. procedere debent. ſic Vener. Beda c. 11. *Procedunt cornua ex ipſo altari thymiamatis, cum opera virtutum electi, non ad faciem hominum ſpecie tenus oſtendunt, ſed ex interna mentis radice fixo atque immobili exercent affectu: at contra hypocritæ, quaſi cornibus aliunde mutuatis habentes ſpeciem pietatis, virtutem eius negant.* Et Stephan. apud Tilm. *Nota quod ait ex ipſo & non aliunde, hypocrita enim habet cornua ex iactantia & inani laude, diues è pecunia, pauper à tenuitate; tunc enim cornua ſumit, iuſtus autem non aliunde quam à ſemetipſo, vnde omnis gloria filiæ regis ab intus.* — Pſal. 43. — Beda. — Steph. Can.

Chriſti Domini voluntas, obedientiâ, laudibus, veritate, & erga miſeros miſericordiâ, ſe ſublenaus.

5. *Facies altare ad adolendum thymiama, cornua ex ipſo procedent.* Ioan Ruiſbroch, c. 33. de Taber. fœderis per huiuſmodi altare liberam volontatem humanitatis Chriſti Domini intelligit, in quo Aaron & filij eius, id eſt Chriſtus & ſectatores illius perpetuo adolebunt, vt offerent

offerent patri cœleſti thymiama gratiſſimi odoris, hoc eſt omnes virtutes internas, quas Chriſtus ipſe perpetrauit, quæque vnquam perpetratæ ſunt & perpetrabuntur à cunctis. verum cur hoc venerandum altare quatuor conſtat cornibus ex ipſo procedentibus? nam quænam cornua ſanctiſſimæ eius voluntati poſſunt adaptari, quæ in altum erecta eminentiora appareant? reſpondet Doctor contéplatiuus. Ioan. Raisb.
Libera hæc illius voluntas, obedientiâ ſe demiſit, naturamque illius corpoream ſuperauit, ac morti obtulit, & quidem morti crucis: qua re noſtram occidit mortem, & ea omnia debellauit, quæ nobis officere poſſint, & eſſe impedimento; & hoc cornu primum eſt, quod omnem humilitatis profunditatem attingere poteſt. eadem quoque libera eius voluntas ad æternam Deo patri præſtandam & exhibendam laudem & honorem ſeſe ſubleuauit, & iſtud eſt alterum cornu quæ vltra omnem altitudinis verticem poßit excedere. Tertio libera eius voluntas ad dexteram libere proceßit veritatem, & virtutes verbis ac vita docendo & exercendo; eſtque hoc cornu tertium, quo omnis noſtra latitudo corroborari ac exornari debet: quarto denique libera humanitatis Chriſti voluntas, etiam ad ſiniſtram promanauit, cum gratiâ, clementiâ, & miſericordiâ erga neceßitates omnes tam corporeas quam ſpirituales ſe extendit.

Chriſtus in cruce ſpinea cuncta pertulit.

6. *Facies altare ad adolendum thymiama ex lignis ſethim*, Presbyter Rhemenſis in ſuo de aurora libro, hoc altari Chriſtum adumbrari tenet, ſic enim canit.

Ara prior notat Eccleſiam, Chriſtum notat iſtud. Presb. Rhe.
Solus in hac præſul ſacra parare poteſt.
Libera ligna ſethim ſunt à putredine, Chriſtus
Sic fuit à culpa liber & abſque nota.

Verum ſi ita eſt, quod hoc altare thymiamatis ex lignis ſethim fabrefactū Chriſtum denotet, quomodo præter incorruptionem huius ligni, quæ ei recte adaptatur, poteſt verificari quod ſicut huiuſmodi lignum ſpinis ſimile eſt, ita & Saluator? quæ enim ſpinæ in eo reperiuntur, cum ſit ſuauiſſimus, teſte ſponſa guttur illius
A ſuauiſſimum? reſpondet præf. antiquus & celebris Poeta.

Spina ſonat vox iſta ſethim, quia ſpinea Chriſtus.
In cruce cuncta tulit, qui roſa noſtra fuit.

In Chriſto Domino vnica perſona & hæc diuina.

7. *Facies altare ad adolendum thymiama, quadrangulum erit, habens cubitum longitudinis & alterum latitudinis*, cur quadratum, & cur in altitudine duos cubitos habet, cum vnico latitudinis conſtet? audiamus præf. Petrum Rigam.

Extitit altaris quadrangula forma, figurans, Petr. Riga.
Quod Chriſtus ſtabilis & petra firma fuit.
Surgit in excelſum cubitis altare duobus,
B *Nam fuit in Chriſto cum Deitate caro:*
Tenditur in latum ſolo cubito quia ſolam
Geſtat perſonam, qui Deus eſt & homo,

Chriſtus Dominus in omni loco crucifixus cognoſcendus.

8. *Facies altare ad adolendum thymiama*, in figuram Chriſti, inquit B. Cyrill. Alex. lib. 9. de adorat. factum enim erat ex lignis imputribilibus, totumque auro tectoin, incorruptibile namque eſt Chriſti corpus, & diuinam in ſeipſa naturam habens, ſunt etiam altari corona, ae veluti manus extentæ glorioſæ, crucis habitum præfigurantes: verum cur quatuor ei aſſignantur cornua? nonne quatuor partes mundi reſpiciunt? dic ergo hoc altare, denotans Chriſtū,
C quatuor habere cornua, vt iouuatur quod in omni loco crucifixus eſt cognoſcēdus. ſic præf. Philo.
Alex. Archiepiſ. *Quod ſi quis quatuor cornua eſſe dixerit, nihil impedimenti ea res ſtudioſo affert, quominus recte intelligatur: nam cum altare quadratum ſit, & æqualibus vndique lateribus, atque ex omni parte cornua conſpiciuntur: hoc vero quid ſignificat? nempe in omni loco Chriſtum agnoſci,* ad Galat. 6.
cumque crucifixum, id autem in eum credentibus illuſtris eſt gloriatio, mihi autem, inquit Paulus, abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti.

VARIET. LECT. à Verſ. 3. ad 5.

V*Vlg.* Veſtieſque illud ex auro puriſſimo, tam craticulam eius, quam parietes per circuitum, & cornua, facieſque ei coronam aureolam per gyrum.

Sept. Et inaurabis auro puro, craticulam eius, & facies ei tortilem coronam auream.

Cald. Cooperieſque illud auro puriſſimo, tectum eius, *alij* ſolarium &c. facieſque ei circulum aureum per gyrum.

Onk. Facieſque ei coronam auream per circuitum. *ſic Pag. Mont.*

Eugub. Cooperieſque ſuperficiem eius, ſiue tectum.

Vulg. Duos annulos aureos ſub corona per ſingula latera, vt mittantur in eos vectes, & al-
D tare portetur.

Sept. Et duos annulos aureos puros facies ſub tortili corona eius, in duo latera facies in duobus lateribus, & erunt arcus amitibus, ita vt tollatur illud in eis.

S. Aug. Ad duo latera facies in duabus coſtis.

Alij. Et erunt thecæ amitibus.

Cald Sub circulo eius in duobus angulis eius, & in duobus lateribus eius, eruntque loca vectibus, vt portetur in eis.

Onk. Eruntque loca pro vectibus.

Pag. Infra coronam ipſius in duobus angulis eius, & erit intra vectes ad portandum illud.

Mont. Duos annulos auri facies, & deſubter

coronam eius ſuper duabus coſtis eius, facies ſuper duobus lateribus eius, & erit in domos vectibus ad portandum ipſum eis.

Caiet. Sub limbo eius per ſingula latera, & erunt domus palis ad portandum ipſum.

Vatab. Per illos traiicientur vectes ad portandum ipſum.

A *Aly.* Vt ſint loculi in iſtis vectibus.

Vulg. Ipſos quoque vectes facies de lignis ſethim, & inaurabis.

Sept. Et facies amites de ligna imputribilibus, & inaurabis eo auro.

CONCORDIA.

CRaticulam habet noſter Vulg. alij autem tectum, ſolatium, ſuperficiem, vel foculum, vt ergo concordes reddantur huiuſmodi verſiones, arbitror ſaluo ſanctæ Eccleſiæ R. iuicio, hoc altare non habuiſſe crateto vel craticulam in ſoperiori plano, in quo carbones & thymiama in ſuffimigium imponerentur, ſed totum laminis aureis in ſuperiori coopertum extitiſſe, cum foculo aurea corona circumdato, intra quem carbones iniicerentur cum thymiamate, quoties mane & veſpere offerretur, quo conſumpto ab illo ſacro altari remouebantur tam foculus quam carbones, cum extincti eſſent: Lippom. Caiet. Eugub. Fortun. Sacchus huius ſententiæ ſunt aſſertores, in quam ſentẽtiam inclinat noſter Lyran. Oleaſt. & probatur ex Ioſepho qui hoc videre, vel ab iis qui viderant, accipere potuit. ſic enim habet lib. 3. antiq. c. 7. inter illud nempe candelabrum, & menſam, ſitum erat thymiamaterium, aliqui codices ſacra ſuffimigatoria, lignea quidem, ipſaque ex imputribili, ſicut erant puta vaſa ſolida, lamina circumquaque contecta cubitali in quadrum latitudine; altitudine vero dupla, ſuper quam ſtabat foculus aureus, corona aurea circumquaque cinctus: vt autem in his Ioſephi verbis innoteſcat diſcrimen inter foculum & craticulam, quæ altaribus imponebatur, ſtatim loquens de altari holocauſtorum in quo non foculus, ſed craticula erat in medio ad ſuſtinendum ligna & hoſtias, ait, cratem pro foculo ſuperimpoſitam habens, ex quibus manifeſtum eſt ex Ioſepho cratem diſtingui à foculo, & huic habuiſſe altare aureum, in quo incenſum adolebatur, cratem vero altare holocauſti.

Ioſeph.

Sed dices noſter Vulg. cui adhærendum, eſt
B legit craticolam. ita ſane ſed impropie ſumpſit eam pro foculo, nam dictio Hebraica gag inquit Oleaſt. ſignificat partem ſuperiorem domus, quæ in terra promiſſionis erat ſub dio, & ſolatium dicitur: hîc vero ſignificat ſuperiorem partem altaris, ſeu menſam, & Eugub. ſignificat gag locum ſuperiorem, & Ludouicus Yſtella huius eſt ſententiæ, ſic enim ait, altari quidem holocauſtorum neceſſaria erat craticula, propter cæſa animalia ibi comburenda. huic vero altari minime: tectom itaque huic erat altari ſuperius intra coronam. in quo à ſacerdotis mane & veſpere carbones, quodam thuribulo ex alio altari deducti collocabantur, & *thymiama* adolebant. ſubiungit, tamen veriſimile videtur externam ſuperficiem ſiue tectum, nec
C craticulam fuiſſe. ſed quaſi reticulatum vt inde infra decideret, ſi quid forte cineris ſupereſſet: & hoc craticulam Vulg. nominaſſe, quod ad modum illius videretur, craticula enim Hebraice eſt מכבר mikbar non gag: interpres habet coronam auream per gyrum, alij limbum, & quidem zer corona limbus, *circulus* redditur. non à xa rah, quod ventilare & diſpergere importat, ſed à zur, quod eſt comprimere, contrahere, & circumligare, Sept. addunt mittaſilem fuiſſe hanc coronam.

EXPOSITIO.

V*Eſtieſque illud ex auro puriſſima*, aureis laminis operies illud foris, *tam craticulam eius*, quæ de ea dicta ſint vide in concordia, *quam parietes eius*, qui erant ex tabulis ſeu aſſeribus ligni ſethim, *facieſque ei coronam auream per gyram*, quaſi circulum circumſtantem, vel limbum ingentem ipſum aliquanto prominentem, figura eius & profunditas ex textu non conſtant, ſic fuiſſe videntur prout arti magis conſona eſſent, *& duos annulos, aureos, ſub corona per ſingula latera*, non quod latera ſingola altaris quaterna, iſtiuſmodi an-
D nulos duos habere deberent, ſed duos annulos ſingula latera ſibi inuicem oppoſita quæ ad vectes hos recipiendos deligerentur, qui quidem vectes licet etiam eſſent ex lignis ſethim, laminis etiam aureis cooperiri debebant.

CONCEPTVS.

Quod Dei obſequio dicatur, non ſat mundum poteſt eſſe.

9. *Veſtieſque illud ex auro puriſſimo*, nonne illud altare ex lignis ſethim, quæ pulcherrima & mundiſſima, vt pote ab omni corruptione aliena, factum legimus? ad quid ergo ex auro non quolibet, ſed puriſſimo, ſed mundiſſimo debet cooperiri? quia quod Dei obſequio conſecratur, quod Dei cultui inſeruire debet, nõ poteſt eſſe ſat mundũ. *Omnia hæc* (inquit Oleaſt.) *mũditiã commẽdant, non enim vult Dominus quicquã* Oleaſt.

noſtrum videre niſi tectum, omnes nos immundi & omnia noſtra indigna diuinis oculis, ideo omnia tegenda: tegendus ſacerdos ſanctis veſtibus, tegendum altare auro, etiamſi ligna ſethim ex quibus factum eſt munda & puriſſima ſint.

Perfectiores in omnibus quæ agunt, ſplendorem charitatis demonſtrent.

10. *Veſtieſque illud ex auro puriſſimo*, cum à nobis dictum hoc altare thymiamatum ex lignis ſethim compoſitum, ſpecialiter perfectiores referre. ad quid ergo adhuc auro veſtitur? an vt qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc? an quia ſemper in virtute progrediendum cum in ea non proficere deficere ſit? rectè quidem, ſed etiam quia vt ait Vener. Beda. *Veſtitur auro puriſſimo,* Beda; *cum perfecti quique vera interna ſapientiæ luce refulgent, cum in omnibus quæ agunt ſplendorem charitatis, velut quotidiani gloriam habitus præmonſtrant, cum memoriam ſibi perpetuæ charitatis ſemper ineſſe cunctis ſeſe videntibus ſeu audientibus oſtendunt.*

Omnia quæ perfecte agunt meritorie, præmio digna æterno.

11. *Veſtieſque illud ex auro puriſſimo, facieſque ei coronam aureolam per gyrum.* Cur per gyrum vel circuitum fit corona altari? nunne ſatis eſt quod auro puriſſimo ſit veſtitum? non equidem, nam operatio quæ ex luce charitatis procedit, coronam meretur, & omnia quæ iuſti meritoriè operantur, præmio digna ſunt æterno. Anſelm. *Bene ergo* (inquit Anſelm. Laudunſ.) *corona fit, vt omnia quæ fecerit ſancti, cœleſti mercede digna eſſe doceantur, nec aliquid in talibus remanere, quod poſt abſolutionem carnis purgatorio debeat igne caſtigari.*

Cor electorum gemina charitate fulciatur.

12. *Veſtieſque illud ex auro puriſſimo, & duos annulos aureos ſub corona,* in quos vectes ex lignis ſethim inaurati mitterentur ad deferendũ altare, cur duo annuli & hi aurei? deferatur curru, cum non ita ponderoſum ac altare æneum holocauſtorum. verum præcipit Deus per ſingula A latera annulis aureis altare circumdari. *Quia* (vt habet Rab. Maur.) *cor electorum hinc & inde, Dei & proximi dilectione confirmatur, quæ bene annulis comparatur, quia euacuata in fine prophetia, deſtructa ſcientia, ceſſantibus linguis, ipſa nunquam ceſſabit: duo autem ſunt annuli per ſingula latera, quia vtrumque charitatis mandatum gemina virtute diſtinguitur: charitas quippe Dei per ſynceritatem fidei, ac vitæ munditiam perficitur: dilectio fraterna virtute etiam gemina conſiſtit, patientiæ ſcilicet & benignitatis, teſte Apoſt. qui 1. Corint. c. 13. ait, charitas patiens eſt & benigna: duos ergo annulos habet altare per ſingula latera, cum biformi perfectione charitatis ſancti: & in ſui conditoris honorem atque obſequium accingatur proximi.* Rab. Maur. 1. Cor. 13.

B *Chriſti nomen quocunque deferamus.*

Veſtieſque illud ex auro puriſſimo, & duos annulos aureos per ſingula latera, vt mittantur vectes in eos, & altare portetur, dicimus ex B. Cyrillo hoc altari Chriſtum adumbrari, hoc altare auro puriſſimo veſtitur, quia vt bene Petrus Riga, Chriſtus 13.

Ipſe poteſt dici non aureus eſſe, ſed aurum.
Non ſolum ſapiens, imo ſophia patris.
Aurum circumdans altare corona, coronam
Chriſti deſignat, qua pater ornat eum.

Verum cur annuli aurei in hoc altari, vt vectes in illos immittãtur & ſic altare deferatur? ſed ſi altari deſignatur Chriſtus, ad quid annuli? ad quid vectes? nam à quibus deferendus? nonne ad locum quo voluerit, peruenire poteſt? an ab C aliis deferendus? quidni? ſanctiſſimum enim eius nomen, à viris Apoſtolicis in omnes mundi partes deferendum.

Prælatos fortes (inquit Riga) *per vectes accipe fortes.* Petrus Riga.
Qui Chriſti forte nomen vbique ferunt.

Et B. Cyrill. l. 9. de adorat. *Addita ſunt, quæ ad eius vſum peruenirent, vectes inquam & reliqua inſtrumenta, nam diuinum illud altare quo proficiſcendum erat, decenter ferre oportebat, id vero faciebant beati illi Diſcipuli cum prædicando Chriſtum circumferebant.* S. Cyrill. Alexand.

VARIET. LECT. à Verſ. 6. ad 8.

Vulg. Poneſque altare contra velum quod ante arcam teſtimonij pendet coram propitiatorio, quo tegitur teſtimonium, vbi loquar ad te.

Sept Quod eſt ſuper arcam teſtimoniorum, in quibus innoteſcam tibi inde.

Cald. Quod eſt iuxta arcam teſtimonij coram propitiatorio, quod eſt ſuper teſtamentum, vbi conſtituam verbum meum tibi.

Pag. In quo conueniam tibi.

Oleaſt. Quo teſtificabor tibi.

Mon. Ante expiatorium quod ſuper teſtimonium, quo conueniam tibi ibi.

Alij. Ante faciem propitiatorij, quod eſt ſu-D per teſtimonium.

Cajet. Quod ſuper teſtificationem.

Aliqui. Vbi tibi paciſcar.

Vulg. Adolebit incenſum ſuper eo ſuaue fragrans mane quando componet lucernas, incendet illud.

Sept. Et incendet ſuper illud incenſum Aaron, incenſum compoſitum ſubtile mane.

Cald. Et adolebit ſuper eo Aaron incenſum thymiamatum mane.

Onk. Et incendet ſuper eo incenſum aromatum mane, mane quando adornauerit lucernas.

Pag. Et ſuffire facies ſuper illud Aaron ſuffi-

mentum acomatnm,ſingulo mane,quando ap-tabit lucernas ſuffire faciet illud.

Mont. In matutino in bonificando eum, lucernas ſuffire faciet illud.

Oleaſt. Quando pulchras faciet lucernas.

Caiet. Thurificabit thus aromatum ſuper ipſum.

Vulg. Et quando collocabit eas ad veſperam, vret thymiama ſempiternum coram Domino, in generationes veſtras.

Sept. Et cum accendet Aaron lucernas ſero, A incendet ſuper illud incenſum continuationis ſemper, in conſpectu Domini in progenies eorum.

Cald Et quando accenderit Aaron lucernas ad veſperam incendet ſupec illud incenſum thymiamatum iugiter coram Domino.

Onk. Inter veſperas incenſum thymiamatum iugiter eſt coram Domino.

Mont. In faciendo accendere Aaron lucernas inter duas veſperas ſuffire faciet illud ſuffimentum iugiter coram Domino.

CONCORDIA.

ANte arcam Hebraice לפני הפרכת liphne nō ſolū contra, ſed ante, ad facies, in conſpectū, è regione, coram interpretatur. interpres coram propitiatorio Mont. ante expiatorium ſed idem vtriuſque ſenſus, vbi loquar ad te, Hebraice אועד לך שמה, verbum autem iaad æquiuocum eſt ad plura, vnde varia eſt illius verſio: interpres ſuaue flagrans in Hebr. eſt קטרת סמים ketoret ſammim quod varie red- B ditur, ſed ſemper cum eodem ſenſu cum vulgato, qui tamen commode addidit ſuaue flagrans, quia voce ſamim ſignificant Hebræi, ea quæ grate olent: Vulg. mane habet. ſed Hebraice bis repetitur, quæ congeminatio ſummum mane indicat, vel quodlibet mane, interpres ad veſperam, Hebraice inter duas veſperas, vide ſuperius quomodo hoc intelligendum.

EXPOSITIO.

P*Oneſque altari contra velum*, non leuis eſt difficultas de ſitu altaris, an ſcilicet poſitum fuerit intra velum in ſancta ſanctorum, vt videtur aſſerere S. Paul ad Heb. 9. quem poſtea C examinabimus, an extra velum in anteriori parte tabernaculi hoc ſecundum textū, nempe illud altare thymiamatis fuiſſe in ſancto extra velum, ſed prope oraculum. ita enim loquitur Ioſephus lib. 3. antiq. c. 7. cum agit de exteriori parte, in qua erat menſa & candelabrum. inter hoc nempe candelabrum & menſam, ſita erat arula ſuffimigatoria, & ipſa è ligno imputribili, eadem lib. 8. c. 2. habet, medium autem, ait, inter vtrumque (menſam & candelabrum intelligit) locum obtinebat illud altare aureum, hæc omnia continebat anterior illa templi pars quadraginta cubitos longa, & velo diſparata ab adito, cum Ioſepho ſentiunt Theoph. S. Thomas 1. 2. q. 102. a. 4. ad 6. Petrus Comeſtor, noſter Lyran. Caiet. Lippom. & alij quod clare patet ex c. 40. huius libri verſ. 3.

Ratio hæc vrgentiſſima eſt, ſoli ſummo ſacerdoti idque vnico die anni, nempe in die ex- D piationis, nec niſi ſemel eo die, licebat in ſancta ſanctorum ingredi, atque bis quotidie incenſum adolebatur in altari thymiamatis, idque vt plurimum à minoribus ſacerdotibus, conſequenter igitur altare hoc non potuit eſſe intra ſancta ſanctorum.

Hebr. 9. Sed vrget locus Pauli dicentis, poſt velamentum autem ſecūdum, tabernaculum quod dicitur ſanctum ſanctorum, aureum habens thuribulum & arcam teſtamenti. hoc autem thuribulum aureum idem prorſus eſt cum altari thymiamatis, quod aperte inſinuat Ioſephus lib. 6. cap. 9. cum ea quæ in templo erant enumeraret, & prima quidem pars inquit ad 40. cubitos, hæc tunc mirabilia & prædicanda opera cunctis hominibus candelabrum habebat, & menſam, & thuribulum. atque nullo modo credendus eſt prætermiſiſſe altare thymiamatis, & quidem aureum, & pretioſiſſimū, vt fateri omnino neceſſe ſit nomine thuribuli fuiſſe indicatum. ſi autem dicas diſcrimen eſſe inter thuribulum quod vocat aureum Paulus, & altare thymiamatis, quod hoc altare erat ex lignis ſethim, licet coopertum laminis aureis, ſed propterea dici poteſt etiam *hoc altare* aureum, quemadmodum altare holocauſtorum dicebatur æreum, quia ære tectum erat.

Sed ſi verum eſt quod thuribulum aureum ſit idem quod altare thymiamatis, Paulus nobis contrarius eſſe videtur, collocat enim illud poſt ſecundum velum, hoc eſt vulgo ſancta ſanctorum; dicendum eſt primo nequaquam affirmaſſe Paulum altare fuiſſe intra velum, ſed id tantum dicere intra velum eſſe ſancta ſanctorum, tum addere eam tabernaculi partem habere thuribulum aureum, & arcam teſtamenti. habendi enim verbum ambiguum eſt; oraculum igitur dicitur habere altare thymiamatis, quia ſibi ſuoque vſui deſeruit, ob id enim collocatum eſt coram velo & propitiatorio, ita dicimus Eccleſiam quamdam habere latifundia, pecunias, miniſtros, quæ tamen omnia non intra Eccleſiæ ambitum includuntur.

Quis non videt vnam eamdemque vocem, eodem loco ancipitem ſignificationem habere poſſe? & ſic hîc fateri neceſſe eſt, cum Apoſtolus ait intra velum eſſe ſancta ſanctorum habens thuribulum aureum, & arcam teſtamenti. aliter accipiendum participium *habens* reſpectu thuribuli, quam reſpectu arcæ, thuribulum enim habet tanquam ſibi adiunctum, & ad ſe pertinens, arcam tanquam in ſe exiſtentem, quamque ſuo ambitu comprehendat. perinde igitur loquitur Apoſtol. ac ſi quis dicat, ampliſſima hæc metropolitana Eccleſia

pariſienſis, haber religioſiſſima *altaria*, canonicos nobiliſſimos, magna prædia, *plurima* vectigalia, & profecto non eodem modo hæc omnia habere dicitur, qui? autem ita loquentem iure reprehendat, & tamen nemo non videt verbum *habendi* ancipiti ſignificatione vſurpari?

Non itaque ex loco Apoſtoli recte colligitur altare thymiamatis intra velum fuiſſe, tantum enim ſignificat altare thymiamatis peculiari quadam ratione pertinuiſſe ad ſancta ſanctorum, tum quia prope oraculum erat, vt ſuffitu quotidiano oraculum quodammodo afflaret, tum vt inde ſumeretur ſingulis annis incenſum, quod ſummus ſacerdos offerret: conſule quæ adhuc dicenda verſ. 10.

Poneſque altare contra velum, nempe in loco qui dicitur ſanctum à parte anteriori veli B hyacinthini, *quod ante arcam pendet teſtimonii*, quia velum iſtud extenditur per totum latitudinē tabernaculi, ſcias te debere collocare hoc altare non in lateribus tabernaculi ſicut candelabrum & menſam, ſed in medio, nempe coram A propitiatorio, quo tegitur teſtimonium diuinæ voluntatis incluſum in arca, ac proindè altare erit medium inter candelabrum & menſam, *vt loquar tibi*, oſtendendo aliquibus ſignis, quod ſpecialiter complacet mihi cultus ibi exhibitus.

Adolebit incenſum ſuper eo Aaron, non ſolum vt ſumus pontifex ſed ut ſacerdos, poſtea enim ſacerdotes omnes officium hoc ponendi incenſi adminiſtrauerunt, *ſuaue flagrans*, non quod Deus delectetur ſuauitate corporali aromatum, ſed propter fidem & deuotionem offerentium, *mane quando componet lucernas* candelabri, vt præparet illas provt præparare tenetur, *incendet illud thymiama*, & quando collocabit eas ad veſperam ſole occidente, poſt veſpertina ſacrificia, ſicut mane B oriente ſole ante ſacrificia matutina, *vret thymiama ſempiternum*, quod ita vocatur eâ phraſi qua ſuperiori capite agnus iugis, ſeu ſacrificij quotidiani, vocatus eſt oblatio perpetua, quia vtrūque debebat à Iudæis quotidie bis offerri.

CONCEPTVS.

Vult Deus nobis propitius eſſe.

Poneſque altare contra velum, coram propitiatorio, cur altare thymiamatum coram propitiatorio ponatur coram menſa, non enim ingrati odores cum menſæ accumbitur, vel ſaltem coram candelabro ſeptem lucernarum, ne cum C extinguantur, fœtore ellychniorum inficiatur tabernaculum: rectè locus coram propitiatorio aſſignatur. vt ex ſuauitate noſtrarum orationū, quæ rectè thymiamate deſignantur, nobis propitius foret. *Voluit Dominus* (inquit Oleaſt.) *altare poni inter ſe & nos, actum enim nobis eſſet niſi Dominus Deus huiuſmodi ſuffimentis ab ira quieſceret, qua de cauſa voluit mane & veſpere odorari.*

Cum Chriſto Domino non fruimur, flamma amoris in eum ardeamus.

5 : *Poneſque altare contra velum, & adolebis incenſum ſuper eo*, bene de altari dicitur, quod ante velum arcæ ſit poſitum, arca quippe teſtamenti ipſe nobis factus eſt de quo ſcriptū eſſe D nouimus, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei abſconditi. arca intra velum eſt Redemptor noſter in cœlo, altare aureum in quo thymiama accenditur ante velum, adumbrat corda electorum quæ cum magnis virtutibus in Dei amore ſuccenſa ſunt, per ſanctum deſiderium in illo ardent, quem adhuc reuelata facie videre non poſſunt: inter arcam quippe & altare velum eſt, quia hoc quod nos adhuc à viſione Dei ſeparat, corruptionis noſtræ obſtaculum remotum non eſt: ſed cur ante hoc velū ſuper hoc altare poſitum, adolendum eſt ſemper thymiama? quia vt optime S. Greg. Mag. lib. 2. in Ezech. hom. 22. *Quaſi thymiamatis incenſum flamma amoris ardeamus*, licet enim Chriſto D. intuitiue hîc non videamus, in eum ferri eximij amoris debemus affectibus.

S.Ma

Nullum tempus eſt quo Chriſtus in Eccleſia odorem non ſpiret.

Poneſque altare intra velum & adolebit incenſū ſuper eo ſuaue flagrans, Sept. incenſum compoſitū ſubtile, deinde Vulg. *vret thymiama ſempiternum*, Cyril. l. 9. de adorat. nō abſurde Chriſtus intelligitur illud eſſe thymiama compoſitū ac tenue, compoſitū quidē thymiama eſt, nam cum Deus eſſet, verbum caro factū eſt, & compoſitus eſt nobis quodammodo Emanuel, cum diuina ſimul humanaque natura in vnitatem, quæ omnem intelligentiam ſuperat, ineffabili modo conuenerint. deinde tenue eſt quia illi in legalis cultus craſſitiem non habet, ſacrificium enim & oblationem noluiſti, holocauſta ea pro peccato non placuerunt tibi, corpus autem adaptas & mihi, tunc dixi ecce venio vt faciam voluntatem tuam Pſal. 39.] verum cur incēſum hoc continuationis appellatur vel ſempiternum? rectè præfat. Archiepiſc. Alex. *Quia nullum tempus eſt quin Chriſtus in ſancto tabernaculo hoc eſt in Eccleſia odorem ſpiret.* 16. s.Cyril.

Omnia in obſequio Dei debent ſemper ordinate fieri.

Poneſque altare contra velum, adolebitque incenſum ſuper eo, quandonam? mane & veſpere, cur tempus incendendi thymiamatis ſtatuitur? hoc totum libertati relinquatur? nequaquam, non vult enim Deus vt ea quæ ſuum cultum reſpiciunt, diuinum, inordinate fiant. ſi enim hoc beneplacito ſacerdotum relinqueretur, forte nullo ordine ſeruato, nullo tempore præſcripto incenſum adolerent, thymiama accenderent. nunc Cyrill. *Tempus adolendi incenſi manifeſtum fecit ac ſanxit, vt omnia ordinate & honeſte fiant, ac mane quidem & veſpere, continuum perpetuumque tempus indicant.* 17. præf. Arch.

Cum diuino lumine illuſtramur, tunc Chriſti bono odore complemur.

18. *Poneſque altare intra velum, adolebitque incenſum ſuper eo*, nempe cum incenderint lucernas, cur cum accendendæ ſunt lucernæ, tunc incendendum eſt incenſum? nonne alio tempore ſeiunctim vtrumque perfici poteſt? *Illud fortaſſis ſignificat*, proſequitur S. Præf. Doctor, *cum diuino lumine illuſtramur, tunc demum Chriſti bono odore compleri, & ita ad interioris tabernaculi bona, id eſt ad diuina munera percipienda pergere, quæ Chriſtus iis qui digni ſunt largitur: itaque ſi quis nondum eſt in lumine per fidem, eſt procul dubio ſpiritualis odoris expers.*

S. Cyrill.

Vt fructuoſe Deum deprecari ordiamur, illius auxilium inuocandum, & ſtatim vt in oratione perſeueremus.

B

19. *Poneſque altare contra velum, adolebitque incenſum ſuper eo*, conſtat incenſum ſiue thymiama vim orationis exprimere, dicente Pſalmiſta, dirigatur oratio mea ſicut incenſum in

Pſal. 140. conſpectu tuo Pſal. 140. Ioannes in Apocal. 5. vidit habere ſanctos, phialas aureas, plenas

Apoc. 5. odoramentorum, quod confeſtim exponens ſubiunxit, quæ ſunt orationes iuſtorum: incendit autem ſacerdos nempe ille qui ſecundum ordinem Melchiſedech eſt. ſed cur mane & veſpere? nonne ſatis eſſet vt ſemel in die id perficeret? nequaquam inquit Vener. Beda lib. 3. c. 12. *Quia mane thymiama incenditur, vt in principio omnis boni quod inſpirante Deo diſponimus, illius auxilium quo perficiamus, inuocemus, ad veſperum vero, vt cum bene cœpta complemus, illi à quo accepimus, pro his quæ donauit gratiarum vota reddamus.* C

Oratio animæ paſſiones ſedat, oculorum mentis ſanat vulnera.

20. *Poneſque altare contra velum, adolebitque incenſum ſuper eo*, verum cur incenſo ſiue thuri oratio comparatur? diximus enim illam eo adumbrari. quid de incenſo aſſerant medici audiamus: contra interiores valet paſſiones, oculorumque ſanat vulnera, eo cur oratio thure ſiue incenſo denotatur? hæc etiam animæ paſſiones frænat, oculorúmque intellectualium

Heſichius ſanat vulnera. id teſtatur Heſichius c. 2. in Leuit. *Quomodo in thure accipiatur oratio, quærens eius vim perſcrutanſque cognoſcit, vti quippe eo contra paſſiones medici ſolent, oculorumque ægritudinis curare vulnera, hoc eodem modo oratio quoque plurima operatur, hæc quippe maxime paſſiones animæ ſanat, hæc etiam intelligibilium oculorum ſanat vulnera.* D

Oratio candorem & puritatem menti præbens.

21. *Poneſque altare contra velum, adolebitque incenſum ſuper eo*, N. Aaron ſponſam accedamus, & collem thuris conſcendentẽ comitemur, vix aſcenderat cum ſtatim tota pulchra dicitur &

Cant. 4. ſine macula Cant. 4. cur cum vix thuris collem aſcendit, pulcherrima proclamatur, & ſine

A macula prædicatur? vt innueretur per orationem candore & pulchritudine ſ[illegible] m[illegible] donari. ſcite Gilleb. Abb. ſerm. 28. in Cant. *Iure tota pulchra vocatur & ſine macula, quam orat[illegible] ardor incanduit, tota pulchra eſt hac l[illegible], maxime hora orationis, hora incenſi.*

Gilleb.

Orantes cum Deo loquimur.

Poneſque altare contra velum, adolebitque incenſum ſuper eo, Immediate dixerat Deus, loquar ad te, ilico ſubiungit, & adolebis incenſum. nonne diximus eo orationes ſanctorum deſignari? optimus ergo nexus, loquar ad te, & adolebis incenſum, quia Deus nobiſcum loquitur, & nos cum eo, cum orationes noſtras ei offerimus. ſic teſtatur S. Iſidor. lib. 5. de ſummo bono c. 8. *Qui vult cum Deo ſemper eſſe, debet frequenter orare, nam cum oramus ipſi cum Deo loquimur.* 22.

S. Iſidor.

B

In Eccleſia diu noctuque thymiama.

Poneſque altare contra velum, adolebitque incenſum ſuper eo, vret thymiama perpetuum coram Domino, an ſolum in tabernaculo & in templo à Salomone conſtructo thymiama perpetuum ardebat? nonne etiam in Eccleſia id præſtitum, vt nec dio nec noctu illi deeſſet, ſed perpetuo thuribulum gratum odorem exh[illegible]ret: negare id non poſſumus cum in [illegible] S. Gerardi hæc ita legantur. *Creſcente fidelium numero Eccleſias Deo per ſingulas vrbes ædificauit, principalem autem Eccleſiam in honorem ſancti Georgij pretioſiſſimi Chriſti martyris ad ripas Moriſij fluminis extruxit, atque inde Moriſenam Eccleſiam appellauit, quam beatus Rex Stephanus muneribus nobiliter ditauit, in qua Eccleſia ad honorem beatiſſimæ matris Domini Saluatoris venerabilem erexit aram, ante quam thuribulum argenteum collocauit, eiuſque miniſterio duos prouectæ ætatis homines adhibuit qui iugiter illis vigilarent, atque operam darent ne vnquam vlla hora thymiama deeſſet.* 23.

S. Gerard.

C

Sanctitatis thymiama tribulationis igne probatur.

Poneſque thymiama contra velum, adolebitque incenſum ſuper eo, vret thymiama perpetuum coram Domino, non quodlibet, ſed puriſſimum, ſed eximium, ſed bonitas eius & excellentia quomodo probatur? ſi admotum igni gratiſſimum exhalat odorem, anima ſancta eo denotari poteſt. verum quomodo eius ſanctitas probabitur? ſi igni tribulationum admota virtutum præbet argumentum. id teſtatur S. Cyrill. Alex. lib. 4. glaphyr. in Geneſ. *Quemadmodum probatiſſima thymiamata igni admota, odoris quo prædita ſunt ſpeciem edunt: ita etiam anima ſancta igne quodammodo probata, per tribulationes & labores luculentius multo exiſtentis in ipſa virtutis argumentum edit.* 24.

S. Cyrill. Alexand.

D

A rerum temporalium curis liber ſit is, qui preces Deo fundit.

Poneſque altare contra velum, adolebitque in- 25.

cenſum ſuper eo: Cur in altari adolendum incenſum? nonne in quolibet alio loco id fieri poterat, & a quolibet alio quam à ſacerdote? nonne altari ſacerdos inſeruiens, non quæ prophana & ſæcularia, ſed quæ ſancta & diuina cogitat? bene ergo ſuper altare adolendum incenſum orationis ſignificatiuum, quia à rerum temporalium curis liber, & ſolum diuinis intentos eſſe debet, qui preces Deo effundit. Sic præparatus aderat B. Adelhardus, de quo ita in eius vita ſcribit S. Paſchaſius Corbeienſ. Quid ſi ad Dei intraret officium, vt idem immundo animo ſolitus erat dicere, mox omnes cogitationes, & cauſas re- Paſchaſ.

A rum temporalium ante oſtium reponebat, & ſecum totus ingrediebatur, vt totus Deo, ac ſibi adeſſet.] Id expreſſius habet Vrbanus 4. explicans illud Pſalm. 50. Tunc imponent ſuper altare tuum vitulos, inquit; Templi ſancti tui, quod ſum ego intra quem ſtat Angelus ad cuſtodiam deputatus, habens thuribulum aureum in manu ſua, vt incenſo multo orationes coram te Domine fuſas cum lachrymis repræſentet, hoc eſt altare concauum, & inane à cunctis ſcilicet terrenis affectibus vacuatum, quod tibi fieri mandauiſti ad reponendum cineres memoriæ noſtræ mortis. Vrbanus 4. Pſal. 50.

VARIET. LECT. Verſ. 10.

V*Vlg.* Non offeretis ſuper eo thymiama compoſitionis alterius, nec oblationem, nec victimam, nec libabis libamina.

Sept. Et non offetes ſuper illud incenſum aliud, oblationem ſacrificium.

Cald. Non incendetis ſuper eo incenſum aromatum exterorum, neque holocauſtum, nec munus.

Pag. Non offeratis ſuper illod ſuffimentum alienum.

Mont. Non facietis aſcendere ſuper illud.

Vatab. Non offeretis, &c. neque minham.

Vulg. Et deprecabitur Aaron ſuper cornua eius, ſemel per annum in ſanguine, quod oblatum eſt pro peccato, & placabit ſuper eo in generationibus veſtris, Sanctum ſanctorum erit Domino.

Sept. Et depropitiabit ſuper illud Aaron ſuper cornua eius ſemel in anno, de ſangoine purificationis, purificabit illud in progenies

B eorum.

B Aagaſt. De ſanguina purificationis delictorum.

Cald. Et propitiabitur Aaron ſuper cornua eius ſemel in anno, de ſanguine ſacrificij quod fit pro expiatione peccati ſemel in anno, propitiabitur ſuper eo.

Onk. Expiationem faciat Aaron, idque de ſanguine hoſtiæ peccati, quæ fit in die expiationis, ſemel in anno faciat expiationem ſuper eo.

Pag. Expiabit Aaron de ſanguine pro peccato expiationum, ſemel in anno expiabit ſuper illo.

C *Mont.* De ſanguine peccati expiationum, & ſanctitas ſanctitatum illud erit Domino.

Cyrill. Alexand. De ſanguine purgationis peccatorum propitiationis, ſemel in anno purgabit illud.

CONCORDIA.

THymiama compoſitum, alij incenſum aliud, quia Hebraicè habetur זרה zara, quod eſt alienum, ſiue externum. Deprecabitur Aaron habet interpres, alij depropitiabitur, vel depropitiabit, expiabit, ideo eſt quia Hebraicum verbum כפר caphar depropitiari, deprecari, propitiari, & placare ſignificat. Loco oblationis, reliquit Vatablus verbum minha, quæ vox in genere ſignificat quodvis munus, maxime rei inanimatæ, quod fit Deo vel homini. Specialiter vero ſignificat munus, & oblationem rei inanimatæ factam Deo, frequenter vero adhuc reſtricta ſumitur in ſcriptura pro oblatione farinæ, quæ fit cum victima, vel ſeparatim ab ea. In Hebr. non fit mentio oblationis, forſan quia thymiama pertineat ad oblationem, vt pote aridis.

EXPOSITIO.

N*On offeres ſuper eo thymiama compoſitionis alterius*, licet pretioſiſſimæ hominum induſtria factæ, ſed ſolum offerendum thymiama, quod in hoc cap. verſ. 34. fieri præcipitur. *Nec oblationem*, de qua in concordia, hic ſumitur pro oblatione farinæ quæ cum victima, vel ſeparatim ab ea offerebatur Deo, eaque vel tota vel altera pars in altari cremabatur. Quod ſciens Cald. vertit loco oblationis, holocauſtum. *Nec libabitis libamina*, libamen ſpecialiter hic ſumitur pro vino quod libabatur, & oleo quo farina conſpergebatur: ex quo loco conſtat Deo hoc thymiama gratius

D quam victimas, oblationes, ac libamina accepiſſe: quare autem non deberet fieri aliquod ſacrificium in altari thymiamatis, lege Abul. q. 8. huius cap. *deprecabitur Aaron ſuper cornua eius ſemel per annum*, ex quo contendunt aliqui quod huiuſmodi altare thymiamatis erat intra Sancta ſanctorum. Sic enim ratiocinantur, locus in quem non licebat Pontifici ingredi niſi ſemel in anno, erat duntaxat Sancta ſanctorum: vt patet Leuit. 16. & ad Hebr. 9. ergo in illo loco erat altare aureũ, aliàs pluries potuiſſet Aaron accedere ad illud in ſanguine ſacrificiorum. Sed facile hæc

ratiocinatio reijcitur, non enim multoties prohibetur accedere ad altare incenſi, etiam cum ſanguine, cum id licite fieri poſſe aperte conſtet Leuit. 4. ſed ſolum præſcribitur, vt ſemel in anno ſolemniter, & principaliter illud accedat Pontifex, quod ſolebat fieri in die expiationis, vt habetur Leuit. 16. nunc exponamus.

Deprecabitur Aaron, ac quilibet poſt eum ſummus Pontifex, eſt enim hoc officium Aaronis non vt ſacerdotis tantum, ſicut compoſitio lucernarum, & oblatio incenſi, ſed vt ſummi Pontificis. Deprecabitur inquam pro peccatis totius reipublicæ *ſuper cornua eius ſemel per annum*; ſemel enim tantum per annum veniet Aaron cum ſanguine ad hoc altare; illoque cornua eius aſperget, veniet inquam cum ſanguine hoſtiæ, ſeu animalis eius, quod non vt holocauſtum, neque vt pacificum, ſed pro peccato oblatum eſt, *& placabit Deum ſuper eo*, altari, *in generationibus veſtris*, id eſt, per omnia retro ſæcula ſeu ſemper: Leuit. 4. Ponuntur alia duo ſacrificia, in quibus ad altare hoc accedebat ſacerdos cum ſanguine, illiuſque cornua aſpergebat, nempe in ſacrificio pro peccato ſummi Pontificis, vt patet ibi verſ. 7. Et quod eſt pro peccato illius populi, vt patet verſ. 18. ſed Deo dante quomodo illa exempla præſenti præcepto non repugnent, ibi oſtendemus.

Sanctum ſanctorum erit Domino, Sanctum ſanctorum tam ad altare, quam ad ritum expiationis referri poteſt, & ſic ſenſus eſt, ſanctiſſimus erit hic ritus expiationis, ſanctiſſimum etiam erit hoc altare, quod ſic expiatur: Hebraiſmus autem eſt Sanctum ſanctorum, id eſt res ſanctiſſima.

CONCEPTVS.

Ita contagioſa ſunt peccata, vt quaſi contaminent quælibet ſancta.

26. *Deprecabitur Aaron ſuper cornua eius in ſanguine, quod oblatum eſt pro peccato, & placabit ſuper eo.* Sept. *De ſanguine purificationis purificabit illud.* Pag. *expiabit de ſanguine.* Quid? nonne ſanctum eſt altare thymiamatis: ad quid indiget igitur purificatione? ſi immundum eſſet, fateor quod neceſſe eſſet purificari. Quam acutè Hieronym. ab Oleaſt. *Contagioſa valde ſunt peccata, vt non ſolũ nos contaminẽt, ſed etiam ſancta Dei. Quid quæſo altare peccauit, vt ſanguinis expiatione indigeat? niſi quicumque peccator etiam ſi ſacerdos ſit, immunda reddit; nec eſt ſine oculis prætereundum quod Paul. Hebræorum 9. Tam oculate vidit, quod ſcilicet ſanguine non ſolum prophana, ſed etiam ſanctiſſima expiantur, & mundantur: vt intelligas neminem quantumcumque ſanctum, quantumcumque iuſtum, Chriſti ſanguine, ad ſui munditiam non indigere, quem victimarum cruor aperte adumbrat.*

Oleaſt. Hebr. 9.

Nullus Chriſto aduerſarius recipiendus.

27. *Deprecabitur Aaron ſuper cornua eius*, nempe altaris in quo præcipit Deus, vt non offeratur thymiama compoſitionis alterius, vel vt habent Septuag. incenſum aliud. Quid refert, ſi appareat debite compoſitum? nam gratum etiam exhalabit odorem. Nonne diximus thymiamate, Chriſtum Dominum denotari? quid ergo compoſito, vel alio denotabitur, niſi Antichriſtus? merito ergo non admittit Deus in ſuo altari thymiama compoſitum, quia nullus Chriſto recipiendus aduerſarius. Suffragatur B. Cyrill. Alexand. lib. 9. de Adorat. *Solius Chriſti bonus odor in Eccleſia, ſatis erit his qui re vera ſani ſunt, quique alium odorem minime quærunt, id certe infælices Iudæi faciunt, qui illud thymiama compoſitum, ne tenue, id eſt Chriſtum præ ſuperbia ludibrio habent, & ſacri eius, & diuini odoris expertes remanſerunt: alium autem pro eo recipiunt illum, nempe filium iniquitatis, qui aduerſatur, & extollitur ſuper omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt ipſe in templo Dei vt ſcriptũ eſt, ſedeat, oſtendens ſe tanquam ſit Deus 2. Theſſal. 2. Diuinum tabernaculum etiam inquinat, cum ſit famus alienus, & vt ita dicam, fœtor alienus, erat enim illius aduentus ſecundum operationem Sathanæ.*

Cyrillus Alexand. 2. Theſſ. 2.

Chriſtus Dominus pro nobis in cruce deprecans.

28. *Deprecabitur Aaron ſuper cornua eius.* Cur ſuper cornua? nonne in medio altaris regulariter fit ſacrificium, & à ſacerdote inibi offertur Deo deprecatio? ad quid igitur hæc obſeruanda ab Aarone circumſtantia, vt deprecans teneatur ſuper altaris cornua? Aarone Chriſtus Dominus, ſicut cornibus altaris crux ſanctiſſima denotatur. Recte ergo ſuper cornua eius deprecabitur Aaron, quia pro nobis, & etiam pro inimicis patrem omnipotentem exorabat in cruce Redemptor. Fatetur B. Archiepiſc. Alexand. *Vide in hoc ipſo Chriſtum ſanguine ſuo pro ſalute omnium ac vita, ſuam crucem quodammodo aſpergentem, crucis quippe figura ſunt cornua, quæ manuum inſtar vtrimque exporrecta prominent.*

Praeſ. lich.

Chriſtus Dominus ſanguine ſuo nos purgans, & emundans.

29. *Deprecabitur Aaron ſuper cornua eius in ſanguine, quod oblatum eſt pro peccato*, Septuag. *De ſanguine purificationis purificabit.* Sane magis idonea eſſet aqua ad altare purificandum, quam ſanguis, hic enim potius inquinat quam eluundat, potius maculat quam purificat. Cur igitur iuſſum à Deo, vt de ſanguine purificetur altare? ſi dictum Aaronem, Chriſtum adumbrare, merito ſanguine mundatur, quia Chriſtum referebat pretioſiſſimo ſanguine ſuo omnes purificantem. Sic opportunè rem verſat B. Cyrill. *Conſidera rurſus illum Emanuel, vt in vitulo pro nobis immolari, & nos à peccatis liberare, & à ſupplicio eximere, & à pœnis eripere, & per maius atque perfectius tabernaculum ingredi, non per vitulos, & hircos,*

S. Cyrill.

ſed per proprium ſanguinem & mortem, ſemel guſtare, nunc cum ſublimis in ligno penderet, eius lancea latus perfoſſum, ſanguine & aqua manans.

Chriſtus Dominus ſemel oblatus in cruce, iterum in ea non offerendus.

30. *Deprecabitur Aaron ſuper cornua eius, ſemel per annum in ſanguine:* Cur ſolum ſemel ingreditur Deum deprecaturus pro bono totius reipublicæ, victimæ ſanguine altare purificans? nonne toties quoties deprecari neceſſitas ſe offeret, orare deberet? cur ſanguine mundaturus altare etiam ſolum ſemel indicatur? quoniam Chriſtus ſemel oblatus in crucis altari ſanguine ſuo peccatorum omnium fœces ſufficientiſſime ex hauſit, ſecunda oblatione cruentâ opus non fuit: vnde hic in figura ſemel in anno qui totum tempus dicit, expiatio poſtulatur. Id habet B. Paulus ad Hebræos 9. *Chriſtus aſſiſtens ſummus Pontifex futurorum bonorum per amplius, & perfectius tabernaculum, non manu factum, id eſt non huius creationis, neque per ſanguinē hircorum, aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introiuit, ſemel in ſancta æterna redemptione inuenta.* Chriſti Pontificium Aaronico eo multo præſtare audentius inſinuat, quod illius cultus in cœlum quempiam nequaquam deducebat, in quem nos Chriſtus deduxit. Et idcirco futurorum bonorum Pontifex dicitur, quod nos à prauis facinoribus erutos cœleſti iuſtos dignatur honore. Sed quid ſemel in cœlum introiſſe narrat? dubio procul quod ſemel mortuus ſit, ſemel paſſus, ſemel ſanguinem ſuum pretioſiſſimum fuderit, 1. Petr. 3. *Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt.* Et Rom. 6. *Quod enim mortuus eſt peccato viuit Deo: mortuus eſt ſemel, quod vero viuit, viuit Deo.*

Hebr. 9. — 1. Petri 3. — Rom. 6.

Chriſtus Dominus quotidie ſuos gratia accendens, ſemel tamen hoſtia ſui ſanguinis redemit.

31. *Deprecabitur Aaron ſuper cornua eius, ſemel per annum in ſanguine, quod oblatum eſt pro peccato,* Sept. *Depropitiabitur ſuper illud ſemel in anno de ſanguine purificationis purificabit illud.* Cum ſummus Pontifex iubetur non ſolum ſemel, ſed bis quotidie incenſum ſuper altare thymiamatis accendere, necnon lucernas candelabri aurei, cur ergo ſolum ſemel per annum in ſanguine oblationis ſuper cornua altaris deprecari iubetur pro ſalute totius reipublicæ, cum hoc ſecundum magis neceſſarium videatur? cur ergo id ita præcipitur? *Quia Dominus & Saluator noſter,* inquit Vener. Beda lib. 3. cap. 11. *qui quotidie fideles ſuos gratia internæ compunctionis accendens renouat, ſemel eos hoſtia ſui ſanguinis mortem ſuperans redemit, ipſi fideles qui quotidiana peccata quotidianis abluere precibus, ac lachrymis ſolent, ſemel in ſacramentum Paſſionis illius abſolutos ſe à peccatis omnibus gaudent.*

Ven. Beda.

Chriſtus in anniuerſario ſuæ Paſſionis, ſpecialia nobis beneficia impetrat.

Deprecabitur Aaron ſuper cornua eius, ſemel per annum in ſanguine. Si Aarone Chriſtus Dominus denotatur, nonne Chriſtus Dominus iugiter interpellat pro nobis? quomodo ergo ſolum ſemel in anno deprecaturus eſt pro ſalute reipublicæ Aaron ſuper altaris cornua? Apte equidem Rikel. art. 40. in Exod. *Dominus iugiter interpellat pro nobis, verumtamen ſpecialiter ſemel in anno, hoc eſt in anniuerſario ſuæ fructuoſiſſimæ Paſſionis die, in ipſo paraſceue ſancto, in quo, ſanguinis ſui pretio, ſpecialiſſima gratiarum munera impetrat ac largitur.* 32.

Rikelius.

In oratione nihil miſcendum, niſi quod diuinæ legi conſentaneum.

Deprecabitur Aaron ſuper cornua eius, nempe altaris, in quo nequaquam offerendum eſt, thymiama alterius compoſitionis, nec victima, nec oblatio, nec libamen. Neſcio cur munera ſibi oblata in hoc altari reſpuit? cur libamina non recipit? cur nec thymiama compoſitionis alterius, quam à ſe præſcriptæ non admittit? Reſpondet Dionyſ. Carthuſ. *Non offeretis ſuper eo thymiama compoſitionis alterius, id eſt, infectionem carnalium deſideriorum, aut appetitum laudis humanæ, neque orationes inordinatas, in quibus vel temporalia ſpiritualibus præferuntur, vel ſaluti contraria poſtulantur, aut de proprijs meritis nimis præſumitur.* 33.

Dionyſius Carthuſ.

Deus maximam in ſuo tabernaculo requirit munditiem.

Deprecabitur Aaron ſuper cornua eius, in quo nec oblatio, Septuag. *ſacrificium,* Cald. *holocauſtum:* offerendum eſt, nonne altare, & ideo idoneum ſuſcipiendis victimis? nequaquam cum illius longitudo, & latitudo ſolum eſſet vnius cubiti, tum quia aureis laminis contectum, tum quia populus ſacrificaturus poſſet illud ingredi, quod tamen ſolis permittebatur ſacerdotibus: recte quidem dictum, verum ſi in eo ſacrificaretur, nonne ex igne fumus proueniens, omnia quæ in ipſo erant, tabernaculo, ipſumque velum diuidens, Sancta ſanctorum poſſet maculare? quis dubitat? merito ergo in eo præcipit non fieri ſacrificium, Deus enim maximam in ſuo tabernaculo requirit munditiam. Hæc eſt ratio Abulenſ. Epiſcopi q. 8. *Si ibi fierent ſacrificia, accenderetur ignis, & funderetur ſanguis per parietes altaris, totum macularetur: ita vt nihil magis referret eſſe ex auro, quam ex ferro, & ex ære. Item ſacrificatio, licet eſſet actus latriæ, & in hoc eſſet aliquid ſanctum, tamen in ſe erat aliquid immundum, quia continebat in ſe duo opera banauſa, ſcilicet opus carnificum, & coquorum, hanc autem immunditiam non decebat eſſe intra tabernaculum.* 34.

Abulenſ.

VARIET. LECT. à Verſ. 11. ad 13.

V*Vlg.* Locutuſque eſt Domious ad Moyſen dicens.

Cald. Locutus eſt Dominus cum Moyſe.

Vulg. Quando tuleris ſummam filiotum Iſrael, iuxta numerum dabunt ſinguli ptetium pro animabus ſuis Domino, & non erit plaga in eis cum fuerint recenſiti.

Sept. Si acceperis computationem filiorum Iſrael, in viſitatione eorum, & dabunt vnuſquiſque redemptiones animæ ſuæ Domini, & non erit ruina in eis in viſitatione eorum.

Cald. Dabunt ſinguli redemptionem animæ ſuæ coram Domino, quando numerabis eòs, & non erit in eis mors, cum recenſueris eos.

Arias, Cum leuabis caput filiorum Iſrael, ad viſitatos eorum, & dabunt quiſque expiationem animæ ſuæ Domino in viſitando eos.

Alij, Cum cenſum legeris ſecundum capita filiorum Iſrael, vel cum receperis caput fi- A liorum Iſrael, iuxta cenſum eorum.

Alij, Quando leuabis ſummam filiorum Iſrael.

Vulg. Hoc autem dabit omnis qui tranſit ad nomen, dimidium ſicli, iuxta menſuram templi, ſiclus viginti obolos habet, media pars ſicli offeretur Domino.

Sept. Et hoc eſt quod dabunt quicumque tranſibũt ad viſitationem, dimidium didrachmatis, quod eſt iuxta didrachma ſanctum: viginti oboli ipſum didrachma, dimidium autem didrachmatis oblatio Domino.

Cald. Hoc dabunt omnes qui tranſibunt ad numerum, dimidium ſicli, iuxta ſiclum B ſanctuarij, dimidium ſicli ſeparabitur coram Domino.

Alij, Quicumque tranſibunt ad cenſum.

Vetus exemplar oblongum ſancti Germani, & latum habent, omnis qui tranſit ad numerum. Sic etiam Abul. Beda.

CONCORDIA.

VVlg. reddidit, quando tuleris ſummam iuxta numerũ filiorum Iſrael, Hebraicè כי תשא אתראש נשת chi tiſſa ethros naſa autem fette, accipere, leuare, &c. interpretatur, ſicut ros ſumma, caput: ea quæ ſequuntur in alijs verſionibus eadem ſunt cum Vulg. id quod clariſſime Septuag. interpretati ſunt, cum accipies computationem filiorum Iſrael, in viſitatione eorum: Interpres habet ſinguli pretium pro animabus in Hebr. eſt כפר copher, quod datur in propitiationem, & pretium, vnde aliqui vertunt redemptionem, alij propitiationem, hoc eſt munus aliquod pro propitiatione animæ: Sept. pretium redemptionis animæ, quæ omnia idem ſunt: poſt illa verba pro animabus veſtris, in Hebr. habetur אתם otham, cum recenſueris, vel numeraueris eos, quapropter non poſuit interpres, vt replicationem vitaret Hebraico idiomati valde familiarem: interpres legit omnis qui tranſierit ad nomen: Hebraicè eſt בפקד אתם C bipkod otham, ad numeratos, vel ad viſitatos, ſiue ad numerum: & ſic habent peruetuſta exemplaria Latina, ſed nulla diſcordia, nam ſenſus eſt, cuius nomen recenſetur, vel numeratur. Septuag. ἐπὶ τὴν ἐπίσκεψιν, ad viſitationem, quia verbum פקד pakad, numerare & viſitare ſignificat. Septuag. autem qui reddunt didrachma, accipiunt more Hebræo non Attico, didrachmum autem Hebræum fuit didrachmum Atticum.

EXPOSITIO.

Q*Vando tuleris ſummam filiorum iuxta numerum:* Quando numerabis, me iubente, vel cauſa iuſta vrgente, neque enim numerationem, vel cenſum populi quemcumque Deus intendit, ſed modum præſcribit, adeoque neque Dauid præciſe peccauit, quia numerauit, ſed quia numerauit præ ambitione, & ſuperbia, ſed etiam quia cenſum hic præſcriptum numerationibus non curauit ſolui: *Dabunt pretium pro animabus*, quo ſcilicet animam, id eſt vitam à Deo quaſi redimant, vt videlicet Deus eos in vita conſeruet, ne eis peſtem, plagamve eis immittat ex hac quaſi lege & condicto: hoc ergo cenſus pretio ex lege hac & quaſi pacto cum Deo redimebant Hebræi ſuam vitam, vt peſtem aliaſve lethiferas plagas euaderent, in quas incurrebant ij D qui pretium hoc cenſus Deo & templo ſubtrahebant.

Hoc autem dabit omnis qui tranſit ad nomen: Hoc eſt qui ex nomine recenſebitur, qui ex cenſo illo computabitur, *dimidium ſicli*, ſiclus moneta fuit Iudæis vſitatiſſima, quiquſtater dicebatur. Pondus autem ſicli erat quatuor Atticarum, ſeu ſemiunciæ, teſte Ioſeph. lib. 3. antiq. cap. 9. argenteus ergo ſiclus appendebat, & æquipollebat quatuor regalibus Hiſpanicis ſimplicibus, ſeu quatuor Iulijs Italicis, vel vno Florentino Brabantino, vel viginti aſſibus Gallicis. Erat tamen æreus quoque, & argenteus ſiclus paris omnis ponderis, ſed pro materia inæqualis pretij: nam drachma vna auri valet 10. vel 12. drachmas argenti, pretium enim auri eſt decuplum, vel

duodecuplum ad pretium argenti, ſiclus ergo aureus valebat decem ſiclos argentos.

Iuxta menſuram templi, hæc addidit non quaſi Iudæis duplex ſiclus in vſu fuerit, vnus ſacer, alter ciuilis, quorum hic altero eſſet dimidio minor, vt aliqui arbitrantur, vel maior, vt alij aſſeuerant, non inquam has de cauſa, nam ſicut dicitur de ſiclo ſanctuarij, quod habet viginti obolos, idipſum apertiſſime aſſeritur Ezechiel cap. 45. de ſiclis communibus, de communibus enim menſuris ibi loquitur Dominus, quos diuites per iniquitatem augere, & minuere ſolebant: ſed quia pondera menſuræque ſanctuarij iuſtiſſimæ erant, ac ciuilium menſurarum normæ: vnde Leuit. vltimo generatim dicitur, omnis æſtimatio ſiclo ſanctuarij ponderabitur.

Sed dices, ſi idem ſacer ſiclus & communis erat, cur ergo ſiclum hic limitans vocat ſiclum ſanctuarij? reſpondeo non quia alter eſſet ſiclus à communi, ſed quod in ſanctuario, quaſi in loco ſacro, & tuto ſeruaretur ſiclus iuſtiſſimi ponderis, ad quem reliqui omnes exami- A nari poſſent, ne diminutioni, vel decurtationi locus pateret: quod autem ſcriptura, vt hîc ſiclos quoſdam expendit iuxta ſiclum ſanctuarij, aliquando iuxta ſiclum regium: vt cum 2. Reg. 14. legimus ducentos ſiclos in lapide, ſeu pondere regio. Id non debet ita intelligi, quaſi adhuc duplex ſiclus diſtinguatur, ſed quia ſacerdotum, & regum pariter erat ponderibus menſuriſque attendere, (vnde ſacerdotibus inter cætera eorum officia dictum, quod debeant eſſe ſuper omne pondus, & menſuram) hinc factum eſt, vt hæc tria pondus ſanctuarij, vel regium, vel publicum omnino idem ſint, ponanturque pro pondere iuſto & debito.

Siclus viginti obolos habet, obolum viceB ſima pars ſicli erat, & ſic valebit aſſem Gallicum, vel 5. partem regalis Hiſpanici ſimplicis, ſermo debet eſſe de Iudaico ſiclo, nam atticus erat 24. obolorum, tot enim valent quatuor drachmæ atticæ, *media pars ſicli offeretur*, nempe decem aſſes Gallici, vel duo Hiſpanica regalia ſimplicia.

CONCEPTVS.

Qui ex ſola vana gloria aliquid operatur, grauiter punitur.

55. *Quando tuleris ſummam filiorum Iſrael iuxta numerum*: Nonne hoc ſuperflue poſitum videtur, aut iuſſum? nam cum non liceat numerare populum, quod patet ex Dauide grauiter C in ſuis punito, in morte Septuaginta mille virorum populi, quod populum Iſrael numerauerit, 2. Reg. cap. 24. Si ergo non licet, quomodo Deus ait, quando tuleris ſummam filiorum Iſrael, iuxta numerum, vel quando recenſueris filios Iſrael? aduerte minime eſſe illicitam populi numerationem, imo aliquando eſſe neceſſariam. Nam quando tributum iuſte à regibus exigitur, neceſſe eſt vt populus numeretur, cum in qualibet ciuitate, aut populo, quilibet ſecundum capita debeat ſoluere, præter eos qui aliquo excuſantur priuilegio, ne quis non ſoluens remaneret, quod in ſoluentium detrimentum cederet, quibus totum tributum imponeretur: neceſſaria item populi numeratio populi, cum graue bellum imminet, vt de quolibet loco quota pars gentis ad D bellum procedat: alij etiam poſſunt dari caſus, in quibus licite populus numeratur. Cur ergo Dauid populum Iſrael numerans, ita graues luit pœnas? reſponde, non quia numerauit eſt punitus, ſed quia ex vana gloria, & ſuperbia in multitudine populi voluit gloriari.

Abulenſ. Reſponſio eſt Epiſcopi Abul. quæſt. 9. *Cum numeratio ad bonum finem fiat bona eſt, cum ad malum mala, non ergo Dauid fuit punitus cum populo ſuo, quia numerauit populum, ſed quia ad malum finem numerauit, ſcilicet ad gloriam ſuam, volens delectari in multitudine plebis, non referendo iſta in Deum, & ideo quia iſta numeratio erat mala, quia nullam cauſam apparentis bonitatis habebat, Ioab princeps exercitus, & cæteri principes Dauid reſtiterunt: vt à principio non numeraret, ſed poſtea inualuit ſermo Regis, & facta eſt numeratio.*

Iniquitates noſtræ, ſicut beneficia Dei numerari non poſſunt.

Quando tuleris ſummam filiorum Iſrael iuxta numerum: Numerari ergo poteſt populus Iſrael, licet multitudini ſtellarum comparetur, & pulueri terræ. Verum an aliqua ſunt quæ ſine numero reperiantur? iniquitates hominum, & beneficia Dei erga nos collata, quæ recenſeri non poſſunt. Id recte obſeruauit 56.

Oleaſt. *Duo ſunt*, inquit, *quæ homo numerare nequit, alterum peccata ſua, alterum beneficia Dei, ait Manaſſes iniquitates meæ ſuper numerum arenæ maris, & alibi comprehenderunt me iniquitates meæ, quarum non eſt numerus: quis autem poterit numerare beneficia Dei? quam multiplicia ait regius Vates ſunt opera tua Domine, impleta eſt terra poſſeſſione tua? ſed numquid ſola terra? hoc mare magnum & ſpatioſum, illic reptilia quorum non eſt numerus, piaculum grande eſſe locus iſte oſtendit, ſi quis vellet numerare, quæ Deus ſine numero voluit eſſe.* Oleaſter. Pſalm. 39. Pſalm. 103.

Vitam noſtram Deo debere cognoſcamus.

Quando tuleris ſummam filiorum Iſrael iuxta numerum, dabunt ſinguli pretium pro animabus ſuis: Cur pretium dandum pro animabus? nonne Deus cuilibet homini gratis animam ſuam conceſſit? cur ergo pro ea aliquid ſoluendum? non eſt dubium quin anima vitam denotet: merito ergo Deus pro ea pretium exigit, vt etiam ab eo habere & conſeruari fateamur, *Duo hic ſtatuuntur*, ait Caietanus, *alterum quod quilibet redimat animam ſuam, hoc eſt vitam ſuam offerendo, quaſi illius pretium ſummo Deo: alterum quod hæc ſolutio non differatur.* 57. Cajet.

Rikelius. Et Rikelius, *Vanſquiſque eorum dabit certam pecunialem ſummam pro ereptione vitæ ſuæ à mortis periculo, quod ei immineret, niſi iſtud adimpleret, & pecuniam iſtam Deo offerret pro animæ ſuæ ſalute.* A

Pretium immortalitatis, noſtra confeſſio.

38. *Quando tuleris ſummam filiorum Iſrael iuxta numerum, dabunt ſinguli pretium pro animabus ſuis, nempe dimidium ſicli:* Septuag. dimidium didrachmatis. Didrachma inuentum eſt vt ſolueretur pretium, cur potius didrachma inuenitur pretij ſoluendi ergo in ore, quam in alia parte corporis? Audiendus eſt B. Ambr. lib. 4. in Luc. c. 5. *Penditur didrachma, quod erat pretium redemptionis noſtræ animæ & corporis, in lege permiſſum, in Euangelio perſolutum, Matthæi 12. Non otioſè in ore piſcis inuentum, ex ore enim tuo iuſtificaberis, etenim pretium immortalitatis eſt confeſſio, quia ſicut ſcriptum eſt Rom. 10. Ore confeſſio fit ad ſalutem.*

S. Ambroſ. — Matth. 12. — B — Roman. 10

Fides formata & miſericordia, redemptio animæ noſtræ.

39. *Quando tuleris ſummam filiorum Iſrael iuxta numerum, dabunt ſinguli pretium pro animabus ſuis,* nempe dimidium ſicli, Sept. *dabunt vnuſquiſque redemptiones animæ ſuæ, dimidiam partem didrachmi;* quodnam eſt didrachma, quod eo tanquam pretium pro animabus noſtris offerimus? Reſpondet B. Ambroſ. in annot. ſuper c. 30. Exodi ad Simplician. Fidem eſſe nempe formatam, & miſericordiam; eius verba ſubijcio. Redemptio animæ noſtræ fides; ergo drachma quam illa mulier in Euangelio vt legimus amiſſam, diligenter requirit lucernam accendens, & domum ſuam mundans; et ſi inuenerit conuocat amicas & vicinas, petens congratulari eas ſecum, quod inuenerit didrachmam, quam perdiderat: magnum enim damnum animæ, ſi quis fidem amiſerit vel gratiam, quam fidei pretio acquiſiuit ſibi: & tu ergo accende lucernam tuam, lucerna tua oculus tuus eſt, ille ſcilicet interior oculus mentis, iſtam lucernam accende, quæ accipit oleum ſpiritale, & lucet in tota domo tua. Quære drachmam redemptionem animæ tuæ: quam qui amiſerit turbatur, qui inuenerit exultat, eſt & redemptio & animæ miſericordia: redemptio enim animæ hominis, diuitiæ eius ſunt, quibus vtique fit miſericordia, quæ ſumptu pauperes iuuat, fides igitur gratia, miſericordia, miſericordia redemptio eſt animæ, quæ drachma, hoc eſt integro pretio ſummæ plenioris expenditur.

S. Ambroſ.

Chriſtiani non nomine ſolo glorientur, ſed potius operibus.

Quando tuleris ſummam filiorum Iſrael iuxta numerum, dabunt ſinguli pretium pro animabus ſuis: Non eſt dubium quin populo Iſraelitico fideles denotentur, qui numero Chriſtianorũ adſcripti ſunt: cur ergo Deus exigit ab eis pretiũ pro animabus ſuis, cũ ſanguine Chriſti redempti fuerint, & pretium pro eis ſoluerit? ſoluit quidem ſufficientiſſimè, ſed vt ſit pro eis efficax, debent adhuc alterius bona opera exercere, quod in pretium pro animabus ſuis ſoluere tenentur. Hoc habet Venerab. Beda lib. 3. c. 13. *Singuli dant pretium pro animabus ſuis, cum & in bonis operibus exhibent ſedulæ ſeruitutis obſequium; alioquin plaga erit in eis, cum fuerit recenſita, quia nimirum vltio perpetua manet eos, qui fidelium numero nomine tenus ſociati, perfecta fidei opera Domino offerre detrectant, diciturque de talibus, non dabunt Deo placationem ſuam, Pſalm. 48. nec pretium redemptionis animæ ſuæ.* 40.

Ven. Beda. — Pſalm. 48.

Pretium dat pro redemptione animæ ſuæ, qui decem ſeruat mandata.

C *Quando tuleris ſummam filiorum Iſrael iuxta numerum, dabunt ſinguli decem obolos pretium pro animabus ſuis.* Cur decem non duodecim? cur hoc numero decennario non intelligemus decem Dei præcepta cum Hugone Carenſi? merito ergo ab vnoquoque medium ſicli, vel decem obolos requirit, quia pretium animæ noſtræ obſeruantia eſt decem Dei mandatorum. Audiamus ſic canentem Presbyterum Rhemenſem. 41.

Petrus Rig.

Biſquinis obolis culpas mundare iubentur,
Mundaris, legis iuſſa tenendo Dei,
Vnum fers obolum, ſi non occideris vllum,
Binos non mœchans, tres, mala furta cauēs,
Sic creſcēs quos iuſſa tenes obolos tot habebis,
A culpa, quorum munere, mundus eris.

VARIET. LECT. à Verſ. 14. ad 16.

V*Vlg.* Qui habetur in numero à viginti annis & ſupra, dabit pretium.

Sept. Omnis qui tranſit ad viſitationem à vigeſimo anno, & ſupra, dabunt oblationem Domino.

Cald. Dabit ſeparationem coram Domino.

Onk. Quicumque tranſierit à filio viginti annorum.

Mont. Omnis tranſiens ſuper viſitatos à filio viginti annorum, & ſupra, dabit eleuationem Domino.

B. Ambroſ. Omnis qui intranerit viſitationem.

Vulg. Diues non addet ad dimidium ſicli, D & pauper nihil minuet.

Sept. Diues non adijciet, & pauper non minuet, à dimidio didrachmatis in dando oblationem Domino, & deprop itiandum pro animabus veſtris.

B. Ambroſ. Qui pauper eſt non minorabit à dimidia parte didrachmi, cum cœperint dare oblationem Domino, exorare pro animabus ſuis.

Cald. In Dei ſeparationem Domini, ad placandum pro animabus veſtris.

Onk. Dei munus ſeparationis coram Domino, quo propitius ſit animabus veſtris.

Arias, Diues non multiplicabit, & tenuis

non

non diminuet à dimidio ſicli.

Oleaſt. Ad expiandum ſuper animas veſtras.

Vulg. Suſceptamque pecuniam quæ collata eſt à filijs Iſrael, trades in vſus tabernaculi teſtimonij, vt ſit monimentum eorum coram Domino, & propitietur animabus veſtris.

Sept. Et accipies argentum oblationis, & dabis illud ad opus tabernaculi teſtimonij, & erit filijs Iſrael memoriale coram Domino, ad depropitiandum pro animabus veſtris.

A *Cald.* Tolleſque argentum propitiationum, & trades illud in miniſterium tabernaculi fœderis.

Pag. Capies argentum expiationum, & dabis illud pro opere tabernaculi Eccleſiæ, & erit filijs Iſrael ad memoriam coram Domino.

Mont. Ad expiandum pro animabus veſtris.

Oleaſt. Ad leniendum ſuper animas veſtras.

Aliqui teſte Cajet. Tolles argentum veniarum.

CONCORDIA.

IN Hebr. plura habentur quæ deſunt in interprete, nempe lath & eth terumat lehoua leiapper hal naphſotechom, dabit ſeparationem coram Domino ſuper animabus veſtris, vel dabit oblationem, vel eleuationem. Hæc inquam deſunt in Vulg. quæ omiſit, putans ſufficere quæ proxime dicta erant; nempe dabunt ſinguli pretium pro animabus B ſuis. תרומה oblationem, eleuationem ſignificat, & ſeparationem, munus. &c. Vulg. ſuſceptamque pecuniam quæ collata eſt, Hebraicè ולקחת את כסף הכפרים, & capies argentum expiationum, alij propitiationum; alij veniarum, כפר caphar enim verbum expiari, propitiari, veniam tribuere interpretatur.

EXPOSITIO.

QVi habetur in numero recenſitorum à viginti annis, & ſupra, dabit pretium,* à ſcriptura non deſignatur terminus ætatis ſupra annos viginti, quamuis Ioſeph. lib. 3. antiq. c. 11. quinquageſimum eſſe affirmet. Sed mihi nullum dubium eſt, quin etiam ſenes vltra 50. & 60. annos fuerint recenſiti. & ita ſoluerint pretium: quia quamuis excluderentur à militia ætate grandiores, non tamen à numero, quia non tam in ordine ad bellum numeratio præcipue habetur, ſed etiam vt ad tabernaculi munus cenſus ſolueretur, quid autem prohibet ſenem hunc ſoluere?

Diues non addet ad dimidium ſicli, & pauper nihil minuet, tum vt numeratio ſiclorum deinde eſſe poſſet quaſi examen, & probæ numerationis populi, an ea rata vel non, vel vt oſtenderetur, quod apud Deum non minus ſunt cari pauperes quam diuites, alias rationes aſſignabimus in conceptibus.

Suſceptamque pecuniam, ſummam pecuniæ C oblatam ab Hebræis recenſitis, *trades in vſus tabernaculi,* ſacerdotibus, ſeu miniſtris templi, pro expenſis, & ſumptibus neceſſarijs illius, *vt ſit monimentum coram Domino,* vt ſicut humani principes cum recordantur obſequiorum, quæ ſibi ſunt præſtita, illa remunerãt; ita Dominus intuens in tabernaculo ſuo pecuniam à filijs Iſrael collatam, quaſi illius memor, *propitietur animabus veſtris,* & non vos diſperdat, prout diſperderet, ſi hæc pecunia illi non offerretur.

CONCEPTVS.

Perſona non æſtimanda ex facultatibus, ſed ex virtutibus.

42. *Diueſque non addet ad dimidium ſicli, & pauper non minuet:* Non iuſte ita ſtatutum eſſe videtur, dices enim quod plura erogare in vſus, & ſumptus tabernaculi deberet diues quam pauper, cui exiguæ ſunt facultates: maiorem ergo ſummam pecuniæ ſoluendam imponat Deus diuitibus quam egenis; non æquentur in ſolutione cenſus: iuſte id ita præcipit fieri, ne diuites putarent Deum eos ex ſubſtantia non ex virtute librare, ſibique perſuaderent quo ditiores, ſe maiorem diuinorum partem habituros. Obſeruatio eſt noſtri Nicolai Lyrani, *Conſiderandum quod ſacrificia quæ fiebant à ſingularibus perſonis, fiebant de expenſis eorum proprijs, ſed illa quæ fiebant pro communitate fiebant de expenſis totius populi, & æqualiter hoc expendebant diuites & pauperes, ne diuites ſe ſanctiores pauperibus reputarent.* Lyran.

D *Æqua pauperis apud Deum cum diuite eſt fortuna.*

Diues non addet ad dimidium ſicli, & pauper non minuet: Numquid iuſtiſſimus diſtributor Dominus? æquane eſt pauperis diuitiſque fortuna, vt vtrumque in ſoluenda ratione velit æquare? numquid ſapiens diſpenſator, ita onera populo imponenda diſtribueret? ne Deum dicas iniuſtum diſtributorem, abſit hæc de Deo cogitatio, cur igitur ita decreuit? *Vt lateter,* inquit Oleaſt. *oſtenderet non minus eſſe paupertatis, quam diuitiarum munus, quid bone pauper ingemiſcis? puta æquam tibi eſſe cum diuite fortunam, aut potius Dei diſtributionem: & ſcito non tantumdem Dominum à te quam à diuite exactūrum, niſi tuam putaret diuitem paupertatem.* 43. Oleaſter.

Diuitias Dei obſequio conſecra.

Diues non addet ad dimidium ſicli: Cur diuitem nominas? an apud te alicuius eſt æſtimationis? diuitiæ enim nonne ſunt mammona 44.

iniquitatis? diuitem quis non auerſatur? ſed A auarum: non eſt Deo inuiſus diues, dummodo diuitias in ea, quæ recta ratio lexque Dei dictat, effundat, dummodo partem earum obſequio Dei conſecret, & ſint ſibi bonorum

Columbanus. operum occaſio. Sic conſulit Columbanus Abbas in epiſt. in qua auaritiam deteſtatur.

Deſpice quæ pereunt fugitiuæ gaudia vitæ,
Non fragiles ſceleris opes, & inania lucra,
Nec te ſollicitet circumflua copia rerum:
Sint tibi diuitiæ diuinæ dogmata legis,
Sanctorum patrum iuſta moderamina vitæ,
Has cape diuitias, ſemper contemne caducas.

Patientia cunctis opibus pretioſior.

45. *Diues non addet ad dimidium ſicli, pauper non minuet:* Tenebitur ergo etiam pauper medium ſicli in vſum, & ſumptum tabernaculi offerre: B verum cur eum aliqui tantæ indigentiæ, vt nec obolum habeant, quomodo ergo medium ſicli offerre conſtringentur? dices neceſſitatem lege carere, ſed quid Deo ſaltem ſpiritualiter offerent, longe maioris pretij non ſolum medio ſicli, ſed omnibus opibus? patientiam in

Luſitan. egeſtate ſua. Ita ſuadet Luſitan. *Aduerte neminem ita pauperem eſſe qui non habeat quod offerat Deo ſuo, ſi pauper es, non te excuſet à munere Dei: nemini deeſt medius ſiclus quem poſſit offerre, ſi autem non habes, patientiam quam Deo tuo offeras, habere potes, quæ pretioſior eſt cunctis opibus.*

Deus contentionum oſor.

46. *Diues non addet ad dimidium ſicli, & pauper* C *non minuet:* Cur medij ſicli à Deo ſit ſpecialis mentio? nonne confuſe dicere potuit, vt quilibet ſiue pauper, ſiue diues aliquid pro tabernaculi ſumptibus ſolueret? ſpecificat ſummam diſtinctè ab vnoquoque ſoluendam, vt omnis diſcordia & contentio inter diuites, & egenos amoueretur, contendentibus egenis aduerſus diuites, non teneri eamdem pro tabernaculo offerre pecuniam quam ipſi. Hanc rationem

Abulenſ. in medium affert Epiſc. Abul. *Ponitur hoc de ſiclo, ad tollendum contentionem, poterant enim in hoc contentiones naſci, nempe quod cum pauperes viderent diuites ſoluentes medium ſiclum, putarent non eſſe iuſtum eos tantum ſoluere, & dubitarent vtrum tantum ſoluerent, cum autem exprimitur hoc, non eſt locus dubitandi.* D

Sicut nec diues à decem mandatorum obſeruatione eſt liber, ſic nec pauper.

47. *Diues non addet ad dimidium ſicli, & pauper non minuet.* Quid refert vtrum ſi ex medio ſicli minuat vnum aut alterum obolum? non minuet inquit Deus. Nonne medium ſicli decem obolos, quo numero, vt diximus, decem Dei præcepta intelliguntur, continet? bene ergo nec pauper aliquid de eo minuere debet, quia ſicut nec diues à decem mandatorum obſeruantia liber eſt, ſic nec etiam pauperrimus. Ita cecinit

Presbyter Rhemenſ. Petrus Riga.

Diues nil addit ſi iuſſa decem bene ſeruant,
Et legat & teneat omne quod illa docent.
Nil minuit pauper, qui ſi delinquit in vno,
Tanquam cunctorum dicitur eſſe reus.

A *Licet omnes eamdem teneant fidem, non tamen æqualia habent opera.*

Diues non addet ad dimidium ſicli, & pauper 48.
non minuet. Poſt D. Ambr. c. 30. in Exod. Radulphus & Galfridus apud Tilmannum tenet, medium ſicli fidem denotare. Quid? an licet in fideli diuite, ac in paupere eadem ſit fides, eam ſolam in omnibus tam egenis, quam diuitibus requirit? nequaquam, cum fides ſola ad ſalutem minime ſufficiat, ſed vltra varia bona opera offerenda. Sic enim præfat. Abb. Abbas

Galfridus, *Dimidius ſiclus eſt fides, quæ ad ſalutē ſola ſufficere non poſſit, ſi facultas ſuppetit operandi, in operibus autem ulius alio amplius in Deo, in fide autem, nec augere licet omnino, nec minus.*

B *Quidquid boni agimus, apud Deum manet illum memorem, vt nobis ſit propitius.*

Diues non addet ad dimidium ſicli, & pauper 49.
non minuet: Collecta autem pecunia ab omnibus tradetur in ſumptus tabernaculi neceſſarios, *vt ſit monimentum coram Domino, & propitietur animabus veſtris.* An Deo neceſſarium eſt aliquod obiectum mouens ad alicuius rei recordationem? cur ergo collecta pecunia monimentum erit, ſiue vt habet Pag. ad memoriā coram Domino, vt filijs Iſrael propitietur? nō eſt dubium quin in Deum nequaquam cadat obliuio, ſed humano loquitur modo, vt denotet quod quidquid boni agimus, apud Deum manere memorem vt nobis propitietur. *Suſ-*

Venerab. Beda. *ceptu,* inquit Ven. Beda lib. 3. c. 13. *à filijs Iſrael, pecunia in monimentum eorū coram Domino in-* C *fertur, cum omne quicquid agimus boni in æterna apud conditorem, & iudicē noſtrum memoria cuſtoditur, quatenus ex eis quæ illi obtulimus, bonorū operū fructibus propitius nobis fieri dignetur.*

Quidquid imbelle ac molle nequaquam Deo offerendum.

Diues non addet ad dimidium ſicli, & pauper 50.
non minuet: Cuiꝰ ætatis debet eſſe quilibet offerens? qui habetur, inquit textus, in numero à viginti annis, & ſupra, ergo non infra vigeſimum annum tenebitur Deo medium ſicli offerre. Cur à minoribus ætate hac, cenſum non admittit? cur vigeſimum attingentes annum ad medium ſicli Deo offerēdum ſolum admittuntur? Reſpondet S. Cyrill. Alex. lib. 2. ſuper

S. Cyrillus Alexand. Ioann. *Præfinit Deus qui recenſendi ſunt, hoc eſt* D *à viginti annis, & ſupra, vt indicet quidquid imbecille eſt, ac molle, atque imperfectum, Deo minime placere poſſe, tum etiam ſanctorum virorum opera Eccleſiæ vtilia maxime eſſe.*

Omnes vnum Deum ac Dominum habemus, & ita profiteri debemus.

Diues non addet ad dimidium ſicli, & pauper 51.
non minuet. Itaque omnes ex recenſitis populi Iſrael decem obolos Deo offerent in ſumptus ſui tabernaculi: Nonne ſicut illis quotidie manna in cibum tribuit ipſis nil operantibus: Nonne etiam quidquid neceſſarium, tum ædificationi, tum conſeruationi ſui tabernaculi eadem facultate poterit præſtare? cur ergo tanquam indigens etiam ab indigentibus pecunias exigit? nequaquam vt indigens exigit, ſed vt hac tributi ſolutione ſuper nos

Præſ. Arch. aliquem Domioum eſſe profiteamur. Sic obſeruat præſat. Epiſcopus Alexand. *Lex ſingulꝭ Iudæorum medietatem didrachmi (vt vertunt Sept.) quaſi tributi loco, Deo offerri iubet, non quoniam Deo pecuniam colligere vellet: ſed quod per figuras maiora doceret. Primum quia nemo capitis ſui Dominus, ſed vnum omnes habemus Dominum, quem tributi depoſitione fatemur.* Deindeaddit, *In re temporali tributum ſpiritale deſcribebat, honora inquit Dominum ex iuſtis laboribus, primitias ei afferas à tuis fructibus iuſtitiæ. Quod iam Euangelica doctrina cultu legali ceſſante effectum eſt: non tantum enim corruptibili materia, & exteriore colendum eſſe Deum arbitramur didrachmum attribuentes: ſed vt veri adoratores in ſpiritu, & veritate adoramus, hunc ſenſum in lege latniſſe putandum eſt.*

Eleemoſyna quæ in conſtructionem Eccleſiæ datur, ſemper apud Deum manet.

32. *Diues non addet ad dimidium ſicli, & pauper non minuet*, hæc collecta pecunia vſibus tabernaculi deputabitur, & erit memoriale coram Domino, & propitiabitur animabus veſtris. Quid? nonne omnis eleemoſyna, vel pauperi facta vel in Dei obſequium, & cultum apud Deum manet illius tandem remuneratorem? cur ergo ait ſpecialiter de hac pecunia A collecta in ſumptus tabernaculi, quod erit in memoriam coram Domino ad propitiandum animabus eam offerétium? vt ſciant eleemoſynam quæ erogatur alicuius Eccleſiæ ædificationi, vel reparationi, nequaquam labi à Dei memoria, ſed ſemper ei præſentem eſſe. *Argumentum*, inquit Carenſ. *quod eleemoſyna permanens in conſtructione Eccleſiæ eſt.* Hugo Caſenſ.

Eccleſias vel de nouo ædificare, vel deſtructas reparare tenemur.

Diues non addet, & pauper non minuet, dimidium ſicli: ergo non diuitijs abundans, ſed cui denegatæ ſunt, tenetur ad ſumptos neceſſarios tabernaculi medium ſicli ſoluere, qui- 33.
B quidem medius ſiclus ab omnibus collectus, non ſolum ad vſus illios, ſed etiam ad constructionem expenſus: nonne potuere plebei, & vulgares obijcere, ſois conſtruant illud diuites expenſis, cum Deus plurimas eis conceſſerit facultates nobis denegatas, cumque eis in tabernaculo honorabilior locus cedetor? en vt non ſolum locuples, ſed & egenus æquam ſoluere pecuniam tenentur, vt omnibus notum eſſet, nullum eximi vel ab Eccleſijs conſtruendis de nouo, vel ſi deſtructæ fuerint, reparandis. Sic Luſitan. *Tenetur populus Eccleſias reparare, licitumque eſt collectas facere pro huiuſmodi reparatione.* Luſitan.

VARIET. LECT. à Verſ. 17. 18. ad 19.

V*ulg*. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen dicens.

Vulg Facies & labrum æneum cum baſi ſua ad lauandum, poneſque illud inter tabernaculum teſtimonij, & altare, & miſſa aqua.

Cald. Facieſque luterem ex ære, & baſim eius ex ære, ad lauandum, & pones ibi aquas.

Onk. Facias quoque & concham æneam, C & baſim eius æneam ad ſanctificandum.

Mont. Et dabis illam inter tabernaculum conuentus.

Pag. Eccleſiæ, & inter altare dabis illi aquas.

Vulg. Lauabunt filij Aaron, & filij eius in ea manus ſuas, ac pedes. *Sept. addunt*, aqua.

Cald. Et ſanctificabunt Aaron, & filij eius ex eo manus ſuas.

CONCORDIA.

Dictio כיור chitor, & eſt peluis, labrum, luter, concha, ſeu vas ad modum conchæ factum, quo ſacerdotes ante templi ingreſſum abluebantur. Dictio כנו cánaph, id eſt baſes, deducitur, vel à canah quod eſt occultare, vel tegere, quoniam pars illius ſub terra abſconditur, & tegitur, vel occultatur, vel D à radice chon, quod ſignificat firmare, eo quod baſis ſit firma, ſeu quod firma debeat eſſe, vt ad ædificium ſufficere poſſit. In Hebræo eſt ורחצו & lauabunt, ſed Cald. ſanctificabunt, at vocat lotionem ſanctificationem: Vulg. habet, & lauabunt in ea, ſed an tela lige, vt eſt in Hebr. ממנו mimenu ex ea.

EXPOSITIO.

F*acies labrum æneum cum baſi ſua*, labrum vas eſt, quod fiſtulas plures habet, vel canales, per quos aqua emittitur ad lauandum: cuius materia fuit æs, non quodlibet, ſed quod fœminæ magis piæ religiuſe Deo obtulerant: cum antea illud pro ſpeculis vſurpaſſent, de quo cap. 38. *ad lauandum*, illius vſus erat, vt ſacerdotes ad ſacra acceſſuri, & partes hoſtiarum lauari poſſint, *poneſque illud inter tabernaculum teſtimonij, & altare.* Locus eius erat in atrio, medio loco inter altare holocauſti, & tabernaculum, vt cum vtrobique ſacerdotes ſacra peragerent, commode eò poſſent accedere.

Et miſſa aqua, vel infuſa in ipſum labrum, *lauabunt Aaron, & filij eius*, non in ipſum deſcendentes, ſed per tubos, aut per epiſtimia deducta in ſubiectum aliquod ſolum aqua manus, pedeſque abluebant, pedes autem lauabant, quia nudis pedibus per tabernaculum incedebant.

CONCEPTVS.

Deo ſacrificaturi, vel ſacram Eucharistiam ſumpturi, non ſolum operibus, ſed & cogitationibus mundi ſint.

54. *Facies labrum aneum, & miſſa aqua lauabant Aaron, & filij eius manus & pedes.* Nonne ſatis eſt, vt manus abluant? indecens enim eſſet, manibus illotis ad ſacra accedere: ſed neſcio qua de cauſa pedes etiam lauare iubentur: non eſt dubium quin manibus opera deſignentur, ſicut & pedibus cogitationes. Merito ergo iubetur, & pedum manuumque ablutio; non enim ſolum operum ſordes abſtergendæ ſunt, ſed & mentis & ſenſus, id eſt vt habeatur maxima puritas. Vnde Chriſtus Dominus antequam Euchariſtico ſacramento ſuos reficeret, pedes eorum lauit, quo denotauit eximiam, & omnimodam munditiam eorum futuram, qui ad Euchariſtiam accedunt. Cæterum vide quod hoc non omnibus, ſed ſolis ſacerdotibus iniungitur; ſcilicet ſacerdotes hoc loco adumbrare poſſunt, vel eos qui ſacris præſunt, vel eos qui frequentius ad Euchariſtiam veniunt, vtroſque autem oportet eximiam animi mundstiam præferre, quæ in ablutione pedum ſignificatur. Audiamus Angelicum Doctorem opuſc. de Sacramento altaris dicentem, *Lauabunt Aaron, & filij eius manus & pedes, id eſt opera & cogitationes aqua compunctionis, & confeſſionis, quando acceſſuri ſunt ad altare ne moriantur*

Angelicus Doctor.

Templa ingreſſuri, maxima niteant puritate.

55. *Facies labrum aneum, & miſſa aqua lauabunt Aaron, & filij eius in ea,* non id ſolum obſeruatum à ſacerdotibus veteris legis: ſed vt Oſorius lib. 11. obſeruat apud Æthiopes, Chriſtianos nemini, niſi nudis pedibus, & lotis templum ingredi licebat: cur potius non præcipit, vt interiores maculas abſtergant, quam exteriores, vel manuum vel pedum? Nam vt habet B. Chryſoſt. hom. 52. in Matth. in Eccleſia, inquit, apud multos vigere videmus, hanc conſuetudinem, vt ſtudeant mundis ingredi veſtimentis, ſed vt Deo mundam exhibeant animam nullam habent rationem. Cur ergo puritas mentis non præcipitur? quia vt neceſſaria præſupponitur. Vnde recte Philo aliquos torquet qui nitidis & emaculatis veſtimentis, lotiſque manibus & facie, ad templa ibant, quibus nulla de animæ candore cura erat. Sic ille ſcribit lib. de Cherub. *Vt candidati templa ſubeant, dant operam diligenter emaculatis amicti veſtibus, mentem vero maculoſam in ipſa ſacraria penitiſſima inferre non verentur:* quæ ratio magis vrget eos qui non tabernaculum Moyſis intrant, ſed templa ſacratiora, quibus ſanctiſſimo Euchariſtiæ conuiuio excipiuntur.

Oſorius. S. Ioannes Chryſoſt. Philo.

Fidem quam in baptiſmo ſuſcipimus, deinde operibus profiteri debemus.

56. *Facies labrum aneum, & miſſa aqua lauabunt in ea Aaron, & filij eius,* Cald. *ſanctificabunt.* Quid? an aqua miſſa in labrum æneum, vt manus pedeſque lauentur, ſanctificatione mundat, & abſtergit maculas ſi quæ ſint forte reſpiciebat ex diuino inſtinctu Cald. aquam baptiſmalem, qua abluti ſanctificantur. Quid quid ſit, labro baptiſmus in quo fidem cum alijs virtutibus Theologicis accipimus mundati à labe originalis peccati ſanctificamur, denotatur. Sed cur huiuſmodi labrum iubetur eſſe æneum? cur non marmoreum? nam regulariter, vel lapidea, vel marmorea ſunt labra, ex quibus fit aqua lotionis, vel delectationis gratia. Nonne æs maxime ſonorum? dic ergo ideo huiuſmodi labrum baptiſma in quo fides recipitur denotans, æneum eſſe, quia baptizatus eam operibus, & voce deinde profiteri debet. Sic obſeruat Presbyter Rhemenſis.

Petrus Riga.

Labrum baptiſmū notat, in quo quiſque fidelis
Merſus & ablutus, crimina cuncta lauat.
Denotat æs vocis ſonitum, quia quiſque fateri
Debet in ore fidem quam ſacrat mādat aquæ.
Sufficit infanti ſimplex reſponſio teſtis,
Sed creſcens teneat corde & ore fidem.

Vt obſeruat S. Cyrill. lib. 9. de Ador. *Gratiam,* inquit, *ſacri baptiſmatis in eare præfiguratam eſſe non eſt obſcurum, nam cum baptizamur, non carnis ſordium repoſitionem conſequimur, ſed inquinamentis animi, & cordis liberamur, & maculas delictorum abluimus illius gratia atque beaignitate.*

Cyrill. Alexand.

Imperfecta lex vetus ad veram ſanctificationem.

57. *Facies labrum aneum, & miſſa aqua lauabunt,* Cald. *ſanctificabunt in ea, Aaron & filij eius.* Nonne ſanctificati fuere ex conſecratione, & ſacrarum veſtium delatione? cur ergo adhuc neceſſaria eſt manuum pedumque ablutio, vt ſanctificentur? qui enim ſe abluit, ideo eſt vt ſi quas contraxit maculas, eas deponat, quod immundum purificetur: ne miteris ergo cur ſanctificati adhuc teneantur ſe abluere, quia licet millies cæremonijs legalibus ſanctificarentur, imperfecta erit huiuſmodi ſanctificatio, lex enim perfectum non attingit. *Illud animaduertas velim,* loquit præfat. Archiepiſc. Alexand. *& eos quibus vna Deo miniſtrare iuſſum erat, quantumuis lege ſancti eſſent, adhuc tamen aqua manus ac pedes abluere: ita demque ſacra munera abire: in quo illud aperte lex, & euidenter oſtendit, atque ipſa res geſta propemodum voce teſtatur, eum etiam qui ex lege ſacer eſſe videatur, profanum apud Deum haberi, niſi abluatur aqua: vimque illam legalis cultus non eſſe ad purgandum ſatis efficacem: itaque tametſi lege ſanctificati eſſent, adhuc tamen abluebantur: purgatur autem certe quod purum eſt nihil, ſed quod immundum & impurum: imperfecta igitur lex eſt ad ſanctificationem, niſi ijs qui Dei coniunctionem ardentiſſime expetunt, baptiſmus quoque ſalutaris acceſſerit.*

Pet. Ale.

Cum ſacri miniſtraturi ſumus, compunctionis lachrymis purgemur.

18. *Facies labrum æneum, & miſſa aqua lauabunt in eo Aaron, & filij eius.* Nonnulli volunt labro hoc æneo, minime denotari ſacrum baptiſma, quia inter tabernaculum teſtimonij, & altare poſitum eſt, quia bis quotidie ijdem ſacerdotes, hoc eſt mane & veſpere cum ingrederentur ad altare, thymiama Domino oblaturi in eo lauari iuſſi ſont: aquâ autem batiſmi, nonniſi ſemel ablui poſſumus. Quid ergo hoc labrum æneum aqua plenum adumbrare poteſt? lachrymas: & merito, non enim

A Deo miniſtraturi accedere debemus, niſi prius compunctionis fletibus lauti: annuit Vener. Beda exp. 14. lib. 7. *Labrum hoc, oblationem nobis compunctionis, & lachrymarum commendat, qua ſemper opus habemus, maxime autem cum myſterijs cæleſtibus miniſtraturi appropiamus.* Et Ioannes Ruſbroch. cap. 35. de Tabernaculo, *Antequam ad Dei altare accedamus, lauabimus nos, & expurgabimus, cum vera cordis contritione, veraque pœnitentia in aquis diuinæ gratiæ & clementiæ, & cum intima deuotione erga diuinam gratiam, manus autem noſtræ ſunt inordinatæ, actiones noſtræ, & pedes ſunt appetitiones inordinatæ, in quibus quotidie delinquimus.* Vener. ab. Beda. Ioannes Rusbroch.

VARIET. LECT. Verſ. 20. & 21.

V*Vlg.* Quando ingreſſuri ſunt tabernaculum teſtimonij, & quando acceſſuri ſunt ad altare, vt offerant in eo thymiama Domino.

Sept. Cum ingredientur in tabernaculum teſtimonij, lauabunt aqua, & non morientur cum accedent ad altare miniſtrare, & offerre holocauſta Domino, lauabunt manus, & pedes aqua, cum ingredientur tabernaculum teſtimonij, lauabunt aqua.

Cald. Sanctificabuntur aquis, & non morientur, aut quando accedent ad altare ad miniſtrandum, vt incendatur oblatio coram Domino, ſanctificabontque pedes ſuos, & manus.

Mont. In ingrediendo eos tabernaculum conuentus.

Onk. Fœderis.

Pag. Eccleſiæ, lauabunt ſe aquis, & non

B morientur, vel in appropinquando eos ad altare ad miniſtrandum, ad ſufficiendum ignitiunem Domino.

Pag. Vt ſoffire faciant oblationem Domino.

Vatab. Vt incendant oblationem ignitam Iehouæ.

Cajet. Qoando ingreſſuri ſont tentorium parationis, ad faciendom thurificare incenſum Iebouæ.

Alij, Vt miniſtrent & adoleant incenſom, ſiue ignitum ſacrificium Domino

Vulg. Ne forte moriantur, legitimum ſempiternum erit ipſi, & ſemini eios per ſucceſſiones.

Cald. Et erit pactum legitimum ipſi, & filijs eius, per generationes ſuas.

C *Pag.* Et erit ſtatutum perpetuum ei, & ſemini eius.

Mont. Et erit ſtatutum eis ſæculum.

CONCORDIA.

POſt illa verba, quando ingreſſuri ſunt tabernaculom teſtimonij, deficiunt in Volg. quæ ſic Heb. habetur, ירחצו מים ולא ימתו בגשתם ierhazu maim velo iamutu begiſtan, lauabunt ſe aqua, & non morientur in appropinquando ad eos, quæ verba poſtpoſuit interpres, & paulo infra, nempe verſu ſequenti conuenienti loco aptauit: & poſt illa verba, quando ac- D ceſſuri ſunt ad altare, in Hebr. ita habetur לשרת להקטיר אשה ליהוה leſareth lchaktir iſſe laihoua, ad miniſtrandum, ad incendendum oblationem ignitam Domino, quod idem eſt com eo quod interpres vertit, vt offerant in eo thymiama Domino: alia quæ ſunt in Hebr. omiſit Vulg. quoniam ſuperius dicta fuerunt.

EXPOSITIO.

Q*Vando ingreſſuri ſunt tabernaculum teſtimonij*, cuiuſvis miniſterij cauſa, *& quando acceſſuri ſunt ad altare*, alij holocauſtorum, alij thymiamatis, quod magis probo, immediate enim ſequitur, vt offerant in eo thymiama, nempe mixturam ſuauiſſimam, de qua paulo poſt. *Ne forte moriantur*, ſi hanc lotionis cæramoniam à me præceptam negligant, punientur enim morte, tanquam inobedientes, & irreligioſi. *Legitimum ſempiternum erit ipſi, & ſemini eius*, ſtatum eſt non pro libito violandum, nec ab Aarone, nec à ſucceſſoribus eius, aut alijs minoribus ſacerdotibus, ita vt non accedant ad prædicta miniſteria, niſi præuia lotione manuum & pedum.

CONCEPTVS.

Si ſacra indigne tractantes puniuntur capitaliter, multo magis ſacram Euchariſtiam.

59. *Quando ingreſſuri ſunt tabernaculum teſtimonij, & quando acceſſuri ſunt altare.* Licet illotis manibus, & pedibus ad altare acceſſerint, quid refert? *morte punientur:* Quid? itane graui ſupplicio puniendi? ita ſane, vt inde inferas, quod ſi ſacra indignè tractantes, vltima afficientur pœna, quæ nam eos manet, qui ſacram Euchariſtiam indebite ſuſceperint? Hoc ita
S. Baſilius Magnus. expendit D. Baſi. lib. de Baptiſm. cap. 3. *Si tales minæ ſunt aduerſus eos poſitæ ſunt, qui temere ad ea ſacra accedunt, quæ ab hominibus ſanctificantur; quid dicendum eſt de eo qui in tantum ac tale myſterium temerarius eſt? quanto enim Deus* B *maior eſt templo, Matth. 23. Tanto grauius & terribilius eſt corpus Chriſti temere contingere, quam ſi accedere ad tauros & arietes?* Sed expreſſius ita fatur B. Cyrill. lib. 9. de adorat. in
S. Cyrillus. Spiritu, *Neque inuiſiter præcipit,* inquit, *vt qui velint in Sancta ſanctorum ingredi, quique ſacra munera procurant, abluantur, ne moriantur: perniciosum eſt enim, & haud impunitum ad Deum non purgatos accedere. Itaque vir ille ſapiens Paulus nobis mandat, vt ſi myſticæ benedictionis participes eſſe velimus nos ipſos probemus: atque ita demum accedamus* 1. *Corinth.* 11. *Ideo*
1. Cor. 11. *multi infirmi inter vos & imbecilles, & dormiunt multi, ſi enim nos iudicaremus, non vtique iudicaremur, dum iudicamur autem à Domino corripimur, vt cum hoc mundo non damnemur,* C

Quanta puritate & munditia nitere debent Dei miniſtri!

60. *Quando ingreſſuri ſunt tabernaculum teſtimonij,* Septuag. addunt, lauabunt aqua, & iterum atque iterum idem repetunt, ſicut & in Hebr. cur toties requiritur, vt lotis manibus, & pedibus accedant ad altare? nonne ſufficit id ſemel verſu præcedenti iniunxiſſe? pluries inculcat ablutionem, & ſub grauiſſima pœna, vt quanta puritate, & munditia nitere debeant Dei miniſtri, notum ſit: ad noſtram
S. Auguſt. mentem, ſic expendit B. Auguſt. lib. quæſt. ex vtroque mixtim q. 227. *Numquid non tunica mediocris hominis quamuis munda, imperatoris ſordida tamen, & illicita eſt? ac per hoc antiſti-* D *tes Dei puriores eſſe debent, quam cæteri: quia & Chriſti habent perſonam, & miniſtros Dei mundiores eſſe oportet: nemo enim imperatori miniſtrat, niſi veſtimentis claris, & mundis indutus: Deus autem quia natura clariſſimus eſt, miniſtros eius natura magis quam veſtibus, mundos eſſe oportet.*

Oranti fontis loco pauperes eſſe poſſunt.

61. *Quando ingreſſuri ſunt tabernaculum,* Sept. *Lauabunt aquâ, & quando acceſſuri ſunt altare,* offerendi thymiamatis gratia, Sept. *Lauabunt manus, & pedes aqua,* nempe ex labro æneo A emiſſa. Cur inter tabernaculum, & altare huiuſmodi concha ponetur, vt puri accederent ſacerdotes ad altare thymiamatis, quo denotatur oratio? ſed ſi aqua deeſſet ad lauandum oraturis, an ab oratione ceſſandum? nequaquam ſane, ſi enim aqua deſit oranti, fontis loco poſſunt eſſe pauperes, qui ad templorum ſtant fores, beneficentia vero ablutionis vice in his fontibus eleemoſynæ largitione ſe mergant, qui intrant oraturi: monitum à probo calamo eſt S. Chryſoſt. hom. 3. de verbis S. Chryſoſt.
Apoſt. qui huc ſpectans, ait *Quemadmodum enim ſolemne eſt, vt fontes præſto ſint ante oratoria, vt adoraturi Deum manus prius lotas inter precandum attollant: ita pauperes fontium vice ante fores collocarunt maiores noſtri, vt non aliter* B *quam manus abluimus aqua prius per beneficentiam abſterſa anima, tum demum preces noſtras offeramus.*

Iuſti lachrymantur, patriam deſiderantes cœleſtem.

Quando ingreſſuri ſunt tabernaculum, Sept. 62.
Lauabunt aqua, cuius labrum inter tabernaculum erat, & altare: myſterione caret huiuſmodi labri ænei ſitus? non eſt dubium quin tabernaculo Dei patria cœleſtis adumbretur, ſicut aquâ labri, lachrymæ, lachrymātur enim iuſti à cœlo alieni, ardentiſſime eius poſſeſſionem
concupiſcentes. Suffragatur Rabanus Maurus, Si comitantibus dignis pœnitentiæ fructibus, longo tempore nempe fleuerit: reſtat Rabanus Maurus.
C vt ſecurior de accepta peccatorum venia effretus, iam deſiderijs inhiantibus, oportet venire tempus, quo mereatur inter beatiſſimos Angelorum choros faciem ſui creatoris videre: quod qui veraciter agit, nequaquam abſque lachrymis, vel huius vitæ longitudinem tolerat, vel illius tolerat lotionem, dicens de ipſo Pſalm. 119. Heu me, quod incolatus meus Pſal. 119.
prolongatus eſt, habitaui cum habitantibus Cedar, id eſt, cum his, qui in tenebris ſcelerum ac errorum verſantur, ipſe cum perpetuæ lucis gaudia ſuſpirans, multum laborioſam duxi vitam, qui quantum cœleſtem patriam ſitio, tanquam inimicam prauorum inter quos incola conuerſor horreo. Dicens de illa Pſalm. 41. Sitiuit anima mea ad Deum viuum, Pſal. 41.
D quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? quam profecto ſitim, quia ſine lachrymis ferre nequibit, ſequentia verba declarant, fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte: quaſi diceret, quo diutius à viſenda facie Dei, ad quem ardenter ſitio differor, eo dulcius pane lachrymarum, quas in eius memoriam fundo, reficior.

Deo dicati, ſi neglexerint orationi vacare, graue merentur ſupplicium.

Quādo ingreſſuri ſunt tabernaculū, & acceſſuri 63.
ad altare, lauent ſe, offerendi Deo thymiamatis

gratia. aliàs morte plectentur. quid? ita ne vilis A ſacerdotum anima vt ſi deſinant incenſum Deo offerre, illius iacturam facere debeant? aſſerit Deus, & merito, Dei enim obſequio dedicati, ſi neglexerint coram Deo preces fundere, orationibus vacare, grauiſſimo digni ſunt ſupplicio.
Venerab. Beda. bene additur, inquit Vener. Beda c.24. *Vt offerant Deo thymiama ne moriantur, mors etenim timenda eſt anima ſpiritalis, & æterna, ſi quis ad miniſterium altaris electus, thymiama orationum Deo reddere negligit.*

Acquiſitæ ſanctitati non ita fidamus, vt nouam negligamus acquirere.

64. *Quando ingreſſuri ſunt tabernaculum*, Sept. *lauabunt aqua*, Cald. *ſanctificabuntur aquis*, ex quo B Aaron & filij eius conſecrati ſunt ſacerdotes, nonne ſunt mundi & ſanctificati? cur ergo vt ingrediantur tabernaculum, Deoque thymiama offerant, neceſſe eſt aquis ablui vt ſanctificentur? quia acquiſitæ ſanctitati non eſt fidendum, ſed nouæ acquirendę ſtudendum. facit contemplator c.55. *Tametſi Aaron & filij* Ioan. Rusb. *eius ſancti eſſent, eoſque elegiſſet Deus ex illo omni populo, ad cultum ſuum. attamen lauanda illis erant manus & pedes, antequam in tabernaculum ingrederentur ad altare Dei, alioquin morte ſubitanea extincti periſſent: non eſt igitur fas vnquam ſua confidere ſanctitati, ſed ſpem ſuam omnem potiſſimum, in Dei miſericordia collocare, in qua etiam manus abluemus ac pedes noſtros, id eſt humiliter vera cum pœnitentia eorum diuina benignitate & miſericordia quæremur ac confitebimur ſupius nos ex quadam negligentia deliquere: tum actibus tum appetitionibus, & deſideriis inordinatis & ita manus pedeſque lauabimus.*

Plures alios conceptus habes in hos verſus cap.38. verſ.8.

VARIET. LECT. à Verſ. 22. ad 25.

VVlg. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen.

Vulg. Dicens ſume tibi aromata primæ mirrhæ, & electæ quingentos ſiclos, & cinnamomi medium, id eſt ducentos quinquaginta ſiclos, calami ſimiliter ducentos quinquaginta. C

Sept. Et tu ſume ſuauitates, florem mirrhæ electæ quingentos ſiclos, & cinnamomi bene olentis dimidium iſtius, & calami bene olentis.

Amb. odoriferi.

Cald. Sume tibi aromata myrrhæ mundiſſimæ, & cinnamomi aromatis, & calami aromatici ducentos & quinquaginta ſiclos.

Onk. Sumaa tibi aromata præcipua myrrhæ puriſſimæ, quingentos ſiclos in pondere.

Pag. Accipe tibi aromata primum myrrhæ libere fluentis 500. ſiclos & chumemon.

Oleaſt. Accipe tibi aromata prima, lacbrymam libertatis.

Vulg. Caſiæ autem quingentoa ſiclos io pondere ſanctuarij, olei de oliuetis menſuram hin.

Sept. Et iridis 50. ſiclos ipſios ſancti, & oleum D ex oliuis hin.

Ambroſ. Et oleum ex oliuis vnum.

Cald. Et caſiæ 50 in pondere ſanctuarij, & oleum oliuorum menſuram hin plenam.

Mont. In ſiclo ſanctitatis.

Pag. Secundum poodus ſanctificationis.

Vulg. Facieſque vnctionis oleum ſanctum, vnguentum compoſitum opere vnguentarij.

Sept. Et facies ipſum oleum chriſma ſanctum vnguentum, vnguentarium arte vnguentarij, oleum chriſma ſanctum erit.

Cald. Facieſque illud oleum vnctionis ſanctæ, aromatizans, opere aromatarij oleum vnctionis ſanctum erit.

Pag. Sanctificationis vngoentum, vnguenti opere vnguentarij, oleum vnctionis ſanctæ erit.

Onk. Oleum vnguentum ſanctum aromatibus confectum opere apothecarij.

Arias. Oleum vnctionis ſanctitatis, vnguentum pigmenti opere pigmentarij, oleum vnctionis ſanctitatis erit.

Vatab. Vnguentum vnguentl opere vnguentarij.

CONCORDIA.

PRo *prima* in Heb. eſt ראש roch caput, vt caput myrrhæ dicatur myrrha primaria. Maſorethæ tamen aliter interpunxerunt, ſiquidem illud ראש roch cum voce præcedenti coniungunt, & poſt eam voculam interpunctionem conſtituunt. ac ſecundum illos aromata capitis ſont etiam primæ notæ aromata. verum noſtram lectionem & interpunctionem probant Sept. qui habent florem myrrhæ electæ, habet interpres eodem modo, ac Sept. in Heb. dicitur myrrha libertatia ſeu myrrha libera, quod aliqui referunt ad eumdem primum myrrhæ florem, ſeu ſudorem ſponte erumpentem, vt myrrha libera ea dicatur, quæ libere fluit; fauet Cald. qui דכיא drachia mundam vel mundiſſimam dixit. Sept. & Ioſeph eos ſecutus pro caſia קדה irim ſupponunt herbam quidem odoriferam, & ſi in Latina editione regiorum bibliorum caſia reponatur, & à B Ambr. ita ſit redditum quod mirum, non enim iris caſiæ vel fruticis ſpecies, ſed herbæ odoratæ ac floris. cæterum hac in re ſequendus interpres noſter, cui conſentiunt omnes Hebraice ſcientes, dictio raebach non plene nota eſt Hebræis, dicunt tamen ſignificare pigmenta conficere, & rochach pigmentum, ſeu confectionem ex aromatibus;

EXPOSITIO.

Sume tibi aromata prima myrrhæ & electæ, aliqui hanc myrrham liberam interpretantur non adulteratam, quæ libere tranſit per manus mercatorum, nam aliquando ſolet adulterari: tamen probilius intelligitur de illa quæ libere id eſt abſque arte aliqua fluit, ſicut gummi ab arboribus, quæ & prima & præſtantiſſima eſſe dicitur, eſt enim & alia quæ arte per inciſionem ſcilicet corticis fit, quæ non adeo præſtat, nec ita efficax ad multa ſicut prior.

Et cinnamomũ, quod tale dicitur, quia ad modum cannæ ſubtiles & replicatos habet calamos, cinerei vel nigri coloris qui fracti viſibile ſpiramentum reddunt. Cynnamomum autem non eſt canella, nam illod pretioſiſſimum eſt & rarum, non autem canella: verum eſt à quibuſdam à qoadam canalium figura ita apellari exiſtimatum; ſcriptores etiam non pauci falluntur, non diſtinguentes inter amomum & cinnamomum, cum ſpeciebus necnon qualitatibus differant, eſt autem cinnamomum planta quæ nullum ex ſe progerminat truncum, ſed ab vna & eadem radice ſex aut ſeptem ramos edit, plures autem aut pauciores pro ſoli radiciſque fœcunditate, ſimile eleboro: inter præſtantiſſima aromata hoc vnum habetur in pretium, & cum quinque illius ſint ſpecies apud Fortunatum, dicitur præſtantiſſimum illud eſſe moſeliticum ita dictum à portu & promontorio Moſilen Æthiopiæ emporio celeberrimo, in quo mercatores conueniebant cinnamomi emendi gratia, non quod Moſyli naſceretur, ſed quod ibi à Trogludytis, qui illud collegerant, negotiationis gratia veheretur: hoc autem cinnamomum Moſyliticum odoratiſſimum, perfectiſſimum, atque digniſſimum, cuius quidem cinnamomi differentia à vicinitate ſeu differentia ſummitatis ramuſculorum ſumebatur, & ideo optimum illud erat, quod in ſummo vertice præſcinditur. illud vero non ita bonum quod radici propinquius reſidet.

Calami ſimiliter, quamuis in Vulg. ſine epitheto calamus ſumendus dicatur, non tamẽ ita nec apud Sept. qui calamum bene olentem habent, nec apud Heb. vbi habetur calamus aromaticus, & ſic ex illo adiuncto præclare denotatur quonam genere calami ſibi vnguenta in conſecrationem tabernaculi ſacerdotum &c. parari vellet Deus, aliàs enim ſatis in ambiguo res ipſa fuiſſet, ſi verba nuda editionis vulgatæ attendenda forent. nam vox illa quæ Hebræa קנה kere quemadmodum etiam calamus, ad omnes ſpecies arundinum & calamorum extenditur: de calamo ergo non quocumque ſed aromatico, aut odorifero eſt ſermo, qui variis in locis gignitur, ſed optimum naſci in Arabia & India teſtantur omnes, aliqui auctores volunt colorem illius aromatici calami eſſe rufum vel nigreſcentem, alij nigrum rubeſcentem, alij bonitatem illius expiſcantur ex odore, vt de longe nares feriat, ſuoque odore inuitet, ex tactu vt ſit mollis, ex ſtatura breuior & craſſior.

A. *Et caſia*, non illius quæ appellatur fiſtula & ſiliqua Ægyptia cathartica aut nigra; nec alterius quæ à noſtris herbariis caſia maritima dicitur, ſed ſermo eſt de ea cuius vſus eſt in vnguentis & ſuffitibus, quæ aromatica eſt, cuius plura ſunt genera, quorum primum prope odoriferam Arabiam ſeu aromatiferam gignitur. eſt autem caſia hæc coloris fulueſcentis & pulcherrimi, ita vt corallium quodammodo æmuletur, cuius etiam ramuſculi ſunt perquam anguſti, longi, odoriferi, poſterius vero caſiæ genus qood ſimiliter ibidem naſcitur, priore pretioſius atque præſtantius eſt, quæque purpurea & nigricans eſt, quæ ab interpretibus communiter canella dicitur, ſed ab aliquibus aliis refelluntur, quia Deus requirit in compoſitione illius vnguenti aromata pretioſiſſima, & maxi-
B me odorifera, quod de canella verificari non poteſt. rum canella arbor lauro non diſſimilis, ſed caſſia odorifera vt ex auctoribus de plantis agentibus conſtat, non procera arbor ſed humile virgultum eſt.

Quænam eſt ergo huiuſmodi caſſia? ſcio Sept. reddidiſſe iridem, quæ licet in radicibus ſuauitatem & flagrantiam habeat, tamen nequaquam pretioſum aroma nuncupari poteſt: à raritate enim & odore aromata dignitatem ac præſtantiam ſuſcipere certum eſt; inde autem quid communius omnibus nationibus & gentibus? vbique enim naſcitur: alij non contemnendæ peritiæ qui ad theſaurum Sanctes Pagnini notas addiderunt, vocem Hebræam קציעה
C kizah per zinziber conuerterunt, exiſtimantes illud eſſe caſiam, quæ cum aliis aromatibus compoſitionem vnguenti ſancti ingredi debet, ſed quis neſcit vulgatiſſimam eſſe plantam, nulliuſque fere pretij, imo nec vllius ſuauis flagrantiæ?

Aſſerunt ergo alij caſiam nihil aliud eſſe, quam coſtum, quod quidem eſt radix è Syria paucis hinc annis Venetias aduecta, eximij odoris, saporiſque ſuauiſſimi, quæ radix arbuſtum emittit, nec ingrati odoris, in ſummo vertice paululum inclinans, quia vero coſtum indis odorem redolet, hinc fortaſſe ab aliquibus in Sept. iris redditur & quia in foliis proxime accedit ad zinziber, ideo quidam exiſtimarunt
D caſiam eſſe zinziber, vtebantur coſto veteres falſæ religionis ſectatores, in ſuffimigationibus in ſuorum idolorum cultu. teſte Ruel. lib. 1. de natura ſtirpium c. 32. rariſſimum autem eſt huiuſmodi aroma & cariſſimom, ita vt aſſeratur quod vnica illius libra centum ſexaginta aureis valeat: duplex autem eſt, vnum Arabicum, alterum Indicum, primum ſecundo præſtantius, in Arabia autem duplex eſt, nigrum & candidum, candidum longe maioris fragrantiæ: dicamus igitur coſtum illud fuiſſe quartum genus præſtantiſſimi digniſſimique aromatis, quod vna cum myrrha cinnamomo & calamo aromatico, ex Dei præſcripto aſſumendum fuit, ad oleum ſanctum conſecrationis.

In pondere ſanctuarij, de quo ſuperius, *olei de oliuetis menſuram hin*, de qua etiam antea, oleum autem illod puriſſimum & optimum quod exprimebatur ex baccis oliuarum iam maturis, & nigreſcentibus, tantiſper autem antiquatũ quod puritata atque dulcora recens ſuperat, recens anim amurca conſperſum eſt: & cum in præparatione voguenti conſecrationis, nihil de ponderibus & menſuris illorum tradidit Deus, ſed ſolius olei menſuram aperuit, raliquorum aromatum pondera & menſura iuxta artem vngoentariam adhibenda erunt.

Et facies vnctionis oleum ſanctum, ex omnibus aromatibus prædictis oleo ſolutis, cuius autem A artis hoc vnctionis oleum parari deberet, declarauit dicens, *opere vnguentarij*, non quidem illius, qui medicamenta ad curandum vulnera parat, ſed eius qui aromata odoris cauſâ commiſcet, & vnguenta odorifera conficit: huius artis vnguentariæ aromaticæ, quæ antiquitus dicebatur mytopolica, primus magiſter & auctor fuit Myropola, quamobrem myropolium vnguentoria taberna dicebatur: mytopolica itaque arte eiuſque regulis ac præceptis, hoc ſacrum præſtantiſſimum & odoratiſſimum vnguentum componendum eſſe, verba ipſius ſacri textus declarant.

CONCEPTVS.

Munera ſponte oblata magni æſtimat Deus.

65. *Sume tibi aromata prima myrrhæ & electa*, quid eſt, quod Deus myrrbam poſtulat primam? nonne ſatis eſſet dicere ſume aromata myrrhæ electæ 500. ſiclos? quid prima? audiamus noſtrum Lyranum, myrrha eſt nomen arboris aromaticæ, & inde procedit duplex gutta, vna per modum ſudationis, & iſta eſt prima, alia per inciſionem corticis, & hæc vocatur myrrha ſecunda: itaque eam vult Deus ſibi offerri myrrham quæ fluit ſpontaneè, non quæ velut extorſionibus ferri eruitur, ideo Pag. ex Heb. tranſtulit myrrhæ libere fluentis 500. ſiclos, modo intelligo ſponſam ſub hac metaphora ſponſi liberalitatem prædicaſſe Cant. 5. labia eius lilia diſtillantia myrrham primam, id eſt ſic beneficia homini concedit, vt videantur ex ore fluere nulloque prælo exprimi, ſed ſponte inſtillari.

De tuis Deo dona, non de alienis.

66. *Sume tibi aromata prima myrrha & electa 500. ſiclos*, cur non dixit ſimpliciter ſume, non adiuncto pronomine *tibi*? nam ſatis elegans ſermo eſſet, ſi ſolum diceretur ſume aromata &c. aduerte *tibi* idem eſſe ac ex te, vel à te, nempe ſibi data à populo non vi erepta ſed libenter exhibita: nõ ergo ſuperflue dictum *tibi* ſed vt indicaretur, non furtim ablata, non vi erepta, ſed aliquo modo noſtra eſſe debere, quæ Deo offeruntur, quod confirmatur Leuit. 1. vbi ſacrificium auium diſponitur, iubetur veſicula proiicienda, veſiculam vero gutturis & D plumas proiiciet prope altara ad orientalem plagam in loco in quo cineres effundi ſolent. cur veſicula columbæ non crematur? cur à Deo non accipitur? S. Cyrill. lib. 16. per veſicam gutturis, intelligit ventris ingluuiem atque adeo in illius deteſtationem veſicam à Deo proiici dicit: Iſichius tumorem faſtumque veſicâ adumbrari ait, proindeque è ſacrificiis eliminatam. aſt quia auis veſicâ cibum ſeruat, quem aliis ſurripit, ideo Deus noluit eam ſibi offerri ſed proiici, vt nuueris Deum oblata de aliena ſubſtantia contemnere. noſter Lyran. adducit huius ſententiæ auctorem R. Salom. *Ideo hoc erat*, nempe prohibitum, *quo volauerunt ad capiendum cibum de alieno, & per hoc de-* B *ſignabatur, quod ſacrificium de rapinis non placet Deo.*

Leuit. 1.

S. Cyrill.

Vt odoriferi ſimus Dei, mortificatione & exinanitione indigemus.

Sume aromata prima myrrha & electa 500. ſiclos, cinnamomi medium & calami medium, vt ex horum aromatum compoſitione, vnguentum pretioſum Dei naribus dignum conficiatur, ſed cum non ſit dubium, quod non vnguentum illud præciſe, ſed quod per illud denotatur Deo placeat; quidnam Deo gratum quod hoc vnguento ſignificatur? audiamus Anſelm. Lauduneſ. *Ex prima myrrha conficitur* 67.

C *oleum, hoc eſt ex præcipua carnis mortificatione, quæ ſcilicet pura intentione pro Deo tantum ſit facta; vnde dicitur in canticis, manus mea diſtillauerunt myrrham: ex cinnamomo quod cinerei eſt coloris conficitur, quod humanitatem ſignificat, quo nos cinerem eſſe & in cinerem reuerſuros intelligimus.* Anſelm.

Solus Christus eſt in quo ſemper permanſit diuini chriſmatis oleum.

Sume tibi aromata prima myrrha & electa, 500. ſiclos &c. Ex quibus conficietur vnguentũ pretioſiſſimum, quod ſanctum appellatur, imo à S. Cyrill. oleum Dei: quod equidem aliquod faceſſit negotium, nam iubetur vt fiat opera vngoentarij. ſi ergo hac arte conficitur, quomodo vnguentum Dei dicitur? legendus præſ. Archiepiſc. lib. 12. in Leuit. (ita apud Lippom.) ita ſcribens. *Si vis videre oleum Dei, audi quem propheta dicat vnctum eſſe oleo Dei, illum ſine dubia de quo dictum Pſal. 44. propterea vnxit te Deus oleo lætitiæ præ participibus tuis, hic ergo eſt magnus ſacerdos qui ſolus oleo Domini vnctus eſt, & in quo ſemper ſanctum permanſit diuini chriſmatis oleum.* 68.

S. Cyrillus Alexand.

Pſal. 44.

Non ſatis eſt præſuli quod quatuor cardinales habeat virtutes, niſi & Spiritum ſanctum habeat.

Sume tibi aromata primæ myrrha 500. ſicloſ, ſicut cinnamomi calami aromatici & caſiæ 150. vt ex eis conficiatur vnguentum pretio- 69.

ſiſſimum, quo ſacerdotes vngantur: ſed vt huiuſmodi aromata hanc compoſitionem perficiant, neceſſe eſt vt addatur oleum puriſſimum; nonne ſufficiunt hæc quatuor pretioſiſſima aromata, cur eis aliquid aliud exhibetur nempe oleum vt perficiatur vnguentum? huiuſmodi quatuor aromatibus aliqui autumant deſignari quatuor virtutes cardinales, ſicut & oleo Spiritum ſanctum: merito ergo eis adiungendum hoc vltimom, quia non ſatis eſt ſi præſul prudentiam, fortitudinem, temperantiam & iuſtitiam acquiſierit, niſi & Spiritum ſanctum habuerit, ſic hoc verſat Preſbyter Rhemenſis.

Petrus Riga.

Præcipitur Moyſi vt aromata ſumat, inungat
Deinde ſacerdotes, ſanctificetque Deo.
Et fiat prudens, iuſtus, fortis, moderatus,
Præſul, vel maior vel minor iſta decent,
His inungat oleum, quod ſanctum pneuma figurat,
Adplenum ſancto pneumate plenus eris.

Deuotionem comitentur amara contritio, oratio feruens, odoroſa vaporatio, ardens charitas.

70 *Sume tibi aromata prima myrrha*, & cinnamomi calami aromatici & caſiæ, vt ex eis perficiatur vnguentom quo deuotio adumbrari poteſt. ſed quid commune deuotiooi & huiuſmodi quatoor aromatibus? quis aromatum & deuotionis nexus? nam licet myrrha amaræ contritionis ſymbolum, cur coniungenda caſia, cinnamomum, & calamus? audiamus quid Berchorius dicit. *Reuera tale vnguentum eſt denotio, quia ſcilicet conſtat ex myrrha amaræ contritionis; & calamo affabilis orationis, Pſal. 44. lingua mea ſicut calamus; myrrha ex cinnamomo odoroſa & famoſa vaporationis, & opinionis, vnde dicitur Eccleſ. 24. ſicut cinnamomum aromatizans odorem dedi, ex caſſia quæ confert ardorem charitatis & dilectionis oleo compaſſionis, Pſal. 44. myrrha & gutta & caſia à veſtimentis iſtius: qui enim iſtas quandoque ſpecies aromaticas habuerit, ſcilicet compaſſionem, dilectionem, famoſam opinionem, orationem, & amaram contritionem, ipſe pro certo poterit in corde ſuo vnguentum conficere, quo tabernaculum mentis poterit inungere, & ſacerdotem cum ſuis filiis, id eſt orationem cum ſuis bonis operibus poterit Domino conſecrare.*

Pſal. 44. Eccleſ. 24.

VARIET. LECT. à Verſ. 26. ad 30.

VVlg. Et vnges ex eo tabernaculum teſtimonij, & arcam teſtamenti, *Sept.* teſtimonij.

Vulg. Menſamque cum vaſis ſuis, candelabrum, & vtenſilia eius, altaria thymiamatis.

Sept. Et omnia vaſa eius, & candelabrum, omnia vaſa eios, & altare incenſi.

Cald. Altare incenſi aromatum, *Onk.* thymiamatum.

Pag. Altare ſuffimenti, ſic *Vatab.* & *Arias.*

Vulg. Et holocauſti, & vniuerſam ſupellectilem, quæ ad cultum eorum pertinet.

Sept. Et altare holocauſtomatum, & menſam, & omnia vaſa eius, & labrum.

Cald. Et laterem, & baſim eius, *Onk.* concham, *Aly.* peluim.

Vulg. Sanctificabis omnia, & erunt ſancta ſanctorum, qui tetigit ea ſanctificabitur.

Pag. Erunt ſanctificatio, ſanctificationum.

Mont. Et eront ſanctitas ſanctitatum, *Cast.* ſanctum ſanctorum.

Vulg. Aaron & filios eius vnges, ſanctificabiſque eos, vt ſacerdotio fungantur mihi.

Cald. Vt miniſtrent coram me.

CONCORDIA.

INterpres habet vniuerſam ſupellectilem, quæ ad cultum eorum pertinet altarium, ſcilicet holocauſti, & thymiamatis, quod tameo Heb. & Sept. videotur ad ſolum altare holocauſti referre. ſic eoim habetur Hebraice ueeth col chalaf & omoia vaſa eius videlicet altaris immediate præcedentis, ſed vtriuſque altaris ſupellectilia vnctionem non negant, cætera quæ habentur in lectionibus diuerſa, ſuperius in coocordiam redacta ſunt.

EXPOSITIO.

E*T vnges ex eo*, nempe vnguento ex ſopradictis aromatibus compoſito, *tabernaculum teſtimonij &c.* non quod omnia ſimul vngere debeas, ſed ſtigmatibus quibuſdam olei ſingula ſignabis, ſanctificabiſqoe omnia ſacro cultui deputaodo, *& erunt ſancta ſanctorum*, & tanquam ſanctiſſima, nequaquam ad vſus prophanos transferenda, *qui tetigerit ea*, digne & reuerenter eis vtens, ſanctificabitur, purior ac ſanctior euadet. ſed melior eſt ſenſus ſanctificabitur, id eſt ſanctificari debet, ita vt ſi ſit immundus expiet ſe aqua luſtrationis. vide quæ à nobis dicta ſunt verſ. 37. cap. præcedentis, *Aaron & filios eius vnges*, eo modo quo ſuperius dictum c. ſuperiori. *ſanctificabiſque illos*, ſegregando à prophano aliorum conuictu, applicando ad Dei cultum, *vt ſacerdotio fungantur mihi*, debitè & prout decet.

CONCEPTVS.

Qui ieiunat, meminerit Dei tabernaculum eſſe, ſacerdotem, regem & Prophetam.

11. *Vnges ex eo tabernaculum teſtimonij, & arcam teſtamenti &c.* Necnon ſacerdotes eo vngebantur, quod hæc omnia oleo vngātur non mirur, ſed faceſcit negotium eſt, cur Christus D. præcipit Matt. 6. vt ieiunantes capita ſua vngant, Matt. 6.
tu autem cum ieiunas, inquit, vnge caput tuum. cur vngendi ſunt ieiunantes? an ſacerdotes Dei? an Reges? an Prophetæ? an Dei tabernaculum? an arca teſtamenti? dices ideo præcepiſſe Chriſtum, vt capita vngerent in ſignum lætitiæ: Palæſtini enim, diebus feſtis in ſignum lætitiæ ſolent vngere capita: ad quem morem reſpiciens Chriſtus hoc iuſſit, tempus enim lætitiæ eſt cum caro abſtinentia premitur, animus enim B gaudio diffunditur], cum caro parſimonia coarctatur; vel qui ieiunat caput ſuum vngat, hoc aſt diem feſtum ſe gere exiſtimet, feſtus enim ſane dies eſt, cum ſpiritus carnem ſibi ſubiicit, deque ea tanquam de ſuo hoſte agit triūphum. ſed an ſacerdos vt vngatur oleo qui ieiunio indulget? quidni? ei enim ea vnctione denotatur, quod diſcat ſe Dei cultui mancipatum, talemque vitam inſtituere debere, tanquam ſi ſacerdos, Deoque ſacer eſſet, ſacerdotis quodāmodo munus agat, qui ieiunat, de ſuo corpore ſacrificium Deo offerat, carnem ſuam Deo mactet. Sad an Rex vt eo vngatur? reges enim vngi olim conſueuerunt 1. Reg. 15. vt vngerem te in regem 2. Reg. 5. vnxerunt Dauid in Regem, 1. Reg. 15
vt rex vngitur, vt diſcat qui ieiunat regium induere animum, affectibus ſuis dominari: an prophetæ ieiunant? prophetæ enim vngebantur, ſic Elias Eliſæum vnxit in prophetam 3. Reg. 19. quidni quodammodo? quia non verbis tantum ſed toto corpore prænuntiāt vitam futuram, pro qua vitæ præſentis bona contemnunt, propheta quodāmodo eſt, quia futura cogitat præſentium fere immemor. ſed an Dei tabernaculum? an arca fœderis? hæc enim oleo hîc inungi iubentur, oleo vngendus ieiunans, vt meminerit ſe Dei tabernaculum eſſe debere, ſpiritalemque arcam, in qua diuina lex & manna ſeruetur.

Vnguentis pretioſis in Dei honorem, vel in optimum finem vtendum, non ad delicias.

12. *Vnges ex eo tabernaculum teſtimonij &c. Aaron & filios eius*, nonne aliqui ſancti patres iuſtiſſime carpunt vnguentorum vſum? Clemens enim Alexand. lib. 2. pædag. cap. 8. Oportet inquit, viros in primis apud nos vnguenta non olere, ſed vitæ probitatem: ſpiret autem fœmina paſtum, qui eſt regalis vnctio, non vnguenta. vbi laudat eas ciuitates, quæ vnguentarios, id eſt vnguentorum artifices à ſe procul expulerunt, ne virilitatem ipſam effœminarent, inquit & paulo poſt, ſicut boues inquit funi- Clemens Alexand.
A bus, ita etiam intemperans ſuffitibus, & vnguentis, & ſuaueolentibus coronarum odoribus trahitur, conſentit D. Amb. lib. de Elia & ieiunio c. 10. Vnguento inquit, ſe vngunt qui S. Amb.
corpori odoris gratiam quærunt; ſed & illa vnguenta libidinis illecebras mouere conſueuerunt. mitto S. Cryſoſt. conc. 1. de Lazaro S. S. Chryſ.
Greg. Naz. oratione 43. in nonam dominicam, S Greg. Nazianz.
inuehentem in huiuſmodi vnguentis delibutos, & Lactant. Firm. lib. 6. diuin. inſtit. cap. 22. Lact. Firm.
ſia dicētem, Turpe eſt viro ſapienti, ſi vnguentis oblitus, ac floribus coronatus incedat. quod qui facit vtique inſipiens, ineptus, & nihili eſt, & quem ne odor virtutis quidem attigerit: ergo ſapientes minime cenſendi Aaron & filij eius, admittentes vnguenti ex pretioſiſſimis aromatibus confecti vnctionem. cur tales iudicandi? vituperantur enim qui vtuntur vnguen- B
tis odoriferis ad delicias, & ad libidinem, non qui ad Dei honorem vel propter alium debitum finem. ſic Iudith. c. 10. lauit corpus ſuum & vnxit ſe myrro optimo, ſic Suſanna Daniel. 13. ancillas alloquitur, Afferte mihi oleum, & ſmigmata, & oſtia pomarij claudita. vnde ſponſa horum auida vnguentorum ait Cant. 2. fulcita me floribus, ſeu vt habent Sept. conſtituate me in vnguentis, vbi D. Greg. Niſſen. Cant. 2.
oratione 40. vnguentorum nomine virtutes interpretatus. *O columnas admirabiles! ô noua fulcra!* & paulo poſt, *qui fulciri vult in vnguentis, conſtantiam in virtutibus conſequi cupit.* C

Chriſtus Dominus in humilibus & prudentibus creſcit, & vnguentum accipit.

Vnges ex eo tabernaculum teſtimonij, &c. Ex en inquā pretioſiſſimo vnguento, in cuius compoſitionem ingrediebatur myrrha prima, & electa, quæ arbuſcula eſt, altitudine quinque cubitorum, quæ eſt hominis ſtatura; eſt eximiæ viriditatis, fructuſque eius ſuauiſſimi odoris. ſed guſtus per quam acerbi: Arabes autem apud quam naſcitur, virgulta eius ex caudice hinc inde prodeuntia, vt fertur, exarant, eius fructus defluens lachryma eſt, quæ quidem D virtute & calore ſolis, aliquando corticis inciſione emanat. hanc myrrham poſſumus dicere amaritudinem ſiue acerbitatem, apteque Chriſtum deſignat ſecundum carnem mortificatum, & paſſiones. ſiquidem ipſe ait Matt. 7. arbor bona fructus bonos fecit, atque illius multi iugæ cruces, & perpeſſiones boni illius fructus ſunt, vnde nos viuimus; eædem perpeſſiones eius ſingulari viriditate, & iucundo & grato aſpectu ſunt, quandoquidem cœleſti eius patri placent: habent quoque odorem gratiſſimum, quo animæ curantur & vulnera, mortui reuiuiſcunt: Dei olim amici ex limbo & purgatorio extracti ſunt, & viui denique ad gloriam introducuntur. ſed perpeſſiones iſtæ guſtu ſane per quam acerbo fuere. non enim 13.

niſi motte illius completæ ſunt, hæc nimitum A myrrha prima & electa eſt, quæ virtute & calore ſolis, hoc eſt diuina charitate manauit, & propria voluntate. Itemque atboris incisione, quando gratiſſimum Chriſti corpus, vndique vulneribus confectum fuit. ſed vbinam myrrha hæc creſcit? in Arabia, quid? inter Arabes Chriſtus ſumpſit ne originē? Arabia interpretatur humilis, quæ ex ſolis approximatione callidiſſima regio. dic igitur myrrham illam myſticam, nempe Chriſtum Dominum naſci in Arabia. *Quia* (vt habet Contemplator c. 69. de tabern.) *Chriſtus Dominus creſcit ingenteſque affert fructus in Arabia, id eſt in humilibus & callidis, & inſidias ponentibus hoſtibus ſuis, puta peccatis, quæ tria quidam Arabiam ſignificare volunt.*

Ioan. Ruisb.

Quanto quis à Deo donis pluribus afficitur, eo de ſe humilius debet ſentire. B

74. *Vnges ex eo tabernaculum teſtimonij, &c.* Vnges illo vnguento ex ſuauiſſimis aromatibus confecto, quorum ſecundum locum tenet cinnamomum, quod ſic ab aliquibus deſcribitur, frutex eius rotundus ac tenuis, duorum cubitorum figura calami, ſubpallidus ac velut cinericius, in India, & in Arabia naſcitur. Indicum cinnamomum hoc habet, quod cum rebus permiſcetur dulcibus, guſtu acrius fit, quantoque res eæ quibus miſcetur ſuauiores ſunt, tanto ſaporis eius acrimonia ſemper augetur: quid hoc eſt? quomodo quod ſuaue eſt, mixtione dulcedinis acre redditur & acerbum? nonne hic frutex duorum cubitorum & aromaticus humiles deſignat apud Deum & homines optimum & gratiſſimum odorem exhalantes? quid mirum igitur, ſi mixtum dulcibus, acre & quaſi amarum redditur? quia humiles qui ſunt ſuauiſſimi, quanto magis à Deo dulciſſimis Dei fauoribus exaltantur, ſiue à creaturis dilectione gratiſſima; & erga ſe ſunt acriores, & vilius de ſe ſentiunt, quantoque maioribus Dei donis afficiuntur, tanto ſe indigniores iudicant. Neſcio ſi id voluit Humbertus cum ait. *Humilis ad nihilum hominem adducit vt nihil ſe reputet, & in valore & in virtute.* ſed expreſſius S. Chryſoſt. explicans hæc Iſai. 6. væ mihi quia tacui, *Sancti ſi quando cumulantur & afficiuntur beneficio & honore, tunc demiſſius ſe deiiciunt.* C

Humbert. l. 4. erud. rel. S Chryſo. Iſai 6.

Mirabiles prorſus humilitatis virtutes & effectus. D

75. *Vnges ex eo tabernaculum teſtimonij*, cuius vnguenti compoſitio erit ex myrrha & cinnamomo &c. cuius virtutes ſic deſcribuntur, odoriferum exſiccat & conſumit prauos ſtomachi humores, ſtomachum confirmat, & concoctionem non mediocriter iuuat, ſanat hepar, purgat hominis interiora & ſuperflua, medetur oculis & humores illorum exſiccat; beſtiarum morſibus appetitos, admotum curat, ſurculi eius bene triti ac forti aceto admixti, nigricantes ex facie maculas pellunt. ſed ſi cinnamomum diximus humilis animi ſymbolum & figuram; an quæ de cinnamomo dicta humilitati adaptari poterunt? quidni? humilitas enim expellit & conſumit omnes vitiorum humores, in cunctis virtutibus confirmat, atque corroborat hominem; famem quamdam atque appetentiam excitat, in homine quorumlibet actuum bonorum hepar refrigerat, dum omnem inordinati amoris appetitum & libidinem extinguit: purgat interiora hominis, dum ex eo expellit multiplicitatem, & in veritate eum figit ac ſtabilit. hinc vero curantur oculi interni, vt citra impedimentum ipſam poſſint contemplari veritatem, & ſi intus humilitas occupet ac complectatur, etiam ſi is ferarum, id eſt beſtialium actuum morſibus impetitus, ac læſus ſit, ſi tantum ea humilitate contingere volet, ſanitatis beneficio potietur, ſiquidem cor humile & contritum ab omni caduca & temporaria oblectatione & voluptate auerſum, internam hominis faciem ab omni vitiorum labe repurgat. hæc à pluribus ſanctis doctoribus excerpenda ſunt. nam quod humilitas ſanet morbos etiam peſtiferos interiores, habet Albert. Mag. ſerm. de Conu. S. Pauli. *Humilitas* (inquit) *ſanat caducum morbum, id eſt ſuperbiæ peſtem.* S. Laur. Iuſtin. lib. de humil. c. 14. encomia eius prædicans ait, *eſt cognitionis lumen*, S. Cæſari. Arelat. hom. 18. *ad ſuperbiæ vulnus medicamentum humilitatis adhibe*, quod autem odorifera, ſicut cinnamomum, ſic ita loquitur, *Ille qui ſuperbiam tegit in corde cum ventilatus fuerit, fœtorem teterrimum emittit, ſic ille qui humilis, odorem ſuauiſſimum reddit.*

S. Albe. Ma. S. Laurent. Iuſtin. S. Cæſarius.

Obedientia Deo naribus ſuauiſſima, & tartareis ſerpentibus infenſiſſima.

Vnges ex eo tabernaculum teſtimonij, &c. 76.
Tertium aroma ex quo huiuſmodi vnguentum ſanctum & odoriferum Deo conficiebatur, erat calamus aromaticus hunc in India gigni vel in Arabia certum. quomodo India interpretatur? nutus dulcedinis, quo rectè hominum nutus ac voluntas obediens adumbratur. calami aromatici color fuluus vel rubicundus, ſuauem ſpirans odorem, quadam tamen acrimonia guſtum afficiens, ſerpentibus maximè nociuus. an hæc obedientiæ conueniunt? quis enim neſcit quod ſicut calami huius aromatici fuluus eſt color, ſic obedientia omnis in charitate, quam iſte color adumbrat, exercenda eſt? aerem ſuaui odore calamus replet, & obedientia bonorum hominum vineis florentibus comparatur, aërem gratiſſimo aſpergentibus odore, ita vt ſerpentes fugere compellantur, eumdem in modum etiam nos, tartareos ſerpentes qui ſunt hoſtes noſtri, obedientiâ profligamus atque in fugam vertimus, qui quidem quod diuinæ non paruerint voluntati, cœleſti nudati ſunt decore, & in æternas corruere flammas. habet calamus acrimoniam quamdam dum editur; ſic obediens licet ad omnia etiam difficillima ſubeunda præparatus, tamen hoc carni permoleſtum, & quadam acerbitate afficit, guſtum ſenſuum, attamen corpus cogitur morem ſpiritui gerere: porro

cum

cum calamus aromaticus frangitur in multas partes ſcinditur. ſic nos ſi Deo & rationi obtemperare velimus, intus quidem cor noſtrum, foris autem actus noſtros vera ex obedientia ſcindere debemus, cunctiſq; hominibus noſtra indigentibus opera impartiamur, oportet.

Sine vnguento Chriſti Domini nullus ſanctitatem conſequitur.

77. *Vnges ex eo tabernaculum teſtimonij &c. Aaron & filios eius ſanctificabiſque eos*, Dominus noſter Ieſus Chriſtus, cum in noſtra natura naſceretur, quoddam confecit vnguentum, quo mortales omnes ſanctificari conſtituit, & in ipſa quidem ſuæ natiuitatis hora, paſſionis ſuæ myrrham aſſumpſit, qui adiunxit caſiam ſuaueflagrantem, ipſo videlicet octauo
B circunciſionis ſuæ die, quo primum ſuum ſanguinem fudit: addidit etiam cinnamomum & calamum, id eſt internam humilitatem & obedientiam ſuam, cunctaque hæc concertans, in charitate & gratiæ & pietatis ſuæ oleo poſuit & exercitauit: vbi deinde tempus cœpit aduenire, quo ſuo vti oleo ſtatuerat, ad torcular & prælum ſeſe obtulit, vbi ad mortem vſque paſſus omnem ſuum effudit ſanguinem, ita vt nimirum duo hæc id eſt circumciſio & paſſio D. noſtri Ieſu iuxta confectionis materiam grauiſſima erant, & maxima numero & pondere, adeo vt mille ſiclos continerent: humilitas autem & obedientia, licet & quæ ipſas denotant, minoris fuerint ponderis, virtutis tamen præſtantia ac nobili-
C litate excellebant: quando vero has quatuor virtutes gratiæ ac miſericordiæ ac pietatis ſuæ oleo perficit & abſoluit, iam tum noſtra abſoluit debita, & quidem pondere grauiſſimo ſanctuarij: ſed ſi ita ſe res habet, quod Chriſtus Dominus hoc vnguentum confecerit pretioſiſſimum, ac illius virtute ſolum qui eum ſubſecuti ſunt, vngentur & ſanctitatem acquirent? falleris, tanta enim fuit illius efficacia vt virtute eius ſanctitatem conſecuti fuerint à mundi initio, & vſque ad finem ſæculi qui alij conſequentur. hæc contemplaor habet Ruiſbr. cap. 64. de tabern. *Internum illud quod ipſe nobis parauit vnguentum vſque adeo ſanctitate abundat, vt iam inde à primo homine vſque ad vltimum, cœlum ac terram gratia & clementia repleuerat, neque poteſt quiſquam abſque illo ſan-*
D *ctitatem adipiſci, quod enim Moyſes externum conficit vnguentum, quo ſacerdotes & Domini tabernaculum ſanctificarentur, id eam ipſam ſanctificandi virtutem ex hoc Chriſti ſaluatoris noſtri vnguento habebat cum antecedens quadam virtus erat.*

Sacerdotes ſancto & ſuauiſſimo Dei amoris vnguento ſint peruncti.

78. *Vnges ex eo tabernaculum &c. Aaron & filios eius ſanctificabiſque eos*, hoc equidem vnguentū ſanctumque dicebatur, quo vt ſanctificarentur ſacerdotes, inungi debebant, ſed vt interna vnctione perfundantur, quod vnguentum eis neceſſarium eſt? ſane amor Dei, ab eo enim etiam ſanctitatem accipient: ſcite enim de amore Dei ſic loquitur Trithemius Epiſt. 75. lib. 1. *Vnguentum ſuaue & optimum eſt amor Dei, quo animæ peſtes ſanantur omnes.* Trithemi Abbat.

A *Olei benedictio ſiue conſecratio (quod poſtea oleum ſanctum dicitur) ad inungendos ſacerdotes altaria &c. vaſaque ad Dei cultum pertinentia, non eſt inuentio ſummorum Pontificum, ſed à Spiritu ſancto eſt.*

Vngeſque ex eo tabernaculum teſtimonij &c. Aaron & filios eius, quo oleo hæc omnia inungentur? audite Deum Moyſem alloquentem, 79
facies oleum vnctionis ſanctum, quo tabernaculum teſtimonij, altare, & alia vaſa ad cultum Dei pertinentia, nec non etiam ſacerdotes, vt conſecrentur, inungi debent, quo ſacerdos nec ad aliud opus vti poteſt, nec alius præter eum applicare, ſub interminatione mortis: illudque renouare neceſſe erat ſecundum
B illud, hoc oleum vnctionis ſanctum erit mihi in generationes veſtras; ſi enim in generationes omnes oleum ſanctum perſeueraturum eſt, ergo renouare quandoque debet. quid? nonne ante Donatus, aſſeruit ſacrum Chriſma conſpuendum & conculcandum? nonne Caluinus tanquam quid ſuperſtitioſum reiicit ordines ſacerdotum, baptiſmum campanarum, dedicationem Eccleſiarum, altarium conſecrationem, calicum &c? ita eſt, & ideo tanquam hæretici anathemate feriuntur; nam quis ignorat noſtrum vnctionis oleum ab illo fuiſſe figuratum, etiam quoad ipſum nomen, & ideo longe nobilius, ſicut figuratum figura? habes ergo hoc quo nunc vtimur oleum fundamentaliter, litteraliter à Deo præfiguratum ac præſcriptum, eoque licite Eccleſiam vti, hocque
C ad alios vſus præterquam ab ipſo ordinatos non poſſe applicari, illudque poſſe renouari, nec ſacerdotem ad illius abuſum poſſe concedere: ſed condemnatos hæreticos contra ſentientes audiamus: ſacroſanctum Concilium Trident. ſeſſ. 23. can. 3. ait, *Si quis dixerit ſacram vnctionem, qua Eccleſia in ſancta ordinatione vtitur, non tantum non requiri, ſed contemnendam & pernicioſam eſſe ſimiliter, & alias ordinis cæremonias, anathema ſit*, & de ordinibus ſacerdotum &c. contra errores impios prædictos, vide ibi, tum in capitulis, tum in canonibus: idemque obſeruabis in eius ſeſſ. 22. vt in veritate firmiſſime radicatus, poſſis omnia tela nequiſſimorum extinguere, & vt par eſt, irriſores illudere: reprobantur & ab Syluestro primo per hoc quod in S. Syluest.
D Concilio Romæ à ſe congregato, vt reuelaret īo quanta reuerentia Chriſma ſanctum ſit, ibi Can. 5. conſtituit clara voce, vt nemo preſbyterorum Chriſma conficeret dicens, *Quoniam Chriſtus à Chriſmate*, ex B. igitur Syluestro patet quod propter dignitatem Chriſmatis conſecratio eius ſolis Epiſcopis reſeruatur; patet quoque ex eodem, quantum Chriſtianos omnes Chriſtumque offendant, qui tantū ſcelus cū Donato, deinde Caluino de Chriſmate cōminiſcuntur, cū Chriſtus omniū Chriſtianorum ſpecialiter caput denominetur à Chriſmate: patet etiam ex eodem, quantum illi à Chriſtianiſſimo ſeſe ore proprio diſtare confiteantur, & à Chriſti amicitia: item in Concilio Toller. primo c. 20. dicitur, *Quamuis pene vbique cuſtodiatur, vt abſque Epiſcopo nemo Chriſma conficiat, tamen, quia in aliquibus locis, vel prouinciis preſbyteri dicuntur*

S. Concilij Trident.

Concilium Toletan.

Chriſma conficere, placuit: ex hac dic, nullum alium, niſi Epiſcopum, Chriſma conficere, & per diœceſim deſtinare: hæc ibi. concordat Papa Innocentius primus in Epiſt. ad Decennium Eugubinum Epiſcopum c. 3. & conſequenter per hoc damnat prædictos: ſed & Concilium Laodicenum cap. 48, inquit: *Oportet baptizatos poſt baptiſmum, Chriſmatis quoque cœleſtis & regni Chriſti participes fieri*, hæc ibi. vide quam reuerendum dignumque innuat eſſe Chriſma, per hoc quod vocat illud cœleſte, per eiuſque conſignationem baptizatos fieri dicit regni Chriſti participes: ſed & Arelatenſis Synodus cap. 18. ait, *Vt Presbyteri ſub ſigillo cuſtodiant Chriſma, nulloue ſub prætextu medicinæ, vel cuiuſlibet rei donare præſumant, genus enim ſacramenti eſt, & non ab aliis quam à ſacerdotibus contingi debet, quod ſi fecerint, honore priuentur*, hæc ibi. nota ſententiam in his verbis omnibus, quid ergo maledictionis per hoc implicite dicit in Caluiniſtas ac Donatiſtas? concordat & Concilium Turonenſe cap. 20. item Concilium Moguntiacum cap. 27. item Concilium Lateranenſe ſub Innoc. 3. cap. 20 & recitatur extra de cuſtodia Euchariſtiæ c. 1. Concilium Oxonienſe in Anglia celebratum, inter alias ſacras conſtitutiones, ait: *Prouideant vtique Archidiaconi, quod diligenter iuxta formam Concilij generalis Euchariſtia, Chriſma, & oleum ſanctum, ſalua ſub clauibus recondantur fideli cuſtodia deputata*.

Innocent. primus.

Concilium Laodicenſ.

Concilia Turonenſ. Mogunt. Oxonienſ.

A

VARIET. LECT. à Verſ. 31. ad 33.

Vulg. Filiis quoque Iſrael dices, hoc oleum vnctionis ſanctum erit mihi, in generationes veſtras.

Sept. Oleum, lauitis vnctionis, ſanctum hoc erit vobis in veſtras progenies.

Cald. Oleum vnctionis ſanctæ erit, hoc coram me.

Pagn. Oleum vnctionis ſanctitatis erit hoc mihi.

Vulg. Caro hominis non vngetur ex eo, & iuxta compoſitionem eius non facies aliud, quia ſanctificatum eſt, & ſanctum erit vobis.

Sept. Super carnem hominis non linietur, & iuxta compoſitionem hanc non facietis vobis ipſis, ſimiliter ſanctum eſt & ſanctificatio erit vobis.

Cald. Super carnem hominis non vngetur, & iuxta ſimilitudinem eius non facies aliud, ſicut illud.

B

Onk. Super carnem hominis non fundatur.

Pagn. Secundum ſummam eius non facietis aliud ſicut illud ſanctificatio eſt, ſanctificatio erit vobis.

Oleaſt. Secundum numerum eius non facietis.

Mont. Et in pondere eius non facietis, ſicut illud ſanctitas, & hoc ſanctitas erit vobis.

Vulg. Homo quicumque tale compoſuerit, & dederit ex eo alieno, exterminabitur de populo ſuo.

Sept. Quicumque fecerit ſimiliter, & quicumque dederit de eo alienigenæ.

Pagn. Quiſquis confecerit vnguentum ſimile, & qui poſuerit ex eo ſuper extraneum, ſuccidetur è populis ſuis.

C

Arias. Vir qui pigmentauerit ſicut illud.

CONCORDIA.

VErbum tachan à quo mathioneth, quod alij pondus, vel ſummam, vel numerum vel ſimilitudinem vertunt, ſignificat metiri, menſurare, ponderare, rectificare, & licet interpres noſter reddiderit ſecundum compoſitionem eius, eumdem ſeorſum habet cum aliis lectionibus, nempe licebit vobis quidem vti ad cōmunes vſos aromatibus prædictis, etiam ſecundum aliquam compoſitionem, non tamen ſecundum hanc proportionem.

EXPOSITIO.

F*Iliis quoque Iſrael dices, oleum vnctionis ſanctum erit*, meo tantum cultui dicatum, *in generationes veſtras*, quamdiu reſpublica veſtra durauerit, *caro hominis non vngetur ex eo*, ſolum ſacerdotes & deinde reges eo linientur, non tamen ad delicias, ſed tantum ad vſus ſacros, *& iuxta compoſitionem eius non facies aliud*, non ſolum non facietis tale vnguentum ad vſus veſtros, nec aliud eiuſdem compoſitionis aromaticæ, *ſanctificatum eſt*, quia meo cultui applicatum, *ſanctum erit vobis*, veſtris vſibus non profane applicabitis] *homo quicumque tale compoſuerit*, ſiue de ſacerdotibus, ſiue de leuitis, ſiue de popularibus. *Et* videtur poſitū pro *vel dederit alieno*, ſcilicet nō ſacerdoti, imo

D alienus etiam gentilem denotat: alieni vocem quidam referunt ad perſonas, quæ ſcilicet non ſunt de ſacerdotali genere; alij ad res, non ad perſonas, vt ſcilicet prohibeatur vſus eius in res quæ non pertinent ad ſacra myſteria; alij tamen verius exiſtimant, alienum de vtroque interpretandum, *exterminabitur de populo*, pœna corporali afficietur.

An autem præceptum de non componendo tali vnguento, quale componi iuſſerat Deus ad ſacrandum tabernaculum, ſacra illius vaſa, nec non ſacerdotes, comprehendebat non ſolum populum Iſraeliticum, ſed etiam gentiles non quidem omnes, ſed eos tantum qui Deum

Hebræorum verum eſſe Deum, vel certo cognouiſſent, vel probabili coniectura, id ſuſpicare potuiſſent. Abulenſ. partem negatiuam tenet, Fortunat. Sacchus lib. 2. Myroth. cap. 19. affirmatiuam, qood ſic probat, Deus capitalem pœnam in tranſgreſſores minatus eſt, talis enim cenſebatur pœna eradicationis de populo ſuo, & hæc pœna cuicumque Iſraelitæ decernebatur, qui alicui alieno homini, & ex gentilium nationibus ſacrom iſtud vnguentum communicaſſet: igitur iam ex præcepto Dei, ſacri huius vnguenti vſus gentilibus in- A terdicebator; à fortiori igitur eiuſdem vnguenti compoſitionem vetitam fuiſſe ratio poſtulat, vigore eiuſdem præcepti, eapropter his quibus vſus prohibetur compoſitionem etiam vetitam eſſe quis dubitabit? quamobrem licebit concludere, præceptum I. tum Iſraelitis de non componendo illo ſacro vnguento, deque eo non vtendo, aut aliis dando, quibus capitibus cultus illius clauditur, & reuerentia illi exhibenda præcipitur, gentiles prædictos ad eius obſeruantiam obligare.

CONCEPTVS.

Diuinum quid eſt, ſacerdotis munere fungi.

80\. *Caro hominis non vngetur ex eo*, nihilominus antea dictum fuerat, vnges eo Aaronem & filios eius, & hæc pugnantia videntur, nam ſi vngi illo oleo ſeu obliniri illo vnguento ſacerdos iubebatur, quo pacto nunc prohibetur ne illo caro hominis vngeretur? quid? nonne ſacerdos mortalis & ex carne ſicut cæteri? an ſacerdos humanam exuit naturam? an diuinam poſſidet? ita videtur eſſe, vt eximiam inde colligas ſacerdotis ſanctitatem. ſic enim Theophanes Nicænus Epiſt. 3. aiebat. *Presbyterum debere eſſe diuinum atque cæleſtem, qui aliorum hominum conditionem longe prætervehebatur.* Sanctus quoque Greg. Nazianz. orat. 1. eos tantum ſacerdotio dignos eſſe putat qui ſunt ipſis hominibus ſuperiores, *ea virtute prediti ſint, ea coniunctione cum Deo copulati vt vix de numero mortalium cenſeantur.*

Theoph.

S. Greg. Nazianz.

Sacerdotes Angelorum ſocij.

81\. *Caro hominis non vngetur ex eo*, imo vngatur, ſi Aaron & filij eius huius vnctione conſecrantur, non enim cum caractere ſacerdotali decorantur, naturam exuere humanam, an aliam huiuſmodi initiatione conſecuti ſunt? ita videtur, ſpiritualem enim & quaſi Angelicam aſſumpſiſſe, ſuffragatur Guibert. de Tornaco tract. de opiſ. Epiſcop. cap. 1. *Hi ſunt* (inquit) *Secretarij Domini, ſocij Angelorum, principes populorum, per quos ſpiritualiter generamur, Christi carne reficimur, & ſanguine ſaginamur, à peccatis abſoluimur:* pende hæc verba, *ſocij Angelorum*, iam quaſi carnem exuerunt, & in numero Angelorum cenſentur.

Guibert. Tornac.

Sacerdotes maxima digni reuerentia & honore.

82\. *Caro hominis non vngetur ex eo*, ergo ſupra homines eſt, qui huiuſmodi vnguento pretioſo debet inungi: quis dubitat? excedit enim inquit S. Ephrem. tract. de ſacerd. intellectum & orationem, omnemque cogitationem, donum altitudinis dignitatis ſacerdotalis: & ſicut arbitror, hoc eſt quod Paulus quaſi in ſtuporem mentis actus innuit, exclamans, ô altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles diuinæ viæ illius!] quid Deus Paulo in tertium cœlum rapto, non oſtendit ſapientiam ſuam in hac mundi machina, ordine, pul- B chritudine, varietate? ſane oſtendit, ſed non ſtupet in his, altius Paulus rapitur, ſublimius euolat, quoad cœli pulchritudinem & decorẽ, nec iſtuc admirator Paulus, maior cœlo vaſtiorque? quid igitor, num Angelos, Cherubim, & Seraphim, in quibus creaturis Dei ſapientia omnipotentiaque maxime elucet? quis tam nobiles ſpiritus produxit? nec iſtuc ſtupet Apoſtolus, adhuc altius fertur, quo ad ſacerdotium, ad ſacerdotes ſolum iſtuc, ſolum iſti in admirationem rapere Paulum potuere, & illius ſublimitatem & excellentiam, iſtorum fœlicitatem & honorem cum digne non poſſet admirãs exclamauit, ô altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei: an ſupra homines, an ſuper Angelos ſunt? quid inde colligimus quod maximus honor eis impendendus & exhiben- C da reuerentia: hanc eis præſtandam, etiam ipſis Imperator Baſil. cap. 3. non dubitauit aſſerere, *Honora, inquit Eccleſiam Dei, vt tu viciſſim à Deo in honore habeare, & ſacerdotes eius reuerere tanquam ſpiritales patres & deprecatores pro vobis apud Deum, honor enim qui ſacerdotibus impenditur ad Deum pertinet, ita eorum contumelia & contemptus longe etiam grauius iram prouocat.*

S. Ephrem.

Baſilius Imperator.

Etiam in malo ſacerdote dignitas veneranda.

Caro hominis non vngetur ex eo, etiam ſi Aaron & filij eius inungi debeant, quia cum ſint ſacerdotes humanam in dignitate naturam excedere videntur, & ideo (vt diximus) omni honore excipiendi. verum ſi carnei ſunt, ſi lu- 83.
D xurioſi, ſi peruerſi, an oleo vnctionis non vngentur? iubes enim, ô Deus, quod caro hominis non vngatur, ex eo ſane ſi improbi agnoſcerentur, antequam ſacerdotio initiarẽtur, ſacro Chriſmate non inungi deberent: ſed poſito quod vngerentur, etiam in pretio & honore deberẽt haberi ratione excellentiſſimæ dignitatis: quod recte S. Cyprian. Epiſt. 65. ad hæc verba Chriſti D. Matt. 8. dicta Leproſo ſanato, vade & oſtẽde te ſacerdoti, *Cum leproſum inquit emundaſſet, dixit illi vade & oſtende te ſacerdoti, & offer donum humilitate, ea qua vos quoque humiles eſſe docuit, ſacerdotem quoque adhuc appellat quem ſciebat eſſe ſacrilegum.* Impius erat & ſacrilegus erat ſacerdos, poterat ergo qui ad eum mittebatur dicere, quid me ad ſacerdotem ire iubes, qui nequiſſimus es à lepra corporis liber, nollem mentis le-

S. Cyprian.

ptam contrahere? ne cum leproſus ſim, homines deuitaut? qoidni ergo didicerem eos fugete, qui peccatornm maculis deuenuſtantur, nihil tale dixit, ſed promptius ſacerdotem adiit, à Chriſto diſcens, non ſpernere ſacerdores; reiiciendi enim mali ſacerdotis mores, ſuſcipienda eorum & honorauda dignitas, quæ ſacra myſteria adminiſtrat, & per eum licet petuerſum, non maculantur; teſte S. Iſidoro Peluſ. lib. 3. Epiſt. 340. *Nequaquam incontaminata myſteria conſpurcantur etiam ſi ſacerdos omnes mortales improbitate ſuperet, quod ſi mihi difficile*, conuom cogita, impurum, inquam, illud atque in pullua ſuos crudele animal, cuius opera ille in cœlum excurrens animal ac animal ac cœli alias alebatur.

Non ſolum ſacerdotes ſed etiam reges propter dignitatem, quaſi ſupra carnem eſſent, viuere deberent.

84\. *Caro hominis non vngetur ex eo*, ſcio Genebrard. ex doctrina Cabaliſtarũ tradidiſſe duplex fuiſſe oleum, vnum à Samuele conſecratũ, quo vnxit regem Saulem, alterũ à Moyſe quo ſacerdores tantum inungebantur: ſed ſi credimus B. Iſidor. lib. 2. de Eccleſ. Hierarch. 1. de Chtiſmate eodẽ oleo reges & pontifices inaugurabãtur. ſed ſi ita eſt, quomodo iubet Deus vt caro hominis ex eo nõ vngatur, cũ reges carnibus conſtent ſicut quilibet eorum ſubditus? quia propter muneris dignitatem imo & ſanctitatem, extra carnem & ſupra carnem viuere deberent: hæc habet noſter Lyran. *Caro hominis non vngitur exceptis regibus & ſacerdotibus, qui quantum ad officium ſunt ſupra homines, quia medij ſunt intra Deum & homines.*

Genebrard. in Pſal 88. S. Iſidorus Hiſp.

Lyranus.

Non minorem ſplendorem trahunt ſacerdotes à cruce quam reges à corona.

85\. *Caro hominis non vngetur ex eo*, per quam inhibitionem non excluduntor reges & ſacerdotes ab huiuſmodi ſacri olei vnctione, pars corporis in qua vtrique vngebãtor, erat caput. patet in pontificibus ex Pſal. 133. *Sicut vnguentum in capite quod deſcendit in barbam barbam Aaron*, in regibus ex cap. 10. lib. 1. Reg. *tulit Samuel lenticulam olei & effudit in capite Saul:* ſed dicunt aliqui Hebræorum, quos referunt Genebrard. & noſter Lyran. 3. Reg. 1. & ibidem Abul. q. 37. modum quo reges & ſacerdotes vngebantur fuiſſe diuerſum, nam regibus infundebatur oleum in modum coronæ, ſacerdotibus in modum crucis; quid hoc eſt? an myſterio hoc viduum? nequaquam, ſed hoc modo vngendi diuerſo, forte declaratur, non minorem ſplendorem ſacerdotes à cruce, quam reges à corona mutoaritur, imo quo maior eſt dignitas pontificia quam regia, eo maiorem crucis quam coronæ dignitatem & gloriam oſtendit.

Pſalm. 133.

1\. Reg. c. 10.

Chriſtus Dominus vnguentum fragrans, quo qui vitiis dominantur, & ſe victimas Deo offerunt, inunguntur.

86\. *Caro hominis non vngetur ex eo*, fragrantiſſimo vnguento, quo reges tantum & ſacerdotes inunguntur, Elias Cretenſ. comment. in orationem 4. ad S. Gregor. Nazianz. tenet illud vnguentum Chriſtum eſſe, præcellentem quemdam in modum fragrans, per ſpirituales viſiones mentem noſtram à propenſione in vitium repurgans, ac diuina lætitia cumulans: vnguẽtum inquam non ex ſenſilibus aromatibus, nec arte humana, verum ex deitate ac puriſſimis & virgineis ſanguinibus magni vnguentarij arte ac ſolertia conflatum: verum ſi res ita ſe habet, quomodo ſolum reges ac ſacerdotes perungi debent? nonne in omnium ſalutem deſcendit in mundum? an pro regibus & ſacerdotibus tantum, pretioſum ſanguinem ſuum in ara crucis effudit? cur ergo omnis caro non vngetur? cur ſolum ſacerdotes & reges hoc fauore donantur? quia ſolum qui vitiis tanquam reges dominantur, & tanquam ſacerdotes myſtici ſeipſos victimas Deo offerunt, hoc oleo fragrantiſſimo Chriſti Domini, efficaciter perfunduntur: annuit præfat. Auctor. *Solum ij vnguntur, qui tribulantis animi permotionibus dominantur & imperant, & qui ſeipſos quotidie mactant, inſtar magni Apoſtoli dicentis quotidie morimur.*

Elias Cretenſ.

A

B

Omnes alij qualeſcumque ſint, præter ſacerdotes & reges, carnei videntur eſſe.

Caro hominis non vngetur ex eo, iam diximus, quo modo hoc cohærere poſſit cum antecedentibus, nempe quod oleo ſancto vngi deberent ſacerdotes, & tamen caro non vngenda ſit eo, nunquid non carnei ſunt ſacerdotes? quos ergo carnes vocat? laicos, quia tãtum intereſſe voluit Dominus inter ſacerdotes & laicos, quantum inter ſpiritum & carnem, quo loquendi modo vſus fuit Chriſtus D. poſtquam interrogauerat Apoſtolos (qui iam in Eccleſia deſignati erant ſacerdotes à Deo) quem filium hominis dicunt eſſe homines? ſubdit, vos autem quem me eſſe dicitis? vbi S. Hieronymus ponderans verba illa, *Vos autem* &c. *intendit* (inquit) *prudens lector quod ex conſequentibus textuque ſermonis Apoſtoli nequaquam homines ſed dij appellantur, cum enim dixiſſet quem dicunt homines eſſe filium hominis? ſubiecit, vos autem quem me eſſe dicitis: illis, qui homines ſunt humana opinantibus, vos qui eſtis dij quem me eſſe exiſtimatis?* eum præiuit S. Dionyſ. Areop. lib. 1. cap. de Eccl. Hierarch. *vos enim* (inquit) *qui ſacerdotium dixit ſacrorum omnium vno vocabulo ſignificauit ordinem, ita & qui ſacerdotem & pontificem dixit, auguſtiorem prorſuſque diuinum inſinuat virum, in quo liquido ac perſpicue ſacratus omnis ordo, ſicut & perſpectus ſit & poſſit agnoſci.*

87\.

C

D

Matth. 16.

S. Hieron.

S. Dionyſ. Areopag.

Sacerdotium omnium dignitatum apex.

Caro hominis non vngetur ex eo, ſcilicet vnguẽto, exceptis regibus & ſacerdotibus ex hoc inquit Phil. Hebr. l. 2. de ſacerdotibus hom. liquet iuxta legis iudicium, ſacerdotes æquiparari honore ac maieſtate regibus quid balbutis Hebree? non balbutit de ſuis enim loquitur, ac noſtrorum dignitas regiam ſuperat & excellit. ita S. Iſidor. Peluſ. lib. 3. Epiſt. 127. *Quod ſacerdotium regno præſtantius ſit, neminem ignorare arbitror*, & D. Chryſoſt. lib. 3. de ſacerdotio,

88\.

S. Iſidor. Peluſ.

tanta eſt ſuperius regna ſacerdotium, quantum eſt inter ſpiritum & carnem internallum, ſed ſi temporalis aliqua eſſet regia maior, an eam excelleret ſacerdotalis? quidni. *eſt enim* (inquit S. Ignat. martyr. Epiſt. 10. ad Smirn.) *ſacerdotium omniũ bonorũ quæ in hominibus cõſiſtũt, maximũ.*

S. Ignat. martyr.

Spiritus ſanctus neſcit corda carnea vngere.

89\. *Caro hominis non vngetur ex eo*, ſcio te pœnituiſſe hominum creationis, quia caro erant, ſed diluuij inundatione terra renouata, & quaſi aquis ſopita illius iniquitas: cur igitur nunc

A quaſi carnem vel hominem odio habens, olei ſacri vnctione indignum iudicas, ita vt ſub exterminatione, & capitali pœna inhibeas, ne caro hominis vngatur ex eo? merito quidem cum enim hoc ſacratiſſimo oleo Spiritus ſanctus intelligatur, non mirum eſt quod caro hominis eo non vngatur, ſpiritus enim neſcit vnguento ſuæ gratiæ corda carnea inungere. ſic canit Preſbyter Rhemenſ. Petrus Riga.

Flaminis vnguentum carnea corda fugit.

Et Radulphus, *vnguento iſta caro hominis vngi non poteſt, quia quicumque viuunt ſecundum carnem, Sancti ſpiritus neſciunt vnctionem.* Radulp.

VARIET. LECT. Verſ. 34. & 35.

VVlg. Dixitque Dominus ad Moyſem, ſume tibi aromata ſtacten, & onycha, galbanum boni odoris, & thus lucidiſſimum, æqualis ponderis erunt omnia. *Elias Cret.* æquis menſuris.

Sept. Sume tibi ſuauitates ſtacten, &c thus perlucidum, æquale æquali erit.

Cald. Galbanum aromatizans; & thus mundiſſimum, *Pag.* Thus mundum.

Onk. Sume tibi guttam &c. *Sic Mont.* Et pondus in pondere erit.

Arias. Tantum in tanto erit.

Oleaſt. Solum ſolum, vel purum purum erit.

Vulg. Facieſq. thymiama compoſitum opere vnguentarij mixtum diligenter, & purum & B ſanctificatione dignum.

Sept. Et facient in eo incenſum vnguentarium, opus vnguentarij mixtum, purum opus ſanctum.

Cald. Facieſque thymiama aromatum, aromatizans opere vnguentarij mixtum mundiſſimum in ſanctificationem.

Onk. Facieſque ex eo incenſum aromaticum, ſuaue olens, mixtum mundum, & ſanctum.

Pagn. Facies ipſum ſuffimentum mixtum mundum, ſanctificatio eſt.

Mont. Facies ipſum ſuffimentum pulmentum, opere pigmentarij, ſalitum, purum ſanctitas.

CONCORDIA.

ONkelus & Mont. quibus addendus eſt Oleaſter, vbi habemus ſtacten, reddunt guttam, deducentes dictionem נטף nataph à verbo nataph quod proprie ſtillare aut pluere ſignificat, ſed hoc nimis generale, licet de gutta aromatica interpretentur, & ideo optime interpres ad ſpeciale aroma ſtacten deduxit, *æqualis ponderis erit*, dixit vulg. quem tamen reprehendit Oleaſt. dicens, neſcio quo in loco inuenit S. Hieronym. בד bad ſignificare æquale, cum in ſacris litteris non inueniatur: inueniunt ſignificare ſolum purum, ſed nõ æquale: ſed potius reprehenſione dignus Oleaſt. non enim ſolus vulgatus ita reddidit, ſed Caldæus Pag. Vatab. & alij, an omnibus his doctior & Sept. interpretibus qui ita vertunt? verum eſt quidem prædictam dictionem ſi deſcenderit D à badad, per duplex daleth ſignificare ſolum, C ſiue ſolitarium, ſed cum ſimplici daleth ponderum æqualitatem ſeu menſuram ſignificat, quando ſcilicet de rebus diuerſis tantum accipitur de vna quam alia; dictionis ממלח memulach quæ mixtum à vulg. redditur, radix eſt מלח malach quæ ſignificat ſalire, vnde melach ſalitum vertit Mont. quod etiam habatur Geneſ. 19. de vxore Loth, & fuit ſtatua melach id eſt ſalis, tamen ex conſequenti denotat conſumi, liquefieri, & exinde rem conſumptam aut fere conſumptam, vt ſal quod facile conſumatur & liqueſiat, nec non etiam ex conſequenti miſceri, quod ea quæ miſcentur ſalſa videntur, nam quemadmodum ea quæ ſaliuntur miſcentur cũ ſale, ita ea quæ miſcentur nẽpe vnũ cum alio: vnde aliqui vocant ſalire, miſcere, præſertim cũ mixta non ſint in puluerem reducta, ſicut cum calx arenæ miſcetur.

EXPOSITIO.

S*Vme tibi aromata*, thymiamatis huius præſtantiam aperit Deus argumento ſumpto à generali voce aromatum, quibus illud componi iuſſit, סמים ſamim etenim aromata illa dicebantur, quorum corpora vel integra vel pulueriꝫata cum ſua odorifera qualitate, in condimentis ingrediebantur, & σώματα fortaſſe græce appellabantur, quod hæc σώματα ſolidiora eſſent, (interpretatur enim vox illa ſpiſſamentum) quorum odorifera ſpiſſamenta, quæ ſi quando liquidis humoribus commiſcebantur, ea tantum de cauſa addebantur, vt facilius aromata miſcerentur, & in vnum corpus redigerentur, fierentque ſolidiora, cum igitur ſuffitum thimiamatis parari Deus Moyſi præcepit, ea aromatum parare iuſſit genera in compoſitione illius adhiberi voluit, quæ ſamim Hebraicè

appellabantur, quia condimentum illud thymiamatis eius ſoliditatis ac ſpiſſitudinis fieri volebat Deus, quæ puluetiſationi, combuſtioni atq; ſuffumigationi aptaretur, cuius vaporationis cauſa thymiamata à græca voce *θυμιάω* quod eſt vaporare, inſtituebantur.

Stacten, non ſolum aromatum generali vocabulo huius compoſitionis dignitatem Deus expreſſit, ſed etiam ſingulorum aromatum excellentia eadem micare voluit, ſtacte nimirum onycha, galbano, quæ inter aromata primam ſedem obtinēt: ſtactes ergo idem eſt quod myrrha ſponte fluens: myrrha enim duplex eſt, vna quæ corticis inciſionem expectat, alia quæ nulla expectata corticis inciſione, lachrymam diſtillat, & hæc ſtactes appellatur, odoratiſſimus quidem & præſtantiſſimus huius myrrhæ ſiue ſtactis liquor. Ita vt ex eo ſine alterius rei mixtione vnguentum fiat: aliqui per ſtacten balſamum intelligunt.

Et onycha, ſiue vngula, aliqui Rabini putant radicem eſſe candentem, terſam ac puram in modum vnguis: alij, vt Rabi Dauid ita ait, eſt aroma quod in miſchuah (ſic vocant textum Talmudicum) zipporeno, id eſt onix ſiue vnguis vocatur; & eſt leue & lucens, ſed fere omnes è noſtris arbitrantur (è quorum numero eſt noſter Feuardentius annotat. in cap. 41. lib. 2. Irinæi) non eſſe plantam aut fruticem, ſed conchylij genus, quod in nardiferis Indiæ paludibus inuenitur, ideo ſpirans odorem, quod conchylia ibi nardi pabulo veſcantur, colligiturque poſtquam ſtagnantes aquæ æſtiuis caloribus exaruerunt. dicitur autem hoc conchylium onyx, quod vnguis figuram referat. Oleaſter exiſtimat onycha eſſe ſtercus vel ſudorem cati indomiti, qui apud nos vocatur Ciuete, Hiſpanice huiuſmodi liquor algalia, qui quidem licet ſuauiſſimus, neſcio vnde deprompſit hunc eſſe onycha, nam onix ita dicitur, vel quia vnguis ſimilitudinem

Feuardent. In Irinæû l.2.c.41. annot.19.

A vel colorem refert, quod equidem nequaquam inuenire eſt in huiuſmodi liquore.

Galbanū boni odor, bene additur boni odoris, duplex enim eſt Galbanum, nempe vnum quod grauem nimis odorem [illegible], & de hoc hic non eſt ſermo, aliud eſt aromaticum & odoriferū, quod eſt ſuccus ferulæ naſcentis in Syria, quod nonnulli metopium vocant, maxime laudatur cartilaginoſum, meram thuris effigiem referens, pingue minime, lignoſum retinens nonnihil adiecti ſeminis & ferulæ, neque valde humidum, nec nimis aridum nidore ſuo ſerpentes fugans.

Et thus lucidiſſimum, impermixtum nullique reſinæ, per quam eius puritas minui poſſit, admixtum. bis inciduntur thuriferæ arbores, & B bis thus colligitur, autumno & vere, ſed autumno collectum puriſſimum & candidum, tantum hic hæc quatuor aromata cenſentur, ſed quintum adhibet S. Irenæus, nempe hedioſmum, ſic enim habet cap. 41. lib. [illegible] incenſum autem ſimiliter de ſtacte & vngula, & galbano, & hedioſmo, & thure. Hedioſmus autem inquit noſter Feuard. Num. 11. eſt ſuauis, qui mentha nominatur, de qua Luc 11. ſolutis & datis decimis ex mentha. Ioſeph autem lib. 7. c. 15. cinnamomum & caſiam recenſet, *æqualis ponderis erunt omnia*: nempe huiuſmodi ſpecies aromatum, ex antiquorum traditione refertur Moyſem ex vnoquoque aromatum libras ſeptuaginta accepiſſe.

S. Irenæus.

Luc 11.

Facieſque thymiama compoſitum opere vnguentarij, vt ſupra vidimus de vnguento, C *mixtum diligenter*, hæc enim omnia miſceri debebant aromata, vt ex his conficeretur thymiama, *purum*, licet enim multa arte miſtum ſit, aroma tamen debet eſſe ſine admixtione alicuius externi, *ſanctificatione dignum*, dignum quod Deo ſanctificetur, ideſt quod Deo adoleatur, incendatur.

CONCEPTVS.

Multarum virtutum fragrantiâ, caram Deo redoleamus.

90. *Sume tibi aromata ſtacten, onycha &c.* ex quibus thymiama conficiatur, nonne vnicum ex his aromatibus tibi gratiſſimum erit? nam quodlibet per ſe ſumptum ſuauem exhalat fragrantiam: requirit thymiama ex omnibus his compoſitum, multarum enim concentus, non vnica virtus Deo à nobis offerenda: ſic habet S. Greg. Mag. lib. 1. Moral. c. 39. *Thymiama ex aromatibus compoſitum facimus, cum in altari boni operis virtutibus multipliciter redolemus, quod mixtum & purum debet eſſe, quia quanto virtuti iungitur, tanto incenſum boni operis ſincerius exhibetur.*

S. Greg. Magnus

Oratio bonis operibus ſocietur, vt ſit Deo grata.

91. *Sume tibi aromata ſtacten, onycha &c.* ex quorum mixtione, thymiama ſuauiſſimum conficiatur, Deo gratiſſimum, ſi non ergo ex his aromaticis ſpeciebus componeretur, Deo eſſet iniucundum: nonne diximus thymiama orationem, ſicut aromata quæ eius compoſitionem ingrediuntur, virtutes denotare? merito ergo thymiama ex aromatibus Deo gratū, & non aliter, quia etiam niſi oratio bonis virtutibus & operibus ſocietur, Deo iniucunda & ineſſicax: ſcite S. Cyprian. lib. de oratione D Dominica. *Orantes non infructuoſis nec nudis precibus ad Deum veniant, ineſſicax petitio eſt cum precatur Deum ſterilis oratio; nam cum omnis arbor non faciens fructum exciditur & in ignem mittitur, vtique ſermo non habens fructum promereri Deum non poteſt, qui nulla eſt operatione fecundus.*

S. Cyprian.

A carnalibus affectibus anima ſit libera, quæ Deum orat.

Sume tibi aromata ſtacten, onycha &c. facieſque thymiama compoſitum mixtum purum, ſi mixtum, quomodo purum? puritas enim videtur mixtionem non admittere: ſed in expoſitione diximus quomodo hoc intelligendum, quod ad moralem ſenſum transferre poſſumus, nempe thymiama ſcilicet orationem mixtam eſſe debere varijs bonis operibus & virtutibus, ſed 92.

tamen puram ab omni affectu humano & carnali: ſic talem deprecationem requirit B. Auguſtin. (Auguſt. ... 5.) cum hæc verba Pſalm. 5. voce mea ad Dominum clamaui explicat, dicens. *Si aliena ab affectu orantis cogitationes intercurrant, nondum dici poteſt voce mea ad Dominum clamaui, neque hoc recte dicitur, niſi enim ſola anima nihil carnis, nihilque carnalium intentionum in oratione attrahens loquitur Domino, ubi ſolus audit:* purum thymiama non offert Deo, qui terrena poſtulat, carniſque affectibus patitur orationem quam fundit, inquinari & pollui.

Oratio ſit munda & pura.

93. *Sume tibi aromata ſtacten, onycha &c. facieſque thymiama compoſitum mixtum purum,* Onk. B mundum, Cald. mundiſſimum, quod mixtum ſit, quod compoſitum, non miror, ex variis enim conficitur aromatibus: ſed cur ita purum? cur ita mundum, imo mundiſſimum? quia & orationem etiam adumbrat, quæ maxime pura debet eſſe: opportune S. Antioch. hom. 81. *In munda ſimul & immunda cogitatione non offeres orationem,* ſordibus mundetur anima, labia purificentur, diuerſis & venuſtis virtutum mens floribus niteat, vt ſic Deo purum offeras thymiama: ſic habet Hutbertus Archiep. (Hubertus Archiep.) ad Lullum Epiſt. 70. quæ eſt inter Epiſtolas Bonifacij primi Mogunt. Archiep. & martyris. *Hoc modo vobis diuinam clementiam complacare dignoſcimur, offerentes in ea orationum pura libamina.*

Oratio præcipue ſacerdotibus commendatur.

94. *Sume tibi aromata ſtacten, onycha &c. facieſque thymiama compoſitum, mixtum purum,* quod Aaron & filij eius adolebunt, & incendent, aliis autem nequaquam hoc permittitur, ſolis ſacerdotibus hoc iniunctum, vt agnouerint quod licet omnes orare debeant, ſed ad eam faciendam præcipue teneri, quaſi id ſit eorum proprium, Deumque deprecari: ſuffragatur (Theodulp. Pſalm. 118.) Theodulph. Aurel. Epiſc. Epiſt. ſacerdotibus conſcripta. *Oportet vos aſſiduitatem habere legendi, & inſtantiam orandi, quia vita viri iuſti lectione inſtruitur, ornatur, & aſſiduitate orationis munitur homo, iuxta illum qui dicebat Pſalm. 118. in corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi, hæc ſunt arma lectio & oratio quibus expu-* D *gnatur Diabolus; hæc ſunt inſtrumenta quibus æterna beatitudo acquiritur: his armis vitia comprimuntur, his alimentis virtutes nutriuntur.*

Oratio omnimodam ſpiret iuſtitiam.

95. *Sume tibi aromata ſtacten, onycha &c. facieſque thymiama compoſitum, mixtum purum,* Procopius, thymiama, inquit, quod præparatur ex multis, & inter ſe æqualibus ſpeciebus, varietatem iucundam orationis qua beatus vtitur indicat, de qua ſic loquitur is qui recte intellexit compoſitionem thymiamatis, dirigatur oratio mea, ſicut incenſum, ſiue thymiamata in conſpectu tuo: ſed cur ô Gazæe ſtacte, onyx, galbanum eius thymiamatis confectionem ingrediuntur? quid enim ſtacte & onyx cum oratione? quid galbanum cum precibus ha-A bet commune? tum cur hæc æqualis ponderis erunt? reſpondet nihilominus, *In huius compoſitione adhibetur ſtacte, nam os iuſti ſtillat ſapientiam, additur & onyx mire fragrans, proinde quidam in hunc modum loquitur, dixi annum. ... peccatum meum Domino, nam peccatum in homine omnium eſt extremum, quemadmodum & onyx id eſt vnguis in extremas humani corporis partes receſſit: Galbanum intellige petitionem magnarum & cœleſtium rerum, ſub thure pellucido accipe Dei collaudationem, quam orans vite peragit fretus diuina notitia, quatuor illas ſpecies eligi iubetur.* (Procop. Gazæus.)

Sanctitas quæ perficitur per temperantiam vt oportet, ita frænet corpus vt ſpiritui rebellionem non inferat.

96. *Sume tibi aromata ſtacten, onycha, galbanum & thus, facieſque thymiama compoſitum,* ſed æqualis ponderis erunt hæc omnia in compoſitione thymiamatis, quid refert, virum æqualis vel inæqualis ponderis, & menſuræ: cur ex his quatuor aromatibus quæ ſimilitudinem quatuor elementorum referunt, confici debet? nam teſte Baſil. Magno in cap. 1. Iſaiæ circa (Baſilius Mag.) medium; ſtacte quidem ad aquam refertur, onyx ad terram ob retorridam ariditatem, (Anaſtaſ. Sinaita.) galbanum ad ignem propter calorem præferuidum, thus vero aërem repræſentat, quod tranſparentis ſit & dilucidæ perſpicuitatis: idem habet quoad duo Anaſtaſius Sinaïta l. 6. anagog. contempl in hexamer. Suffitus inquit ſeu incenſum quod iuſſit Deus Moyſem C conficere, lege conſtituit vt eius compoſitio fieret ex terra & mari; ſtacte enim ortum habet ex terra, onyx autem conſtat ex mari: aduerte hoc thymiamate ſanctitatem animæ, quæ per temperantiam & ſobrietatem perficitur, poſſe intelligi: dic ergo hæc quatuor aromata debere eſſe æqualis ponderis, quia ſanctitas coniuncta temperantiæ vel ſobrietati, ita frænat corpus, vt ſe æquis viribus habeat ad non reſiſtendum ſpiritui. ſic præfatus Cæſareæ Epiſcopus. *Intelligimus incenſum iſtud eſſe corporis ſanctimoniam, quæ in anima perficitur per temperantiam & ſobrietatem, ſicut corpus ſe habet æquis viribus & citra rebellionem erga alias facultates animæ, quatuor enim hæc nempe aromata referuntur ad quatuor elementa, ob eam quam obtinent ſimilitudinem ad ea quibus corpora conſtant,* D *æquiponderis erunt, hoc eſt acres impetus ex intemperie ſubito orientes, & in abſurdas concupiſcentias erumpentes caſtigant, ad æquabilem temperaturam reuocabis.*

Virtutes Cardinales nec excedant nec deficiant, ſed medium teneant.

Sume tibi aromata ſtacten, onycha &c. æqualis ponderis erunt facieſque thymiama compoſitum, 97.
quid hæc quatuor aromata deſignare poterunt? quatuor virtutes cardinales: verum cur hæc aromatica ſpecies eiuſdem ponderis ſiue menſuræ debent eſſe in thymiamatis compoſitione? quia huiuſmodi virtutes vt ſunt perfectæ, nec deficere, nec excedere, ſed medium tenere debent. fauet Elias Cretenſ. comm. in 1. (Elias Cretenſ.) Epiſt. S. Greg. Naz. *Per compoſitionis numerum quatuor virtutes generales deſignari puto, hoc*

eſt fortitudinem, prudentiam, temperantiam, & A *iuſtitiam, cu ut maxime proprium eſt exceſſus ac defectus ſubtrahere, atque alterum alteri exæquare impetusque in præpoſteras & abſurdas cupiditates erumpentes reprimere, & ad æquitatem reducere.*

Chriſtus ſecundum naturam humanam patri ſuo gratiſſimum thymiama.

98. *Sume tibi aromata ſtacten, onycha, galbanum, & thus, facieſque thymiama compoſitum,* non pauci thymiamate Chriſtum D. intelligunt; quod minus bene dictum videtur, nam hoc thymiama mixtum dicitur, quod alienum eſt à Chriſto Domino, non enim miſcentur natura diuina & humana in eo: & quid hæc aromata cō- B mune habēt cū verbo incarnato, quibus tamē conficitur thymiama? verum Chriſtum aliquomodo dici miſtum poſſe nempe compoſitum compoſitione ineffabili, non tamen phyſica aut metaphyſica S. Patres aſſerunt: ſic enim B. Gregor. Naz. orat. 24. non longe à principio vocat nouam mixturam. Tertul. de carne Chriſti dicit in Chriſto hominem eſſe Deo mixtum, idem fere Hilarius lib. 2. de Trinit. circa finem, & Auguſt. Epiſt. 3. ad Voluſiam, ſicut homo eſt miſtura corporis & animæ, ita &c. & 4. de Trin. cap. 13. inquit, Deo verbo ad vnitatē cōmiſtus eſt homo, ſcio has omnes locutiones quæ miſturā indicāt ſiue mixtionem, non eſſe extendendas, ſed pie explicandas, à patribus enim ſolum ſunt vſurpatæ ad explicandam veritatem compoſitionis ineffabilis, in 5. enim Synodo actione 3. cano. 4. ſic habetur, ſi quis non confitetur vnionem ſecundum compoſitionem &c. & infra, & in 6. Synodo action. 4. quæ definitio probatur in actione 11. Epiſt. Sophronij, quo poſito dicamus Chriſtū Sophron. Dominum recte dici thymiama compoſitum, imo & ex quatuor aromatibus, ſcilicet ex quatuor elementis, in quantum homo eſt, & patri ſuo gratiſſimum. hæc habet præf. Elias. *Quoniam autem quidam etiam ad vnigenitum etiam* B *verbum, qui compoſitionem cauſa noſtra etiam ſuſcepit: ac Deus & homo extitit, thymiamatis compoſitionem retulerunt hac ratione, quatuor iſta ex quibus thymiamatis compoſitio fiebat quatuor elementa quæ in nobis ſunt deſignare putant, ex quibus natura noſtra agnoſcitur, quam ipſi in ſei- pſo œconomiam noſtram explens ex puriſſimis virginis ſanguinibus coagmentauit, ex quibus Chriſtus ſecundum carnem cognouimus thymiama Dei, & patris, qui cognitionis ſua odorem nobis in filio manifeſtauit.* Elias Cretens.

VARIET. LECT: à Verſ. 36. ad 38.

V*Vlg* Cumque in tenuiſſimum puluerem vniuerſa contuderis, pones ex eo coram tabernaculo teſtimonij, quo loco apparebo tibi, Sanctum ſanctorum erit vobis thymiama.

Sept. Et concides de illis minutim, & pones contra teſtimonia in tabernaculo teſtimonij, vnde innoteſcam tibi inde.

Cald. Et contundes ex eo, & comminues, & pones ex eo coram teſtimonio, in tabernaculo fœderis, vbi conſtituam verbum meum ibi.

Pagn. In quo conueniam tecum ibi.

Cajet. In quo ero paratus tibi.

Vulg. Talem compoſitionem non facietis in vſus veſtros, quia ſanctum eſt Domino.

Sept. Secundum compoſitionem hanc non facietis vobis, sāctificatio erit vobis Domino.

C *Onk.* Et iuxta thymiamatum incenſum quod facies.

Cald. Et thymiama aromatum quod facies, non facietis vobis ſimile ei.

Arias Et ſuffimentum quod facies in pondere eius, non facietis vobis.

Pagn. Et ſuffimentum quod facies ſecundum ſupputationem eius.

Vulg Homo quicumque fecerit ſimile, vt odore illius perfruatur, peribit de populis ſuis.

Sept. Vt olfaciat in eo.

Cald Ad adolendum in eo, exterminabitur de populo ſuo.

Onk. Extenuabitur, *Arias Vatab. Pagn.* Excidetur, *Lippom.* Eradicabitur.

CONCORDIA.

Licet in Hebræo nihil videatur dictum de puluere, ſed tantum de contuſione, & tenuitate, nihilominus certum eſt dictionē דקה hadex minutum ſiue comminutum & quaſi pilo tuſum, item tenuiſſimum puluerem ſignificare: Vulg. habet talem compoſitione, Hme- D braicè שחק & vehaket & ſuffimentum, id eſt, thymiama, ſed idem eſt ſenſus, nam prohibetur compoſitio thymiamatis, verbum נכרת nikrat non ſolum peribit, ſed etiam exterminabitur, excludetur, eradicabitur, recte redditur.

EXPOSITIO.

C*Vmque in tenuiſſimum puluerem omnia contuderis,* facta mixtione ab aromatario ex eo, id eſt ex illa compoſitione aliquam partem prout expedire videbitur miniſtro, conteret & in puluerem tenuiſſimum reducet, *poneſque*, nō incendendo vel adolendo, ſed ibi ſtatues, vt paratum ſit ſacerdotibus quotidie ad adolendum ingredientibus, *coram tabernaculo teſtimonij*; in altari thymiamatis, quod eſt coram vel ante tabernaculum teſtimonij, id eſt ante Sanctum ſanctorum, *in quo loco* nempe in tabernaculo *apparebo tibi* per ſpecialem præ-

ſentiæ meæ manifeſtationem, *Sanctum ſancto-rum erit vobis*, id eſt ſanctiſſimum.

Talem compoſitionem, nempe thymiamatis, *non facietis* ſecūdum omnia quæ ibi immiſcētur, neque ſecundum quantitatem *in vſus veſtros*, nam Dei cultui conſecratum, aliquibus vero ex his aromatibus dummodo non eſſent ſecundum ſupputationem eamdem, vti lice- A

bat in priuatos vſus, quia talis compoſitio & ſecundum talem ſupputationem erat Deo conſecrata, *homo quicumque fecerit ſimile vt odore illius* perfruatur quaſi ſacrilegus & diuino cultui iniurius, *peribit de populis ſuis*, pœna capitali plectetur, & peccans mortaliter, niſi reſipuerit, æternaliter damnabitur.

CONCEPTVS.

Quæ ſub puluere ſunt, Deo gratiſſima.

99. *Cum in puluerem tenuiſſimum contuderis vniuerſa ex eo, coram tabernaculo teſtimonij*, expende quando aromata iubeantur poni in tabernaculo, vt Deo placeant eiuſque præſentiam mereantur, nempe cum in puluerem redacta ſunt: nonne integra ſunt optimi odoris? B nonne cum ſunt in compoſitione thymiamatis, ſuauiſſime ſpirant? cur ergo conteri & in puluerem iubent redigi? quia quæ ſub puluere ſunt, & quaſi annihilatione Deo gratiſſima; *Notandum* (ait D. Petrus Damian. l. 8. Epiſt. 9.) *quod de aromatum puluere dicitur, pones ex eo coram tabernaculo teſtimonij, quia tunc nimirum bona noſtra veraciter in conſpectu ſuperni iudicis placent, cum hac mens ſubtilius recogitando contexit, & quaſi de aromatibus puluerem reddit*, virtutes tuas quaſi in puluerem & hunc tenuiſſimum redigas omnibus aromaticæ & Deo acceptæ.

S. Petrus Damian.

Veræ exteriores corporis afflictiones, & macerationes, indices ſunt perfectæ in anima ſalutis.

100. *Cum in tenuiſſimum puluerem contuderis vniuerſa, pones ex eo corā tabernaculo*, & quid inde? *apparebo tibi*, merito aromata omnia iubentur contundi, cōteri, imo & in puluerem tenuiſſimum redigi, vt ab intimo tabernaculi Deus appareat, vix enim aliquid poteſt apparere diuinum intrinſecus, niſi inter contuſas & confractas carnis delicias, niſi inter contortiones & afflictiones: ſic enim ad ſponſam dicit Dominus Cant. 4. ſicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ; expende quid præ ſe ferat ſponſa in facie, nimirū fragmina mali punici, huiuſmodi confractio poteſt ne aliquid bonū protendere in Dei ſponſa! vnde potuerūt placere genæ in fragmine diuiſæ? non equidem turpis eſt in D diuina ſponſa confractio illa, ſed fidelis index internæ pulchritudinis. Do Gillebert. Abb. ſerm. 23. in Cant. *Bona equidem hæc fractio, per quam interior cœpit virtus eminere, & quæ in carnis cortice continebatur erumpere gratia*, per hæc fragmenta ſalutis ſe nobis libertas effudit, per fragmina, per carnis vulnera, per miſerationes, per contuſiones, intimæ ſe oſtendit ſpecies ſalutis.

Cant. 4.

Gillebert.

Opera noſtra bona nec pauca ſint ſed plura.

101. *Cum in tenuiſſimum puluerem contuderis vniuerſa, pones ex eo coram tabernaculo teſtimonij*, cur contundenda? & ſi hoc neceſſarium eſt, vt gratiorem ſpirent odorem, cur in puluerem redigenda, & hunc non qualemcumque ſed tenuiſſimum? ſi per aromata intellexit S. Greg. 1. moral. c. 39. bona opera, merito contundenda, & in puluerem tenuiſſimum redigenda, ſunt enim ſemper multiplicāda, ſi fieri poſſit. ſubricio verba S. Doct. *Tum in puluerē tenuiſſimum, cum bona noſtra in pilo cordis occulta diſcuſſione contundimus, & ſi veraciter bona ſint, ſubtiliter retractamus; curandum itaque eſt ne bona noſtra pauca ſint, curandum ne indiſcuſſa, ne aut pauca agentes, inueniamur ſteriles, aut indiſcuſſa relinquentes, vt ardes.*

S. Greg. Magnus.

Tunc opera noſtra bene Deo placent, cum diſtrictius examinata ſunt.

Cum in tenuiſſimum puluerem contuderis vniuerſa, pones ex eo coram tabernaculo teſtimonij, cur cum contuſum fuerit, & in tenuiſſimum puluerem thymiama, tunc coram teſtimonij tabernaculo? cur non antea? cur non integra, cum odorifera? quia bona opera Deo placere C non videntur, nec digna ſuo conſpectu, ſi non diſcuſſa, ſi præuio examine non contrita vſque ad tenuiſſimum puluerem, vſque ad vltimam circumſtantiam, ſic enim præf. S. Doctor. *Aromata ergo in puluerem redigere, eſt virtutes recogitando terere, & vſque ad ſubtilitatem occulti examinis reuocare: & notandum quod de eodem puluere dicitur, pones ex eo coram tabernaculo teſtimonij, quia tunc nimirum bona noſtra veraciter in conſpectu iudicis placent, cum mens hac ſubtilius recogitando conterit, & quaſi de aromatibus puluerem reddit.* 102.

Præfat. S. Doctor.

Omnium creaturarum laudis oratio, gratiſſimum Deo incenſum.

Cum in tenuiſſimum puluerem contuderis vniuerſa, pones ex eo coram tabernaculo teſtimonij, 103. hoc thymiama quatuor conficiebatur aromatibus, quæ (vt diximus) quatuor elementorum ſimilitudinem referebant, incenſum, hoc etiam videmus Apocal. 4. Deo oblatum in cœlo à viginti quatuor ſenioribus: quid eſt quod in cœlo offeratur & in terra, ſed in ea quaſi ex quatuor elementis compoſitum? niſi quod omnium creaturarum laudis oratio gratiſſimum Deo incenſum eſt, & vt habet S. Iſidor. Hiſpal. *Incenſum eſt quod ex quatuor odoratiſſimis generibus in maximam ſubtilitatem comminutis componitur, hac in forma orationum fidelium conſtitutam eſſe, B. Ioann. Apoſt. Apocalypſ. oſtendit, & illi viginti quidem quatuor ſeniores preciderunt ante agnum, habentes vnuſquiſque cytharas, & phyalas aureas plenas incenſo, quæ ſunt orationes ſanctorum: quamquam ſpecies quatuor elementorum horum, quatuor odorum naturæ ſignificare*

S. Iſidor. Hiſpal.

Apocal.

videantur, vt thus quod perinnendum eſt, aeri temporetur, ſtaƐte vero aquis, galbanus vero & onyx terra atque igni, vt per hæc omnium quæ in cœlo & infra cœlum & in terra, & in aquis, ſicut placitum Deo incenſum, ſit hoc creaturarum laudis oratio.

In confeſſione omnia omnino diſcutienda ſi Deo placere velimus.

104. *Cum in tenuiſſimum puluerem contuderis vniuerſa, pones ex eo coram tabernaculo teſtimonij,* non prius hæc aromata Deo offerantur, quam in puluerem non qualemcumque ſed minutiſſimum redigantur: nonne ſatis erat thymiama compoſitum & purum? aduerte ex Procopio onychem confeſſionem denotare, nam peccatum in homine, omnium extremum eſt, ſicut onyx id eſt vnguis, in extrema parte corporis eſt, offerimus autem onychen Deo, cum peccatum confitemur, cum regio Pſalmiſta dicante, annunciabo peccatum meum Domino, merito ergo iubet vt in minutiſſimum puluerem redigatur, quia in confeſſione, ſi Deo placere velis, omnia omnino diſcutienda, & omnia conterenda. ſubiicio verba Gazæi. *Oportet vos in minutias ſecare peccatum, ſcilicet per ſpecies, & ſingulatim noſtra peccata confitendo, quod docemur quidem per onycha.*

Procop.
Gazæus.

Non tui lucri gratia diuinas exponas ſcripturas.

105. *Cum in tenuiſſimũ puluerem vniuerſa contuderis, pones ex eo corãt abernaculo teſtimonij,* talis autẽ compoſitio non fiat in vſus veſtros, Deo enim conſecratum: ſi ſuauiſſimum & optimum, cur humanis non inſeruis vſibus, & præcipue proprijs? Preſbyter Rhemenſis per hæc quatuor aromata, quatuor Euangeliorum libros intelligit: ſic enim ait

Verba noua legit, ſpecies & aromata ſignant,
Ex quibus in mundo ſpirat amœnus odor.
Paulus in his ſapiens fuit vnguentarius, atque
Singula diſpenſans, & bene ſcripta terens.
In quo ſe dixit Deus apparere, beatos
Scripturæ libros denotat ille locus.

Quid mirum igitur, ſi inhibeat Deus thymiamatis vſum in profanos vſus? nam non tui lucri gratia, ſed Dei honoris & ædificationis omnium, diuinæ aperiendæ ſunt ſcripturæ, ita Præfat. Riga.

Non talis veſtros confeƐƐio ſit in vſus, Petrus
Vt tua non quæras, ſed lucra ſola Dei. Riga

Deus non permittit ſuorum beneficiorum nos eſſe immemores.

Cum in tenuiſſimum puluerem contuderis vniuerſa, pones ex eo coram tabernaculo teſtimonij, 106.
quodnam beneficium accipient, ex eo quod tuis paruerint iuſſis, thymiama in tenuiſſimum puluerem contuſum, coram tabernaculo, vt ſuauem ibi ſpiret odorem, thymiama ponẽtes? *Ibi apparebo tibi* Cald. *conſtituam verbum meũ ibi.* Pag. *conueniam tecum ibi*, hoc ſingulare ſane beneficium, & eximia gratia, ſed nonne pluries antea idem beneficium conferendum promiſiſti? cur denuo illud repetis? quia non vult Deus ſuorum nos immemores beneficiorum, *ſæpe hoc repetitur* (inquit Cajet.) *ad imprimendum mentibus humanis magnitudinem tanti beneficij.* Cajetan.

Aromaticæ ſpecies odorem ſuauiorem redolent contuſæ, & virtutes in tribulationibus gratiorem etiam ſpirant.

Cumque in tenuiſſimum puluerem contuderis, 107.
pones coram tabernaculo teſtimonij, integrum ponatur coram eo thymiama odoriferum, cum quæ perfecta & integra ſunt, magis placere et videntur, cur ergo in tenuiſſimum puluerem contundendum? quia ſpecies aromaticæ integræ non ita odorem ſuum ſpargunt, vt contuſæ ac fractæ: ſic nec virtutis odorem vir iuſtus latius ſparget ac diffundet, niſi tribulationibus frangatur, & conteratur. ad hunc ſenſum vocanda ſunt quæ habet Petrus Damian. ſerm. in Aſſumpt. B. Virg. qui ita ſcribit. *Species quidẽ integræ odorem ſuum reddunt, ſed non tantum quantum confractæ, crebris enim tunſionibus ſupertritæ remotiorem etiam locum odorifera conſperſione refundunt: ſic & virtutes in pace quidem fortiter redolent, ſed fortius in tribulatione, quia virtus in pace acquiritur, in perſecutione probatur, approbatur in victoria.* Idem voluit Abb. Cellenſ. lib. 5. Epiſt. 4. dum ait, *Species aromatica piſtillorum tunſione fragraſcit, virtus quoque bonorum aduerſariorum infeſtatione laceſſita ſlorens vernat & fructificat.*

Petrus Damian.

SYNOPSIS
CAPITIS XXXI.

Eliguntur & nominantur à Deo Beſeleel ex tribu Iuda, & Ooliab ex tribu Dan in artifices totius tabernaculi, imo & in præfectos & magiſtros artificum aliorum. iteratur ſeuere obſeruatio Sabbathi, dantur Moyſi duæ teſtimonij lapideæ tabulæ, Dei digito ſcriptæ.

VARIET. LECT. à Verſ. 1. ad 5.

VLG. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen dicens. A

Cald. Cum Moyſe.

Vulg. Ecce vocaui ex nomine Beſeleel filium Vri, filij Hur de tribu Iuda.

Sept. Ecce reuocaui ex nomine Beſeleel filium Vrij qui Or.

Pagn. Vide, vocaui per nomen Beſalel filium Vri, filium Chur.

Vulg. Et impleui eum ſpiritu Dei, ſapientia, & intelligentia, & ſcientia in omni opere.

Cald. Et impleui eum ſpiritu à facie Dei in ſapientia, in intellectu, & in ſcientia & in omni opere.

Onk. Et impleui eum ſpiritu Prophetiæ, à facie Domini.

o *Vatab.* Repleui omni arte.

Mont. Omni opificio.

Leonard. Impleui eum ſpiritu vel ſcientia Angelorum. B

Vulg. Ad excogitandum quidquid fabrefieri poteſt ex auro, & argento, & ære.

Sept. Excogitare & architectonari, operare aurum, & æs, & hyacinthum, & purpuram & coccum netum, *in aliis codicibus*, & byſſum tortam.

Cald. Ad docendum artifices vt faciant in auro.

Pagn. Ad cogitandum.

Mont. Ad faciendum cogitationes.

Vulg. Marmore, & gemmis, & diuerſitate lignorum.

Sept. Et lapidaria, & ad opera fabrilia lignorum, ad operandum ſecondum omnia opera.

Cald. Et in opere lapidis pretioſi, ad implendum cælaturas, & in arte fabri lignarij, vt faciant in omni opere.

Onk. In artificio lapidis pretioſi ad includendum.

Pagn. Et in fabrefactione lapidis ad implendum, & in fabrefactione ligni.

Vatab. Et in arte gemmaria ad implendum.

CONCORDIA.

IN Hebræo, loco *ecce* eſt ראה rees, hoc eſt vide, ita habet Cald. ſed idem eſt vtriuſque ſenſus: ſpiritu Dei in Hebr. eſt רוח אלהים ruah Elohim, & cum Elohim denotet etiam Angelos, ideo Leonardus reddidit ſpiritum Angelorum, ita vt ſit paraphraſis ſummæ ſcientiæ,
Cor. 13. quomodo Apoſt. 1. Corinth. 13. linguam Angelorum poſuit pro ſumma eloquentia, Onkelus dixit ſpiritum Prophetiæ; licet verum ſit quod eum habuerit, non tamen ex nomine Elohim deducitur. Vulgatus ad excogitandum, in Hebr. ad cogitandum cogitationes, ad faciendum in auro. Sept. excogitare, architectonari, operari aurum expreſſius explicant quam vulgat. hæc duo inventionem fabricandi, & ipſam fabricam, quæ in ſermone diſiuncta ſunt, aliqui enim artifices aliquid adinueniunt, quid faciendum, neutiquam

autem id facere poſſunt, & alij è contra, & licet vtrumque hic non expreſſerit Vulgatus, tamen infra cap. 33. vtrumque habet, ait enim impleuit eum ſpiritu Dei, ad excogitandum & faciendum. Septuaginta poſt illud membrum, *& æs*, addiderunt & hyacinthum & purpuram & coccum netum, quæ in Hebræo non ſunt, tamen hæc addita non reiicienda, cum ad tabernaculum hæc omnia neceſſaria fuerint. Vulgatus, *& marmore*, quod ad mar- A mor non eſt in Hebræo, nec eſt apud Septuaginta & mirum videtur cur ſic interpres reddiderit, cum in tota ſuperiori fabricæ tabernaculi præſcriptione, nuſquam facta ſit illius mentio: vnde dicendum quod ponitur hic ſpecies pro ſpecie, marmor inquam pro aliis gemmis, vel peritia laborandi in marmore ponitur tanquam ſignum peritiæ generalis, circa omnem lapidum ſculpturam.

EXPOSITIO.

E*Cce vocaui ex nomine Beſeleel*, Hebraiſmus præ aliis elegi, per catachreſim enim ponitur vocaui, pro deſignaui, vel elegi, qui enim ab hominibus deſignantur vel eliguntur B magiſtratus aut præfecti, ſolent ad hunc ſtatum nominatim euocari, *filium Huri*, filij Hur, Hur enim fuit eius auus, qui ſponſus fuit Mariæ Moyſis ſororis.

Et impleui eum ſpiritu Dei, Hebraiſmus, idem eſt quod ſpiritu meo, vocat autem Deus architectonicam induſtriam ſpiritum ſuum, quia ipſe eſt omnis boni etiam naturalis collator, loquitur autem Deus de ſe more Hebræo, tanquam de aliquo tertio, *ſapientia, intelligentia & ſcientia*, in ordine ad mechanica & artificioſa, non enim ſapientia eſt hic rerum diuinarum cognitio, ſed ſumitur ſcientia hic pro prudentia, nempe recta ratione agibilium, vtrum autem hæc à Deo infuſa fuere totaliter, non ita certum, *in omni opere*, nempe mechanicorum, *ad excogitandum*, quidquid fieri poteſt ex ære non autem ſolum ad excogitandum, ſed etiam ad faciendum, vt diximus in concordia, quæ conſulenda eſt pro huius dictionis & eorum quæ ſequuntur intelligentia.

CONCEPTVS.

Cum Deus aliquem eleuat, bona ei multiplicat.

1 *Ecce vocaui ex nomine Beſeleel de tribu Iuda*, C vt ei committam ædificandi tabernaculi & eorum quæ ad illud neceſſaria etiam decoris & ornamenti gratia, curam. verum cur de tribu Iuda obſeruatur fuiſſe? quamuis enim fuiſſet alterius, dummodo ſpiritu Dei, ſapientia, intelligentia ſcientiaque in omni arte repletus eſſet, ita perfectè ea omnia abſoluiſſet ſicut Beſeleel; nonne hanc tribum ad regni dignitatem & maieſtatem præordinauerat? quid mirum igitur ſi hunc ei honorem impendit, vt ſit ſui tabernaculi ædificandi artifex? *Solent* Oleaſt. *enim principes* (inquit Oleaſt.) *cum aliquem è puluere extollunt, in immenſum magnificare, quod Dominum feciſſe tribui Iuda ex multis locis deprehendes ipſam ad regnum extulit, ducem in cunctis præliis conſtituit, & ita euexit, vt præ cæteris ad fabricam opificij ſui, ſuo ſpiritu im-* D *pleuit eos & inter omnes alias tribus delegerat.*

Nihil temere aggrediendum, & ſine præmeditatione operandum.

2 *Ecce vocaui ex nomine Beſeleel, & impleui eum ſpiritu Dei ad excogitandum quidquid fabrefieri poteſt*, ex Hebræo ad cogitandum cogitationes: nonne ſufficis quod cogitet? ad quid additur cogitationes? ſi enim cogitat, cogitationes in eo ſunt: tum, cur Vulgatus non ait cogitauit ſimpliciter non autem excogitauit? ſane excogitare dicit profundam animi cogitationem ad aliquid agendum præuia meditatione: emphaticè ergo poſuit, *Excogitauit*, Vulgatus ſicut Hebræ. cogitauit cogitationes, ad innuẽdum quod non temere aut ex abrupto, aliquid aggrediendum, nec ab ipſis artificibus peritiſſimis, ſed præuia meditatione, imo iterata cogitatione, ſiue excogitatione omnia facienda.

Omnia quæ Dei ſunt, ex ſpiritu Dei agamus.

Ecce vocaui ex nomine Beſeleel, & impleui 3 *eum ſpiritu Dei, ſapientia, intelligentia in omni opere*, nempe mechanico reſpectu tabernaculi conſtruendi, & quæ ad ornamentum illius ſpectant, perficiendi; nonne ſatis erat dixiſſe prudentiam & ſcientiam ei indidiſſe in omnibus operibus his mechanicis perfecte abſoluendis? cur igitur præponit & ſuo ſpiritu impleuiſſe? nam certo certius hæc dona nempe ſapientiam, intelligentiam & ſcientiam à Deo deriuari; bene ſpiritu Dei repleuiſſe dicit in tabernaculo conſtruendo, quia omnia quæ Dei ſunt, quæ ad ſuum pertinent cultum, ex ſpiritu Dei agenda ſunt. obſeruatio eſt Luſitani. Luſitani. *Expende qualiter Dominus nihil humani in ſuo voluerit opificio, licet enim hominem elegerit, non tamen alium quam quem ex nomine cognominarat, & cui artem infuderit; vt ex hoc loco diſcamus in operibus quæ Deo operamur, omnem ſecludere humanum affectum, & cuncta facere ex ſpiritu Dei.*

Obtemperans Dei mandatis ex gratia illius habet artem, & gratiae ex ſua immenſa charitate.

Ecce vocaui ex nomine Beſeleel filium Huri filij Vr, an myſterio vacat, quod hîc Beſeleel 4

tales

tales habuerit progenitores huri, & vr, cum hic memorantur, dicat Deus, vocaui ex nomine Beſeleel, vel eum præ cæteris elegi, vt mihi tabernaculum construat: aduerte ex Ioanne Ruiſbroch. c. 10. comment. de taber. fœderis, Beſeleel idem eſſe ac obtemperans morigerumque liberum arbitrium. hur ſi Latine interpreteris, ſonat ignem, quo Christus adumbratur, huri illuminator meus, Dei autem gratia illuminamur. bene ergo Beſeleel ex vri originem, ſicut huri ex vr principium generationis trahit, quia obtemperans Dei mandatis, ex gratia illius habet ortum, gratia autem ex ſua immen-
Ioa.Ruisb. ſa charitate. ſubiicio verba Contemplatoris. *Hur ſi Latinè interpreteris ignem ſonat, & poteſt apte æternæ nobis charitatis Dei ignem ſignificare, quæ fons eſt & origo cuiuſlibet generationis cum gratia coniunctæ: ex huri porro, id eſt ex hac ſempiterna Dei charitate, huri id eſt diuina naſcitur gratia. huri namque idem eſt quod longitudo mea, vel illuminator meus, diuina namque coruſcatio gratiæ eſt illuminatrix, interiores illuſtrans oculos. ſi veritatis iter abſque errore ducens, finemque ac vitam in qua bona cuncta abdita latent demonſtrans.*

Qui ſub Dei protectione, Dei tabernaculum debet ædificat.

Ecce vocaui ex nomine Beſeleel, ipſum elegi vt
A tabernaculũ mihi ædificet, cur potius Beſeleel quam quilibet alius? an viduum eſt myſterium eius nomen? Strabus, *interpretatur ſub vmbra Dei, aut protectione Dei*; quid mirum igitur ſi ipſe præ aliis omnibus eligetur? nam quis melior artifex ædificando tabernaculo quam qui ſub Dei protectione laborat? Strabus.

Non vni omnia vult Deus committere peragenda.

Ecce vocaui ex nomine Beſeleel, cui ſcientiam, ſapientiam & intelligentiam infudi circa mechanica in conſtruendo tabernaculi neceſſaria: cur ſibi ſeruo fideliſſimo Moyſi hæc dona non conceſſit? ipſi denegauit? dices non denegaſſe ſpeculatiue, ſed ſolum practice; verum cur etiam practice ea dona non tribuit? nonne **B** in regimine & directione populi ſatis occupatus, ita vt aliquando ſocer eius eum redargueret, quod ſolus ſedaret totius populi lites & controuerſias dirimeret, conſuluitque vt alios iudices ſubſtitueret, qui omnium cauſas audirent ferrentque ſententiam? quid mirum igitur ſi tabernaculi conſtruendi onus ei non impoſitum? non enim vni Deus vult omnia peragenda committere. 6.

VARIET. LECT. Verſ. 6.

V*Vlg.* Dedique ei ſocium Ooliab filium Achiſamech, de tribu Dan, & in corde omnis eruditi poſui ſapientiam, vt faciant cuncta quæ præcepi tibi.

Sept. Et ego dedi illum &c. omni intelligen-C ti corde dedi intellectum, & elaborabunt omnia quæcumque præcepi tibi.

Cald In corde omnium ſapientum corde, dedi ſapientiam.

EXPOSITIO.

D*Edique ei ſocium Ooliab*, qui etiam prudentiſſimus artifex fuit, cum ex tanta hominum multitudine ſocius Beſeleel ad tam eximium opus perficiendum electus fuerit, *& in corde omnis eruditi poſui ſapientiam*, prudentiam in mechanicis, *vt faciant cuncta quæ præcepi tibi*; **D** nam præter Beſeleel & Ooliab qui omnibus operibus tanquam magiſtri præfuerunt, eaque direxerunt, alij etiam multi ad ea conficienda fuerunt euocati, quos perfectiore impleuit ſcientia, addens quod illis deerat.

CONCEPTVS.

Tuetur Deus quem ex nomine appellat.

7. *Dedique ei ſocium Ooliab*, quem ex nomine vocauit ſicut Beſeleel, vt præficeret eum operibus tabernaculi. ſed cur à Deo vterque nominatus? dices vt vtriuſque nominis appellatione mutuam inter ipſum & illos familiaritatem teſtaretur. ſed dicamus cum Cardinali Caiet. propterea ſic à Deo nominatus ne quis ſe eis opponere auderet, ac ſi nullius inuidiam ſibi conflare poſſint, qui tantam Dei beneuolentiam (qualis eſt ex nomine à Deo vocari) haberent: ſic autem ait Caiet. *Nominauit pro principali artifice iſtum, ne quæſtio oriretur ſuper hoc*, & certe qui ſic à Deo vocatur nihil ſibi timendum eſt, vt ipſemet Deus teſtatur Iſaiæ 4. noli timere quia redemi te, & vocaui te nomine tuo, nominatus à me, omnem timorem exclude, animumque perfectiſſime ſerena.

Duo amici & ſocij, quid non poſſunt perficere?

Dedique ei ſocium Ooliab, nonne ad faciendum tabernaculum iam elegeras optimum artificem Beſeleel, quem tuo ſpiritu repleueras? ſapientia, intelligentia, & ſcientia in omni opere ornaueras? quare ergo quaſi nulla artis præſidia eatenus illi contuliſſes, addidiſti ei ſocium Ooliab paribus artis ſuffragiis inſtructum? quaſi quod opus neuter aggredi auderet alterius, vterque opera adiutus fœliciter inchoaret. ac ſi ad quodlibet audendum plus animorum coniunctio quam cœleſtium donorum effuſio 8.

quodammodo ferret: videtur hoc annuiſſe S. A
S August. Augu.lib.de amicitia c.5. ſi eius eſt illud opus, cum de optima ſocietate & amicitia ſic loqoitur. *In rebus humanis nihil ſanctius appetitur, nihil experitur dulcius, nihil fructuoſius tenetur,* pende nihil fructuoſius tenetur, & colliges quid duo fideles ſocij non perficient.

Deus non vult videri perſonarum acceptor.

9. *Dedique ei ſocium Ooliab de tribu Dan,* nonne Beſeleel nobiliſſimæ tribus eſt nempe regiæ? cur ergo ei ſocium ex abiectiſſima & humillima, nempe è tribu Dan aſſignas? nonne Beſeleel eum ſibi tanquam in nobilitate inferiorem deſpicabitur? elige ergo ei ſocium eiuſdem tribus & nobilitatis; artifices nobiliſſimæ & abiectiſſimæ tribus eligit, vt perſonarum acceptor non videatur. ſi enim ſolum ex vna & hac B nobili tanto operi deſtinaſſet, videretur eam omnibus alijs præferre, non ſine aliarum querimonia.

Serui Dei non dedignentur ſocios ſibi aſſignari.

10. *Dedique ei ſocium Ooliab de tribu Dan,* cur non conqueritur Beſeleel ſpiritu Dei præditus, ſapientia & intelligentia in omni opere faciendo inſtructus, ſibi ſocium aſſignari, quaſi ſolus donis cœleſtibus adiutus, omnia perficere non poſſit? cum ſit ſeruus Dei Beſeleel, non conqueritur, non fert moleſte, ſerui enim Dei cum ſua non quærant, ſed Dei, libentiſſimè ſocios ſibi aſſignatos admittunt. *Non indignatur* (inquit
Olcaſt. Olcaſt.) *Beſeleel alterius ſocij conſortium, quemadmodum mundi artifices ac principum miniſtri: ſerui Dei libenter ſocietatem admittunt, quia non tam ſua quærunt quam quæ Domini, ſerui vero principum quia quæ ſua ſunt quærunt, non quæ ad principem pertinent, comitem reſpuunt & torue aſpiciunt: apud Lucam conqueritur Martha, quod ſoror Maria eam ſolam reliquerit in miniſterio Dei, quoniam tam magnum æſtimabat cum Dominum, vt non ſola ad eius miniſterium ſufficeret, ideo ſororem in adiutorium à Chriſto poſtulat.* C

Inuidiæ occaſionem amouet Deus.

11. *Dedique ei ſocium Ooliab, & in omni corde eruditi poſuit ſapientiam,* vt ſcilicet omnia perfecte abſoluerent: non ſolum nouarum artium peritiam indidit Dominus, ſed etiam humano ingenio & labore acquiſitas auget & perficit, & credibile eſt tam nouas, quam auctas omnibus acquiſitis fuiſſe perfectiores. ſed cur præ omnibus aliis artificibus eos ita perficit? cur in D omni eruditor opere reddit? ne ſi eos ſibi non æquales alij agnoſcerent, & ita ſibi præfici in tabernaculo conſtruendo in eos, inuidia tabeſ-
Luſitanus. cerent. ita Luſit. *Ideo hoc feciſſe credo, ne antiqui artifices erga duos inuidia torquerentur.*

In quolibet tabernaculo Dei etiam myſtico interuenit S. Trinitatis myſterium.

12. *Dedique ei ſocium Ooliab,* Ooliab interpretatur protectio mea pater: & Beſeleel in vmbra Dei. cur hæc duo, qui patrem æternum, & Spiritum Dei denotant (Beſeleel enim cuius ethymologia eſt vmbra Dei, eum denotat, ſecundum illud; & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi) ad tabernaculi ædificationem aſſumuntur? quia in quolibet tabernaculo Dei etiam myſtico conſtruendo, interuenit Pater & Spiritus ſanctus, quid? an alia perſona nempe verbum non etiam reperitur? audiamus Strabum Fuldenſem, hîc ſic ſcribentem. *In* Strab. Ful.
conſtructione tabernaculi, myſterium Trinitatis oſtenditur, ſicut in baptiſmo & Transfiguratione Chriſti: in baptiſmo enim voce ſonuit Pater, & filius baptizatus, atque in ſpecie columbæ apparuit Spiritus ſanctus: pari modo hîc Ooliab qui interpretatur protectio mea, Pater, patris perſonam ſignificare, Beſeleel qui idem eſt quod in vmbra Dei, ſignificat Spiritum ſanctum, de quo dicitur, virtus Altiſſimi, id eſt Spiritus ſanctus, obumbrabit tibi, iuſſio autem id eſt verbum, quo tabernaculum fieri iuſſum eſt, Filius ſuper quem Pater in virtute Spiritus ſancti omnia operatur. Sancta enim Trinitas tam tabernaculum hoc materiale quam eius antitypum, Eccleſiam & animas ſanctas ſibi in tabernaculum ædificat, & efformat.

Etiam ſcientia artium mechanicarum à Deo eſt.

Dedique ei ſocium Ooliab, & in omni corde eruditi poſui ſapientiam, vt faciant omnia quæ præcepi tibi, omnia nempe quæ tabernaculum ſpectant, & ornatum, quorum perfectio ab arte mechanica pendet: artifex enim peritiſſimus ea poſſet abſoluere. cur ergo neceſſe eſt, vt iis qui tabernaculo conſtruendo deſtinati ſunt, in- 13.
C dat ſapientiam, concedat ſcientiam & intelligentiam? quia ſcientia artium mechanicarum à Deo authore eſt. *Beſeleel & Ooliab* (inquit
Gerard Lorich.) *dicuntur impleti ſpiritu ſapientiæ: inde liquet omnem ſcientiam eſſe à Domino: nam ſi regna & cætera temporalia ſunt Dei munera, quis neget animi bona Deo eſſe accepta referenda?* & Lippom. *Vides hîc quod omnis ſapientia in cor hominis deriuata à Domino eſt.* Girard. Lor. Lippom.

Qui mandata Dei adimplent, verè ſunt ſapientes.

Dedique ei ſocium Ooliab, quem etiam ſicut Beſeleel repleui ſpiritu ſapientiæ & intelligentiæ, deinde proſequitur, *& in omni corde eruditi ſcientiam.* ad quid? vt faciant omnia quæ præcepi tibi; cur his omnibus artificibus 14.
D ſapientiam dediſti? vt faciant inquit, quæ præcepi. & merito, qui enim Dei adimplent præcepta, verè cenſentur ſapientes. ſic Philipp. Philipp.
Abb. lib. de ſalute primi hominis c.7. *Hoc dilectio veſtra nouerit, quia illos præcipuè commendat propheta Pſal. 102. qui memores ſunt mandatorum Dei ad faciendum ea. vnde colligi poteſt quia non infructuoſe à Domino Beſeleel vocatur, cui datur ea gratia, vt faciat quod mandatur; præſertim cum impletus Spiritu Dei dicatur ex nomine vocari, quod niſi de iuſtis dictum raro poteſt inueniri.* 15.

VARIET. LECT. à Verſ. 7. ad 11.

A

VVlg. Tabernaculum fœderis, & arcam teſtimonij, & propitiatorium, quod ſuper eam eſt, & cuncta vaſa tabernaculi.

Sept. Et appatatum tabernaculi.

Pag. Tabernaculum Eccleſiæ, *Mont.* conuentus, *Alij.* teſtimonij.

Vulg. Menſamque & vaſa eius, candelabrum puriſſimum, cum vaſis ſuis, & altaria thymiamatis.

Sept. Altaria, & menſam, & omnia vaſa eius & candelabrum parant, & labrum & baſim eius, *Cald.* & altare ſuffimenti.

Onk. Et altare incenſi thymiamatum.

Vatab. Et altare thymiamatis.

Vulg. Et holocauſti, & omnia vaſa eorum, labrum cum baſi eorum.

Cald. Laterem & baſim eius.

Pag. Concham, *Alij.* peluem cum baſi eius.

B

Vulg. Veſtes ſanctas in miniſterio Aaron ſacerdoti, & filiis eius, vt fungantur officio ſuo in ſacris.

Sept. Et ſtolas miniſtratorias Aaron, & ſtolas filiorum eius, ad ſacerdotium fungendum mihi.

Pag. Et veſtes miniſteriales.

Cald. Veſtes miniſterij veſtes reſiduas.

Oleaſt. Veſtes reſiduas.

Arias. Veſtes ſanctitatis ſacerdoti Aaron.

Vulg. Oleum vnctionis & thymiama aromatum, in ſanctuario, omnia quæ præcepi tibi facient.

Sept. Incenſum compoſitionis ſancti.

Pag. Et ſuffimentum aromaticum ſanctificationis.

Mont. Aromatum ſanctitati.

Vatab. Pro ſanctuario.

CONCORDIA.

VVlg. habet duos verſus integros, nempe octauum & nonum, Sept. non item. ſed ſolum octauum, tamen non procedunt diminute; quia in illo octauo continentur omnia, quæ in octauo & nono legit Vulg. veſtes ſanctas in miniſterio, alij veſtes miniſteriales. ſed Oleaſt. reddit veſtes reſiduas, quia per has inquit poſſumus intelligere inferiores, ſeu communes quibus quotidie vtebantur in miniſteriis, vnde ad litteram vertendum eſſet, & veſtes reſiduæ, quæ exutis pontificalibus reliquæ ſunt verbum enim יתר proprie remanere, reſiduum eſſe, ſignificat; vt patet Ioſue decimo, vbi dicitur vebo ſeardi ſatedit, id eſt & reliqui qui remanſerunt, ſeu qui relicti ſunt ex eis ingreſſi ſunt minationes. vnde ſered, ſi autem veſtes inuolutorias vt Hebræi dicunt, ideo eas ſignificati puto, quod eis inuoluerentur, quæ reſidua erant poſtquam tabernaculum diſſoluebatur; verti ergo hîc poſſet veſtes derelictionis, ſeu reliquas. hæc Oleaſt. qui ſane non aliis lectionibus aduerſatur, nam vtroque modo poſſunt intelligi huiuſmodi veſtes miniſterij, vel reliquæ, vel inuolutoriæ, de inuolutoriis dicemus in expoſitione.

C

EXPOSITIO.

T*Abernaculum fœderis*, & cætera quæ ſequuntur, de quibus ſupra fieri, *iubet* candelabrum puriſſimum, non ita ſolum dictum quod ſanguine animalium non fœdaretur, ſed etiam propter oleum, & lumen ob quæ poterat facile immunditiē contrahere, ideo peculiariter eius puritas ſeu munditia commendatur, *veſtes ſanctas in miniſterio Aaron ſacerdoti*, licet probabiliter cum Oleaſtro quidam interpretentur de veſtimentis quibus arca, candelabrum, & cætera inuoluebantur, quando tabernaculum deponebatur; tamen probabilius ſentio de veſtibus pontificiis & ſacerdotalibus, de quibus ſupra, *& aromata in ſanctuario*, pro ſanctuario.

CONCEPTVS.

Quæ ſunt diuini cultus pluries repetantur, vt quanta in æſtimatione haberi debeant dignoſcatur.

15. *Tabernaculum fœderis arcam teſtimonij, &c.* iamquoties hæc? quoties etiam aromata toties inculcata? cur adhuc ea repetit? dices, quia immemores ſumus Dei mandatorum, ideo opus fuit pluries memoriæ ea mandare. ſed

D

eur non addemus, ideo toties repetita vt in maiori pretio haberentur, quodque ea nonniſi à ſacerdotibus ſacra vnctione delibutis ſanctificari poſſe? hoc habemus à S. Fœlicis Papæ quarti epiſt. de conſecra. diſt. 1. c. *Tabernaculum Moyſen Domino præcipiente feciſſe & ſacraſſe cum menſa, & altari eius, & cæteris vaſis & vtenſilibus ad diuinum cultum explendum legimus. & non ſolum diuinis precibus ea ſacraſſe,* S. Fœl. Papa

ſed etiam ſancti olei unctione Domino iubente A *perliniſſe nouimus; qualiter autem hac facta ſunt, & quomodo ipſa ſacra non alij quam ſacerdotes ſacra vnctione delibuti, dominoque cum veſtibus ſanctis ſacrati & leuitæ tractabant, ferebant, erigebant, & deponebant, in ipſis inſtitutionibus quæ iubente Domino conſcripta ſunt per Moyſen, in lege Domini reperitur.*

Vir patiens virtutum odorem eo latius ſpargit, quo magis more aromatum ex iniuriarum perpeſſione flagrat.

16. *Tabernaculum fœderis &c. oleum vnctionis, & thymiama aromatum*, quod quidem thymiama ſuauiſſimum reddit odorem cum igni adhibetur, ioeendendum. nonne ita odoriferum non ei igne admoto: ne- B quaquam: eſt ſymbolum quidem viri ſapientis, qui tunc virtutum odorem eo latius ſpargit; quo magis more aromatum iniuriarum perpeſſione flagrat. hoc voluit B.Greg.lib.13.moral.c.1. vbi ſanctiſſimi Iobi patientiam efferens ait. *B.Iob fuctus eſt verbere, vt odorē ſuarum virtutum tanto latius ſpargeret, quanto mare aromatum melius ex incenſione flagraret*, qoam flagrantius olet, ſuauioremque odorem ſpirat patientiæ ſuffitus, quam per iniuriarum & calumniarum tolerantiam patiens vir euaporat, quam hoc thymiama ex aromatibus, quod in ſanctuario ſuo iubet Deus, ſibi parari?

S.Greg.Ma

Quæ magis fœdari ſolent, curandum eſt vt ea magis mundentur.

17. *Tabernaculum fœderis, menſam &c. candelabrum, puriſſimum*, ſic nominatur ſolum inter ea quæ in tabernaculo fieri deberent. nonne & arca teſtamenti debet eſſe muodiſſima? item menſa propoſitionis &c. alia item vtenſilia? nonne diximus in expoſitione, quod potuit candelabrum facilius fœdari quam alia vtenſilia, tam ratione olei facile fluentis, & io illud decidentis, tum ratione eorum quæ emungeotur quæ ſine dubio facile in illud decidere poſſent? ecce cur iubet vt fiat candelabrum puriſ- A ſimum, ea enim quæ magis, fœdari ſolent, curandum eſt vt ea magis purificeotur & mūdeotur. audi Paulum 1.Corinth.12. hæc eadem admooentem. *Membra, inquit, quæ ignobiliora putamus, his abundantiorē honorem circumdamus, & quæ inhoneſta ſunt noſtra abundantiorem honeſtatem habent*, in quæ D.Ambroſ. *manifeſtum eſt (inquit) quia pudenda noſtra quæ turpia videntur, dum aſpectus publicos vitant, honeſtate ſe contegunt, ne per irreuerentiam horreant.*

1 Cor.12. S.Ambr.

Præcipue ſacerdotes eruditi & docti eſſe debent.

Tabernaculum fœderis; menſam &c. Quæ abſoluerunt præfati duo artifices Beſeleel & Ooliab, quos impleuit Deus intelligentia, & ſapientia, & ſcientia. quid neceſſe eſt vt ſapien- B tiam & ſcientiam habeant qui ſpeculatiua reſpiciunt? nonne ſatis vt mechanicis polleant & periti ſint in his artibus? non eſt dubium quin Beſeleel & Ooliab ſacerdotes adumbrent; interpretatur enim Beſeleel in vmbra Dei, Ooliab vero protectio mea Pater: illi autem in vmbra & protectione Dei patris ſpecialiter commorantur, qui ad dignitatem & officium clericatus pro ædificanda Eccleſia diuinitus ordinantur. en cur in his requiritur ſapientia, & intelligentia, & ſcientia? præcipue enim ſacerdotes eruditione & ſcientia eminere debent hoc habet Philipp. Abb. lib. de ſcient. cleric. c. 25. *Per tabernaculum quod in Eremo ædificatum eſt præſens Eccleſia deſignatur, per Beſeleel & Ooliab clerici, quibus eiuſdem Eccleſiæ ædificandæ* C *cura & ſollicitudo commendatur, & ne iniuſti iniuſtè glorientur nomine clericorum, cum clerici obtineant locum magiſtrorum, implendi ſunt ſpiritu ſapientiæ, intelligentiæ, & ſcientiæ, omnique doctrina; alioqnin timendum ne clericatus ſit tis non tam faſtigium quam ruina, cum enim ad conſtruendam Eccleſiam fuerunt conſtituti, quid facturi ſunt niſi doctrinæ dolabrum fuerint aſſecuti? & ne ob ariditatem ſterilis ignorantiæ radicitus abſcondantur, vmbra & refrigerio ſalutaris ſcientiæ fœcundantur.*

18.

VARIET. LECT. à Verſ. 12. ad 14.

Vulg. Et locutus eſt Domious ad Moyſen dicens.

Vulg. Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos, videte vt ſabbatum meum cuſtodiatis, quia ſignum eſt inter me & vos io generationibus veſtris, vt ſciatis quia ego Dominus, ſanctifico vos.

Sept. Et præcipe filiis Iſrael dicens, & ſabbata mea cuſtodite, ſignum eſt apud me & in vobis in progenies veſtras, vt cognoſcatis quia ego Domious ſanctificans vos.

Cald. Verumtamen dies ſabbatorum meorum cuſtodite, quia ſigoum eſt inter verbom meum, & vos.

Mont. Verumtamen ceſſationes meas cuſto- D dietis.

Vulg. Cuſtodite ſabbatum meum, ſanctum eſt enim vobis; qui polluerit illud morte morietur, qoi feeerit in eo opus, peribit anima illius in medio populi ſui.

Sept. Et cuſtodite ſabbata, quia ſanctum eſt hoc vobis Domino, polloens illud nece oecabitor, omnis qui faciet in eo opos exterminabitur anima illa.

Cald. Qui profanauerit *illud*.

Pag. Sanctificatio eſt vobis, &c. excidetur anima ipſa.

Arias. Et cuſtodietis quietem, quia ſanctitas ipſa vobis &c. excidetur anima ipſa ab interiori populorum ſuorum.

CONCORDIA.

QVod apud nos legitur, videte, ex Sept. ſumptum eſt qui, ὁρᾶτε habent, id eſt videte, Hebraice autem eſt אך ach quod tantummodo dumtaxat, ſeu verumtamen, ſicut habet Cald. ſignificat, ſabbata mea Hebraice eſt A שבתתי ceſſationes, quia verbum שבת quieſcere, ceſſare interpretatur, & ideo quia ſabbato ceſſabatur ab opere ſeruili, ſabbata dicuntur ceſſationes.

EXPOSITIO.

LOquere Filiis Iſrael, qui forte arbitrabuntur, quia iuſſi mihi tabernaculum fieri, poſſe ſingulis diebus vacari illius cōſtructioni, *& ideo dices ad eos ſabbatum meum cuſtodietis,* B nihil operis pro eo die, vobis iam antea prohibiti, exercendo, cultuique meo præ aliis hebdomadæ diebus vacate, *quia ſignum eſt inter me & vos,* pactum iam factum vobiſcum *in generationibus,* hoc eſt & nunc & deinceps, apud poſteritatem veſtram: *vt ſciatis,* hac ratione, *quia ego Dominus,* ſemper vobis in mentem veniat vos ſpiritaliter meo cultui dicatos eſſe, *qui ſanctifico vos,* qui ſeparaui vos ab aliis populis, & mihi elegi vt ſancti eſſetis.

Cuſtodite ſabbatum meum, ſpeciali obſequio mihi conſecratum, *ſanctum eſt enim vobis,* licet aliis gentibus communis ſit hic dies, vobis autem diuinis rebus dicatur, & licet Euſebius lib. de præpar. Euangelica c. 7. aſſerat, Heſiodum, Homerū, & aliquos alios ſeptimum diem tanquam ſacrum celebraſſe, tamen veriſſimum eſt hoc à Iudæis accepiſſe, ſicut & ab aliis gentibus circumciſio, & alij Iudaici ritus aſſumpti ſunt. *qui polluerit,* id eſt vt habet Cald. qui illud prophanauerit, *morte morietur,* ſine remiſſione, *qui fecerit in eo opus,* aliquod ſeruile quia in eo conſiſtit ſabbati pollutio, *peribit anima illius de medio populi ſui,* non enim ſolum vita corporali punietur priuandus, ſed etiam dignus eſt pœna æterna, ob culpam letalem, quam contrahit ex ſabbati tranſgreſſione.

Plures conceptus circa ſabbati vel inſtitutionem, obſeruantiam, & tranſgreſſionem, pete ex pluribus locis noſtrorum commentariorum, ſolum ergo aliquos in medium adducemus non euulgatos.

CONCEPTVS.

A tranſgreſſione mandatorum ſuorum nos auocat Deus. C

19\. *Videte vt ſabbatum meum cuſtodiatis,* cur poſt iuſſionem factam de tabernaculo in cultum Dei conſtruendo, immediate in memoriam reuocat ſabbati obſeruantiam? nam vnum ex alio ſequi nequaquam videtur, cum iam lex data fuerat de eo cuſtodiendo. ſi ergo præceſſerat, cur hic ſubſequitur? populus Iſrael potuit credere ſibi licitum ſingulis diebus hebdomadæ in tabernaculi ædificatione vacare: merito ergo poſt iuſſionem de eo faciendo, ſabbathum inculcat obſeruandum, vt ſic à mandatorum ſuorum tranſgreſſione eos auo- D caret: bene Epiſcop. Metonenſ. (Lippom.) *Ne crederent filij Iſrael licitum eſſe die ſabbati opus tabernaculi ædificare quod ad Dei cultum, & ipſum ordinabatur, ne hoc inquam crederent, præceptum de obſeruatione ſabbati hoc in loco renouatur.* & Abul. (Abulenſ.) *Cauſa quare hîc agitur de obſeruatione ſabbati, eſt ad excludendum falſam opinionem popularium, quia inhibitum fuerat Iſraelitis, ne in die ſabbati aliquid laborarent, ſed applicarent illum diem cultui diuino, & quia Deus valde honorabatur in conſtructione illius ſanctuarij, cum ipſū conſtrui mandaret: putabant quod etiam in diebus ſabbatorum liceret operari, cum Deus ſic coleretur: hic autem declaratur, quod nullo modo debeant aliqua talia in ſabbato fieri, nec alia profana à fortiori.*

A Deo ſuorum mandatorum ratio non petenda.

Videte vt ſabbatum meum cuſtodiatis, diximus ideo inculcatam fuiſſe hîc ſabbati obſeruationem, ne crederet populus Iſrael ſibi licitum fore omnibus hebdomadæ diebus, tabernaculi conſtructioni vacare, cum diuino cultui conſecratum eſſet. ſed cur potius inhibetur eius ædificatio die ſabbati quam animalium excoriatio, inteſtinorum ablutio, cum die præcedenti adeo bene fieri poſſent vt in ſacrificiū die ſeptimâ offerrentur? nam vtrumque fit ad Dei cultum & honorem. dic Deo ſemper vbique patendum, nec ſuarum rationem iuſſionum ab eo petendam, conſtructionem enim tabernaculi die ſabbati fieri inhibet; alia autem non item, ſed præcipit. ad mentem noſtram Abul. *Cum obſeruatio diei ſabbati ſit cæremonialis, quia non magis reſtrebat hoc die vacari ab actione profana quam aliis diebus, dependebat ſolum ex voluntate, & non erat ſolum ex natura rei magis neceſſarium diem illam magis obſeruare, quam aliquam aliam: ita ex voluntate Dei ſola dependebat nullis extra exiſtentibus rationibus, quid magis iſta die quam aliis caueri deberet vel quid fieret; ſed mandauit fieri ſacrificia, & ignis diſpoſitionem & fomentationem, & vetuit fieri aliquam conſtructionem ſanctuarij, vel rerum ſanctuarij; ergo licebat illa fieri, hæc autem non.* 20. (Abulenſ.)

Deus munditiæ amator.

21. *Videte vt ſabbatum meum cuſtodiatis, qui polluerit illud morte moriatur.* Cur vtitur hac voce *polluerit*? nonne potuit præcipere dicens, ſi quis tranſgreſſus illud fuerit pœna capitali plectetur? nam aliquid polluere ſignificare videtur maculis aliquid conſpergere, immundum reddere, &c. ita ſe res habet, & ideo iubet Deus ne illud polluatur, vt indicet ſe omnino immunditiei aduerſarium, amatorem puritatis. *Diligit munditiam in nobis Deus* (ait Oleaſt.) *in cuius ſignum noluit nos conſpurcare ſabbatum ſuum.* Oleaſt.

Chriſtus vera noſtra requies.

22. *Videte vt ſabbatum meum cuſtodiatis*, & quicumque illud tranſgreſſus fuerit duplici pœna plectetur, temporali & hac ſeueriſſima; & alia æterna, ita ne ſeuerum ſupplicium propter vnius diei violationem? ſi noluit in eo requieſcere, quid tibi refert? nonne tibi ſunt multi otioſi? laborent ergo ſingulis diebus: *Cuſtodite*, inquit, *ſabbatum*, & merito, niſi enim requieuerimus in Chriſto Domino, quem ſabbatum verè adumbrat, quaſnam dabimus pœnas? teſtis tibi ſit S. Petrus Damian. lib. 2. epiſt. 5. *Nullum preceptum* (inquit) *in veteris inſtrumenti lege reperio tam diſtrictè propoſitum, tam frequenter indictum, tot admonitionibus inculcatum: hoc enim non modo ſæpiſſime inter ſanctiones & cæremonias legis, ſed etiam in prophetarum frequentatur oraculis, cuſtodite ſabbatum meum, omnis homo qui non obſeruauerit diem ſabbati peribit anima illa de populo ſuo: quid ergo per ſabbatum debemus colligere niſi Chriſtum? in iſto quippe ſabbato requieſcimus, cum in illo ſolo ſpem ponimus, cum hunc toto cordis animo diligimus, cum rerum temporalium concupiſcentiam poſtponentes, à ſeruilium operum labore ceſſamus &c.* Petrus Damianus.

Cum dies feſti nobis præcipiuntur, hoc ſit in animæ noſtræ vtilitatem.

23. *Videte vt ſabbatum meum cuſtodiatis*, deinde eodem repetito verſu ſubſequẽti, ſubiungit, ſanctum eſt enim vobis: cur non ait ſanctum eſt enim mihi? nam ſi dixerat ſabbatum ſuum, videte vt ſabbatum meum cuſtodiatis, ſanctum ſibi eſſe debebat dicere: ſanctum nobis eſſe aſſeruit, vt hinc ſciremus, non ſuæ ſed noſtræ vtilitatis gratiâ, dies feſtos nobis iniungi. ſuffragatur Cardin. Caiet. *Nota primam rationem ſabbati, quia ſignum ad ſciendum quod ego Iehoua ſanctifico vos, hoc eſt quia ego dedi vobis ſabbatum in ſignum, quo cognoſcetis me eſſe ſanctificatorem veſtri, ideo ſanctificaui diem ſeptimum, vt ſanctificatio temporis duceret vos in cognitionem, quod ego fons eſſendi ſanctifico vos: hæc enim eſt prima ratio inſtitutionis dierum feſtorum, vt ex dicato tempore Deo credamus, multo magis nos ipſos dicari Deo ab ipſo Deo, ſanctificatio enim temporis eſt propter ſanctitatem hominis, vt finem, vnde ſecunda ratio relatiue ad vtilitatem hominis ſumitur.* Caiet.

Ita Deo & vtilitati animæ noſtræ aduerſamur, vt neceſſe ſit pœnas grauiſſimas imponi, vt nobis conſulamus.

Videte vt ſabbatum meum cuſtodiatis, qui polluerit illud morte morietur, & non ſolum temporali ſed etiam æterna, peribit enim anima illius de medio populi ſui. nonne diximus in honorem Dei, ſed etiam in noſtram vtilitatem obſeruationem ſabbati cedere? cur ergo vt illud cuſtodiamus, nobis imponuntur grauiſſimæ pœnæ? nam facile allicimur ad ea quæ nobis proficua ſunt: ita ſane deberet eſſe, verum ita Deo & vtilitati noſtræ ſpirituali aduerſamur, vt neceſſaria ſit grauiſſimi ſupplicij comminatio, vt noſtro etiam commodo conſulamus. non abnuit Epiſcop. Metonenſ. *Vt firmius*, inquit, *ſtabiliretur præceptum, pœna tranſgredientibus impoſita, quæ ſupra vigeſimo capite dum mandatum imponeretur, præfixa non fuerat.* 24. Lippom.

VARIET. LECT. à Verſ. 15. ad 17.

Vulg. Sex diebus facietis opus, die ſeptimo ſabbatum eſt requies ſancta Domino, omnis qui fecerit opus in hac die, morte morietur.

Sept. Sex diebus facies opera, die autem ſeptimo ſabbata, &c. morti tradetur.

Arias. Sex diebus fiat opificium, ſeptimo quies ceſſationis, ſanctitas Domino, omnis faciens opificium in die ceſſationis morte morietur.

Alij. Sabbatum quietis eſt ſanctum Domino.

Vulg. Cuſtodiant filij Iſrael ſabbatum, & celebrent illud in generationibus ſuis, pactum eſt ſempiternum.

Sept. Et cuſtodient filij Iſrael ſabbata facere ea in progenies ſuas teſtamentum æternum.

Cald. Vt præparent ſabbatum in generationibus ſuis, pactum æternum eſt.

Onk. Vt faciant ſabbatum in generationes ſuas, ſtatuto perpetuo.

Mont. Filij Iſrael cuſtodient ceſſationem ad faciendam ceſſationem in generationibus ſuis, pactum ſæculi.

Vulg. Inter me & filios Iſrael, ſignumque perpetuum, ſex enim diebus fecit Dominus cœlum & terram, & in ſeptimo ab opere ceſſauit.

Sept. Signum eſt in me æternum filiis Iſrael, in die ſeptimo requieuit, & ceſſauit.

Cald. Inter verbum meum & inter filios Iſrael ſignum eſt in æternum, in die ſeptimo quieuit & requieuit.

Mont. Signum in ſæculum, die ſeptimo ceſſauit & reſpirauit.

Alij. Ceſſauit & refrigeratus eſt, refocillatus, recreatus, animatus.

CONCORDIA.

IN Hebræo eſt שבת שבתון קדש ליהוה ſabbat ſabbaton kodes laiboua, quies quietis ſanctitas Domino, & noſter Vulg. ſabbatum requies Domino, ſed vtriuſque idem ſenſus: in Hebr. eſt לעשות השבת lahaſoth ethſabath, ad faciendum ſabbatum, nam facere ſabbatum, idem eſt quod celebrare: vertunt alij, vt præparent ſabbatum, &c. & ſenſus eſt, obſeruatio veſtra ſabbati quam facietis, erit præparatio pro nepotibus veſtris, vt & ipſi ſabbatum præparent, quaſi pacto obligati. Pactum eſt ſempiternum ברית עולם berith A holam, ſtatutum æternum, Arias vertit pactum ſæculi, ſed de hoc in expoſitione. Verum eſt quod aliquid amplius habetur in Hebræo, & in alijs lectionibus, quam in Vulg. habet enim ſolum Vulg. ab omni opere ceſſauit: Hebraicè autem שבת וינפש ceſſauit, & requieuit. Septuag. etiam ἐπαύσατο καὶ κατέπαυσεν: Verum quia verbum נפש naphes propriè ſignificat refrigerare, vel requieſcere animo, aut recreari, ſeu animari, vertunt quidam reſpirauit, alij refrigeratus eſt, ſeu refocillatus, recreatus eſt, ſeu animo requieuit.

EXPOSITIO.

SEx diebus facietis opus, ſeruile, in die ſeptimo ſabbatum eſt, dicatum Domino, ſiue diuinis, quaſi dicat ſex diebus facietis opus, die autem ſeptimo ceſſate, & requieſcite ab illo, vt diuinis vacetis, talis enim ceſſatio in ſeruili opere fit, vt diuinis vacetis. *Requies ſancta Domino*, requies hæc à ſeruilibus operibus ſancta, id eſt dicata Domino, *omnis qui fecerit opus in hac die morte morietur*, præcedentium repetitio, ſicut & ſubſequentia, *cuſtodiant filij Iſrael ſabbatum, & celebrent illud in generationibus ſuis*, quæ erunt ſub veteri teſtamento. *Pactum eſt ſempiternum*, dictio Hebraica עולם holam, pro qua vertit noſter interpres ſempiternum, ſignificat temporis continuitatem vſque ad terminum præſcriptum rei, de qua agitur; vnde ſi attribuitur Deo, qui nullum habet præſcriptum terminum, quoniam ipſe eſt ſua vita, & ſuum eſſe, & ſemper fuit, eſt & erit, ſignificat veram æternitatem: ſed ſi attribuatur temporis ſpatio, ſignificat totum ætatis interuallum, vſque ad rei, de qua agitur, præ- B ſcriptum finem. Siue res illa ſit ſtatus aliquis generis humani, ſiue vita ſpecialis cuiuſuis hominis. De Deo ait Ieremias cap. 10. ipſe eſt Deus viuens, & rex ſempiternus: de ſpatio præfinito alicui reipublicæ, vel hominum ſtatui intelligitur, quod de obſeruatione ſabbati in præſenti dicitur, celebrent illud in generationibus ſuis, pactum eſt ſempiternum. *Inter me, & filios Iſrael*, hoc eſt vſque ad Chriſtum Dominum quovſque ſtatus reip. Iudæorum durare oportebat Pactum autem, id eſt, pars pacti, ſiue vna, è legibus à me datis, & à vobis acceptatis. Siquidem tota lex à Deo data vocatur pactum, teſtamentum, fœdus, ſignumque perpetuum, additur, *& ſignum*, quia non tantum fuit pars pacti, ſed etiam quemadmodum circumciſio, fuit ſignum, quo internoſC cerentur Iudæi à cæteris nationibus, ita & ſabbatum obſeruare, potuerunt ab alijs internoſci, *& in ſeptimo ab omni opere ceſſauit*: cuius beneficij memoriam vobis ſabbatum commendat & exigit. Ierem. c. 10.

CONCEPTVS.

In mundialium pulchritudinum declinatione, tunc propriè eſt Dei requies.

25. *Cuſtodiant filij ſabbatum, pactum eſt ſempiternum inter me, & vos, ſignumque perpetuum*, ſex diebus fecit Dominus cœlum & terram, in ſeptimo ab opere ceſſauit. Expende cur ſabbatum detur pro ſigno fœderis Dei cum hominibus, nimirum quia illo die opera Dei mundum abſoluentia ceſſarunt. Verum cur non magis tibi eligis primum diem, in quo oſtendis ab ore tuo lucis pulchritudinem progredientem? cur non magis tibi eligis alterum in quo cœli pulchra illa luminaria ab alto rutilant? vel in quo flores terram ornant? aut aues aëra impleant? cur præ ijs diebus ſabbatum tibi placidius apparuit? Deo ſemper placent magis fines temporalium pulchritudinum, vt in quibus æternorum nouitas ſoleat exoptari Ait D. Athanaſ. hom. a. ad illud omnia tradita ſunt, &c. *Vt cognoſcatis*, inquit, *quod in hac die requieuit Dominus Deus noſter ab operibus quæ cœperat facere, volebat autem cognito iſtius creaturæ fine, initium nouæ creaturæ quærere.* Nunquam quæ in Chriſto eſt noua creatura, ſic ſe manifeſtat, ſic apparet, quam in defectione, & fine omnium mundialium creaturarum. S. Athanaſ.

D

Ab auaritia nos reuocat Deus.

26. *Cuſtodiant filij Iſrael ſabbatum*, ſi labori addicti ſunt, cur eos ad quietem reuocat? maiori enim feruntur propenſione ad laborem, quæſtus & lucri gratiâ, quam ad quietem, & ideo Deus ab eis exigit ſabbatum obſeruari, cum enim corda eorum perſcrutetur, nouit ita acquirendis opibus deditos, ita pecuniarum cupidos, vt niſi præcepto reuocarentur ad ſabbati obſeruationem, nunquam nec per vnicum diem ceſſarent ab earum acquiſitione, nec deſinerent labori perpetuo intendere, quæſtus inueniendi gratiâ. *Conſidera*, inquit Oleaſt. *ſapientiam huius legiſlatoris, qui malo* Oleaſt.

quod præuidebat futurum, tam prudenter occurrit: ſolent enim auari homines negligere quietem in ſe quidem crudeles, mites in pecuniam, & opes, qua de cauſa inter labores voluit admonere eos quietis.

Maxima Dei in nos liberalitas.

27. *Cuſtodiant filij Iſrael ſabbatum,* ſed ſex diebus facietis opus, cuius gratia? an ſui vel Dei ſui? non enim eorum laborem ſibi expoſcit Deus. Quid? nonne Dei ſunt ſerui, & Deus eorum Dominus? nonne Domini lucrum ex labore ſeruorum ſibi acquirunt, nec eis vnicum hebdomadæ diem concedunt, vt aliquid ſibi acquirere poſſint? Quomodo ergo Deus vnicum ſolum ſibi deſtinat diem, alios ſex ad quæſtum proprium permittendo? vt inde quanta in nos liberalitas ſit, quam ineffabilis in nos ſua beneficentia, etiam nolentes fateamur. *Vide quæſo Dei tui liberalitatem,* ait Luſitanus, *exigunt domini, qui ſeruos habent, omnes operas ſeruorum ſuorum, & ita eos vrgent, vt neque ad horam ſibi ſinant laborare; non ſic facit tibi Dominus Deus tuus, ſed ſex diebus te tibi ſinit laborare, ſeptimo vero te non ſibi laborare vult, ſed quieſcere.*

Luſitan.

Deus non ſine cognitione mundum condidit.

28. *Cuſtodiant filij Iſrael ſabbatum,* fecit enim ſex diebus Dominus cœlum & terram, ſed ſeptimo ab omni opere ceſſauit. Hîc nomen Domini, nempe Iehoua ponitur, & vt principio Geneſeos nomen Dei, nempe Elohim creauit Deus cœlum & terram, vt ſciremus eumdem, nempe Dominum & Deum Iehoua & Elohim condidiſſe vniuerſum orbem. Verum cur in principio creaturus, hoc nomen Elohim aſſumere voluit, cum potius nomen Iehoua, vt pote fontem eſſendi, exprimens, cum tunc omnia ab eo, tanquam à cauſa emanarent, non aſſumpſit? an vt initium cum mundi fine congrueret, qui Domino proteſtante Matthæi 24. in iudicio debet abſolui? Recte quidem, ſed non diſplicet ratio Iacobi Naclanti Clugienſis Epiſc. vt explicatione ſex mundi dierum cap. 1. *Factum eſt ita vt liquido probaretur, Deum non producere res abſque cognitione, vt nonnulli auſi ſunt aſſerere, dicentes illas ab eo procedere, ſicut radij emanant à ſole: vel quod ſi ab illo proueniunt cum cognitione (vt qui Deum putant noſſe quæ facit) volunt, quod proficiſcantur de neceſſitate, adeo vt nequeat illas non facere: vterque ſecluditur error aſſerendo mundum ab Elohim, ſeu iudice emanare, cum palam ſit iudicium eſſe non poſſe, ſine cognitione, nec ſupremorum iudicium eſſe valet cum neceſſitate.*

Iacobus Naclantus Clugienſis Epiſcopus.

Obſeruatione mandatorum fatemur Deum eſſe verum.

29. *Cuſtodiant filij Iſrael ſabbatum, quia ſignum eſt inter me, & eos:* Quid eſt ſignum eſſe inter ipſum, & eos? nam quod eſſet ſignum alijs gentibus non dubito, cum enim viderent filios Iſrael ſabbatum obſeruare, ab alijs nationibus nequaquam cuſtoditum, inferebant eos aliquem Deum ſpecialem habere cuius præceptis ſubdebantur, quemque ritibus proprijs venerabantur. Sed quid ipſum ſabbatum, ſignum eſſe inter ipſum Deum & filios Iſrael? an quia illius obſeruatione in honorem Dei facta, ſignum erat Deo, ipſos fateri verum Dei peculium eſſe, ideoque cultui ſpecialiter conſecratos? Bene quidem, ſed addamus cum Abul. cuius hæc ſunt verba, *Cum illud ſabbatum colerent Iudei, erat eis ſignum quod Deus ſuus erat verus Deus: nam ſabbatum eſt ſeptima dies, & ſignificabat quietem à productione rerum quæ fuit in ſeptima die, patratis omnibus quæ pertinebant ad vniuerſum: cum ergo ipſi diem iſtum ſolemnem facerent, ſignum erat quod ipſi Deum illum creatorem reputabant.*

Abulenſ.

Non in ipſa obſeruatione ſabbati ſiſtendum, ſed alia requies inquirenda.

Cuſtodiant filij Iſrael ſabbatum, quia ſignum eſt inter me, & eos: Cur addidit ſignum eſſe? nonne cum innumeris eſſent erga Deum obſtricti beneficijs, potuit quælibet præcepta eis imponere abſolute, nulla data eorum ratione? cur ergo ait cuſtodite ſabbatum meum, quia ſignum eſt inter me, & vos? nonne ſignum in alterius rei cognitioné nos deducit? quænam hæc poteſt eſſe, niſi Dei beneficiorũ recordatio, ſed præcipue æternæ in ſede beatorũ quietis, ad quam toto cordis affectu tendere debemus? Hoc voluit S. Irenæus lib. 4. aduerſ. Hæreſ. cap. 40. qui poſtquam dixit, circumciſionem fuiſſe ſignum inter Deum, & populum Iſrael, ſubiungit, Hoc idem de ſabbatis Ezechiel Propheta ait, & ſabbata mea dedi eis, vt ſint ſigna inter me, & ipſos, vt ſciant quod ego Dominus, qui ſanctifico vos: & in Exodo dicit Dominus, ſabbata mea obſeruabitis, erit enim in ſignum apud me vobis in generationes veſtras: in ſigno ergo data ſunt hæc, non autem ſine ſymbolo, erant ſigna, id eſt ſine argumento, ſed ſabbata perſeuerantiam totius diei erga Deum deſeruitionis edocebant: æſtimati enim ſumus, ait Paulus Apoſt. tota die vt oues occiſionis, ſcilicet & conſecrati, & miniſtrantes omni tempore fidei noſtræ, & perſeuerantes, & abſtinentes ab omni auaritia, non acquirentes, nec poſſidentes theſauros in terra: manifeſtabatur autem, & tanquam de eis quæ facta ſunt requietio Dei, hoc eſt regnum in quo requieſcens homo ille, qui perſeuerauerat Deo aſſiſteret, participabat de menſa Dei, & quia per hæc non iuſtificabatur homo, ſed in ſigna data ſunt populo, oſtendit quod ipſe Abraham ſine circumciſione, & ſine obſeruatione ſabbatorum credidit Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam, & amicus Dei vocatus eſt. 30.

S. Irenæ.

Ezech. 20.

Rom. 8.

VARIET. LECT. Verſ. 18.

Vulg. Deditque Dominus Moyſi completis huiuſmodi ſermonibus, in monte Sinai duas tabulas teſtimonij, lapideas ſcriptas digito Dei.

Sept. Et dedit Moyſi ſtatim, & ceſſauit lo- A qui ad eum, in monte Sina duas tabulas teſtimonij, duas tabulas lapideas.

Mont. Et dedit Moſiah vel complere eum loqui ſecum, duas tabulas lapidis ſcriptas in digito Dei.

EXPOSITIO.

Deditque Dominus Moyſi, non quaſi antea non dederit Deus decalogum, in quo & obſeruatio ſabbati præcipitur, ſed completis huiuſmodi ſermonibus de conſtruendo tabernaculo, &c. quos habuit cum Moyſe: dedit iterũ tabulas *teſtimonij*, id eſt decalogi, ſiue legis, quæ teſtimonium eſt voluntatis diuinæ *lapideas*, obliuionis vitãdæ gratia, *ſcriptas digito Dei*, hoc eſt opere Dei, nulla enim humana induſtria ad hanc legem ſcribendam adſcita fuit.

CONCEPTVS.

Verbi diuini efficacia impedit facile quidquid Deo reſiſtere poteſt.

31. *Dedit Dominus Moyſi completis ſermonibus, in monte Sinai duas tabulas lapideas ſcriptas Dei digito*: Pondera quod toto tempore, quo Deus Moyſem alloquebatur, nihil dictum de populi tumultu, vel aliqua ſeditione in caſtris exorta, licet grauiſſimarum ei fieret pœnarum comminatio, tum ſi aliud vnguentum, quam præſcriptum, à ſe fieret, ſi ſabbatum non cuſtodiretur; cur ergo poſt hos completos ſermones, poſt has comminationes factas, poſt legem Dei digito ſcriptam exhibitam, dicitur primo verſu capitis immediatè ſequentis, videns populus quod moram faceret Moyſes, congregatus aduerſus Aaron dixit, Surge C fac nobis Deos? quomodo ergo his inquam completis ſermonibus dicitur populus inſurrexiſſe in Aaronem? dum autem vox perſonabat Dei, nullum populi faſtidium, nulla rebellio erumpit; at poſtquam facta eſt Dei vox completi ſermones, ſtatim erumpit populus ſeditioſus & in peccatũ grauiſſimum prolabitur? Audiamus B. Ambr. epiſt. 56. ſic loquentem, *Cum Moyſes in monte Sinai legem reciperet, populus erat cum Aarone ſacerdote, & quamuis frequenter ad culpam lubricat, tamen quamdiu lex dabatur, ſacrilegio erraſſe non legitur: verum vbi diuinum conticuit oraculum, peccatum irrepſit, vt peterent ſibi fieri Deos.* Si Deus conticuit, ſi vox diuina ceſſauit, cur non irreperent peccata, quæ ſola Dei voce cohibere poſſint, & coerceri? ſonet Dei vox, Deus loquatur, delicta populi non apparent. Ambroſ.

Spiritus ſanctus etiam lapidea tangens corda, ſuauiter id agit.

32. *Dedit Dominus Moyſi in monte Sinai duas tabulas lapideas ſcriptas digito Dei*: Quid eſt quod in hac lege ſcribenda, non in membranis, ſed in lapidibus, mentio fit digiti, non autem ſtili ferrei, aut chalibis? ſicut cum loquitur Iob 19. *Quis mihi tribuat, vt ſcribantur ſermones mei? quis mihi det, vt exarentur in li-* Iob 19.
B *bro ſtilo ferreo, vel celte ſculpantur in ſilice?* Ecce inſtrumentum ferreum, aut calybæum requirit Iob, vt ſui ſcribantur ſermones: cur ergo etiam Deus ſuos eodem modo non deſcribit? neſcit ſuauis iſte ſpiritus vti ferro, nec violentiam adhibere, nec violare aut torquere, quod verſat & perficit.

Præſta quæ doces.

Dedit Dominus Moyſi duas tabulas lapideas digito Dei ſcriptas: Nonne ſatis erat dixiſſe, quod dederit legem ſuam ab omnibus ſeruandam, ſed nunc præcipuè à populo Iſrael cuſtodiendam? cur addidit digito ſuo conſcriptam? nonne digitus manuum, ſicut ipſa manus, opera denotare poteſt? bene ergo dictum non ſolum quod lex data fuerit, ſed quod digito Dei conſcripta, quia digitò vtendum, præſtandum operibus, quæ doces: altè aliorum mentibus inſcribitur, quod opere prius perficitur, quam inſcribatur: exemplo ijs præi quos edoces, digito legem in auditorum cordibus exara, ne tibi illud exprobretur, imponunt in humeros hominum onera grauia, & importabilia, digito autem ſuo ea nolunt mouere, dicunt enim, & non faciunt Matth. 24. in quæ Chryſoſt. hom. 29. in Matth. *Conſidera eos vnde incipit reprehendere, dicunt enim & non faciunt, maxime enim accuſatione dignus eſt qui doctrinæ auctor, talem habens legem tranſgreditur, quia plus corrumpit Doctor peccans quam alij.* 33. Matth. 24. S. Chryſoſt.

D

Qui alijs legem imponit, non ſit ſeuerus & auſterus.

Dedit Dominus Moyſi duas tabulas lapideas digito Dei ſcriptas: Non ſtilo ferreo ac chalibæo, ſed digito, ſed ſuauiter, ſed benignè: ſi enim Dei monita, aut legem ipſius ſculpis, à ferro, ab omni ſæuitia, & à nimia ſeueritate abſtine, indignus eſt enim nomine vel ſuperioris, vel doctoris, qui legem aliquam impoſiturus, nimis ſeuerus & auſterus eſt. Vnde rectè Auctor operis imperf. in Matth. ho. 43. *Nonne melius eſt propter miſericordiam reddere rationem, quam propter crudelitatem? vbi pater* 34. Auctor oper. imp.

ſamilias largus eſt diſpenſator, non debet eſſe tenax, ſi ei Deus benignus, audiant te homines parua mandantem, & grauia facientem: talis eſt autem ſacerdos, qui ſibi indulget, & alios exigit, quemadmodum malus deſcriptor tributi in ciuitate qui ſe releuat, & onerat impotentes.

Leges debent eſſe firmæ & ſtabiles.

35. *Dedit Dominus Moyſi duas tabulas lapideas digito Dei ſcriptas*: Cur legem Deus hominibus daturus, non chartæ aut tenui membranæ, ſed lapidi duriſſimo dedit inſculptam? quod deinde etiam fecere gentibus in ſuis legibus deſcribendis: teſte B. Cypriano epiſt. 2. ſint licet in ære inciſæ leges duodecim tabularum, lapides non ita difficile iniurias temporis ſentiunt. Bene ergo in huiuſmodi tabulis lapideis, lex Dei inſcribitur, vt ex ipſa materia, perpetua & inuiolabilis eius obſeruatio commendaretur. Sic annotat Lippom. *Quid eſt quod Deus potius deſcripſit decalogum in lapideas quam papyraceas tabulas? cui reſpondebimus, voluiſſe Deum his ſaxeis tabulis ſignificare ſtabilitatem, & firmitudinem legis ſuæ: vt enim incidebant gentes leges ſuas in æs, quo ſignificarent eas debere eſſe inuiolatas, ita Deus ſcripſit decalogum ſuum in lapides, vt declararet ſe potius cælum & terram aboliturum, quam legem ſuam.*

S. Cyprian.

Lippom.

Diabolus aduerſus prima ſanctitatis fundamenta machinas adhibet, vt deſtruantur.

36. *Dedit Dominus Moyſi duas tabulas lapideas digito Dei ſcriptas*, Deus populum de Ægypto exeuntem, & Gentilitatis ritibus ac exercitionijs renontiantem reformaturus, & ad pietatem, verique numinis cultum inſtructurus, ad montem Moyſem vocat, in quo omnia præcepta moralia cæremonialia, iudicialia tradidit, tandem tabulas lapideas dedit; & illico cum eas accepiſſet, ait textus, quod dixerit pupulus Aaron, fac nobis Deos qui nos præcedant. Quid hoc eſt? cum populus legem Dei obſignatam tabulis. iamjam accepturus eſt, vt deinceps eius obſeruatione, vitam fœlicem poſſet conſequi, non ſolum populus ſeditioſe in Aaronem commouetur ſibi Deos fieri poſtulans, ſed etiam Aaron obſignatus omnium Pontifex, peſſimæ illius voluntati conſentit? niſi quod ſenſit Diabolus quantum ex illis tabulis ſibi detrimentum naſceretur, eam legem fore ad illius populi ad veram fidem ac religionem pædagogum: dediſcendas eſſe ſuperſtitiones Ægyptiacas, abolendas prauas conſuetudines, extinguendam idololatriam, reformandos mores, excolendam fidem, vnum Deum, ac verum toto animo complectendum: quid ergo? ecce in iras exarſit, quidquid vi aut fraude potuit, intendit, omnia machinamentà adhibuit, vt traditam legem reſcinderet, vt idololatriam nutriret, vt infœlicia illius populi ad pietatem exordia perturbaret, vt denique is qui fidem tueri debebat, Aaron conflato vitulo ſuum ad fidem deſtruendam conferret, populum ſtimulauit in patrocinium: quod D. Chryſolog. ſerm. 96. expendens ait, ***Sic legem ait diuinis & veracibus præceptis, ſatan humanis & mendacibus fucauit inuentis, vt de ſacerdote fieret perſecutor, de doctore deprauator exiſteret, de deffenſore legis redderetur inimicus.*** En vbi prima ſanctitatis fundamenta à Deo iaciuntur, ibi peſſima impietatis machinamenta à diabolo ſuſcitantur, vt irrita euadant quæ fœliciter cœperant.

Petrus Chryſol.

Solius Dei opus videtur eſſe conuerſio hominum in ſua peccatis obſtinatorum.

Dedit Dominus Moyſi duas tabulas lapideas digito Dei ſcriptas, bis tabulas Moyſes accepit, nunc ſolius Dei manu exaratas vt hîc, ſecundo in quibus etiam Moſes laborauit, ſed Deo vel Angelo nomine illius regente ſcribentis dextram. Nam infrà cap. 34. ſcriptio Moyſi tribuitur, Deuter. cap. 10. Deus auctor recenſetur, ſed quare Moyſes integrè eam non ſcripſit? num quia tabulæ ex lapidibus? verum & in ſaxis etiam homines exarant: animaduerte in ſcripturis ſignificari lapidibus homines, quorum eſt in offendendo numine pertinax natura, & flecti admodum difficilis, quorum mentibus callum obductum videatur: vt igitur ſignificet humanæ eloquentiæ vires excedere talia, vt domentur corda, ipſiuſque Dei vires potentiſſimas deſiderari, Moyſem quamquam eruditum in omni ſapientia Ægyptiorum, induit, quem niſi diuino ſuffultum adiutorio, impoſſibile ſit ſere ſcribere in tabulis lapideis, quaſi innuat, vt quidem ſcribendum eſſet in cereis tabulis, ſcilicet mites commouendæ eſſent animæ, ad Moyſem tentare potuiſſe: at duros emollire peccatores, ſilici caracteres imprimere, quibus legis integræ obſeruantia comprehendatur, adeo tale opus Deo digniſſimum, & quod in eius potentiæ cumulatiſſimam cedat laudem. Galfridus hæc habet apud Tilman. ad illud Luc. c. 5. Luceat lux veſtra coram hominibus, &c. *Nolite obdurare corda veſtra chariſſimi, in lapideis tabulis ſolius Dei digitus ſcribit, qui potens eſt de lapidibus filios Abrahæ ſuſcitare.* 37.

Galfridus.

Iudæi ſpiritum Dei in ſacris ſcripturis non attendunt, ſed litteram.

Dedit Dominus Moyſi duas tabulas lapideas digito Dei ſcriptas: cur non ait attramento ſcriptas? nam ſi aliquid ſcribitur, attramento ſcribitur. Scio manum vel digitos calamum mouere, vt aliquid attamento deſcribatur. Cur poſuit digito Dei ſcriptas? bene ita poſitum, vt ſcirent Iudæi ſpiritum Dei in ſacris legibus in diuinis ſcripturis attendendum, non atramentum, non ſolam litteram. Sic habet B. Ambroſ. lib. de Noe & Arca c. 15. *Digito Dei ſcriptas eſſe tabulas Moyſes dixit, illi digitum Dei non legunt, ferrum legunt, atramentum vident, ſpiritum Dei non vident, ſed Eccleſia neſcit atramentum, ſpiritum nouit, ideoque nouit Paulus ſcribere non atramento, ſed ſpiritu Dei viui. ô ſacrilegum, & ineptum populum Iudæorum! homo ſpiritu Dei ſcribit, & homo ſub lege nutritus, & illi nolunt Deum attramento ſcripſiſſe.* Non ſpiritu, & in Pſal. 118. *Digitum pro ſpiritu legimus, vt lex Dei digito ſcripta eſt, & ideo ſpiritualis eſt.* 38.

S. Ambroſ.

Pſalm.

In Deo idem eſt verbum, & opus : in nobis eodem modo deberet eſſe.

39. *Dedit Dominus Moyſi duas tabulas lapideas digito Dei ſcriptas:* Non attramento aut calamis, ſed digito. Quid eſt quod digito qui deſignat opera, dicantur tabulæ deſcriptæ, niſi quod in Deo opera & verba pro eodem vſurpantur? Quod obſeruat Hugo explicans illa verba Angeli ad B. Virg. Luc. 1. Quia non erit impoſſibile apud Deum omne verbum, ait, Non apte referendum illud impoſſibile ad verbum, verba enim aut falſa, non vero poſſibilia, aut impoſſibilia dicuntur: res autem per nomen ſignificata cum proprietate poſſibilis, vel impoſſibilis enuntiatur. Cur ergo ita dictum? reſpondet ex D. Bernardo, Quia apud Deum verba pro rebus ipſis ponuntur, quia eiuſdem ſunt roboris, & æſtimationis, apud Deum verba & opera, & id quod per verba exponitur. Subijcio verba Hugonis, *Quare non dixit Angelus, non erit impoſſibile apud Deum omne verbum? vt oſtendat, quia ſoli Deo idem eſt facere quod loqui, idem velle quod loqui.* Ex hoc collige quod ſi velis Deum imitari, aut Dei legem adimplere, verba tua, ſi poſſibile, ſint opera.

Luc. 1. — S. Bernard. — Hugo Caſenſ.

Sacræ ſcripturæ lectio cor duriſſimum etiam emollire poterit.

40. *Dedit Dominus Moyſi duas tabulas lapideas digito Dei ſcriptas*, ſcribit Deus digito tabulas, id eſt ſpiritu, quia lex Dei plena eſt ſpiritu, quam qui diſcit ſimul, & ſpiritum eius haurit, ſed ſi mollis eſt digitus, quanam ratione incidere poteſt tabulas lapideas? hoc quidem ſignificat, quod Dei ſpiritus in ſcriptura deliteſcit, mollit etiam duriſſima corda, & planè lapidea: ergo quamuis cor tuum durum ſit inſtar lapidis, æris, adamantis, nihilominus ſacras lege ſcripturas, quæquidem cor tuum, Dei gratia adiuuante, poterunt emollire. Eius virtutem & efficaciam ſic exprimit Orig. *Si creditum eſt à gentibus, quod quædam carmina, quas præcantationes appellant, quibus iſtud artis eſt, inſuſurrantes nominibus quibuſdam compellatis, quod neque illi quidem qui inuocant, norunt, & ſolo ſono vocis, vel ſopiantur ſerpentes, vel etiam de cauernis protrahantur abſconſi; ſæpe etiam & in corporibus humanis tumores, aut alia huiuſmodi voce ſola reprimere dicuntur: interdum etiam animi ſtuporem quemdam ſenſui infligere, vbi tamen Chriſti non reſtiterit fides, quanto magis totius præcantationis, & carminum validiorem, & potentiorem ducendam credimus quamcumque illam Scripturæ ſacræ, vel ſermonum, vel nominum appellationem?* Nonnulla alia non contemnenda addit idem Adamant. circa efficaciam ſacræ ſcripturæ.

Orig. hom. 20. in Ioſue.

Singularis Dei erga populum ſuum dilectio.

41. *Dedit Dominus Moyſi duas tabulas lapideas digito Dei ſcriptas*: Si tot Angelos ſibi miniſtrantes habet, quomodo deeſt illi ſecretarius,

A qui eas conſcribat Epiſtolas? nonne maxime erga aliquem indicium eſt beneuolentiæ, ſi Rex propria manu ſcripſerit? nonne Paulus amorem, quo erga Eccleſiam demonſtrat, cum ait manu propria ſcripſi? en cur Deus dicit digito ſuo legem ſcripſiſſe, vt ſingularis ſua in populum manifeſtaretur dilectio. Hoc præclarè verſat Oleaſt. *Nos admonet quanti nos fecerit Deus noſter, vt ſcripturam quam ad nos dabat, ſua digito, non alicuius Angeli, aut hominis ſcribi voluerit: ſi enim Principes pluris faciu[...]e, quibus manu propria ſcribunt, quanti faciendus eſt populus, cui Deus omnium creator ſuo digito leges exarare dignatus eſt? commendare voluit Paulus Chriſti modicus ſeruus litteras quas ad Eccleſias dabat, quod ipſe propria manu* B *ſubſcripſiſſet, quanto magis commendabilis eſt lex, quam ſcripſit Dominus Deus?*

Oleaſt.

Lex data ex maxima erga nos Dei beneuolentia.

Dedit Dominus Moyſi duas tabulas lapideas digito Dei ſcriptas: Cur eam patribus antiquis, qui Moyſem præceſſerunt non dedit? nonne veri numinis erant cultores? reſpondet D. Irenæus lib. 4. aduerſus Hæreſ. c. 30. Quia lex inquit non eſt poſita iuſtis, iuſti autem patres virtutem decalogi conſcriptam habentes in cordibus, & animabus ſuis diligentes, ſcilicet Deum qui fecit eos, & abſtinentes erga proximum ab iniuſtitia, propter quod non C fuit neceſſe admouere eos correptorijs litteris, quia habebant in ſemetipſis iuſtitiam legis.] Sed cur huic populo ex Ægypti ſeruitute educto, hanc legem tradidit? nam ſicut ſui progenitores ſine ea vixerunt, ſic & ipſi ea non accepta vitam tranſigere potuerunt. Reſpondet præf. Doctor, *Cum iuſtitia & dilectio quæ erat erga Deum ceſſiſſet in obliuionem, & extincta eſſet in Ægypto, neceſſario Deus propter ſuam erga homines beneuolentiam, ſemetipſum oſtendebat per vocem, & eduxit populum de Ægypto in virtute, vti rurſus fieret homo diſcipulus, & ſectator Dei, & ſubaffligebat indicto audientes, vt non contemnerent eum qui ſe fecit, & manna cibauit eos, &c.* 42.

S. Irenæus.

Omnia à lege Dei pendere videntur.

D *Dedit Dominus Moyſi duas tabulas lapideas ſcriptas digito Dei*: Quomodo non dicitur, quod integrum volumen ei dederit? nam quid non iniunxit ei Deus toto tempore, quo cum eo in monte commoratus eſt? quid? ſolum decem verba ſcripta conſignaſti? omnia ne ad decem rediguntur præcepta? ita ſane cum omnia à Dei lege pendere cenſeantur. Teſtis eſt B. Auguſt. 104. in Exod. *Cum tam multa locutus eſt Deus, duæ tantum tabulæ dantur Moyſi lapideæ, quæ dicuntur tabulæ teſtimonii futuræ in arca, nimirum omnia cætera quæ præcepit Deus ex illis decem præceptis, quæ duabus tabulis conſcripta ſunt pendere intelligantur, ſi diligenter quærantur, & bene intelligantur. Quomodo hæc ipſa rurſus decem præcepta ex duobus illis dilectione, ſcilicet Dei, & proximi, quibus tota lex pendet, & Prophetæ.* 43.

S. Auguſt.

A

Spiritus ſanctus ſicut gratiæ dator, ita etiam & legis antiquæ.

44. *Dedit Dominus Moyſi duas tabulas lapideas digito Dei ſcriptas*, ad quid additur *digito Dei ſcriptas?* ſatis enim erat dixiſſe, duas illi tabulas dediſſe, in quibus lex decalogi continebatur: certum enim eſſet ſaltem Deo præcipiente, conſcriptas: nonne diximus Spiritum ſanctum digito Dei intelligi? vt patet etiam ex Euangelio: quia vbi dicit Chriſtus
Matth. 12. Matth. 12. Si ego in ſpiritu Dei eijcio dæmonia: apud S. Lucam cap. 11. dicit, Si ego in
Luc. 11. digito Dei eijcio dæmonia. Dicamus ergo non ſine myſterio additum, has tabolas digito Dei ſcriptas, ſed vt notum quod ſicut Spiritus ſanctus legis gratiæ, ita & legis ſcriptæ
S. Vigilius. lator eſt. Adeſt ad hanc mentem S. Vigilius Epiſcop. Trid. diſput. de Chriſto Domino, & fide ſanctiſſimæ Trinitatis, *Quo digito nemp: Spiritu ſancto, lex Dei in duabus tabulis conſcripta refertur, vt in Exodo legimus, vnde oſtenditur hunc Spiritum ſanctum legiſlatorem eſſe.*

Iudæorum cor lapideum.

45. *Dedit Dominus Moyſi duas tabulas lapideas digito Dei ſcriptas*: Cur lapideas? an vt denotaretur firmitas, & ſtabilitas legis diuinæ in eis inſcriptæ? verum quid refert vt ſtabilis ſit & firma, quod tabulæ lapideæ fuit in quibus ſcripta ſit, cum verbum Domini maneat in æternum, cœlo licet terraque tranſeuntibus? addamus ergo ideo ſic ſcriptas in lapidibus, vt denotaretur inſenſibilitas, & durities cordis Iudæorum eam recipientium.
B Sic B. Iſidorus Hiſpalenſis hic, *Cur lapidea* Iſid. Hiſpal.
fuerunt, inquit, *niſi ad ſignificandum cor lapideum Iudæorum? per lapidis enim inſenſibilitatem demonſtraui: duram mentis eorum ſoliditatem, de qua Apoſtol. Non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus: neque enim hoc carnales tabulæ volunt, vt carnaliter ſapiamus, ſed quia in comparatione lapidis qui ſine ſenſu eſt caro ſentit, ideo per lapidis duritiam, ſignificatum eſt cor non intelligens, & per carnis ſenſibilitatem ſignificatum eſt cor intelligens?*

Si plures conceptus de maieſtate, qua data eſt lex, ac de circumſtantijs eius deſideraueris, conſule cap. 19. & 20. huius libri.

SYNOPSIS

SYNOPSIS CAPITIS XXXII.

Idololatria populi petentis, Moyſe abſente, Deos fieri deſcribitur, Moyſi tam graue delictum in monte adhuc exiſtenti notificatur, à Moyſe poſt montis deſcenſum, tale idololatriæ crimen ſeuerè examinatur, poſt cuius examen per Leuitarum manum à Moyſe punitur populus, cæſis viginti idololatrarum millibus, tabulas frangit, vitulum comburit, & in puluerem redigit. Deinde in montem reuerſus, pro dimiſſione huius grauiſſimi ſceleris, Dominum deprecatur, aut deleri ſe de libro vitæ in quo erat ſcriptus.

VARIET. LECT. Verſ. 1.

VLG. Videns autem populus, quod moram faceret deſcendendi de monte Moyſes, congregatus aduerſus Aaron, dixit, ſurge, fac nobis Deos qui nos præcedant, Moyſi enim huic viro, qui eduxit nos de terra Ægypti ignoramus quid acciderit.

Sept. Quia tardauit Moyſes deſcendere de monte, conuenit populus in Aaron, &c. Moyſes enim hic homo, neſcimus quid factum ſit ei.

Cald. Congregatus eſt populus, & dixe- A runt ei, Surge fac nobis Deos, qui gradiantur ante nos.

Mont. Congregatus eſt populus ſuper eum, & dixerant ad eum, Surge, fac nobis Deos qui eant ante nos, quia huic Moſech viro qui aſcendere nos fecit de terra Ægypti, non nouimus quid ei fuit.

Oleaſt. Videns populus quod Moyſes faceret confuſionem in deſcenſu de monte, dixit Aaron, fac nobis Deum.

Auguſt. Conſorrexit aduerſus Aaron.

Orig. Moyſes ille qui nos eiecit de terra Ægypti.

CONCORDIA.

Licet Oleaſt. admittat quod verbum בשש ſignificet morari, & tardare, ſic enim Iudicum 5. vbi mater Siſaræ dicit, cur buſſes, id eſt, tardauit currus eius? tamen contendit melius reddi per verbum confundere, quam tardare, aut moram facere: ſed quis non videt eius temeritatem, cum noſter Vulg. in Hebr. doctiſſimus, vterque Cald. Sept. necnon omnes in Hebr. & Græco eruditiſſimi verbum boſſes reddiderint per moram facere, aut tardare? ſed decipitur in hoc quod credat verbum בשש baſes eiuſdem ſignificationis ſit cum verbo בוש cum hoc ſecundum B ſignificet pudore confundi non autem alterum. Verum verſio quoad ſeoſum poſſet admitti, quia cum aliquis alium venturum expectat, maxime ſi ſe venturum promiſit, ſi non venerit ſe deluſum putat, & confunditur. Legit Vulg. congregatos aduerſus Aaron, & alij ad Aaron, dictio על vtrumque, & ſuper denotat, ſed hîc recte redditur aduerſus, contra, ſuper, quoniam ſeditioſe conueniebat populus ad eum, Deos dixit interpres, Oleaſt. Deum, ſed nomen אלהים pro vtroque ſumi poteſt.

Iudic. 5.

EXPOSITIO.

A *Videns autem populus*, qui ad radices montis ſteterat, *quod moram faceret deſcēdendi de monte Moyſes*, qui per plures dies in eo cum Deo manſerat, *congregatus*, tumultuoſè, *aduerſus Aaron*, in quem religionis, & reipublicæ ſumma, abſente Moyſe recumbebat. *Surge*, non quod ſupinus iaceret, quaſi diceret eia age rumpe moras, *fac nobis Deos qui nos præcedant*. Franciſcus Moucæius in libro, cuius titulus Aaron purgatus, ſiue de vitulo aureo, à cenſoribus Romanis tamen notatus & prohibitus, aſſerit populum in hac prima petitione non peccaſſe, nec peccato idololatriæ. Solum enim intendiſſe habere non idolum aliquod, ſed Angelum vel Cherubinum, qui ſub ſigno ſenſibili aliquo ſibi à Moyſe promiſſo, B ſe in terram promiſſam deduceret: & nihil in illis verbis aliud petere intendiſſe, quam quod à Moyſe expectandum erat: manifeſtum, inquit, facit illa ſuæ petitionis ratio, Moyſi enim viro huic ignoramus, quid acciderit, ſuperuacaneum enim, & præter rem fuiſſet hoc addere, niſi intelligi voluiſſent, quamdiu Moſem rediturum ſperauiſſent, non fuiſſe iſtud ſe ab Aarone petituros, & ne nunc quidem, cum ſublatum arbitrati fuiſſent Moyſem, aliud ab eo petere, quam quod facturum Moſem, ſi viueret, ac rediſſet intelligebant: illud autem quod petebant, addit erat arca fœderis ante eos præceſſura, & cum ea Deus, ſiue Angelus vices illius gerens.

Sed quis non videt hanc ſententiam Sacræ C Scripturæ, Patribus orthodoxis aduerſari? Sacræ ſcripturæ quidem aſſerenti Aaronem, & populū peccaſſe, ſiquidem Moyſes Aaroni ſic A loquitur, quid tibi fecit hic populus, vt induceres ſuper eum peccatū maximū? inducere autem in peccatū aliquem, vel cooperari peccato illius, ſine peccato poteſt ne eſſe, maxime in eo, qui ex officio tenebatur illud impedire?

Sanctis Patribus etiam omnino aduerſatur, quorum licet aliqui aliquo modo minuant crimen Aaronis, tamen eum non omnino abſoluunt, Quis autem eorum popul[illegible] ex[illegible] ab idololatria? ratio etiam contrarium omnino ſuadet, nam certo certius eſt, aliud populum Iſrael petijſſe quam arcam, cum Deos petierit, qui præcederet: quia hactenus antequam Moſes in monte fuiſſet, nulla mentio facta fuerat arcæ, nulla Cherubinorum, ſed tum primum in monte illi oſtenſa omnia exemplaria facien- B dorum, præceptumque datum: non igitur potuit, vel Aaron, vel populus ſcire arcam, vel Cherubinos faciendos, & qua forma hi eſſent effingendi, cum Moyſes è monte nondum rediſſet. Dicendum igitur Iſraelitas peccato idololatriæ peccaſſe, qui exemplo Ægyptiorum, qui Apim bouem venerabantur, volebant ſibi ſimilem ad cultum, veri numinis immemores, effingi.

Moyſi enim huic viro, loquūtur de Moyſe cōtēptim quaſi de viro incognito, *qui eduxit nos de terra Ægypti*, & ideo maximè ingrati qui tantum ab eo acceptum beneficium prædicantes, eius tamen deſcenſum noluerunt expectare, *ignoramus quid ei acciderit*, varius erat rumor, alijs deuoratum à beſtijs dicentibus, alijs C à Deo raptum, alijs (quod omnino fabuloſum) dæmonem pheretrum Moſis in aëre oſtendiſſe Hebræis, vt putarent mortuum.

CONCEPTVS.

Miſeri qui in neceſſitatibus ſuis alium, quam Deum reſpiciunt.

1\. *Videns populus quod moram faceret Moyſes deſcendendi de monte*, Aaronem conuenerunt, & ab eo petierunt ſibi fieri Deos, vel Deum, qui eos pergentes in terram promiſſionis præcederet: nonne abſentiā hominis homines ſupplere potuerūt? nonne potuit eis obijcere Aaron, in me religionis, & reipublicæ ſumma recumbit fratre abſente. potero ergo eius abſentiam ſupplere? conſtituite me ergo ducem ve- D ſtrū, & deducam vos media duce columna, & Angelo præcedente, in terrā promiſſionis? in hoc ſanè in inſipientia ſua ſapientes, qui in neceſſitate ſua ducatū hominum ſuſpectum habentes, ſolum ſibi Deum præfici popoſcerunt. Quos ideo in hoc commendat S. Clemens Roman Conſtit. c. 20. (S. Clemens Rom.) *Hac vna in re ſapiunt, quod ſe ſine Deo nihil fatentur poſſe, imo niſi Deo ducente progredi nolunt: vtinam hac ſemper vigerent cautela, & creaturarum omnium haberent ducatum ſuſpectum, ſed relicto Deo ad creaturam confugerunt.*

Qui nimium in homine confidit, proximus est idololatriæ.

2\. *Videns populus quod moram faceret Moyſes deſcendendi de monte*, ad Aaronem tumultuoſè acceſſerunt, & nulla ſuæ dignitatis ratione habita, quaſi imperantes ei dixerunt, fac nobis Deos: rationem ſuæ petitionis prabent, quia neſcimus, quid viro huic Moyſi acciderit: vide quam facile poſt tot accepta à Deo beneficia, eorum immemores in idololatriā delapſi: vnde tanta facilitas in tam horrendum ſcelus incidēdi? ſane nihil diuinum eorum mens reſpiciebat, ſed tota fidens homini Moyſi pro terra promiſſionis obtinenda, nihil mirum quod veri numinis immemor poſt idola ſacrilege abeat. Ita de hoc crimine philoſophatur B. Aug. tract. 3. in Ioann. (S. Aug.) *Cum Moyſes homo Dei receſſiſſet ab oculis eorum idolum petierunt, & dixerūt, fac nobis Deos qui nos præcedant, quia ille homo dimiſit nos, tota ſpes eorum in homine poſita erat non in Deo.* Facile in idololatriam deueniunt, qui pro tranſitorijs habendis, nimis fidunt hominibus, eoſque colūt indebitè.

Ingratus animus à ſe longiſſime Deum benefactorem repellit.

Videns populus quod moram faceret Moyſes deſcendendi de monte, huius moræ impatientes Iſraelitæ, diutius continere ſe non potuerunt, quin Deos ſibi fieri peterēt: expende illud fac nobis Deos, vbi erat verus Deus tot beneficiorū collator & ſeruitutis liberator Ægyptiacæ, &c.

cur verus Deus ab illorum mente adeo longè ſeceſſerat, vt nec ſui in eis memoria relinqueretur? ſane ingratiſſimi beneficiorum, qui ab Ægypto erepti fuerant non Deo, ſed Moyſi tribuunt dicentes, Moyſi enim viro qui eduxit nos de terra Ægypti, &c. ex qua ſumma ingratitudine, Deum à ſe longiſſimè ablegant. Sic

S. Chryſoſt. enim S. Chryſ. hom. 17. in Acta ſeribit, *Quid dicis, Moyſi qui eduxit nos? non ſpectas eum qui eduxit, ſed negas beneficium, & benefactorem fugas, Moyſi illi, inquiunt, qui eduxit nos de Ægypto, nuſquam Dei nomen, ſed omnia Moyſi tribuunt:* nec mirum igitur, ſi ingrati Deum à ſe non fugarent, & longiſſime ſepararent.

Tanta impietatis Iudæi, & ita vero numini aduerſantes, vt quodlibet falſum ſimulachrum velint adorare.

B

4. *Videns populus quod moram faceret Moyſes deſcendendi de monte,* conueniens Aaronem petijt, vt ſibi Deus faceret. Nonne multa idola vidiſti adorari ab Ægyptijs, imo fere innumera ſub varijs figuris, & formis? cur ergo nullum particulare, nec determinatum petijſti? tantæ fuere Hebræi impietatis, & ita veri numinis aduerſatij, vt quodlibet aliud ſimulachrum velint pro Deo habere & colere: ſapientèr horum ingenium depingit D. Ioann. Da-

S. Ioannes Damaſc. maſc. orat. 3. de imaginib. dicens, *Ebrij facti ſunt vino atque errore, & præ ſtultitia dixerunt, hi ſunt dij tui Iſrael, vides eos pro dijs ſimulachra habuiſſe, coluiſſe: neque enim Iouis, aut huius illiuſve certæ cuiuſpiam rei ſimulachrum, vt fieret aurum dederunt, ſed quidquid forte contigiſſet, atque ita exijt effigies bouis.* Hoc curant impij vnum Deum non adorare, quodlibet alium falſum numen recepturi.

Tanta æſtimationis Princeps inſtar, quod eius abſentiam ſolus videatur poſſe ſupplere.

5. *Videns populus quod morā faceret Moyſes deſcendendi de monte,* credens eum, vel mortuū, vel in cœlū raptum, petijt ab Aarone in eius locū ſibi Deos fieri ductores Cur cum nulla videatur deſcenſus Moyſis de mōte ſpes, non hominē, vel plures virtute præditos, qui gnari itineris Paleſtinæ, poſtulat? cur deficiente aut abſente vnico Moyſe, magis Deos quam viros eximios flagitat? in hoc ſane ſapit, quod credat boni ducis bonique Principis abſentiam minime ſuppleri poſſe, niſi per præſentiſſimam

Abulenſ. diuinitatem. Sic Abulenſ. q. 8. *Nullus talis, vt Moyſes videbatur inueniendus, viſum ergo fuit eis, quod nullum ſufficientem directorem habere poterant, niſi Deus eſſet.*

Summa ingratitudo, quod in medijs beneficijs reſpuat benefactorem.

6. *Videns populus quod moram faceret Moyſes deſcendendi de monte,* Deū non amplius agnoſcit, ſed falſa ſimulachra poſtulat ſibi dari, *Fac nobis Deos.* Nonne tunc pane cœleſti, nempe manna eum Deus ſuſtentabat? nonne riuulus è Petra fluēs, ſiti eius abunde ſatisfaciebat? nōne Angelus adhuc eum comitabatur? ita equidē, quomodo ergo ſi hæc omnia præ oculis, & manibus habet beneficia, ſic petit Deos ſibi fieri, quaſi Deum ductorem ſibi non haberet?

A & in hoc ſumma illius ingratitudo declaratur, quod in medijs beneficijs ſuum obliuiſcatur benefactorem. Hoc ponderat S. Chryſoſt. S. Chryſoſt.

hom. in Iudam, *Iudæi, inquit, circa Deum bonorum ſibi omnium largitorem fuerunt effrenatæ diffidentiæ contumaces, & eius beneficia obliuione præteribant: nam poſt Ægypti profectionem, viderunt ſcindi maria, & denuo conuenire, & alia multa mirabilia, & dicunt fac nobis Deos qui nos antecedant, adhuc inſpicis quod mireris, & oblitus es largitoris!*

Malitia mentem obcæcans.

Videns populus quod moram faceret Moyſes 7.

deſcendendi de monte, rationis lumine deſtitutus, pugnantia & contraria petit, ait enim Aaroni, *Fac nobis Deos:* Si petis Deos ductores, cur ais fac? nonne repugnat quempiam Deū eſſe, & fieri? non poteſt verus Deus, per quem cætera omnia fiunt, fieri, quomodo ergo repugnantia loqueris, & petis? nec mirum, malitiæ enim hoc dandum, quæ obcæcarat, quæ eum lumine rationis quaſi deſtituerat. Id expendebat præf. S. Doctor hom. 5. de Præfat. S. Doctor.

Pœnit. in hæc verba, *Fac nobis Deos; ſi dij, quare dicis fac? quomodo enim dij qui fiunt? ſic malitia obcæcat ſibi ipſi repugnat, & ſemetipſam extinguit: vnus factus eſt vitulus, & vir ingratus. Hi dij tui Iſrael, qui eduxerunt te de terra Ægypti!*

Prælati contemptor, ad idololatriam delabitur.

Videns populus quod moram faceret Moyſes 8.

C *deſcendendi de monte,* moræ impatiens, in hanc blaſphemiam erumpit, vt Deus ſibi fieri peteret. Vnde vobis ô Hebræi hæc inſania, vt verum Deum contemnas, & falſum petas adorandum? ſane quia contempſerat Prælatum, dicens per ludibrium, Moyſi huic viro neſcimus, quid acciderit: neque enim dixerunt huic viro, niſi per contemptum, & quaſi eſſet nullius æſtimationis, & omnino ignotus. Fauet Toſtatus.

Abul. q. 9. *Loquuntur de eo quaſi de viro ignoto, vel de aliquo de quo non multum curarent: nam ſi loquerentur de eo, tanquam de aliquo multum noto, non dicerent Moyſi, huic viro qui nos eduxit de Ægypto, ſed Moyſi qui nos eduxit de Ægypto.* En ergo vt huius Prælati contemptus, gradus ei fuerit ad verum Deum contemnendum, & ad falſum numen pecudum, & adorandum!

D

Quot detrimenta ex Prælatorum abſentia!

Videns populus quod moram faceret Moyſes 9.

deſcēdendi de monte, ecce per aliquot dies abeſt Moyſes à caſtris, licet Aaronem in ſuum ſubſtituerat locum, non ad voluptatem propriam, ſed ad communem vtilitatem, cum Deo colloquens de rebus rempublicam tam Politicam, quam Eccleſiaſticam ſpectantibus, & tamen ecce populus tumultuoſe aduerſus Aaronem cōcitatur, ecce in idololatriam labitur, fac nobis Deos, Dei veri numinis & beneficiorum eius omnino immemor: & deinde ſeuera in viginti millia hominū animaduerſio. Vnde tot detrimenta? tot hominum idololatriæ, & interitus? ex abſentia Moſis, licet ex Dei facta mandato, qui vicarium optimum ſubſtituerat,

eiuſque populum impenſe commendat. Ex A quo recte concludit Hugo Carenſ. (Hugo Carenſ.) *Quid ergo de clericis curatis, qui tanto tempore Pariſijs morantur, nec excuſantur, ſi Theologiam audiunt? quia & Moyſes accepturus legem ex præcepto Domini moratur cum Domino.* Quod ſi hæc conſecutio tantam vim habet in ijs qui ſtudij cauſa in academijs detinentur, quantam habebit in ijs qui delectationis, vel ambitionis cauſa in principum curijs non vocati commorantur? (Oleaſt.) Sed Oleaſt. id habet expreſſe, *Solet in republica magna incommoda, & turbationes facere ducis longa abſentia, etiamſi vicarium in populo relinquat, quod conſiderent Epiſcopi noſtri, quam ſit diſpendioſum eos a ſuis ſedibus elongari, aut à ſuis ouibus diu abeſſe: ſi enim tanta ac talis turbatio ſecuta eſt in populo ex ducis abſentia ad quadraginta dies,* B *quanam erit ſi ad annum, aut duos abeſſe contingat?*

Peruerſorum ſocietas plurimarum calamitatum origo.

10. *Videns populus quod moram faceret Moyſes deſcendendi de monte,* beneficiorum Dei immemor petijt ſibi fieri Deos, quis populus tantarum tragœdiarum auctor? cenſent Hebręi non fuiſſe ex Iſraelitis, ſed ex Ægyptijs, qui cum eis permixti incedebant, qui ſicut erant in idololatria enutriti, ita Hebræos ad petendos Deos incitarũt. En vt peruerſorum hominum ſocietas fuit Hebræis ſpiritualium, imò & temporalium calamitatum origo! Quod obſeruat (Luſitan.) Luſitan. in c. 11. num. verſ. 4. C *Aduerte,* inquit, *quam periculoſum ſit malos tecum habere, recte equidem, nam hi Ægyptij non laborioſam viam vario ſermone leuabant, ſed prauo exemplo laborioſiorem faciebant. Vnde & ebrios ad epulas acuerunt, & inſano deſiderio in flammas præcipitarunt* (Num. 11.) *vt habetur Num. 11. Vulgus promiſcuum quod aſcenderat cum eis, flagrauit deſiderio ſedens & flens iunctis ſibi pariter filijs Iſrael, ait, quis dabit nobis ad veſcendum carnes?*

Qui aliquem expectat venire promittentem, affligitur & erubeſcit.

11. *Videns populus quod moram faceret Moyſes deſcendendi de monte,* impatientiſſime eius abſentiam ferens, Aaronem tumultuoſe conueniens, ait illi, *Fac nobis Deos qui nos præcedant,* D Oleaſt. vbi habemus, quod moram faceret Moyſes, reddidit, vident quod confunderet eum, vel illuderet ei. In quo te confundit? in quo tibi illudit bonus Moyſes? ecce propter tuam vtilitatem aſcendit montem, cum Deo colloquitur de rebus ad tuæ Reipublicæ ſtatũ Politicum, & Eccleſiaſticum ſpectantibus, quomodo ergo tibi illudit? quomodo te confundit? quia tardat venire, cum ſe venturum promiſerit. (Luſitan.) Sic explicat Luſitan. *Cum aliquis alium venturum expectat maxime cum qui ſe venturum pollicitus eſt, ſi non veniat ſe deluſum putat, & confuſum: vnde Dauid Dominum precatur, ne eum in ſua expectatione confundat: cum ergo Moyſes ſe venturum promiſiſſet, ac tardaſſet 40. dies, putauit populus ſe deluſum ab eo, quia non putauit eum amplius venturum.*

Quanta mala vel exigui temporis impatientia accumulat!

Videns populus quod moram faceret Moyſes deſcendendi de monte, de quanam mora conquereris? nondum elapſus eſt quadrageſimus dies à ſuo diſceſſu, nam tenet Abul. ſolum triginta quinque dies elapſos. Rabi autem Salomon 39. cum dimidio. Si ergo ſolum deeſt dimidia pars diei, non eſt quod conqueraris de Moſe non veniente, parumper expecta, tradentur tibi legis tabulæ, Deum verum agnoſces ab omni idololatria immunis. Non paululum expectat, & ſic breuiſſimi temporis impatientia, in quanta mala non dedit præcipitem? nam ſi quemadmodum præcedentium dierum ſpatio ibi ab idololatria temperarunt, temperaſſent etiam vſque ad quadrageſimum diem expletum, procul dubio Moſe tum de monte deſcendente, etiam idololatrandi & tam acriter vapulandi periculum effugiſſent, breuis igitur mora in non expectando, & exigua impatientia longiſſimum illis attulit detrimentum. Hoc docte ponderat B. Cyprian. lib. de bono Patient. circa finem. (S. Cyprian.) "Quid Iudaicus populus circa beneficia diuina perfidus, & ingratus? nonne quod à Deo primum receſſit, impatientiæ crimen dum Moyſis cum Deo colloquentis, moras non poteſt ferre: profanos Deos auſus eſt, vt itineris ſui duces nuncuparet caput bubulum, & terreſtre figmentum: nec vnquam ab eadem impatientia deſtitit, quamuis ſemper docilitatis, & diuinæ admonitionis impatiens Prophetas ſuos, & iuſtos quoſque perimẽdo, ad crucem quoque & ſanguinem Domini prosiliret. Impatientia etiam ex Eccleſia hæreticos facit, & ad Iudæorum ſimilitudinem contra Chriſti pacem, & charitatem rebelles ad hoſtilia & furioſa odia compellit, & ne longum ſit ſingula recenſere, omnia omnino, quæ patiẽtia operibus ſuis ædificat ad gloriã, impatientia deſtruit ad ruinam."

Impatientia & Dei cognitionem & propriam aufert.

13. *Videns populus quod moram faceret Moyſes deſcendendi de monte,* petijt ſibi fieri Deos. Quid? nonne vobis certo certius eſt Deum vos eduxiſſe ab Ægypti ſeruitute, veſtrum Saluatorem, & liberatorem? nonne intolerabili captiuitate detinebamini in Ægypto tanquam vilia mancipia? vnde ergo tanta cæcitas quod nec Dei veri, nec propria in vobis ſit cognitio? ex impatientia qua regreſſum Moyſis è monte expectare noluerunt. Ad mentem noſtrã ſic loquitur S. Cyrill. Alex. lib. 3. in Exod. (S. Cyrill. Alexand.) *Iſti cum eſſent cunctationis ſtulte impatientes, eo dementia venerunt, vt ſe ab omnipotente Deo factos, deinceps omnino ignorarent, cum alioqui ipſum in ſpecie ignis in monte Sinai eſſent conſpicati, diuinæ vocis auditores extitiſſent, ac Moyſem mediatorem eſſent deprecati; ô ſumma ſtoliditas pleni!*

Impatientiæ omne malum ferè adſcribendum.

14. *Videns populus quod moram faceret Moyſes deſcendendi de monte,* congregatus aduerſus Aaron, Auguſt. *conſurrexit.* Ecce ſeditio populi aduerſus ſui ducem, & gubernatorem, *ſur-*

ge, ecce maxima impudentia, Dominum ſuum cum iuſſione excitare à ſomno, vt ſurgat: *fac*, ecce ambitio, imperant enim cui tenebantur obedire: *fac nobis Deos*, ecce nefandum idololatriæ ſcelus, *neſcimus enim quid huic viro accidit*. Ecce maximus ſui liberatoris cõtemptus, *qui eduxit nos de terra Ægypti*, ecce vt potius homini quam Deo fidebant. Vnde tot ſcelerum origo? innuit textus, *Videns populus quod moram faceret Moyſes*: en vt impatientia? nec miror, omne enim malum fere ei adſcribendum. Sic Tertull. lib. de Patientia, *Matrix impatientia in omne delictum de ſuo fonte diffundens, varias criminum venas, omne peccatum impatientiæ adſcribendum, malum impatientia eſt boni.* Tertull.

Secedant Prælati aliquando à tumultibus, vt Deo plenius vacent.

25. *Videns populus quod moram faceret Moyſes deſcẽdendi de monte*: Nonne totius populi Prælatus eſt conſtitutus? nonne omnibus conſulere præſens teneris? cur ergo tantam moram contrahis in monte? deſcenda, aliàs moræ impatiẽs populus deos ſibi fieri poſtulabit: quid conquerit ne? impatientiæ arguitur, Prælati enim aliquando à tumultibus ſecedere debent, vt Deo plenius vacent. Sic Greg. Mag. lib. 23. Moc. c. 12. *Rurſus Iſraelitici populi turbis Prælatus, vt legis præcepta percipiat in montem ducitur, atque vt interna penetret ab externis tumultibus occultatur.* S. Gregor. Magnus.

Qui idololatriam colit, omnibus vitijs ſe ſubijcit.

16. *Videns populus quod moram faceret Moyſes deſcendendi de monte*, conſurrexit, ait Aug. aduerſus Aaron, & ſibi fieri Deos poſtulat. Et licet B. Hieron. c. 3. in Danielem, aſſerat hanc ſcripturæ Sacræ conſuetudinem, vt vnum idolum appellet pluraliter, vt hîc & 3. Reg. 12. Ieroboam ponẽs vitulum aureum in Bethel idola feciſſe narratur. Sed licet hæc ſit Sacræ ſcripturæ conſuetudo, tamen id myſterio carere non videtur: cur ergo ſi vnicum fieri ſibi Deũ petit populus, cur plures dicit ſcriptura? quia qui idololatriam colit, non vni, ſed pluribus vitijs ſe ſubijcit: mens eſt Strabi Fuldenſ. *Fac nobis Deos dixerunt, cum vnus tantum vitulus factus ſit ad ſimilitudinem ſcilicet bouis Apis, quem in Ægypto coluerunt: ſed qui idololatriam colit omnibus vitijs ſubijcit ſe, & quaſi tot dijs ac dæmonibus, quot vitijs.* S. Auguſt. S. Hieron. Strabus Fuldenſ.

Impius, in malefaciendo promptiſſimus.

17. *Videns populus quod moram faceret Moyſes deſcendendi de monte*: Tumultuoſe congregatus, conuenit Aaronem, atque cum imperio & faſtu dixit ei, *Surge fac nobis Deos qui præcedant nos.* An ita ſomno deditus Aaron, vt quoadusque è lecto ſurrexerit, vt poſſitis eum alloqui, non expectetis? quid vos vrget? ſi per tot dies moram contraxit Deo colloquens Moyſes. Nonne & quoadusque ſol illuceſcat, poterit colloquium protrahere? expectetur ergo paululum, iam adhuc aurora: promptiſſimus in malefaciendo impius, impatientiſſimus eſt, quoadusque ſua exequatur deſideria, ecce à ſomno excitat Aaronem, ſummo mane aduerſus eum conſurgit, imperatque vt ſibi Deos faciat. Annuit Cardin. Cajet. *Ex verbo ſurge, inſinuatur quod matutinus fuit hic concurſus, tanquam Aaron adhuc iacentem excitauerint, dicendo ſurge fac nobis Deos.* Cardin. Cajet.

Populus indomitus, arrogans, effrænis, & carens ratione.

Videns populus quod moram faceret Moyſes deſcendendi de monte, congregatus aduerſus Aaron dixit, *ſurge fac*, Auguſt. *Conſurrexit aduerſus Aaron*, alij, *ſuper Aaron*: Quid? nonne in Moyſis locum à Deo ſubſtitutus? nonne Moyſe abſente veſter iudex, & gubernator? quomodo ſeditioſe in eum congregaris? quomodo petulanter in eum conſurgis? quomodo nulla prædita reuerentia, ac ſi veſtrum eſſet vile mancipium, imperas vt promptiſſime de lecto ſurgat? vt tibi faciat Deos? ne mireris, populus, indomitus eſt, & ideo arrogans, effrænis, & omni carens ratione. *Diſpendioſum eſt valde*, inquit Luſitan. *indomitæ multitudini præeſſe, eamque in officio continere velle, cui ſi velis reſiſtere, actum puta de te.* 18. Luſitan.

Qui pro communitate laborat, pro nullo laborare videtur.

Videns populus quod moram faceret Moyſes deſcendendi de monte, conuenit eius vicarium Aaronem, & ait, *Fac nobis Deos*, qua de cauſa? *quia neſcimus quid acciderit huic viro, qui eduxit nos de Ægypto.* Si tam eximium vobis beneficium contulit, quale eſt ab intolerabili ſeruitute vos eripuiſſe, & libertate vita ipſa chariore donaſſe, quomodo nulla mora interpoſita, non expectato eius aduentu, iam eum nec liberatorem, nec benefactorem cognoſcitis? cur conſilium ſeniorum non congregatur, vt quid in re tanti momenti agendum ſit, conſulatur? nihil tale meditantur, ſed Moyſis immemores, imo illius contemptores, præcipitanter in eius locum alium ſibi ſubrogari poſtulant, vt ita verum ſentias, quod qui pro communitate laborat, quaſi pro nullo laborare videtur, nam nullus ex ea, beneficij accepti ſit memor. *Contemptibiliter valde*, inquit Oleaſt. *de ſuo duce loquuntur, vt diſcas ex hoc loco quid vtilitatis ſit multitudini præeſſe, & ei bona præſtare: non curant eum quærere, non viros qui explorent, vbi nam ſit mittunt, nihil gratiæ, vel amoris erga eum oſtendunt, putantes ſe facile alium ducem habere poſſe, vt ſcias quam verum ſit illud dicterium, nemini ſeruit, qui communi ſeruit.* 19. Oleaſter.

Maxima Iudæorum in fide inſtabilitas; & in perfidia firmitas.

Videns populus quod moram faceret Moyſes deſcendendi de monte, conſurrexit aduerſus Aaronem, & impudenter ſibi Deos fieri poſtulabat. Nonne Deus in ſuam plebem electam ab omnibus nationibus vos ſegregauit? & nullum alium Deum habere præter eum iuraſtis? quomodo ergo promiſſi immemores, à cultu veri Dei deficere in corde eſt? quomodo nulla data occaſione legitima, ad falſa numina animum conuertitis? iam ea in Ægypto coluerant: non miror igitur cito à vera fide defe- 20.

ciſſe, quia maxima illorum in fide inſtabilitas, & in perfidia firmitas. Suffragatur præfat. Luſitan. *Conſidera hominis inſtabilitatem in vera fide, & ſtabilitatem in perfidia, nam qui falſis dijs adhærent, vix aut nunquam ab eis, & eorum fide dimoueri poſſunt, qui autem vero Deo, facillimè ab eo ſuperantur: de qua re ipſum Deum audi, Ierem. 2. Tranſite ait, ad inſulas Chetim, & videte, & in Chetar mittite, & conſiderate vehementer, & videte ſi fuit ſimile: non mutauit gens Deos ſuos, & ipſi non ſunt dij, populus vero meus mutauit gloriam ſuam in idolum.* Idem obſeruat Rupertus c. 24. lib. 4. addens celeritatem defectus, *Et ipſe Dominus quaſi admirans dixit cita receſſurum de via quam oſtendiſti eis, feceruntque ſibi vitulum conflatilem.*

Luſitan. — Ierem. 2. — Rupertus.

Ingluuies & libido ad idololatriam prouocant.

21. *Videns populus quod moram faceret Moyſes deſcendendi de monte*, ſibi fieri Deos petit ab Aarone. Nonne vobis notus eſt verus Deus? an ſub dubium reuocare poteſtis præter illum nullum alium eſſe, qui in terram promiſſionis vos dirigere valeat? cur ergo falſa deorum ſimulachra adoranda vobis proponitis? quid vos receſſum à Deo, & in idololatriam inducere potuit? ſciebant Ægyptios, quorum prauitatis imitatores fieri volebant, cum dijs ſuis cultum & adorationem eſſent exhibituri, conuiuia parare opipara, choreas ducere, veneri non parcere, cur ergo non dicemus ingluuiem, & libidinem ad idololatriam prouocaſſe? Sic enim aliqui teſte Abul. q. 6. cuius verba ſubijcio, *Petierunt iſtos Deos ad adorandum, quia erant aſſueti in cultu idolorum, & delectabantur in colendo, præcipue quia quando colebant, fiebant ei multa gaudia, & hoc tam in delectatione ciborum, quam in delectatione communicationis vulgaris accipientes requiem à laboribus ſuis etiam in actu venereo, quando colebatur Priapus, cuius cultores actui venereo, tanquam potiſſimæ parti cultus diuini inſiſtebant.*

Abulenſ.

Nimia proſperitas, aliquando & idololatriæ origo.

22. *Videns populus quod moram faceret Moyſes deſcendendi de monte*, omnis moræ impatiens, veri Dei immemor, idololatriam meditatur, dicens Aaroni, fac nobis Deos qui nos præcedant. Quid hoc eſt, quod ita facile in grauiſſimum ſcelus labitur? quid à benefactore totque beneficiorum collatore, ſine cunctatione recedit? recole quot à Deo receperit proſpera: libertatem à ſeruitute duriſſima, aduerſariorum ſubmerſionem, panem de cœlo, potum de ſaxo duriſſimo, columnam ſui itineris ductricem, quorum obliti viri ingratiſſimi: en ergo vt nimia proſperitas, auctore illius contempto idololatriæ eorum origo? Ita cenſet S. Iſidor. Peluſ. lib. 2. epiſt. 74. *Quod mortalium animi gaudio magis efferri ſoleant, oſtenderunt Iudæi, poſteaquam enim Ægypti defuncti ſunt, eoſque mare pro ſepulchro habere conſpexerunt, tum vero ad idolorum cultum ſe conuerterunt.*

Iſid. Peluſ.

Deum vellemus nobis ſenſibilem & viſibilem.

Videns populus quod moram faceret Moyſes deſcendendi de monte, conueniens Aaronem petijt ſibi fieri Deos. Nonne verum Deum qui eduxit vos de terra Ægypti, quique pollicitus eſt ingreſſum terræ lac & mel fluentis, habetis? quomodo ergo alios vobis quæritis? quia volumus Deos qui nos præcedant. Nonne vobis eſt Deus omnipotens, qui vos perducit & deducit? ita craſſi & corporei ſunt, vt velint ſibi viſibilem & ſenſibilem, quem intueantur, quem palpent, qui cum eis conuerſetur, & ambulet, Deus iſte quem nobis Moyſes prædicat, vere Deus abſconditus, quod quidem Iſaias c. 45. quodammodo conqueſtus dixiſſe videtur, Deoque perinde vim facit, vt promiſſa tandem compleret, & viſibilis appareret. Hinc illud perbelle dictum à B. Petro Chryſol. ſer. 147. *Et ipſi Gentiles ob hoc ſimulachra finxerunt, vt in ipſis erroribus oculis cernerent, quod colebant: ſciens ergo Deus videndi ſe deſiderio cruciari mortales, vnde ſe viſibilem faceret, hoc elegit, quod eſſet, & terris magnum, & non minimum ſupernis, factus homo aſſumpſit ex nobis, vt videretur à nobis.* 23.

Petrus Chryſol.

Vult Deus vt Prælati cognitos habeant mores ſubditorum, vt eis ſecundum exigentiam conſulant.

Videns populus quod moram faceret Moyſes deſcendendi de monte, Deos ſibi fieri poſtulat, Chryſ. ho. de ſuo egreſſu hæc ait, [Moyſi accidit, quod in ſæculari coniugio ſolet euenire: etenim vir quando impudicam vxorem habere ſe nouit, nec perſpicere ei de domo permittit, qui & ſi peregrinari aliquando coactus fuerit, cogitat cito reuerti, quaſi quodam ſuſpicionis aculeo ſtimulatus: qui autem ſobriam & caſtam habet, foris ſecurus demoratur, ſufficientes procuratorum munimine mores relinquens vxoris. Hoc Moyſes paſſus eſt, quia inemendabilem vxorem habebat Synagogam, reliquit eam, & fornicata eſt.] At ſi probè Dominus perſpectam habebat illius populi impietatem, cur tamdiu rectorem ipſius ac Pædagogum detinuit in monte, ex quo populus in idololatriam lapſus eſt? vt Moyſes cognitor illius mores habens, & ſecundum exigentiam conſuleret. Annuit Procopius, Detinuit Deus apud ſe Moyſem quadraginta diebus, vt cognoſceret quam facile populus ille reuerteretur ad nefandam idololatriam: proinde introducendos dies feſtos, & ſacrificia, & ſplendidas ſolemneſque epulas ſtatuit, ne recurrerent ad veterum illorum cultum, & vt huiuſmodi exercitijs & ludicris illorum pueriles animos prouehendos eſſe ad ſpiritualia bona. Moyſes autem impietatem populi perfectè non erat expertus, ſed nunc didicit cum illius tunc fœdam, atque execrandam mutationem eſt conſpicatus, vt quomodo deinceps erga eam ſe gerere debere perſpectum haberet. 24.

Procop.

VARIET. LECT. *Verſ. 2. & 3.*

V*Vlg.* Dixitque ad eos Aaron, tollite inaures aureas de vxorum, filiorum, & filiarum veſtrarum auribus, & afferte mihi.

Sept. Demite inaures aureas quæ in auribus vxorum veſtrarum & filiarum.

Onk. Recipite inaures aureas.

Mont. Separate inaures auri, *ſic Pag. Vatab. Oleaſt. Amb.* deponite annulos & inaures.

Vulg. Fecitque populus quæ iuſſerat deferens inaures ad Aaron.

A *Sept.* Et abſtulerunt omnis populus inaures aureas, quæ in auribus earum & attulerunt ad Aaron.

Onk. Et abruperunt vniuerſus populus inaures aureas, quas habebant in auribus.

Pag. Et ſeparauerunt ſe omnis populus ab inauribus aureis.

Alij. Et diſſoluit populus inaures aureas, *Alij:* & lacerauit.

Alij. Præter inaures addunt, monilia.

CONCORDIA.

VErbum פרק pharak coſtringere, diuidere, ſeparare, diſſoluere, & excutere ſignificat, ſed maiori cum proprietate ſeparare & diuidere quam rumpere. nam illud ex eo quod B rumpitur, ſcinditur & diuiditur, in Heb. non habetur quod iuſſerat. ſed ſimplex executio ſcribitur D. Ambroſ. addit annulos, & alij monilia, quod tamen non eſt in Hebræo.

EXPOSITIO.

D*Ixitque ad eos Aaron*, non auſus reſiſtere propter timorem mortis, difficilia tamen præcipiens, vt eos à peſſima intentione reuocaret, *tollite inaures aureas*, credidit hoc difficillimum petens Hebræorum auertere furorem, putabat enim per domeſticam diſſenſionem, quæ ob huiuſmodi oblationem in domo qualibet oriretur, reluctantibus mulieribus & pueris, monilium maxime aureorum amantiſſimis id non poſſe aſſequi. ſed vicit impietas, nã nulla reluctata eſt Aaronis petitioni; imo libentiſſimè, *fecit populus quæ iuſſerat*, cum enim inaures aureas ab vxoribus & filiis obtinuiſſet, *populus* id eſt maior pars illius, *detulit ad Aaronem*, vt ilico ſimulachrum fieret, ſane in hoc non leuiter offendit Aaron, nequaquam debebat populi petitioni acquieſcere, vt potius quæuis mors fuerit ei obeunda, quam in re ita impia ei obſequi.

CONCEPTVS.

Nullum non excitat malum auri cupiditas. C

25. *Tollite inaures aureas de vxorum auribus*, nonne erant ſibi alia monilia, quam inaures aureæ? quis dubitat, cum eſſent vaniſſimæ & ornamentorum cupidiſſimæ? cur ergo ſolum inaures poſtulat ad efformandum vitulum? nam ſi populum reuocare cupiebat à peſſima cogitatione, credens mulieres nequaquam inaures aureas daturas, ſane nec ita libenter cætera quæ habebant ornamenta. D. Ambroſ. epiſt. 56. quæ

mbr. eſt ad Romulum ait, *congrue inaures aurea, auferuntur à mulieribus, ne iterum Eua vocem ſerpentis audiret*, quaſi aurum in fœminis non poſſet non omnia in ſe venenorum venenatorumque mala excitare; crede mihi, vbi aurum ſit, ſerpentes vndique trahet, qui te perdant vel halitu.

fandæ ſuæ cupiditati & virorum, vt enim eis ſatisfaciamus, nulli nec pretioſiſſimo ſcimus condonare. ſic auctor catenæ. *In conſtituendis falſis Deorum cultibus liberaliſſimi ſunt, qui alibi in inſtaurando & conſeruando Dei cultu ſunt auariſſimi & tenaciſſimi:* hæc ſane miſera mortalium conditio, quod pro voluptatibus emendis, pro idolis faciendis, pro cupiditatibus ſatisfaciendis, nullis parcant ſumptibus. ſimiles Iudæis videmus Chriſtianos, qui in carnis voluptates, pompam & luxum, cenſum omnem profundunt, ſed pro Chriſti amore, nec obolum pauperibus erogant. quod annotat idem

Lippom. *Quotus quiſque Chriſtianorum eſt, qui non in voluptates carnis, in ſuperflua & vana &* Lippom.

D *populi auram captantia non cenſum omnem profundat, at in pauperes Chriſti ne vile quidem obolum erogare curat.*

Vt ſeruiamus cupiditatibus, nec pretioſiſſimis parcimus.

Tollite inaures aureas de vxorum auribus, quis non neſcit inaurium cupidiſſimas mulieres, & in magno habuiſſe pretio, maximè ſi eſſent aureæ? quomodo ergo cum ſint auariſſimæ, eas ſine cunctatione dederunt, & ornatus ſtudioſiſſimæ eas ſibi auellunt? ſane vt ſeruirent ne-

Effæminatorum eſt ornamenta auribus deferre.

Tollite inaures aureas de vxorum, filiarum & filiarum auribus, Sept. non habent *filiorum* cur 17e.
id non addiderunt? an quia crediderunt fœminatorum eſſe eiuſmodi inaures aureas habere, & ideo non vertere filios eas habuiſſe, quaſi viris quid maxime dedecens & ſolum fœmi-

familias largus eſt diſpenſator, non debet eſſe tenax, ſi ei Deus benignus, audiat te homines parua mandantem, & grauia facientem: talis eſt autem ſacerdos, qui ſibi indulget, & alios exigit, quemadmodum malus deſcriptor tributi in ciuitate qui ſe releuat, & onerat impotentes.

Leges debent eſſe firmæ & ſtabiles.

55. *Dedit Dominus Moyſi duas tabulas lapideas digito Dei ſcriptas:* Cur legem Deus hominibus daturus, non chartæ aut tenui membranæ, ſed lapidi duriſſimo dedit inſculptam? quod deinde etiam fecere gentibus in ſuis legibus deſcribendis: teſte B. Cypriano epiſt. 2. [S. Cyprian.] ſint licet in ære inciſæ leges duodecim tabularum, lapides non ita difficile iniurias temporis ſentiunt. Bene ergo in huiuſmodi tabulis lapideis, lex Dei inſcribitur, vt ex ipſa materia, perpetua & inuiolabilis eius obſeruatio commendaretur. Sic annotat Lippom. [Lippom.] *Quid eſt quod Deus potius deſcripſit decalogum in lapideas quam papyraceas tabulas? cui reſpondebimus, voluiſſe Deum his ſaxeis tabulis ſignificare ſtabilitatem, & firmitudinem legis ſuæ: vt enim incidebant gentes leges ſuas in æs, quo ſignificarent eas debere eſſe inuiolatas, ita Deus ſcripſit decalogum ſuum in lapides, vt declararet ſe potius cælum & terram aboliturum, quam legem ſuam.*

Diabolus aduerſus prima ſanctitatis fundamenta machinas adhibet, vt deſtruantur.

56. *Dedit Dominus Moyſi duas tabulas lapideas digito Dei ſcriptas,* Deus populum de Ægypto exeuntem, & Gentilitatis ritibus ac cæremonijs renuntiantem reformaturus, & ad pietatem, verique numinis cultum inſtructurus, ad montem Moyſem vocat, in quo omnia præcepta moralia, cæremonialia, iudicialia tradidit, tandem tabulas lapideas dedit; & illico cum eas accepiſſet, ait textus, quod dixerit populus Aaroni, fac nobis Deos qui nos præcedant. Quid hoc eſt? cum populus legem Dei obſignatam tabulis, iamjam accepturus eſt, vt deinceps eius obſeruatione, vitam fœlicem poſſet conſequi, non ſolum populus ſeditioſe in Aaronem commouetur ſibi Deos fieri poſtulans, ſed etiam Aaron obſignatus omnium Pontifex, peſſimæ illius voluntati conſentit? niſi quod ſenſit Diabolus quantum ex illis tabulis ſibi detrimentum naſceretur, eam legem fore ad illius populi ad veram fidem ac religionem pædagogum: dediſcendas eſſe ſuperſtitiones Ægyptiacas, abolendas prauas conſuetudines, extinguendam idololatriam, reformandos mores, exculendam fidem, vnum Deum, ac verum toto animo complectendum: quid ergo? ecce in iras exarſit, quidquid vi aut fraude potuit, intendit, omnia machinamenta adhibuit, vt traditam legem reſcinderet, vt idololatriam nutriret, vt infœlicia illius populi ad pietatem exordia perturbaret, vt denique is qui fidem tueri debebat, Aaron conflato vitulo ſuum ad fidem deſtruendam conferret, populum ſtimulauit in patrocinium: quod D. Chryſolog. ſerm. 96. expendens ait, [Petrus Chryſol.] *Sic legem ait diuinis & veracibus præceptis, ſatan humanis & mendacibus fucauit inuentis, vt de ſacerdote fieret perſecutor, de doctore deprauator exiſteret, de deffenſore legis redderetur inimicus.* En vbi prima ſanctitatis fundamenta à Deo iaciuntur, ibi peſſima impietatis machinamenta à diabolo ſuſcitantur, vt irrita euadant quæ fœliciter cœperant.

Solius Dei opus videtur eſſe conuerſio hominum in ſuis peccatis obſtinatorum.

Dedit Dominus Moyſi duas tabulas lapideas digito Dei ſcriptas, bis tabulas Moyſes accepit, nunc ſolius Dei manu exaratas vt hic, ſecundo in quibus etiam Moſes laborauit, ſed Deo vel Angelo nomine illius regente ſcribentis dextram. Nam infrà cap. 34. ſcriptio Moyſi tribuitur, Deuter. cap. 10. Deus auctor recenſetur, ſed quare Moyſes integrè eam non ſcripſit? num quia tabulæ ex lapidibus? verum & in ſaxis etiam homines exarant: animaduerte in ſcripturis ſignificari lapidibus homines, quorum eſt in offendendo numine pertinax natura, & flecti admodum difficilis, quorum mentibus callum obductum videatur: vt igitur ſignificet humanæ eloquentiæ vires excedere talia, vt domentur corda, ipſiuſque Dei vires potentiſſimas deſiderari, Moyſem quamquam eruditum in omni ſapientia Ægyptiorum, induit, quem niſi diuino ſuffultum adiutorio, impoſſibile ſit ferè ſcribere in tabulis lapideis, quaſi innuat, vt quidem ſcribendum eſſet in cereis tabulis, ſcilicet mites commonendæ eſſent animæ, ad Moyſem tentare potuiſſe: at duros emollire peccatores, ſilici caracteres imprimere, quibus legis integræ obſeruantia comprehendatur, adeo tale opus Deo digniſſimum, & quod in eius potentiæ cumulatiſſimam cedat laudem. Galfridus hæc habet apud Tilman. [Galfridus] ad illud Luc. c. 1. Luceat lux veſtra coram hominibus, &c. *Nolite obdurare corda veſtra chariſſimi, in lapideis tabulis ſolius Dei digitus ſcribit, qui potens eſt de lapidibus filios Abrahæ ſuſcitare.* 57.

Iodei ſpiritum Dei in ſacris ſcripturis non attendant, ſed litteram.

58. *Dedie Dominus Moyſi duas tabulas lapideas digito Dei ſcriptas:* cur non ait attramento ſcriptas? nam ſi aliquid ſcribitur, attramento ſcribitur. Scio manum vel digitos calamum mouere, vt aliquid attamento deſcribatur. Cur poſuit digito Dei ſcriptas? bene ita poſitum, vt ſcirent Iudæi ſpiritum Dei in ſacris legibus in diuinis ſcripturis attendendum, non attamentum, non ſolam litteram. Sic habet B. Ambroſ. lib. de Noe & Arca c. 13. [S. Ambroſ.] *Digito Dei ſcriptas eſſe tabulas Moyſes dicit, illi digitum Dei non legunt, ferrum legunt, atramentum vident, ſpiritum Dei non vident, ſed Eccleſia neſcit atramentum, ſpiritum nouit, ideoque nouit Paulus ſcribere non atramento, ſed ſpiritu Dei viui. ô ſacrilegum, & ineptum populum Iudæorum! homo ſpiritu Dei ſcribit, & homo ſub lege nutritus, & illi volunt Deum attramento ſcripſiſſe.* Non ſpiritu, & in Pſal. 118. [Pſalm.] *Digitum pro ſpiritu legimus, vt lex Dei digito ſcripta eſt, & ideo ſpiritualis eſt.*

In Deo idem eſt verbum, & opus: in nobis eodem modo deberet eſſe.

39. *Dedit Dominus Moyſi duas tabulas lapideas digito Dei ſcriptas:* Non attramento aut calamis, ſed digito. Quid eſt quod digito qui deſignat opera, dicantur tabulæ deſcriptæ, niſi quod in Deo opera & verba pro eodem vſurpantur? Quod obſeruat Hugo explicans illa verba Angeli ad B. Virg. Luc. 1. Quia non erit impoſſibile apud Deum omne verbum, ait, Non apte referendum illud impoſſibile ad verbum, verba enim aut falſa, non vero poſſibilia, aut impoſſibilia dicuntur: res autem per nomen ſignificata cum proprietate poſſibilis, vel impoſſibilis enuntiatur. Cur ergo ita dictum? reſpondet ex D. Bernardo, Quia apud Deum verba pro rebus ipſis ponuntur, quia eiuſdem ſunt roboris, & æſtimationis, apud Deum verba & opera, & id quod per verba exponitur. Subijcio verba Hugonis, *Quare non dixit Angelus, non erit impoſſibile apud Deum omne verbum? vt oſtendat, quia ſoli Deo idem eſt facere quod loqui, idem velle quod loqui.* Ex hoc collige quod ſi velis Deum imitari, aut Dei legem adimplere, verba tua, ſi poſſibile, ſint opera.

mard.

go Ca.

Sacræ ſcripturæ lectio cor duriſſimum etiam emollire poterit.

40. *Dedit Dominus Moyſi duas tabulas lapideas digito Dei ſcriptas*, ſcribit Deus digito tabulas, id eſt ſpiritu, quia lex Dei plena eſt ſpiritu, quam qui diſcit ſimul, & ſpiritum eius haurit, ſed ſi mollis eſt digitus, quanam ratione incidere poteſt tabulas lapideas? hoc quidem ſignificat, quod Dei ſpiritus in ſcriptura deliteſcit, mollit etiam duriſſima corda, & planè lapidea: ergo quamuis cor tuum durum ſit inſtar lapidis, æris, adamantis, nihilominus ſacras lege ſcripturas, quæquidem cor tuum, Dei gratia adiuuante, poterunt emollire. Eius virtutem & efficaciam ſic exprimit Orig. *Si creditum eſt à gentibus, quod quædam carmina, quas præcantationes appellant, quibus iſtud artis eſt, inſuſurrantes nominibus quibuſdam compellatis, quod neque illi quidem qui inuocant, norunt, & ſolo ſono vocis, vel ſopiantur ſerpentes, vel etiam de cauernis protrahantur abſconſi; ſæpe etiam & in corporibus humanis tumores, aut alia huiuſmodi voce ſola reprimere dicuntur: interdum etiam animi ſtuporem quemdam ſenſui infligere, vbi tamen Chriſti non reſtiterit fides, quanto magis totius præcantationis, & carminum validiorem, & potentiorem ducendam credimus quamcumque illam Scripturæ ſacræ, vel ſermonum, vel nominum appellationem?* Nonnulla alia non contemnenda addit idem Adamant. circa efficaciam ſacræ ſcripturæ.

g. hom. in Iosue.

Singularis Dei erga populum ſuum dilectio.

41. *Dedit Dominus Moyſi duas tabulas lapideas digito Dei ſcriptas*: Si tot Angelos ſibi miniſtrantes habet, quomodo deeſt illi ſecretarius,

A qui eas conſcribat Epiſtolas? nonne maxime erga aliquem indicium eſt beneuolentiæ, ſi Rex propria manu ſcripſerit? nonne Paulus amorem, quo erga Eccleſiam demonſtrat, cum ait manu propria ſcripſi? en cur Deus dicit digito ſuo legem ſcripſiſſe, vt ſingularis ſua in populum manifeſtaretur dilectio. Hoc præclarè verſat Oleaſt. *Nos admonet quanti nos fecerit Deus noſter, vt ſcripturam quam ad nos dabat, ſuo digito, non alicuius Angeli, aut hominis ſcribi voluerit: ſi enim Principes pluris faciu[n]t [litera]s, quibus manu propria ſcribunt, quanti faciendus eſt populus, cui Deus omnium creator ſuo digito leges exarare dignatus eſt? commendare voluit Paulus Chriſti modicus ſeruus litteras quas ad Eccleſias dabat, quod ipſe propria manu* B *ſubſcripſiſſet, quanto magis commendabilis eſt lex, quam ſcripſit Dominus Deus?* Oleaſt.

Lex data ex maxima erga nos Dei beneuolentia.

Dedit Dominus Moyſi duas tabulas lapideas digito Dei ſcriptas: Cur eam patribus antiquis, qui Moyſem præceſſerunt non dedit? nonne veri numinis erant cultores? reſpondet D. Irenæus lib. 4. aduerſus Hæreſ. c. 30. Quia lex inquit non eſt poſita iuſtis, iuſti autem patres virtutem decalogi conſcriptam habentes in cordibus, & animabus ſuis diligentes, ſcilicet Deum qui fecit eos, & abſtinentes erga proximum ab iniuſtitia, propter quod non fuit neceſſe admonere eos correptorijs litte- C ris, quia habebant in ſemetipſis iuſtitiam legis.] Sed cur huic populo ex Ægypti ſeruitute educto, hanc legem tradidit? nam ſicut ſui progenitores ſine ea vixerunt, ſic & ipſi ea non accepta vitam tranſigere potuerunt. Reſpondet præf. Doctor, *Cum iuſtitia & dilectio quæ erat erga Deum ceſſiſſet in obliuionem, & extincta eſſet in Ægypto, neceſſario Deus propter ſuam erga homines beneuolentiam, ſemetipſum oſtendebat per vocem, & eduxit populum de Ægypto in virtute, vti rurſus fieret homo diſcipulus, & ſectator Dei, & ſubaffligebat indicto audientes, vt non contemnerent eum qui ſe fecit, & manna cibauit eos, &c.* 42. S. Irenæus.

Omnia à lege Dei pendere videntur.

D *Dedit Dominus Moyſi duas tabulas lapideas ſcriptas digito Dei:* Quomodo non dicitur, quod integrum volumen ei dederit? nam quid non iniunxit ei Deus toto tempore, quo cum eo in monte commoratus eſt? quid? ſolum decem verba ſcripta conſignaſti? omnia ne ad decem rediguntur præcepta? ita ſane cum omnia à Dei lege pendere cenſeantur. Teſtis eſt B. Auguſt. 104. in Exod. *Cum tam multa locutus eſt Deus, duæ tantum tabulæ dantur Moyſi lapideæ, quæ dicuntur tabulæ teſtimonij futuræ in arca, nimirum omnia cætera quæ præcepit Deus ex illis decem præceptis, quæ duabus tabulis conſcripta ſunt pendere intelligantur, ſi diligenter quærantur, & bene intelligantur. Quomodo hæc ipſa rurſus decem præcepta ex duobus illis dilectione, ſcilicet Dei, & proximi, quibus tota lex pendet, & Prophetæ.* 43. S. Auguſt.

A

Spiritus ſanctus ſicut gratiæ dator, ita etiam & legis antiquæ.

44. *Dedit Dominus Moyſi duas tabulas lapideas digito Dei ſcriptas*, ad quid additur digito Dei ſcriptas? ſatis enim erat dixiſſe, duas illi tabulas dediſſe, in quibus lex decalogi continebatur: certum enim eſſet ſaltem Deo præcipiente, conſcriptas: nonne diximus Spiritum ſanctum digito Dei intelligi? vt patet etiam ex Euangelio: quia vbi dicit Christus Matth. 12. Si ego in ſpiritu Dei eijcio dæmonia: apud S. Lucam cap. 11. dicit, Si ego in digito Dei eijcio dæmonia. Dicamus ergo non ſine myſterio additum, has tabulas digito Dei ſcriptas, ſed vt notum quod ſicut Spiritus ſanctus legis gratiæ, ita & legis ſcriptæ lator eſt. Adeſt ad hanc mentem S. Vigilius Epiſcop. Trid. diſput. de Chriſto Domino, & fide ſanctiſſimæ Trinitatis, *Quo digito nempe Spiritu ſancto, lex Dei in duabus tabulis conſcripta refertur, vt in Exodo legimus, vnde oſtenditur hunc Spiritum ſanctum legiſlatorem eſſe.*

Matth. 12. Luc. 11. S. Vigilius.

Iudæorum cor lapideum.

Dedit Dominus Moyſi duas tabulas lapideas digito Dei ſcriptas: Cur lapideas? an vt denotaretur firmitas, & ſtabilitas legis diuinæ in eis inſcriptæ? verum quid refert vt ſtabilis ſit & firma, quod tabulæ lapideæ ſint in quibus ſcripta ſit, cum verbum Domini maneat in æternum, cœlo licet terraque tranſeuntibus? addamus ergo ideo ſic ſcriptas in lapidibus, vt denotaretur inſenſibilitas, & durities cordis Iudæorum eam recipientium. 45.

B Sic B. Iſidorus Hiſpalenſis hîc, *Cur lapideæ fuerunt*, inquit, *niſi ad ſignificandum cor lapideum Iudæorum? per lapidis enim inſenſibilitatem demonſtraui: duram mentis eorum ſtoliditatem, de qua Apoſtol. Non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus: neque enim hoc carnales tabulæ volunt, vt carnaliter ſapiamus, ſed quia in comparatione lapidis qui ſine ſenſu eſt caro ſentit, ideo per lapidis duritiam, ſignificatum eſt cor non intelligens, & per carnis ſenſibilitatem ſignificatum eſt cor intelligens?* Iſid. Hiſpal.

Si plures conceptus de maieſtate, qua data eſt lex, ac de circumſtantijs eius deſideraueris, conſule cap. 19. & 20. huius libri.

SYNOPSIS

SYNOPSIS
CAPITIS XXXII.

Idololatria populi petentis, Moyſe abſente, Deos fieri deſcribitur, Moyſi tam graue delictum in monte adhuc exiſtenti notificatur, à Moyſe poſt montis deſcenſum, tale idololatriæ crimen ſeuerè examinatur, poſt cuius examen per Leuitarum manum à Moyſe punitur populus, cæſis viginti idololatrarum millibus, tabulas frangit, vitulum comburit, & in puluerem redigit. Deinde in montem reuerſus, pro dimiſſione huius grauiſſimi ſceleris, Dominum deprecatur, aut deleri ſe de libro vitæ in quo erat ſcriptus.

VARIET. LECT. Verſ. 1.

VVLG. Videns autem populus, quod moram faceret deſcendendi de monte Moyſes, congregatus aduerſus Aaroo, dixit, ſurge, fac nobis Deos qui nos præcedant, Moyſi enim huic viro, qui eduxit nos de terra Ægypti ignoramus quid acciderit.

Sept. Quia tardauit Moyſes deſcendere de monte, conuenit populus in Aaron, &c. Moyſes enim hic homo, neſcimus quid factum ſit ei.

Cald. Congregatus eſt populus, & dixe- A runt ei, Surge fac nobis Deos, qui gradiantur ante nos.

Mont. Congregatus eſt popolus ſuper eum, & dixerunt ad eum, Surge, fac nobis Deos qui eant ante nos, quia huic Moſech viro qui aſcendere nos fecit de terra Ægypti, non nouimus quid ei fuit.

Oleaſt. Videns populus quod Moyſes faceret confuſionem in deſcenſu de monte, dixit Aaron, fac nobis Deum.

Auguſt. Conſorrexit aduerſus Aaron.

Orig. Moyſes ille qui nos eiecit de terra Ægypti.

CONCORDIA.

Licet Oleaſt. admittat quod verbum בושש significet morari, & tardare, ſic enim Iu-
Iudic. 5. dicum 5. vbi mater Siſaræ dicit, cur buſſes, id eſt, tardauit currus eius? tamen contendit melius reddi per verbum confundere, quam tardare, aut moram facere: ſed quis non videt eius temeritatem, cum noſter Vulg. in Hebr. doctiſſimus, vterque Cald. Sept. necnon omnes in Hebr. & Græco eruditiſſimi verbum boſſes reddiderint per moram facere, aut tardare? ſed decipitur in hoc quod credat verbum בושש baſas eiuſdem ſignificationis ſit cum verbo בוש cum hoc ſecundum B ſignificet pudore confundi non autem alterum. Verum verſio quoad ſenſum poſſet admitti, quia cum aliquis alium venturum expectat, maxime ſi ſe venturum promiſit, ſi non venerit ſe deluſum putat, & confunditur. Legit Vulg. congregatus aduerſus Aaron, & alij ad Aaron, dictio על vtrumque, & ſuper denotat, ſed hîc recte redditur aduerſus, contra, ſuper, quoniam ſeditioſe conueniebat populus ad eum, Deos dixit interpres, Oleaſt. Deum, ſed nomen אלהים pro vtroque ſumi poteſt.

EXPOSITIO.

A Videns autem populus, qui ad radices montis ſteterat, *quod moram faceret deſcēdendi de monte Moyſes*, qui per plures dies in eo cum Deo manſerat, *congregatus*, tumultuoſè, *aduerſus Aaron*, in quem religionis, & reipublicæ ſumma, abſente Moyſe recumbebat. *Surge*, non quod ſupinus iaceret, quaſi diceret eia age rumpe moras, *fac nobis Deos qui nos præcedant.* Franciſcus Moncæius in libro, cuius titulus Aaron purgatus, ſiue de vitulo aureo, à cenſoribus Romanis tamen notatus & prohibitus, aſſerit populum in hac prima petitione non peccaſſe, nec peccato idololatriæ. Solum enim intendiſſe habere non idolum aliquod, ſed Angelum vel Cherubinum, qui ſub ſigno ſenſibili aliquo ſibi à Moyſe promiſſo, B ſe in terram promiſſam deduceret: & nihil in illis verbis aliud petere intendiſſe, quam quod à Moyſe expectandum erat: manifeſtum, inquit, facit illa ſuæ petitionis ratio, Moyſi enim viro huic ignoramus, quid acciderit, ſuperuacaneum enim, & præter rem fuiſſet hoc addere, niſi intelligi voluiſſent, quamdiu Moſem rediturum ſperauiſſent, non fuiſſe iſtud ſe ab Aarone petituros, & ne nunc quidem, cum ſublatum arbitrati fuiſſent Moyſem, aliud ab eo petere, quam quod facturum Moſem, ſi viueret, ac rediſſet intelligebant: illud autem quod petebant, addit erat arca fœderis ante eos præceſſura, & cum ea Deus, ſiue Angelus vices illius gerens.

Sed quis non videt hanc ſententiam Sacræ ſcripturæ, Patribus orthodoxis aduerſari? Sa- C cræ ſcripturæ quidem aſſerenti Aaronem, & populū peccaſſe, ſiquidem Moyſes Aaroni ſic loquitur, quid tibi fecit hic populus, vt induceres ſuper eum peccatū maximū? inducere autem in peccatū aliquem, vel cooperari peccato illius, ſine peccato poteſt ne eſſe, maxime in eo, qui ex officio tenebatur illud impedire?

Sanctis Patribus etiam omnino aduerſatur, quorum licet aliqui aliquomodo minuant crimen Aaronis, tamen eum non omnino abſoluunt, Quis autem eorum populum eximit ab idololatria? ratio etiam contrarium omnino ſuadet, nam certo certius eſt, aliud populum Iſrael petijſſe quam arcam, cum Deos petierit, qui præcederet: quia hactenus antequam Moſes in monte fuiſſet, nulla mentio facta fuerat arcæ, nulla Cherubinorum, ſed tum primum in monte illi oſtenſa omnia exemplaria facien- B dorum, præceptumque datum: non igitur potuit, vel Aaron, vel populus ſcire arcam, vel Cherubinos faciendos, & qua forma hi eſſent effingendi, cum Moyſes è monte nondum rediJſſet. Dicendum igitur Iſraelitas peccato idololatriæ peccaſſe, qui exemplo Ægyptiorum, qui Apim bouem venerabantur, volebant ſibi ſimilem ad cultum, veri numinis immemores, effingi.

Moyſi enim huic viro, loquūtur de Moyſe cōtēptim quaſi de viro incognito, *qui eduxit nos de terra Ægypti*, & ideo maxime ingrati qui tantum ab eo acceptum beneficium prædicantes, eius tamen deſcenſum noluerunt expectare, *ignoramus quid ei acciderit*, varius erat rumor, alijs deuoratum à beſtijs dicentibus, alijs C à Deo raptum, alijs (quod omnino fabuloſum) dæmonem phetetrium Moſis in aëre oſtendiſſe Hebræis, vt putarent mortuum.

CONCEPTVS.

Miſeri qui in neceſſitatibus ſuis alium, quam Deum reſpiciunt.

1. *Videns populus quod moram faceret Moyſes deſcendendi de monte*, Aaronem conuenerunt, & ab eo petierunt ſibi fieri Deos, vel Deum, qui eos pergentes in terram promiſſionis præcederet: nonne abſentiā hominis homines ſupplere potuerūt? nonne potuit eis obijcere Aaron, in me religionis, & reipublicæ ſumma recumbit fratre abſente, poteſt ergo eius abſentiam ſupplere? conſtituite me ergo ducem ve- D ſtrū, & deducam vos media duce columna, & Angelo præcedente, in terrā promiſſionis? in hoc ſanè in inſipientia ſua ſapientes, qui in neceſſitate ſua ducatū hominum ſuſpectum habentes, ſolum ſibi Deum præfici popoſcerunt. Quos ideo in hoc commendat S. Clemens Roman Conſtit. c. 20. *Hac vna in re ſapiunt, quod ſe ſine Deo nihil fatentur poſſe, imo niſi Deo ducente progredi nolunt: vtinam hac ſemper vigerent cautela, & creaturarum omnium haberent ducatum ſuſpectum, ſed relicto Deo ad creaturam confugerunt.*

S. Clemens Rom.

Qui nimium in homine confidit, proximus idololatriæ.

2. *Videns populus quod moram faceret Moyſes deſcendendi de monte*, ad Aaronem tumultuoſè acceſſerunt, & nulla ſuæ dignitatis ratione habita, quaſi imperantes ei dixerunt, fac nobis Deos: rationem ſuæ petitionis præbent, quia neſcimus, quid viro huic Moyſi acciderit: vide quam facile poſt tot accepta à Deo beneficia, eorum immemores in idololatriā delapſi: vnde tanta facilitas in tam horrendum ſcelus incidēdi? ſane nihil diuinum eorum mens reſpiciebat, ſed tota fidens homini Moyſi pro terra promiſſionis obtinenda, nihil mirum quod veri numinis immemor poſt idola ſacrilege abeat. Ita de hoc crimine philoſophatur B. Aug. tract. 3. in Ioann. *Cum Moyſes homo Dei receſſiſſet ab oculis eorum idolum petierunt, & dixerunt, fac nobis Deos qui nos præcedant, quia ille homo dimiſit nos, tota ſpes eorum in homine poſita erat non in Deo.* Facile in idololatriam deueniunt, qui pro tranſitorijs habendis, nimis fidunt hominibus, eoſque colūt indebitè.

S. Aug.

Ingratus animus à ſe longiſſimè Deum benefactorem repellit.

3. *Videns populus quod moram faceret Moyſes deſcendendi de monte*, huius moræ impatientes Iſraelitæ, diutius continere ſe non potuerunt, quin Deos ſibi fieri peterēt: expende illud fac nobis Deos, vbi erat verus Deus tot beneficiorū collator, ſeruitutis liberator Ægyptiacæ, &c.

cus verus Deus ab illorum mente adeo longè ſeceſſerat, vt nec ſui in eis memoria relinqueretur? ſane ingratiſſimi beneficiorum, qui ab Ægypto erepti fuerant non Deo, ſed Moyſi tribuunt dicentes, Moyſi enim viro qui eduxit nos de terra Ægypti, &c. ex qua ſumma ingratitudine, Deum à ſe longiſſimè ablegant. Sic
Chryſoſt. enim S. Chryſ. hom. 17. in Acta ſcribit, *Quid dicis, Moyſi qui eduxit nos? non ſpectas eum qui eduxit, ſed negas beneficium, & benefactorem fugas, Moyſi illi, inquiunt, qui eduxit nos de Ægypto, nuſquam Dei nomen, ſed omnia Moyſi tribuunt*: nec mirum igitur, ſi ingrati Deum à ſe non fugarent, & longiſſime ſepararent.

Tanta impietatis Iudæi, & ita vero numini aduerſantes, vt quodlibet falſum ſimulachrum velint adorare.

4. *Videns populus quod moram faceret Moyſes deſcendendi de monte*, conueniens Aaronem petijt, vt ſibi Deos faceret. Nonne multa idola vidiſti adorari ab Ægyptijs, imo ſere innumera ſub varijs figuris, & formis? cur ergo nullum particulare, nec determinatum petijſti? tantæ fuere Hebræi impietatis, & ita veri numinis aduerſarij, vt quodlibet aliud ſimulachrum velint pro Deo habere & colere: ſapiēter horum ingenium depingit D. Ioann. Da-
S. Ioannes Damaſc. maſc. orat. 3. de imaginib. dicens, *Ebrij facti ſunt vino atque errore, & præ ſtultitia dixerunt, hi ſunt dij tui Iſrael, vides eos pro dijs ſimulachra habuiſſe, coluiſſe: neque enim Iouis, aut huius illiuſve certa cuiuſpiam rei ſimulachrum, vt fieret aurum dederunt, ſed quidquid forte contigiſſet, atque ita exijt effigies bouis.* Hoc curant impij vnum Deum non adorare, quodlibet alium falſum numen recepturi.

Tantæ æſtimationis Princeps iuſtus, quod eius abſentiam ſolus videatur poſſe ſupplere.

5. *Videns populus quod morā faceret Moyſes deſcendendi de monte*, credens eum, vel mortuū, vel in cœlū raptum, petijt ab Aarone in eius locū ſibi Deos fieri ductores. Cur cum nulla videatur deſcenſus Moyſis de mōte ſpes, non hominē, vel plures virtute præditos, qui gnari itineris Paleſtinæ, poſtulat? cur deficiente aut abſente vnico Moyſe, magis Deos quam viros eximios flagitat? in hoc ſane ſapit, quod credat boni ducis bonique Principis abſentiam minime ſuppleri poſſe, niſi per præſentiſſimam
Abulenſ. diuinitatem. Sic Abulenſ. q. 8. *Nullus talis, vt Moyſes videbatur inueniendus, viſum ergo fuit eis, quod nullum ſufficientem directorem habere poterant, niſi Deus eſſet.*

Summa ingratitudo, quod in medijs beneficijs reſpuat benefactorem.

6. *Videns populus quod moram faceret Moyſes deſcendendi de monte*, Deū non amplius agnoſcit, ſed falſa ſimulachra poſtulat ſibi dari, *Fac nobis Deos*. Nonne tunc pane cœleſti, nempe manna eum Deus ſuſtentabat? nonne riuulus è Petra fluēs, ſiti eius abunde ſatisfaciebat? nōne Angelus adhuc eum comitabatur? ita equidē, quomodo ergo ſi hæc omnia præ oculis, & manibus habet beneficia, ſic petit Deos ſibi fieri, quaſi Deum ductorem ſibi non haberet?

A & in hoc ſumma illius ingratitudo declaratur, quod in medijs beneficijs ſuum obliuiſcatur benefactorem. Hoc ponderat S. Chryſoſt. S. Chryſoſt.
hom. in Iudam, *Iudæi, inquit, circa Deum bonorum ſibi omnium largitorem fuerunt effrenatæ diffidentiæ contumaces, & eius beneficia obliuione præteribant: nam poſt Ægypti profectionem, viderunt ſcindi maria, & denuo conuenire, & alia multa mirabilia, & dicunt fac nobis Deos qui nos antecedant, adhuc inſpitis quod mireris, & oblitus es largitoris!*

Malitia mentem obcæcans.

Videns populus quod moram faceret Moyſes 7.
deſcendendi de monte, rationis lumine deſtitutus, pugnantia & contraria petit, ait enim Aaroni, *Fac nobis Deos*: Si petis Deos du-
B ctores, cur ais fac? nonne repugnat quempiam Deū eſſe, & fieri? non poteſt verus Deus, per quem cætera omnia fiunt, fieri, quomodo ergo repugnantia loqueris, & petis? nec mirum, malitiæ enim hoc dandum, quæ obcæcarat, quæ eum lumine rationis quaſi deſtituerat. Id expendebat præf. S. Doctor hom. 5. de Præfat.
Pœnit. in hæc verba, *Fac nobis Deos; ſi dij, quare* S. Doctor.
dicis fac? quomodo enim dij qui fiunt? ſic malitia obcæcat ſibi ipſi repugnat, & ſemetipſam extinguit: vnus factus eſt vitulus, & vir ingratus. Hi dij tui Iſrael, qui eduxerunt te de terra Ægypti!

Prælati contemptor, ad idololatriam delabitur.

Videns populus quod moram faceret Moyſes 8.
C *deſcendendi de monte*, moræ impatiens, in hanc blaſphemiam erumpit, vt Deos ſibi fieri peteret. Vnde vobis ô Hebræi hæc inſania, vt verum Deum contemnas, & falſum petas adorandum? ſane quia contempſerat Prælatum, dicens per ludibrium, Moyſi huic viro neſcimus, quid acciderit: neque enim dixerunt huic viro, niſi per contemptum, & quaſi eſſet nullius æſtimationis, & omnino ignotus. Fauet
Toſtatus. Abul. q. 9. *Loquuntur de eo quaſi de viro ignoto, vel de aliquo de quo non multum curarent: nam ſi loquerentur de eo, tanquam de aliquo multum noto, non dicerent Moyſi, huic viro qui nos eduxit de Ægypto, ſed Moyſi qui nos eduxit de Ægypto.* En ergo vt huius Prælati contemptus, gradus ei fuerit ad verum Deum contemnendum, & ad falſum numen petendum, & ado-
D randum!

Quot detrimenta ex Prælatorum abſentia!

Videns populus quod moram faceret Moyſes 9.
deſcēdendi de monte, ecce per aliquot dies abeſt Moyſes à caſtris, licet Aaronem in ſuum ſubſtituerat locum, non ad voluptatem propriam, ſed ad communem vtilitatem, cum Deo colloquens de rebus rempublicam tam Politicam, quam Eccleſiaſticam ſpectantibus, & tamen ecce populus tumultuoſe aduerſus Aaronem cōcitatur, ecce in idololatriam labitur, fac nobis Deos, Dei veri numinis & beneficiorum eius omnino immemor: & deinde ſeuera in viginti millia hominū animaduerſio. Vnde tot detrimenta? tot hominum idololatriæ, & interitus? ex abſentia Moſis, licet ex Dei facta mandato, qui vicarium optimum ſubſtituerat,

eiuſque populum impenſe commendat. Ex A quo recte concludit Hugo Carenſ. *Quid ergo de clericis curatis, qui tanto tempore Pariſijs morantur, nec excuſantur, ſi Theologiam audiunt? quia & Moyſes accepturus legem ex præcepto Domini moratur cum Domino.* Quod ſi hæc conſecutio tantam vim habet in ijs qui ſtudij cauſa in academijs detinentur, quantam habebit in ijs qui delectationis, vel ambitionis cauſa in principum curijs non vocati commorantur? Sed Oleaſt. id habet expreſſe, *Solet in republica magna incommoda, & turbationes facere ducis longa abſentia, etiamſi vicarium in populo relinquat, quod conſiderent Epiſcopi noſtri, quam ſit diſpendioſum eos a ſuis ſedibus elongari, aut à ſuis ouibus diu abeſſe: ſi enim tanta ac talis turbatio ſecuta eſt in populo ex ducis abſentia ad quadraginta dies,* B *quanam erit ſi ad annum, aut duos abeſſe contingat?*

Hugo Carenſ.

Oleaſt.

Peruerſorum ſocietas plurimarum calamitatum origo.

10\. *Videns populus quod moram faceret Moyſes deſcendendi de monte*, beneficiorum Dei immemor petijt ſibi fieri Deos, quis populus tantarum tragœdiarum auctor? cenſent Hebræi non fuiſſe ex Iſraelitis, ſed ex Ægyptijs, qui cum eis permixti incedebant, qui ſicut erant in idololatria enutriti, ita Hebræos ad petendos Deos incitarūt. En vt peruerſorum hominum ſocietas fuit Hebræis ſpiritualium, imò & temporalium calamitatum origo! Quod obſeruat Luſitan. *in c. 11. num. verſ. 4.* C *Aduerte*, inquit, *quam periculoſum ſit malos tecum habere, recte equidem, nam hi Ægyptij non laborioſam viam vario ſermone leuabant, ſed prauo exemplo laborioſiorem faciebant. Vnde & ebrios ad epulas acuerant, & inſano deſiderio in flammas præcipitarunt vt habetur Num. 11. Vulgus promiſcuum quod aſcenderat cum eis, flagrauit deſiderio ſedens & flens iunctis ſibi pariter filijs Iſrael, ait, quis dabit nobis ad veſcendum carnes?*

Luſitan.

Num. 11.

Qui aliquem expectat venire promittentem, affligitur & erubeſcit.

11\. *Videns populus quod moram faceret Moyſes deſcendendi de monte*, impatientiſſime eius abſentiam ferens, Aaronem tumultuoſe conueniens, ait illi, *Fac nobis Deos qui nos præcedant,* D Oleaſt. vbi habemus, quod moram faceret Moyſes, reddidit, videns quod confunderet eum, vel illuderet ei. In quo te confundit? in quo tibi illudit bonus Moyſes? ecce propter tuam vtilitatem aſcendit montem, cum Deo colloquitur de rebus ad tuæ Reipublicæ ſtatū Politicum, & Eccleſiaſticum ſpectantibus, quomodo ergo tibi illudit? quomodo te confundit? quia tardat venire, cum ſe venturum promiſerit. Sic explicat Luſitan. *Cum aliquis alium venturum expectat maxime eum qui ſe venturum pollicitus eſt, ſi non veniat ſe deluſum putat, & confuſum: vnde Dauid Dominum precatur, ne eum in ſua expectatione confundat: cum ergo Moyſes ſe venturum promiſiſſet, ac tardaſſet 40. dies, putauit populus ſe deluſum ab eo, quia non putauit eum amplius venturum.*

Luſitan.

Quanta mala vel exigui temporis impatientia accumulat!

Videns populus quod moram faceret Moyſes deſcendendi de monte, de quanam mora conquereris? nondum elapſus eſt quadrageſimus dies à ſuo diſceſſu, nam tenet Abul. ſolum triginta quinque dies elapſos. Rabi autem Salomon 39. cum dimidio. Si ergo ſolum deeſt dimidia pars diei, non eſt quod conqueraris de Moſe non veniente, parumper expecta, tradentur tibi legis tabulæ, Deum vnum agnoſces ab omni idololatria immunis. Non paululum expectat, & ſic breuiſſimi temporis impatientia, in quanta mala non dedit præcipites? nam ſi quemadmodum præcedentium dierum ſpatio ibi ab idololatria temperarunt, temperaſſent etiam vſque ad quadrageſimum diem expletum, procul dubio Moſe tum de monte deſcendente, etiam idololatrandi & tam acriter vapulandi periculum effugiſſent, breuis igitur mora in non expectando, & exigua impatientia longiſſimum illis attulit detrimentum. Hoc docte ponderat B Cyprian. lib. de bono Patient. circa finem. Quid Iudaicus populus circa beneficia diuina perfidus, & ingratus? nonne quod à Deo primum receſſit, impatiētiæ crimen dum Moyſis cum Deo colloquentis, moras non poteſt ferre? profanos Deos auſus eſt, vt itineris ſui duces nuncuparet caput bubulum, & terreſtre figmentum: nec vnquam ab eadem impatientia deſtitit, quamuis ſemper docilitatis, & diuinæ admonitionis impatiens Prophetas ſuos, & iuſtos quoſque perimēdo, ad crucem quoque & ſanguinem Domini prorumperet. Impatientia etiam ex Eccleſia hæreticos facit, & ad Iudæorum ſimilitudinem contra Chriſti pacem, & charitatem rebelles ad hoſtilia & furioſa odia compellit, & ne longum ſit ſingula recenſere, omnia omnino, quæ patiētia operibus ſuis ædificat ad gloriā, impatientia deſtruit ad ruinam. 12.

S. Cyprian.

Impatientia & Dei cognitionem & propriam aufert.

Videns populus quod moram faceret Moyſes deſcendendi de monte, petijt ſibi fieri Deos. Quid? nonne vobis certo certius eſt Deum vos eduxiſſe ab Ægypti ſeruitute, veſtrum Saluatorem, & liberatorem? nonne intolerabili captiuitate detinebamini in Ægypto tanquam vilia mancipia? vnde ergo tanta cæcitas quod nec Dei veri, nec propria in vobis ſit cognitio? ex impatientia qua regreſſum Moyſis è monte expectare noluerunt. Ad mentem noſtrā ſic loquitur S. Cyrill. Alex. lib. 3. in Exod. *Iſti cum eſſent cunctationis ſtultè impatientes, eo dementia venerunt, vt ſe ab omnipotente Deo factos, deinceps omnino ignorarent, cum alioqui ipſum in ſpecie ignis in monte Sinai eſſent conſpicati, diuinæ vocis auditores extitiſſent, ac Moyſem mediatorem eſſent deprecati; ô ſumma ſoliditate pleni!* 13.

S. Cyrillus Alexand.

Impatientiæ omne malum ferè adſcribendum.

Videns populus quod moram faceret Moyſes deſcendendi de monte, congregatus aduerſus Aaron, Auguſt. *conſurrexit.* Ecce ſeditio populi aduerſus ſui ducem, & gubernatorem, *ſur-* 14

ge, ecce maxima impudeotia, Dominum ſuum cum iuſſiooe excitare à ſomoo, vt ſurgat: *fac*, ecce ambitio, imperaot enim cui tenebantur obedire: *fac nobis Deos*, eccc nefandum idololatriæ ſcelus, *neſcimus enim quid huic viro accidit*. Ecce maximos ſui liberatoris cõtemptus, *qui eduxit uos de terra Ægypti*, eccc vt potius homini quam Deo fidebant. Vnde tot ſcelerum origo? innuit textus, *Videns populus quod moram faceret Moyſes*: en vt impatientia? nec miror, omne enim malom fere ei adſcribendum. Sic Tertull. lib. de Patientia, *Matrix impatientia in omne delictum de ſuo fonte diffundens, varias criminum venas, omne peccatum impatientia adſcribendum, malum impatientia eſt boni.*

Secedant Prælati aliquando à tumultibus, vt Deo plenius vacent.

25. *Videns populus quod moram faceret Moyſes deſcēdendi de monte*: Nonne totius populi Prælatus eſt conſtitutus? nonne omnibus conſulere præſeos teneris? cur ergo tantam moram contrahis io monte? deſcende, aliàs moræ impatiēs populus deos ſibi fieri poſtulabit: quid conqueritur? impatieotiæ arguitur, Prælati enim aliqoando à tumultibus ſecedere debent, vt Deo plenius vacent. Sic Greg. Mag. lib. 23. Mor. c. 12. *Rurſus Iſraelitici populi turbis Prælatus, vt legis præcepta percipiat in montem ducitur, atque vt interna penetret ab externis tumultibus occultatur.*

Qui idololatriam colit, omnibus vitijs ſe ſubycit.

26. *Videns populus quod moram faceret Moyſes deſcendendi de monte*, conſurrexit, ait Aug. aduerſus Aaron, & ſibi fieri Deos poſtulat. Et licet B. Hieron. c. 3. in Danielem, aſſerat hanc ſcripturæ Sacræ conſuetudinem, vt vnum idolum appellet pluraliter, vt hîc & 3. Reg. 12. Ieroboam ponēs vitulum aureum in Bethel idola feciſſe narratur. Sed licet hæc ſit Sacræ ſcripturæ conſuetudo, tamen id myſterio careto noo videtur: cur ergo ſi vnicum fieri ſibi Deū petit populus, cur plures dicit ſcriptura? quia qui idololatriam colit, non vni, ſed pluribus vitijs ſe ſobijcit: mens eſt Strabi Fuldenſ. *Fac nobis Deos dixerunt, cum vnus tantum vitulus factus ſit ad ſimilitudinem ſcilicet bouis Apis, quem in Ægypto coluerunt: ſed qui idololatriam colit omnibus vitijs ſubijcit ſe, & quaſi tot dijs ac dæmonibus, quot vitijs.*

Impius, in malefaciendo promptiſſimus.

27. *Videns populus quod moram faceret Moyſes deſcendendi de monte*: Tumultuoſe congregatus, conoenit Aaronem, atque cum imperio & faſtu dixit ei, *Surge fac nobis Deos qui præcedant nos*. An ita ſomno deditus Aaron, vt quoadusque è lecto ſurrexerit, vt poſſitis eum alloqui, non expectetis? quid vos vrget? ſi per tot dies moram contraxit Deo colloquens Moyſes. Nonne & quoadusque ſol illuceſcat, poterit colloquium protrahere? expectetur ergo paululum, iam adhoc aurora: promptiſſimus in malefaciendo impius, impatientiſſimos eſt, quoadusqoe ſua exequatur deſideria, ecce à ſomno excitat Aaronem, ſumimo mane aduerſus eum conſurgit, imperatque vt ſibi Deos faciat. Annuit Cardin. Cajet. *Ex verbo ſurge, inſinuatur quod matutinus fuit hic concurſus, tanquam Aaron adhuc iacentem excitauerint, dicendo ſurge fac nobis Deos.* Cardin. Cajet.

Populus indomitus, arrogans, effrænus, & carens ratione.

Videns populus quod moram faceret Moyſes deſcendendi de monte, congregatus aduerſus Aaron dixit, *ſurge fac*, Auguſt. *Conſurrexit aduerſus Aaron*, alij, *ſuper Aaron*: Quid? oonne in Moyſis locum à Deo ſubſtitutus? nonne Moyſe abſente veſter iodex, & gubernator? quomodo ſeditioſe in eum coogregaris? quomodo petulanter in eum cooſurgis? quomodo oulla prædita reuerentia, ac ſi veſtrum eſſet vile mancipium, imperas vt promptiſſime de lecto ſurgat? vt tibi faciat Deos? ne mireris, populus indomitus eſt, & ideo arrogans, effrænis, & omni carens ratiooe. *Diſpendioſum eſt valde*, inquit Loſitan. *indomitæ multitudini præeſſe, eamque in officio continere velle, cui ſi velis reſiſtere; actum puta de te.* 18. Luſitan.

Qui pro communitate laborat, pro nullo laborare videtur.

Videns populus quod moram faceret Moyſes deſcendendi de monte, coouenit eius vicarium Aaronem, & ait, *Fac nobis Deos*, qua de cauſa? *quia neſcimus quid acciderit huic viro, qui eduxit nos de Ægypto*. Si tam eximium vobis beneficium cootulit, quale eſt ab iotolerabili ſeruitute vos eripuiſſe, & libertate vita ipſa chariore donaſſe, quomudo nulla mora interpoſita, non expectato eius aduento, iam eum nec liberatorem, nec benefactorem cognoſcitis? cur conſiliom ſeoiorum non congregator, vt quid in re tanti momenti agendum ſit, conſulatur? nihil tale meditantur, ſed Moyſis immemores, imo illius contemptores, præcipitaoter in eius locum alium ſibi ſubrogari poſtolant, vt ita verum ſentias, quod qui pro communitate laborat, quaſi pro nullo laborare videtur, nam oullus ex ea, beneficij accepti ſit memor. *Contemptibiliter valde*, ioquit Oleaſt. *de ſuo duce loquuntur, vt diſcas ex hoc loco quid vtilitatis ſit multitudini præeſſe, & ei bona præſtare: non curant eum quærere, non viros qui explorent, vbi nam ſit mittunt, nihil gratiæ, vel amoris erga eum oſtendunt, putantes ſe facile alium ducem habere poſſe, vt ſcias quam verum ſit illud dicterium, nemini ſeruit, qui communi ſeruit.* 19. Oleaſter.

Maxima Iudæorum in fide inſtabilitas; & in perfidia firmitas.

Videns populus quod moram faceret Moyſes deſcendendi de monte, conſurrexit aduerſos Aaronem, & imprudenter ſibi Deos fieri poſtulabat. Nonne Deus in ſuam plebem electam ab omnibus nationibus vos ſegregaoit? & nullum alium Deum habere præter eum iuraſtis? quomodo ergo promiſſi immemores, à cultu veri Dei deficere in corde eſt? quomodo nulla data occaſione legitima, ad falſa numina animum conuertitis? iam ea in Ægypto coluerant: non miror igitur cito à vera fide defe- 20.

ciſſe, quia maxima illorum in fide inſtabilitas, & in perfidia firmitas. Suffragatur præfat. Luſitan. *Conſidera hominis inſtabilitatem in vera fide, & ſtabilitatem in perfidia, nam qui falſis dijs adhærent, vix aut nunquam ab eis, & eorum fide dimoueri poſſunt, qui autem vero Deo, facillimè ab eo ſuperantur: de qua re ipſum Deum audi, Ierem. 2. Tranſite ait, ad inſulas Chetim, & videte, & in Chetar mittite, & conſiderate vehementer, & videte ſi fuit ſimile: non mutauit gens Deos ſuos, & ipſi non ſunt dij, populus vero meus mutauit gloriam ſuam in idolum.* Idem obſeruat Rupertus c. 24. lib. 4. addens celeritatem defectus, *Et ipſe Dominus quaſi admirans dixit cito receſſurum de via quam oſtendiſti eis, feceruntque ſibi vitulum conflatilem.*

Luſitan. — Ierem. 2. — Rupertus.

A

Ingluuies & libido ad idololatriam prouocant.

21\. *Videns populus quod moram faceret Moyſes deſcendendi de monte*, ſibi fieri Deus petit ab Aarone. Nonne vobis notus eſt vetus Deus? an ſub dubium reuocare poteſtis præter illum nullum alium eſſe, qui in terram promiſſionis vos dirigere valeat? cur ergo falſa deorum ſimulachra adorāda vobis proponitis? quid vos receſſum à Deo, & in idololatriam inducere potuit? ſciebant Ægyptios, quorum prauitatis imitatores fieri volebant, cum dijs ſuis cultum & adorationem eſſent exhibituri, conuiuia parare opipara, choreas ducere, veneri non parcere, cur ergo non dicemus ingluuiem, & libidinem ad idololatriam prouocaſſe? Sic enim aliqui teſte Abul. q. 6. cuius verba ſubijcio, *Petierunt iſtos Deos ad adorādum, quia erant aſſueti in cultu idolorum, & delectabantur in colendo, præcipue quia quando colebant, fiebant ei multa gaudia, & hoc tam in delectatione ciborum, quam in delectatione communicationis vulgaris accipientes requiem à laboribus ſuis etiam in actu venereo, quando colebatur Priapus, cuius cultores actui venereo, tanquam potiſſimæ parti cultus diuini inſiſtebant.*

Abulenſ.

B

Nimia proſperitas, aliquando & idololatriæ origo.

22\. *Videns populus quod moram faceret Moyſes deſcendendi de monte*, omnis moræ impatiens, veri Dei immemor, idololatriam meditatur, dicens Aaroni, fac nobis Deos qui nos præcedant. Quid hoc eſt, quod ita facile in grauiſſimum ſcelus labitur? quid à benefactore totque beneficiorum collatore, ſine cunctatione recedit? recole quot à Deo receperit proſpera: libertatem à ſeruitute duriſſima, aduerſariorum ſubmerſionem, panem de cœlo, potum de ſaxo duriſſimo, columnam ſui itineris ductricem, quorum obliti viri ingratiſſimi: en ergo vt nimia proſperitas, auctore illius contempto idololatriæ eorum origo? Ita cenſet S. Iſidor. Peluſ. lib. 2. epiſt. 74. *Quod mortalium animi gaudio magis efferri ſoleant, oſtenderunt Iudæi, poſteaquam enim Ægypto defuncti ſunt, eoſque mare pro ſepulchro habere conſpexerunt, tum vero ad idolorum cultum ſe conuerterunt.*

Iſid. Peluſ.

Deum vellemus nobis ſenſibilem & viſibilem.

Videns populus quod moram faceret Moyſes deſcendendi de monte, conueniens Aaronem petijt ſibi fieri Deos. Nonne verum Deum qui eduxit vos de terra Ægypti, quique pollicitus eſt ingreſſum terræ lac & mel fluentis, habetis? quomodo ergo alios vobis quæritis? quia volumus Deos qui nos præcedant. Nonne vobis eſt Deus omnipotens, qui vos perducit & deducit? ita craſſi & corporei ſunt, vt velint ſibi viſibilem & ſenſibilem, quem intueantur, quem palpent, qui cum eis conuerſetur, & ambulet, Deus iſte quem nobis Moyſes prædicat, vere Deus abſconditus, quod quidem Iſaias c. 45. quodammodo conqueſtus dixiſſe videtur, Deoque perinde vim facit, vt promiſſa tandem compleret, & viſibilis appareret. Hinc illud perbelle dictum à B. Petro Chryſol. ſer. 147. *Et ipſi Gentiles ob hoc ſimulachra finxerunt, vt in ipſis erroribus oculis cernerent, quod colebant: ſciens ergo Deus videndi ſe deſiderio cruciari mortales, vnde ſe viſibilem faceret, hoc elegit, quod eſſet, & terris magnum, & non minimum ſupernis, factus homo aſſumpſit ex nobis, vt videretur à nobis.* 23.

Petrus Chryſol.

Vult Deus vt Prælati cognitos habeant mores ſubditorum, vt eis ſecundum exigentiam conſulant.

C

Videns populus quod moram faceret Moyſes deſcendendi de monte, Deos ſibi fieri poſtulat, Chryſ. ho. de ſuo egreſſu hæc ait, [Moyſi accidit, quod in ſæculari coniugio ſolet euenire: etenim vir quando impudicam vxorem habere ſe nouit, nec peregrinari ei de domo permittit, qui & ſi peregrinari aliquando coactus fuerit, cogitat cito reuerti, quaſi quodam ſuſpicionis aculeo ſtimulatus: qui autem ſobriam & caſtam habet, foris ſecurus demoratur, ſufficientes procuratorum munimine mores relinquens vxoris. Hoc Moyſes paſſus eſt, quia inemendabilem vxorem habebat Synagogam, reliquit eam, & fornicata eſt.] At ſi probè Dominus perſpectam habebat illius populi impietatem, cur tamdiu rectorem ipſius ac Pædagogum detinuit in monte, ex quo populus in idololatriam lapſus eſt? vt Moyſes cognitos illius mores habens, & ſecundum exigentiam conſuleret. Annuit Procopius, Detinuit Deus apud ſe Moyſem quadraginta diebus, vt cognoſceret quam facile populus ille reuerteretur ad nefandam idololatriam: proinde introducendos dies feſtos, & ſacrificia, & ſplendidas ſolemneſque epulas ſtatuit, ne recurrerent ad vetitum illorum cultum, & vt huiuſmodi exercitijs & ludictis illorum pueriles animos prouehendos eſſe ad ſpiritualia bona. Moyſes autem impietatem populi perfecte non erat expertus, ſed nunc didicit cum illius tunc fœdam, atque execrandam mutationem eſt conſpicatus, vt quomodo deinceps erga eam ſe gerere debere perſpectum haberet. 24.

D

Procop.

VARIET. LECT. *Verſ. 2. & 3.*

A

VVlg. Dixitque ad eos Aaron, tollite inaures aureas de vxorum, filiorum, & filiarum veſtrarum auribus, & afferte mihi.

Sept. Demite inaures aureas quæ in auribus vxorum veſtrarum & filiarum.

Onk. Recipite inaures aureas.

Mont. Separate inaures aori, *ſic Pag. Vatab. Oleaſt. Amb.* deponite anoulos & inaures.

Vulg. Fecitque populus quæ iuſſerat deferens inaures ad Aaron.

Sept. Et abſtulerunt omnis populus inaores aureas, quæ in auribus earum & attulerunt ad Aaroo.

Onk. Et abruperunt vniuerſus populus inaures aureas, quas habebant in auribus.

Pag. Et ſeparauerunt ſe omnis populus ab inauribus aoreis.

Alij. Et diſſoluit populus inaures aureas, *Alij:* & lacerauit.

Alij. Præter inaures addunt, monilia.

CONCORDIA.

VErbum פרק pharak coaſtingere, diuidere, ſeparare, diſſoluere, & excutere ſignificat, ſed maiori cum proprietate ſeparare & diuidere quam rompere. nam illud ex eo quod B rumpitur, ſcinditur & diuiditur, in Heb. non habetur quod iuſſerat. ſed ſimplex executio ſcribitur D. Ambroſ. addit annulos, & alij monilia, qood tamen non eſt in Hebræo.

EXPOSITIO.

D*Ixitque ad eos Aaron*, non auſus reſiſtere propter timorem mortis, difficilia tamen præcipiens, vt eos à peſſima intentione reuocaret, *tollite inaures aureas*, credidit hoc difficillimum petens Hebræorum auertere furorem, putabat enim per domeſticam diſſenſionem, quæ ob huiuſmodi oblationem in domo qualibet oriretur, reluctantibus mulieribus & pueris, monilium maxime aureorum amantiſſimis id non poſſe aſſequi. ſed vicit impietas, nã nulla reluctata eſt Aaronis petitioni; imo libentiſſimè, *fecit populus quæ iuſſerat*, cum enim inaures aureas ab vxoribos & filiis obtinuiſſet, *populus* id eſt maior pars illius, *detulit ad Aaronem*, vt ilico ſimulachrum fieret, ſane in hoc non leuiter offendit Aaron, nequaquam debebat populi petitioni acquieſcere, vt potios quæuis mors fuerit ei obeunda, quam in re ita impia ei obſequi.

CONCEPTVS.

Nullum non excitat malum auri cupiditas.

25. *Tollite inaures aureas de vxorum auribus*, nonne erant ſibi alia monilia, quam inaures aureæ? quis dubitat, cum eſſent vaniſſimæ & ornamentorum cupidiſſimæ? cur ergo ſolum inaures poſtulat ad efformandum vitulum? nam ſi populum reuocare cupiebat à peſſima cogitatione, credens mulieres nequaquam inaures aureas daturas, ſane nec ita libenter extera quæ habebant ornamenta. D. Ambroſ. epiſt. 56. quæ

Ambr. eſt ad Romulum ait, *congrue inaures aurea, auferuntur à mulieribus, ne iterum Eua vocem ſerpentis audiret*, quaſi aut non in fœminis oon poſſet non omnia in ſe venenorum venenatorumque mala excitare; crede mihi, vbi aurum D ſit, ſerpentes vndique trahet, qui te perdant vel halitu.

C fandæ ſuæ cupiditati & virorum, vt enim eis ſatisfaciamus, nulli nec pretioſiſſimo ſcimus condonare. ſic auctor catenæ. *In conſtituendis falſis Deorum cultibus liberaliſſimi ſunt, qui alibi in inſtaurando & conſeruando Dei cultu ſunt auariſſimi & tenaciſſimi:* hæc ſane miſera mortalium conditio, quod pro voluptatibus emendis, pro idolis faciendis, pro cupiditatibus ſatisfaciendis, nullis parcant ſumptibus. ſimiles Iudæis videmus Chriſtianos, qui in carnis voluptates, pompam & luxum, cenſum omnem profundunt, ſed pro Chriſti amore, nec obolum pauperibus erogant. quod annotat idem Lippom. *Quotus quiſque Chriſtianorum eſt, qui non in voluptates carnis, in ſuperflua & vana & populi auram captantia non cenſum omnem profundat, at in pauperes Chriſti ne vile quidem obolum erogare curat.* Lippom.

Vt ſeruiamus cupiditatibus, nec pretioſiſſimis parcimus.

26. *Tollite inaures aureas de vxorum auribus*, quis non neſcit inaurium cupidiſſimas mulieres, & in magno habuiſſe pretio, maximè ſi eſſent aureæ? quomodo ergo cum ſint auariſſimæ, eas ſine cunctatione dederunt, & ornatus ſtudioſiſſimæ eas ſibi auellunt? ſane vt ſeruirent ne-

Effæminatorum eſt ornamenta auribus deferre.

Tollite inaures aureas de vxorum, filiorum & filiarum auribus, Sept. non habent *filiorum* cur id non addiderunt? an quia crediderunt fœminatorum eſſe eiuſmodi inaures aureas habere, & ideo noo vellent filios eas habuiſſe, quaſi viris quid maxime dedecens & ſolum fœm- 27.

Tertull. natum proprium. ſic enim Tertul. de pallio. *Aurem quoque forant effœminatis, viri eſt hæc muliebria ornamenta auerſari*, quaſi diceret, fœminas tantum redolet hic ornatus, licet à viris geſtaretur, non diſſentit S.August. S.Auguſt. ſiue alius ſub eius nomine lib. quæſt. ex vtroque teſtamento mixtim q.125. in hæc verba. *Perſæ mulierum more inaures habent, quod hic inhoneſtum & illicitum eſt, pende, quod hic inhoneſtum apud nos*, apud Chriſtianos hæc illicita deberent eſſe.

Peccatum ſemper vires acquirit.

28. *Tollite inaures aureas de vxorum auribus, fecitque populus quæ iuſſerat.* In Heb. eſt כלהעם omnis populus, quid? nonne ex verſu primo notum, ſolum populum id eſt aliquam partē, non autem omnem congregatum B aduerſus Aaronem, vt peteret ſibi Deos fieri? quomodo ergo hîc dicitur quod omnis populus, id eſt maxima pars eius inaures attulit ad faciendum idolum? quia peccatum ſemper vires acquirit, & quod nunc in paucis eſt ſerpit, deinde tanquam quid peſtiferum in plures, eos inficiens. obſeruatio eſt Card Caiet. *Ecce augmentum mali, quod prius populus congregatus eſt furens, deinde totus populus dedit inaures deferendas ad Aaron.*

Qui idololatriam molitur, ſignaculo fidei carere debet.

29. *Tollite inaures aureas de vxorum auribus*, cur inaures ſignate dixit? nonne potuit iubere, vt omne aurum ſibi afferretur ad conficiendum falſi numinis ſimulachrum? nonne inaures ſymbolum fidei? fides enim ex auditu: bene ergo à populo idololatriam cogitāte auferuntur ei inaures, quia qui huiuſmodi ſcelus molitur, ſignaculo fidei indignus eſt. *Non imprudens* S.Amb. *Aaron* (inquit citato loco Ambroſ.) *qui Iudæis annulos abſtulit: etenim qui ſacrilegium moliebantur, nec fidei ſignaculum habere poterant, nec ornamenta aurium, denique & Patriarcha Iacob abſcondit inaures, cum ſimulachris quæ in Sichimis abſcondit vt nullus audiret ſuperſtitiones gentilium.*

Ita aliquando inſanimus ad malum perpetrandum, vt nihil ab eo nos remouere poſſit.

30. *Tollite inaures aureas de vxorum & filiarum auribus*, quid? petitioni ſacrilegi populi acquieſcis? petis inaures eius aureas, vt auguſtiſſimum fabrices idolum. cuius amore magis teneatur? abſit hæc de tanto viro cogitatio, nam ſi poſtulat eiuſmodi monilia, ideo eſt, quia credit, quod affectus auri conſeruandi in Iſraelitis ſuperaret affectum idololatriæ ſed proh dolor! ita aliquando inſanimus ad malum perpetrandum, vt nihil nos ab eo poſſit remouere. ſic enim Theodor. Theodor. *Mulierum inaures aureas poſtulauit, vt animum ornatus pecuniarumque amantem ſuperſtitionis inſaniæ tanquam militem militi in acie opponeret, ſed inanis eius induſtria, nam licet omnia vincat auri conſeruandi amor, tamen affectus idololatrandi eum ſuperauit.*

Aurum potentiſſimum etiam ferè ad impoſſibilia.

Tollite inaures aureas de vxorum & filiarum auribus, ad quid? nonne petierunt Deos ſibi fieri qui eos in terram promiſſionis præcederent? cur ergo aurum poſtulas? quid enim aurum cum Diis? quis nexus vtriuſque? ſane ſtrictiſſimus; aurum enim potentiſſimum etiam ad impoſſibilia nempe ad Deos efformandos, quid dicat D. Ambroſ. in apolog. Dauid c. 4. in ſugillationem auri audiamus ait, *Aaron rogatus à plebe vt ſibi Deos faceret quos adorent, aurum popoſcit, in ignem miſit, & caput vituli figuratum eſt, cui ſunt oblata ſacrificia, quo indicio auri cupiditatem matricem eſſe perfidia, & auaritiæ ſtudio ſacrilegia ſolere generari*, quid aurum non B potuit? quod ſacrilegium non patrauit? quid impoſſibile non attentauit? ſed addamus afformatum ſine humanis manibus vitulum, id enim verba ſubſequentia Aaronis indicant. quibus dixi, quis veſtrum habet aurum? tuleruntque & dederunt mihi, & proieci illud in ignem, egreſſuſque vitulus. fabricatum inquit ſine hominis arte vitulum, vt noueris quam ſit auri maxima potentia, nullo iuuante, dum aurum appoſueris, habes quid voles. 31. S.Ambroſ.

Qui verba Dei contemnit, illo in æternum priuabitur.

Tollite inaures aureas de vxorum & filiarum auribus, tumultuante populo Deos qui ſe præcederent depoſcente, iubet ſibi inaures fœminarum Aaron afferri, & in ignem coniici. ex C quibus vitulus conflatus eſt. at cur præcipue fœminarum aures ſuis ſpoliauit ornamentis? niſi vt oſtenderet, eos qui in hac vita verba Dei in auribus aureis adumbrata, reiiciunt. in futura, verbis ipſius quæ ſunt vera aurium ornamenta, in æternum ſpoliandos. ſic enim Tertul. lib. aduerſus Gnoſt. c. 3. *Aaron iubet inaures fœminarum ſuarum in ignem conferri, amiſſuri enim erant in iudicium ſibi vera aurium ornamenta, Dei voces.* 32. Tertull.

Maximo in honore pœnitentia fuit apud Deum.

Tollite inaures aureas de vxorum & filiarum auribus, meditatur hoc modo reuocare D animum populi ab idololatria committenda, nihilominus non eximitur à graui culpa, quod potius libenter non occubuerit morte glorioſa, quam conſenſum licet extortum tanto ſceleſi præbere: ſi ergo Aaron conſcius tanti peccati, quomodo eum ad ſummum pontificatum euexit? cur tanto honore eum indignum non iudicauit? idem inquirere poſſumus de Petro, quomodo ſi infidelis erga magiſtrum fuit eum ter abnegans, ei ſummum ſacerdotium tribuitur? credendum eſt pœnitentiam ſui delicti Aaronem egiſſe, de B. Petro id certo certius, cum negationem ſuam doloris lachrymis expiauit. ne miteris ergo cur primum ad pontificatum veterem hunc, cur ad nouum, Petrum euexerit: quia pœnitentes apud Deum in maximo ſunt honore. hinc D. Cyrill. Hierol. 33. S.Cyrill.

Cath.2. de pœnit. ab exemplo Aaron rectè argumentatur. *Illum quidem* (inquit) *propter crimen non vetuit Deus ad ſummum ſacerdotium peruenire, te vero ex gentibus venientem ſalutem conſequi vetabit?* quaſi diceret, ſi ad ſupremam dignitatem pœnitens admittitur, quid te pœnitentem à diuina gratia excludit?

Omnia tentanda ne malum committatur.

Tollite inaurer aureas de vxorum & filiarum auribus, ad hunc ſcopum collimaſſe Aaronem vt furentem populum reprimeret, nec venenum idololatriæ veneno auaritiæ curaret, plures ſunt teſtes. ſed cur non poſtulauit omne argentum; ſed aurum? & ſi aurum cur non qualecumque, ſed inaurium? quod vt habet Interl. erat purius & charius. ſed cur non quaſcumque inaures, ſed vxorum, filiorum, & filiarum? ſane optima quæque ornamenta Aaron poſtulauit, vt ea offerendi augeretur difficultas, quam pluribus circumſtantiis exaggerare voluit Aaron, vt obſtinatos animos ab idololatria reuocaret. aurum enim quod erat pretioſius poſtulauit, inaures aureas vxorum, filiorum & filiarum, quas non poterant non in medium
uſt. difficillimè proferre ne grauiter offenderent, quos ſingulariter amabant. hoc voluit S. Auguſt. quæſt. 141. in Exod. *Quod iubet Aaron inaures demi ab auribus vxorum atque filiarum vnde illis faceret Deos, non abſurde intelligitur difficilia præcipere voluiſſe, vt hoc modo eos ab illa intentione reuocaret*, Oleaſt. non ſolum in-
ſt. aurium meminit, ſed etiam monilium, *Iuſſit* (inquit) *ſibi inaures afferri, vt populus diſpendium monilium conſiderans à peccato ceſſaret.* quod forte deſumpſit ex Tertul. lib. contra Iudæos c. 1. vbi non ſolum meminit monilium, ſed etiam annulorum, ecce quid non tentat vt in idololatriam non labatur populus? Oleaſt. *Nullum non lapidem mouit quo negotium in aduentum Moſis differret.*

Abuſus ornatus corporis quam difficile remedium habeat.

5. *Tollite inaures aureas de vxorum, filiorum & filiarum auribus*, S. Ambroſ. *annulos*, alij, *monilia*, quis præconiis efferret mulieres populi Dei ita ornatas? imo quis vituperio non iudicabit dignum iſtũ populum, qui filiorum auribus inaures appendebat? quod vt vidimus ex S. Auguſt. apud nos inhoneſtum & illicitum. ſed nonne nunc in Gallia noſtra etiam aures puerorum perforantur, & eis inaures tanquam ſi puellæ eſſent imponuntur? nonne ſi temporibus S. Auguſt. hoc indecorum & illicitum, quomodo nunc etiam in vſu? quia abuſus ornatus corporis in omnibus difficile habet reme-
pri. dium. hinc rectè S. Cyprian. lib. de ſpectaculis in principio. *Non deſunt* (inquit) *vitiorum aſſertores blandi & indulgentes patroni, qui vitiis auctoritatem præſtent. vnde non iam vitiis excuſatio, ſed auctoritas detur: nullum autem malum difficilius extinguitur quam quod faciles reditus habet, dum & multitudinis conſenſu aſſeritur, & excuſatione blanditur: ſane mala quæ mala eſſe noſcuntur, & mala eſſe iudicantur facile curantur, ſed mala quæ non mala eſſe conſentur* (quale eſt nimius corporis ornatus) *quomodo curabuntur?*

Licet vitia inter ſe pugnent, tamen aliquando in vnum coeunt vt Deus offendatur.

Tollite inaurer aureas de vxorum auribus, 36.
non tam in hoc ſeruiliter fuit populo obediẽs, quam induſtrius & cautus medicus, ſi non omnino profligata libido atque impudentia illius fuiſſet, quippe auri amorem aduerſus inſanã idolorum ſuperſtitionem produxit, & velut in iuſto certamine oppoſuit. vitia enim inter ſe pugnant, vt habet D. Bernard. in declam. ad ea Petri verba, ecce nos reliquimus omnia. ait S. Bernard. enim, *Auaritia & appetitus ſibi inuicem aduerſantur, iam quod illa congregat, hic diſpergit, vt videas vnam concupiſcentiam alteram vexantem, & ſpoliantem.* Nec minus elegans aut opportunum quod de ambitione & elatione cordis ſeſe adinuicem elidentibus ac deprimentibus præmiſit ibidẽ mellifluus Auctor. *Hunc in modum contendunt ambitio & elatio cordis, altera nidum, altera foueam parat; volare altera iubet, repere altera monet, cum neutrum ſit profectò hominis.* ecce vt ſibi aduerſantur vitia, ſicut & auri amor & idololatriæ in populo Iſrael, quomodo ergo vnum cedit alteri & amicabiliter inter ſe coeunt? quia vitia licet ſibi inuicem contrarientur, in vnum tamen coeunt vt Deus ſceleribus offendatur.

Quam tardi ad bonum & ad malum promptiſſimi ſumus.

Tollite inaures aureas de vxorum auribus, & afferte mihi, an aliquam prætexerunt excuſationem? an ei dixerunt, difficile nobis opus iniungis? nihil ab vxoribus noſtris & filiabus tanto affectu diligitur, quam vt inaures aureæ? aliud aurum exige. nobis ſuppetunt facultates plurimæ, quibus non vnum ſed plurima fieri poſſunt idola aurea: nihil obiecerunt, ſed illico vt iuſſit, ſine cunctatione in aures attulerunt; imo & quam præcipitanter id factum fuerit, innuunt verſiones, Onk. abruperunt vniuerſus populus inaures violenter, & vi facta populus extraxit ab auribus vxorum & filiarum inaures, alij, lacerauit, &c. an in malo perpetrando præcipitem animum conſideras? ſi pauperi benefaciendum quot interponuntur moræ? præ manibus nihil dandum habemus, dicimus, vt aliàs redeat aliquid accepturus. quid hoc eſt? niſi quod ad opera virtutis ſumus tardiſſimi & pigerrimi, ad malum autem promptiſſimi. quod rectè expendit Oleaſt. *Admonemur hic* Oleaſt. *quam faciles ſumus ad vitia & quam deſides ad opera virtutum. vix Aaron verba finierat, quando iam omnia iocalia & pretioſa ſua ad eum adducunt: clamat autem pauper per horam ad oſtium, & vix fruſtum panis porrigere dignaris, vtinam ſic ſe ſineret homo à vitiis rogari, quemadmodum ad opera virtutum. ſi pro miſero, regi aut principi loquendum eſt, multis precibus & mediatoribus opus eſt, vt faciant, ſi inimico parcendum pluribus opus eſt, qui pacis negotium vrgeant. amicus enim ille cuius Lucas meminit vndecimo capite, multa* Luc. 11
importunitate ab amico tres panes petuit obti-

uere: quam vero noſtra ſponte curramus in vitia, noſque ſemper paratos inueniant, pulchre S. Ieremias depinxit omnes qui quærunt eam, non laborabunt: in menſe ſuo inuenient eam: ac ſi aperte diceret tam procax eſt meretrix hæc, & tam parata ad omnium concubitum: vt non oporteat eos aut laborare, aut tempus expectare, ſed etiam tempore menſtrui, quando fœmina aut congreſſum fugiunt aut abhorrent, paratam inuenient. mille ſunt impedimenta in opere bono, vix ad perfectum producere queas, rara vero aut nulla in vitioſo. omnia hic accelerantur, non patitur populus vltra quadraginta dies ſine duce eſſe, neque tardat inaures afferre, ſacerdos ſtatim idolum ſculpit & fundit, vitulus ſtatim egreditur & à populo adoratur, & clamoribus & laudibus extollitur.

Ita præcipites aliquando feruntur in malum B *ſubditi, vt prælatus reprehendere eos non audeat, ſed in hoc dignus vituperio.*

38. *Tollite inaures aureas de vxorum auribus & afferte mihi*, quid hoc eſt ô Aaron: ecce verum numen abiicitur à populo, petit immemor beneficiorum Dei ſacrilege fieri ſimulachra, & ſiles: nonne qui tacet conſentire videtur? nonne eruditus & in verbis potens? nonne aliquando Pharaonem Regem crudeliſſimum conueniſti, & ſeuere arguiſti, quod populum Iſrael in ſeruitute detineret? quomodo ergo ita elinguis, vt eiuſdem populi prælatus in fratris abſentia, eum nec depreceris, vt à praua deſiſtat cogitatione, nec ſeuere arguas, quod oblitus ſui Dei idolis velit ſeruire? cur non comminaris tantum ſcelus impunitum non fore? grauiſſimas tandem aliquando pœnas daturum? obmuteſcit, ita enim aliquando præcipites feruntur ad malum ſubditi, vt prælatus reprehendere eos non audeat, ſed in hoc dignus vituperio: hoc

Procopius. habet Procop. *Tanta veſania inuaſerat eorum animos, vt Aaron formidaret illarum propoſitum reprehendere, cernens ex ea re magnum malum ab incondita plebe ſibi paratum, furori illorum cedit.*

Iuſtus videat ne cadat; & ſi cadit, humilietur.

39. *Tollite inaures aureas de vxorum auribus, & afferte mihi.* Non excuſandus à peccato Aaron, quod timore mortis præpeditus, populi ſacrilego deſiderio non contradixit. nonne vir iuſtiſſimus, nec ſolum Spiritu ſancto præditus, ſed etiam cum Deo familiariter conuerſatus, cum quo ſæpe collocutus, cuius virtute multa patrauit miracula? quomodo ergo in tam graue cecidit delictum? vt videat iuſtus ne cadat, vt omnia timeat & perpendat, ne miſere labatur, ſanctitati acquiſitæ non confidat, ſicut nec viribus propriis, ne miſere peccet: verum ſi cadit, ſub manu Dei potenti humilietur vt reſurgat, & lapſus non ſit ei in ruinam, ſed cedat in vtilitatẽ, vt deinde fortior & cautior reſurgat, & à lapſu diſcat, non amplius labi: opportune huc adnecham S. Bernardi verba ſerm. 12. in Pſalm. Qui habitat, qui ad mentem noſtram tangens hanc Salomonis ſententiam, iuſtus ſep- A ties in die cadit, ſic habet. Hoc intereſt inter ſe " eorum caſus, quod iuſtus ſuſcipitur à Domino, " ideoque reſurgit fortior, iniuſtus autem cum " ceciderit, non adiiciet vltra vt reſurgat: imo " vero aut in pudorem noxium, aut in impuden- " tiam cadit, aut enim excuſat quod fecit, & hic " eſt pudor adducens peccatum: aut fit ei " frons meretricis & iam nec Deum timet, nec " hominem reueretur, ſed prædicat peccatum " ſuum ſicut Sodoma: iuſtus vero ſuper manum " Domini cadit, & miro quodammodo ipſum " etiam peccatum ei in iuſtitiam cooperatur. ſci- " mus enim quoniam diligentibus Deum omnia " in bonum cooperantur. nonne cooperatur no- " bis ille caſus in bonum, vnde & humiliores ef- " ficimur & cautiores? nonne Dominus caden- " tem illum ſuſcipit, qui ab humilitate ſuſcipitur " ſic ille igitur iuſti caſus non eſſe videtur, nec " lapſus, cum in bonum cadat, cautiorque reſur- " gat.

Diſſenſio domeſtica maxime fugienda.

Tollite inaures aureas de vxorũ & filiorum & filiarum auribus, & afferte mihi, principiis vitiorum inſiſtendum, ne deinde ſine remedio graſſentur & ſerpant: ecce cum peſſima infirmitate ſpirituali & ſacrilega detinentur, nullum adhibes ô Aaron remedium, ſed potius eam exulcerans petis ab eis materiam pretioſiſſimam faciendi ſimulachrum quod venerentur? cur petis inaures aureas non ſolum vxorum, ſed etiam filiorum, filiarumque? verum, quas tragœdias non excitat coniux, cum ſe monilibus priuati à marito ſentit? in quas querimonias non diffunduntur filiæ, ſi annuli aurei, ſi alia C ſpecioſa ornamenta ab eis repetuntur? ita vt poſtulat inaures aureas ab his omnibus vt eos reuocaret à crimine? ſciebat enim nihil intolerabilius diſſenſione domeſtica, quam ſuper omnia fugere tenerentur, & cuius vitandæ gratiâ alia omnia paruipendere deberent: non diſ- 40.

Caiet. ſentit Caiet. *Propoſuit difficile vt diſſenſio domeſtica in qualibet domo oriretur reluctantibus pueris & mulieribus.*

Quid ex cultu falſorum Deorum niſi infælicitas & tyrannica violentia?

Tollite inaures aureas de vxorum auribus, non 41.
renuit populus, ſed fecit quæ iuſſerat Aaron, Onk. *abruperunt inaures aureas*, verbum pha- D rak quod eſt tollere, ſignificat etiam confringere, diuidere, diſſoluere, ſeparare. quid? nonne Deos petierunt conductores itineris, in laboribus adiutores? an ita contigit? ecce in miſeriam prolabuntur. non ſolum enim iacturam bonorum incurrunt, ſed adhibitâ violẽtiâ: ecce enim filiorum & vxorum dilacerantur aures, à quibus cum vi, cũ ſanguinis effuſione extrahuntur inaures aureæ. addit Abul. quæſt 10. has inuitis filiis & filiabus, ſaltem paruulis, in obſequium parentum nondum propenſis, ereptas fuiſſe cum eorum non ſine magno gemitu & dolore: vt inde tibi colligere liceat, quid ex cultu falſorum Deorum emanet, niſi infœlicitas & omnium miſeria.

Si in rebus ſeriis ad orationem non accedis, tibi aduerſa quæque contingent.

42. *Tollite inaures aureas de vxorum &c. auribus & afferte mihi*, an è memoria tibi excidit ô Aaron, quod cum in populum Iſrael inſurrexiſſent Amalechitæ, ilico Moyſes Deum deprecaturus acceſſit, licet non ſibi deeſſent milites fortiſſimi, duxque ſtrenuus ad eia reſiſtendum? cur ergo ſi ipſe populus aduerſus te congregatus, & tumultuoſe conſurgens ad ſacrilegium inducere molitur, quomodo Dei potentiam precibus non pulſas, vt quid tibi in tanto diſcrimine poſito faciendum aperiat? Deum oratione non conueniſ, quid mirum igitur ſi labitur: ſi mortem animæ incurrit? orationis enim neglectus, mors eſt animæ. ſic enim B. Chryſo. lib. 1. de orando Deum. *Quiſquis non orat*
Chryſ. *Deum, nec diuino colloquio cupit aſſidue frui, is mortuus eſt, & vita carens experſque ſanæ mentis: nam hoc ipſum euidentiſſimum eſt argumentum amentiæ, non intelligere magnitudinem huius honoris nec amare deprecandi ſtudium, nec hoc habere perſuaſum, quod animæ mors ſit non prouolui ad Dei genua: quemadmodum enim hoc corpus noſtrum ſi non adſit anima, profecto mortuum eſt ac fœtidum, ſic anima niſi ſeipſam incitet ad orandum, mortua eſt & miſera.*

Qui Dei iugum excutit, neſcit obedire.

43. *Tollite inaures aureas de vxorum auribus, & afferte mihi*, ſcilicet vt ex eis fiat vobis idolum. cur inaures potius quam quodlibet aliud aurum exigis? ſicut audire ſignificat obedire, ita auris obedientiam. bene ergo eis ornamentum aurium adimit, cum Deos ſibi fieri poſtulant. qui enim veri numinis iugum excutit, neſcit
Cyrillus Alexand. amplius obedire. Fauet B. Cyrill. Alex. lib. 3. in Exod. *Dixerunt omnia quæ locutus eſt Dominus Deus faciemus & audiemus: tamen Deos quærebant ſculptiles. vides quo pacto abiecerint obedientiam? atque hic eſt vt arbitror aurium ornatus.*

Prælati ſuperiores neceſſitate compellente, vicarios ſubſtituentes, non ſolum viros integerrimos ſeligant, ſed etiam fortes & magnanimos.

44. *Tollite inaures aureas de vxorum auribus, & afferte mihi*, quid ô Aaron! nonne à Moyſe tanquam vir integerrimus in ſuum ſubſtitutus es locum, vt ipſo abſente plebi conſulas, & prouideas in timore & vero Dei cultu detineas? quomodo ergo nunc contrarium conſulis petens adferri inaures aureas mulierum, vt ex eis fiat ſimulachrum? vir quidem erat integræ vitæ, ſed non fortis, vt populi deſiderio ſacrilego reſiſteret, ſed timidus, mortem, ſi reſtitiſſet, formidans, vitam propriam diuino cultui præferens; & ideo populum non audens ſuo crimine arguere, vnde recte S. Bernard. Eugenium ſummum pontificem exhortans, quales ſubſtituere deberet prælatos, ſic ad eum ſcribit lib. 4.
Bernard. conſid. c. 4. *Qui miſſi poſt aurum non abeant, ſed Chriſtum ſequantur: qui quæſtum, legationem non æſtiment, nec requirant datum ſed fructum: qui marſupia non exhauriant, ſed corda reficiant, & crimina corrigant, famæ prouideant ſuæ, non inuideant alienæ: qui redeant fatigati quidem, ſed non ſuffarcinati*, pende, *qui crimina corrigant*, non enim in viro ſuperiori ſat eſt vitæ integritas, ſed animi fortitudo neceſſaria ad compeſcendum, arguendum, & corrigendum delinquentes.

Cum exiſtimas aliquem vere prælatum, aliquando vere bellua eſt.

Tollite inaures aureas de vxorum auribus & afferte mihi, antequam ab eis inaures aureas ad vitulum efformandum poſtules, conſule vt quærant Moyſem, ſi forte eum inuenerint: aſſeruit aliqui eum quæſiſſe, ſed belluas reperiſſe, ſicque credentes illum ab eis deuoratum, ſibi Deos fieri poſtulaſſe: quid hoc eſt quod exiſtimantes prælatum ſuum reperire, bruta animalia ioueniunt? niſi quod aliquando cum arbitramur aliquos vere prælatos eſſe, belluæ ſunt & ferociſſimæ. ſic enim Iacob. Luſanenſis Episcopus hic, *Iſti quærebant Moyſem prælatum & non inuenerunt eum, ſed beſtias: ſic hodie qui vellet inueſtigare conditiones prælatorum, volens inuenire hominem inueniret beſtiam, leonem ſuperbiæ, taurum vel porcum luxuriæ, bouem auaritiæ.* 45.
Iacob Luſa.

Etiam ſacrilegi ſæculares non audent ſe iis quæ ſunt religionis immiſcere.

Tollite inaures aureas de vxorum auribus, & afferte mihi, quid ô Hebræi! nonne vobis compertum, hoc petere difficillimum, vt vos reuocet à deſiderio, Deos, qui vos præcedant, habendi? cur ergo ab eo vobis fieri poſtulaſtis? nonne eum conuenire potuiſtis & dicere, neſcimus quid Moſi acciderit, Deos ergo faciemus, itineris noſtri ductores, nihil tale cogitarunt, ſed ab Aarone iam in ſummum ſacerdotem deſtinato, Deos fieri petierunt, vt tibi compertum quod aliquando etiam ſacrilegi ſæculares, in hoc ſapiunt, quod non audeant ſe iis quæ ſunt religionis, commiſcere. 46.

Peruerſus ordo, magis timere homines quam Deum.

Tollite inaures aureas de vxorum auribus, & afferte mihi, quid ſi afferant, aurum contemptui habentes? an eorum deos ſibi fieri poſtulantium ſacrilegio deſiderio acquieſces? acquieuit ſane licet coactus. nonne in te eorum refundetur ſcelus? ita equidem. quomodo ergo ita præceps laberis? quia magis homines timuit quam Deum; timuit ne ſi reſiſteret violenter occumbere timuit qui ſolum corpus perdere poterat, & non timuit, qui animam mittere poteſt in gehennam æternam. vnde Anſelm. Laudun. *Non eſt auſus reſiſtere, quia ſciebat populum pronum ad reſiſtendum.* 47.
Anſelm.

Non ſemper datur pia deſideria adimplere.

Tollite inaures aureas de vxorum auribus, & afferte mihi, ideo videtur eis acquieuiſſe, quia conſurrexerũt in ipſũ tumultuoſe mortẽ comminantes, vt deos ſibi faceret, ſed eos à ſacrila- 48.

ga voluntate ſatagens reuocare, tem difficilli-
mam vt pote aureas inaures vxorum, quæ aua-
ræ & earum cupidiſſimæ erant, petiit: non
enim tantam vero numini iniuriam irrogari
ferre poterat, quomodo ergo non ita accidit,
ſed prorſus contrarium? quia non ſemper datur
bona adimplere deſideria. quod obſeruauit S.
Bernard. epiſt. 83. ad Abbatem S. Nicolai. *Om-*
S. Bernard. *nes qui volunt pie viuere in Chriſto perſecutionem*
2. Tim 3. *patiuntur, nam cum eis nunquam deſit pie viuere,*
non ſemper tamen adſit, & perſiſtere pro bona vo-
luntate: ſicut enim impiorum eſt piis bonorum
propoſitis ſemper reluctari, ſic contra pietatem non
eſt propter multitudinem aduerſantium quamuis
ſancta & iuſta deſideria paucorum plerumque non
perfici, ſic Aaron ſceleratis populi tumultuantis
contra voluntatem ſuam clamoribus ceſſit: ſic Sa-
muel eidem populo inordinate Regem petenti inui-
tus Saulem inunxit. ſic David cum vellet Deo tem-
plum conſtruere propter inſiſtantium tamen bella
inimicorum, quia vir belliroſus erat, prohibitus
eſt facere quod ſancte propoſuit.

Omnis conatus diaboli, vt nos miſere perdat.

49. *Tollite inaures aureas de vxorum auribus & afferte ad me*, hoc populo dixit Aaron, vt eum à
peruerſo reuocaret deſiderio habendi Deos.
verum cur hoc peruerſo affectu feruntur?
quia neſcimus, inquiunt, quid Moyſi acci-
dit, expectate quoad vſque elabatur quadra-
drageſimus dies, expectaſſent inquit R. Akiba
in lib. ſabbat. teſte Galatino lib. 11. de arcanis
Galatinus. 13. ſed in fine quadraginta dierum id eſt paulo
ante finem, venit ſatan & turbauit mundum, id
eſt induxit in aëre maximam tempeſtatem, di-
xitque Iſrael, vbi eſt Moyſes? dixerunt ei, aſ-
cendit in altum, ait ei, iam peruenerunt ſex ho-
ræ, & nondum venit, dixit ergo eis, mortuus
eſt, & reſpexerunt vel non curauerunt de eo,
oſtendit igitur & ſimilitudinem in nube fere-
tri eius. hinc eſt quod dixerunt Moyſi, qui fe-
cit nos aſcendere de terra Ægypti, neſcimus
quid acciderit: hoc ſane Rabini deliramen-
tum: ſed ex hoc recte colligit noſter Galatinus
omne diaboli ſtudium & conatum erga homi-
nes in eo eſſe, vt eos decipiat ac fallat.

Cum beneficij accepti nequaquam ſumus memores, illoque in benefactorem abutimur mentis perditiſſimæ ſumus.

50. *Tollite inaures aureas de vxorum, filiorum-*
que, & filiarum auribus, & afferte ad me. Scio
S August. Auguſt. q. 140. aſſerere potius inaures aureas
petiiſſe, quam vaſa alia aurea, quia eas in ma-
ximo habebant pretio; & ideo difficillime da-
turos. tamen huic dicto tanti doctoris aliquid
deſideratur, nam ſi Aaron Hebræis nimis ar-
dua ob oculos ponit, vt à ſacrilego eos delicto
reuocaret, pretioſa ſane ab eis munera quam
inaures poſſet efflagitare, nec enim ditior ſup-
pellex ornatus aurium erat: præterea, cum eo-
rum animos, Deorum deſiderio æſtuare cerne-
ret, prudenter cogitaſſet ab incœpto opere non

A dimouendos, quamuis chariora ab eis pignora
adimeret, quod quidem ſatis demonſtratum
illi, cum nullo præcepti pondere preſſi, Aaro-
nis illico voci obedierunt cuncti, abſque illius
reluctantiæ exhibito ſigno, nec inaurium vllo
amore detenti. *Fecitque populus quæ iuſſerat*
deferens inaures ad Aaron, cur ergo ſpecialius
inaures à Pontifice exactæ? quod vt reſpon-
deam, præpono ideo Moyſen præcepiſſe ex di-
uino conſilio Hebræis, vt dolo & mutui præ-
textu, ab Ægyptiis vaſa aurea & argentea ac-
ciperent, quo ex iis poſtea Dei erigerent & di-
carent tabernaculum, vt ait Irenæus lib. 4. ad-
uer. hæreſ. c. 49. & Niſſen. in caten. Græca. *In-* S. Irenæus
digni (inquit) *poſſeſſores auri & argenti erant* S. Greg.
Ægyptij, qui decipiuntur ab Hebræis mutuo pe-
B *tentibus, quæ reddituri non erant, vt quæ Dei ſunt*
ab indignis auferant, ipſi Deo poſtea ad con-
ſtructionem tabernaculi oblaturi. At ex iis quæ
pro tabernaculo erant offerenda, praeci-
puum locum tenebant inaures aureæ, quia non
ſolum apud Iſmaelitas, & Ethnicos, ſed etiam
ipſoſmet Hebræos inaures deferre, ſignum
erat ingenuæ libertatis, qua nihil charius. his
præhabitis, cur non dicemus, ideo inaures ef-
flagitaſſe ab Hebræis Aaronem, quas in vitu-
lum confunderet aureum, vt in eorum memo-
riam reuocaret, nuper à Deo acceptum bene-
ficium, & ſe aureis Ægypti vaſibus refertos,
quæ poſtea diuino forent cultui famulanda,
inter quæ inaurium oblatio, quippe quæ erant
nobilitatis & libertatis prima inſignia, primũ
erant ſacranda: quaſi cogitaſſet apud ſe Aa-
ron, ſi inaures ab eis popoſcero, memores ſta-
tim Dei qui Ægyptum expoliando, ipſos lo-
C cupletauit, haud quaquam auſi erunt Hebræi
nouos ex aureis ſpoliis Deos confingere. cum
ad tabernaculum extruendum deputatas inau-
res à Deo meminerint, à tentata recedent via.
nec credibile eſt velle eos beneficia à Deo par-
ta, quæ tanquam tabernaculi erigendi depo-
ſitum portant, in arma aduerſus Deum com-
mutare, Dei munera in ipſius retorquere iniu-
riam: inaures ergo aureas ab eis requiram, ut
Dei tum memores, quia eas illis donauit, non
verum numen ad falſum confugiendo, aude-
bunt deſpicere, nec beneficentiæ ſagittas, &
diuini cultus materiam, in offenſæ ſpicula, &
ſacrilegij rationem conuertere.

Velle dæmonem de Deo referre trophæum quid ſceleſtius?

D

Tollite inaures aureas de vxorum, filiorum- 51.
que & filiarum auribus, & afferte ad me, licet
dubium iam pluries agitatum, cur potius in-
aures petierit, quam alia pretioſiora munera,
itarum tamen propoſitum nauſeam non pa-
riet. cur ergo ita factum ab Aarone? cui vt lu-
cem præbeam, præſuppono olim inauribus
Deorum imagines, vel ſculptas, vel cælatas cir- S. August.
cumferri ſolitum fuiſſe, vt habet Auguſt. in
Geneſ. in illa verba, dederunt ergo omnes
Deos alienos, quos habebant & inaures quæ
erant in auribus eorum, ait enim, Intelligen-
dum eſt inaures ad idololatriam pertinuiſſe, vt
pote quæ erant phylacteria Deorum alieno-
rum]

rum]Quo paſitu non erit obſcurum aperire, A cur potius inaures aureas, quam vaſa alia, vt Hebræos à concepto idololattiæ æſtu cumpeſceret, Aaron poſtulauerit. cum enim populum inſanientem, & ſumma cœleſtium munerum obliuione ebrium cerneret, in beneficiorum memoriam, tot tantorumque acceptorum illum reuocare conatur, & non alia quam inaures aureas, vaſa ab eis ad iduli exigit fabricationem; vt audito nomine inaurium, quid ab illis exquiſierit Deus, cum ab Ægyptiis inaures eripuit, ipſiſque in depoſitum tradidit, eorum animis ſuggerat. etenim inaures ab Hebræis depoſcens ad vituli constructionem ſic tacite eos videtur pontifex allocutus; aſtus B diuini ingenij fuit vobis ô Hebræi præcepiſſe, vt Ægyptios aureis expoliaretis inauribus, in quibus Deorum ſuorum ſimulachra & ſimilitudines religionis ergo circumferebant; apud vos illa depoſuit, vt cum de tabernaculi erectione ageretur, mox illas tantæ fabricæ ſacraretis, ſicque diuinæ potentiæ virtus eluceret, dæmonem ſuis armis diſturbans, cogenſque vt quæ illius erant vaſa & imagines in diuini cultus exultationem, profanorumque rituum demolitionem conflarentur. Cæterum ſi nunc vitulo fundendo inaures porrigitis, recolite, & alta mente perpendite quantum ſit facinus, vt diuinum peruertatis conſilium, cœleſtique ingenio, quo triumphare de dæmone propoſuerat in ipſius Dei iniuriam abutamini, inaures, quæ in Ægyptiorum poteſtate, dæmonis arma fuere ab illis ereptæ, & vobis creditæ, & commendatæ, vt ex his tabernaculum conſtruatur, arma Dei jam ſunt, quibus ſuam oſtendet potentiam hoſtis cultum ipſiuſmet apparatu profligando, ſi vero ea nunc ad idola fabricanda conuertetis, quid aliud eſt quam diuinam illudere ſapientiam, & ipſius ingenium in ipſam retorquere, velleque dæmonem de Deo illud trophæum offerre, quod de dæmone ſibi Deus parauerat? expaueſcite tam immane flagitium, nam ſi mihi inaures in idoli fuſionem petenti aſſentitis, Dei ſpicula in ipſum acuitis, & ipſius illum gladio contenditis vulnerare, hæc enormitatis horrida imago, vt mentes animoſque veſtros ſubeat, inaures potiusquam alia vaſa à vobis depoſco.

VARIET. LECT. Verſ. 4.

V*ulg.* Quas cum ille accepiſſet, formauit C opere fuſorio, & fecit ex eis vitulum conflatilem, dixeruntque, hi ſunt Dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Ægypti.

Sept. Et accepit de manibus eorum, & firmauit illas in ſtylo, & fecit eas vitulum conflatilem, & dixit &c.

Cald. Firmauit illud circino, &c. & dixerunt; iſti ſunt Dij Iſrael, qui aſcendere te fecerunt ex Ægypto.

Onk. Firmauit illum cum ſtylo, *Alij.* calamo.

Pag. Fecit ex illo vitulum fuſilem.

Mont. Vitulum fuſionis.

Alij. Fecit in arte, dixeruntque & fecerunt.

Alij teſte Eugubino. Enſe ſculptum.

Caiet. Illud in crumenam.

Alij. Hi ſunt timor tuus Iſrael.

Cyprian. de bono patientiæ & Tertul. Et fecit caput bubulum.

CONCORDIA.

VArias ſignificationes tribuunt Hebræi D dictioni חרט cheret; dicunt enim primo ſtylum ſignificare quo ſcribuntur litteræ aut ſculpuntur, & ſic plures verterunt: ſecundo marſupium, ad quod probandum citant illud 2. Reg. 5. & ligauit duo talenta argenti in duobus charitim, id eſt marſupiis, ſic vertit Caiet. cuius verſionis profert ſenſum, nempe quod inaures vniuerſas ligauit in vaſe vno tanquam ſigillans illas publice in crumena, ad tollendam ſuſpicionem omnis furti, fraudis, vſurpationis & ereptionis, vt certus eſſet populus quod omnes inaures pariter ad eorum Deum faciendum funderentur. noſter Vulg. qui reddidit opere fuſorio ad ſenſum reſpexit. ſed ad verbum Sept. Cald. vertit in circino, ſed idem eſt quod in ſtylo. qui legunt caput bubulum, neſcio cur ſic reddant, cum ſcriptura hîc & vbique Pſal. 105. & Act. 7. vitulum vocet, & à propria vocis ſignificatione non ſit recedendum: tamen quia Ægyptij quorum idololatriam imitari voluit populus Iſrael, non caput, ſed bubulum integrum coluerunt, erat enim illis Apis bos integer, & quidem niger corpore, cum alba in tergo macula. Quod ad Patres ſpectat qui vitulini capitis meminerunt, ij per metonymiam exponi poſſunt, vt caput pro toto ponatur corpore: habemus, & dixerunt hi ſunt dij tui. ſed Sept. & dixit, nempe Aaron, quia arbitrantur hoc eos irridendo dixiſſe, vt videbimus in conceptibus.

EXPOSITIO.

QVas nempe inaures aureas cum ille Aaron acceepiſſet, *de manu populi irrationabili* metu perculſus, *formauit opere fuſorio*, opus fuſorium atque conflatile appellatur quod per liquefactionem & ignem ad aliquam formam perducitur, iſtud autem *fecit*, idem quod fieri iuſſit, ſeu fecit per quoſdam artifices, alij aſſerunt ſolum inaures aureas proieciſſe in ignem, & opere dæmonis conflatum fuiſſe vitulum, vnde Aaron infra ſe excuſans ait, proieci aurum in ignem, & egreſſus eſt hic vitulus. textus tamen apertiſſime ſcribit opere fuſorio illum feciſſe.

Et feci ex eis vitulum conflatilem, quomodo formatus ſit accipe, plaſtes formam vituli compoſuit è terra argilla, aut ſimili materia, in eaque ſtylo, vt habent Sept. & Heb. efformauit oculos, aures &c. vituli, deinde in hanc B formam infudit aurum liquefactum, & ſic ex ea egreſſus eſt aureus vitulus. non autem ſolum caput vituli (vt vidimus in concordia) quo autem ſenſu aſſeruerint Patres, etiam dictum, non audiendus ille Franciſc. Macarius nobis obtru- A dere volens hunc vitulum fuiſſe alatum ſeu Cherubinum, adioſtat eorum qui deſcribuntur Ezech. 1. cuiuſmodi & Cherubinos cenſet illos qui à Moyſe fuerunt ſuper arcam efformati. verum vbinam legit Cherubinos vitulos vocari? bene quidem Cherubinos legimus ſimilitudinem, vel aſpectum habuiſſe vituli, at vitulos dictos nullus hactenus legit aut audiuit, apud Patres eſt ne aliqua mentio Cherubini huiuſ? vitulum dixerunt, vel caput vituli, ſic enim annuit Philo lib. 3. de vita Moyſ. obliti veri Dei, cœperunt æmulari figmenta Ægyptia facto iuuenco aureo, ad imitationem animalis eius regionis ſacratiſſimi. altum apud Ioſephum de hoc vitulo ſilentium, noluit enim apud Ethnicos, quibus ſuam gentem commendare volebat, tam ſtolido idololatriæ crimine B fœdari, *dixeruntque*, ſumma ingratitudine & malitia inaudita, *hi ſunt Dij tui*, aliqui aſſerunt pluraliter hunc vitulum Deos appellaſſe, quia in eo bos Apis & vaccæ Iſidis repræſentabantur, alij vt maiorem idolo honorem exhiberent, pluraliter eum nominantes.

CONCEPTVS.

Ita peruerſa hominum natura, vt temporalis à Deo ipſis conceſſa fœlicitas, eorum mentem obtenebret, vt illius auctorem non agnoſcant.

52. *Quas cum ille accepiſſet formauit opere fuſo-* C *rio, & fecit eis vitulum*, quem Hebræi conſpicientes præ gaudio exclamarunt dicentes, *hi ſunt Dij tui Iſrael qui te eduxerunt de terra Ægypti*, nonne ſatis fuiſſet ad exprimendam ſuam veſaniam & inauditum ſacrilegium dicere hi ſunt Dij tui? cur addunt, qui te eduxerunt de terra Ægypti? nempe in medium adducentes tanti beneficij recordationem, quod notum erat à ſolo Deo accepiſſe: cur maximam fœlicitatem qua ſubmerſis in mari hoſtibus, ipſi triumpharunt, meminerunt, præcipue eo tempore quo ab auctore fœlicitatis ſuæ deficiunt? quia ita peruerſa hominum natura, vt à Deo ipſis conceſſa fœlicitas eorum mentem obtenebret, ne illius auctorem agnoſcant, ſed alteri tribuant. quod Lactant. Firm. lib. 2. Inſtitut. diuin. c. 1 vere dixit. *Tunc maxime Deus ex memoria hominum elabitur cum beneficiis eius fruuntur homines*, huic veritati lucem affert S. Cyrill. Hieroſ. Cathech. 6. notans, quæ pepererint in mundo
S. Cyrill. Dei ignorantiam, ait enim. *Vinum datum eſt vt exhilaret cor hominis, & Bacchus pro Deo celebratur: frumentum Deus fecit, cum diceret producat terra herbas graminis, quod ſeminet ſemen ſecundum genus ſuum, vt panis cor hominis confirmet, vnde eſt quod Ceres colitur &c. ſic quo plura veniebant homini beneficia, eo plures veri Dei*
S. Cypri. *ignorantia & apoſtaſia ingrediebantur.*

Qui in vnum peccatum labitur, facile in alia nolens rapitur.

Quas cum ille accepiſſet formauit opere fuſorio, & fecit vitulum, & tunc immemores veri numinis, *dixerunt hi ſunt Dij tui Iſrael*, vnus 53.
erat vitulus, & nihilominus quaſi plura eſſent idola, ea pluraliter ſalutant & colunt: & cur cum vnum intuentur plura prædicant? ſcit peruerſus populus facti conſequentiam, quod qui ſemel ad vnum rapiuntur idolum, facili negotio pluribus ſe ſubiicient. Chryſoſt. hom. 5. de S. Chryſ.
pœnit. ait. *Reſpicit vnum factum vitulum, quare igitur hi Deos dicit? vt oſtendat quod non modo eū quem vidit adorat, ſed & Deorum pluralitatem annuntiat.* Iam miſer populus dum vnum adorabat plurimam Deorum turbam per omnes nationes ſparſam ab Iſraele pronuntiat, adorandam, & cui idolo non proſternat populus, qui ſemel vitulum adorauit? infœlix homo caue ab idolis, caue à vitiis, ſi vel vnum admittis, in animo, facili negotio ad plurium adora-
D tionem deturbaberis. legendus eſſet Cyrill. S. Cyrill.
Alexand. de hac re diſſerens in c. 5. Amos. *Conſpicuum ac veluti commune omnium idolum erat vitulus, multa porro & alia ab vnoquoque facta ſunt: ſemel enim ad veterem errorem conuerſi, & à ſemita pietatis in Deum deorti, quod ſibi placebat pro antiqua conſuetudine in Ægypto, numen fabricabantur & formabant.*

Deo gratiſſimus qui ea prædicat illius beneficia, quæ alij negant impudenter.

Quas cum ille accepiſſet formauit opere fuſo- 54.
rio, & fecit eis vitulum, quem illico tanquam

ſuum liberatorem prædicant, *hi ſunt Dij tui Iſrael qui te eduxerunt de terra Ægypti*, ecce vt populus inſanus liberationem ſuam Deo non tribuit, ſed vitulo, poſt ſuperatum mare, poſt ſubmerſos Ægyptios, poſt innumera alia accepta beneficia. non vero eorum auctori, ſed falſo ſimulachro tribuunt. ſed audiamus quid de vero Deo prædicet Raab Meretrix Ioſue 8. audiuimus quod ſiccauerit Dominus aquas maris rubri ad veſtrum introitum, quando egreſſi eſtis ex Ægypto &c. ecce tibi vbi Iſraelitæ ereptionem ab Ægypti ſeruitute tribuunt idolo, Raab Meretrix liberationem ipſam vero numini tribuit: & quid contigit Iſraelitis? niſi plurimorum militum interitus, & quid Raab meretrici? niſi vitæ conſecratio & merito, Deo enim gratiſſimus qui ea prædicat illius beneficia, quæ alij negant impudenter. ad hæc B. Chryſoſt. hom. 5. de pœnit. *Quid Raab fecit ad ſalutis argumentum? ſuſcepit exploratores Raab, & quem prodidit Iſrael in deſerto, prædicauit hunc Raab in fornice, quæ audiuit Iſrael fide tot ſignorum habita, tantaque lege inſtructus, & negauit. hoc Raab in fornice recluſa prædicat, dicit exploratoribus quanta Deus veſter fecit Ægyptiis, dicit & Iudæus, hi Dij tui qui eduxerunt te de terra Ægypti, & meretrix non diis ſed Deo ſalutem adſcribit.* Ecce tibi vnde fœlix & grata Deo Raab, quod Iſrael Deo nequiter eripiebat, ipſa Deo prudentiſſime tribuebat. ſane tu etiam fœliciſſimus & Deo gratiſſimus, ſi cum ab aliis blaſphematur & offenditur, tu inde exurgis ad eum laudandum & illi ſeruiendum.

Aurum ſuadet idolum eſſe Deum.

55 *Quas cum ille accepiſſet formauit opere fuſorio, & fecit eis vitulum*, quem deinde vt Deum coluerunt, quis homines mentis rationiſque compotes ad vituli pedes proſterneret? quis vitulum perſuaderet adorandum? ex quanam ſit materia? ex auro, & in hoc peſſime fecit Aaron, cum vitulum ex auro fecit, non enim erat arcere populum ab adoratione, ſed impellere. vnum enim Deum nouit mens auara, nempe aurum. perſuadet aurum idolum vitulinum adorandum. id quod acute expendit S. Petr. Chryſol. ſerm. 29. *Aurum Iudaicum populum ſic captiuauit aſpectu, vicit illecebris, ſpecie prædecepit, vt hoc eſſe Deum crederent, & Deum verum tot beneficiis cognitum denegarent, ſic conuertit homines in iumentum vt vituli caput ſuum crederent*, ad quid non cogeret aurum etiam ad idolum vitulinum adorandum?

In hoc ſapiunt Hebræi, quod idolum colentes, de eo non irreuerenter ſed cum honore & æſtimatione loquantur.

56. *Quas cum ille accepiſſet formauit opere fuſorio, & fecit eis vitulum*, quem vt Deum venerati dixerunt, hi ſunt Dij tui Iſrael, dicite, licet cum mendacio, hic eſt Deus veſter, licet enim in tenebris ambuletis, & cæcitate ſpirituali teneamini non autem corporali, ideo vnus non plures vituli vobis obiiciuntur videndi, cur ergo plures Deos eſſe proclamatis? ait noſter Lyran. *Licet eſſet tantum vnum idolum, tamen dixerunt hi ſunt Dij tui, ad reuerentiam idoli, ſicut & magnæ perſonæ de ſe loquuntur in plurali ad magnificentiam.*

Qui malum facit vt euitet mala, cauèat ne in illa incidat.

57. *Quas cum ille accepiſſet formauit opere fuſorio, & fecit eis vitulum conflatilem*, quomodo vir tantæ integritatis permittitur venire in tam miſeram conditionem, vt ipſe fieret artifex ſimulachri, vt ipſo opere fuſorio vitulum conflatilem faceret à populo tanquam numen colendum? hunc lapſum meretur qui per prauum mediũ declinare idololatriam volebat, debebat enim ſeſe flagitioſis opponere, & vel cum periculo vitæ deterrere illos. ſed maluit conſentiendo illis, non impedire facinus, ſicque ad grauiſſimum delictum fuit miſere tractus: ſæpe ſæpius enim qui facit malum vt euitet mala, in illa labitur. quod Euthym. obſeruat de Iudæis in c. 11. Ioannis, qui ne in manus inimicorum inciderent Chriſtum Dominum decreuerunt occidere, ait ergo. *Prætextum ſumpſerunt occidendi Ieſu, ne à Romanis internecioni traderentur, qui vero occiderunt, internecioni traditi ſunt; & quæ fecerunt vt effugerent ea quæ fecerunt non effugerunt*, ſic effugia ſcelerata miſeros faciunt certius euenire in ea quæ fugiebant.

Muliebris vel vmbra, vel quod ad eam pertinet, potens eſt verum Deum à cordibus auellere.

58. *Quas cum ille accepiſſet formauit opere fuſorio, & fecit eis vitulum conflatilem*, quo conſpecto protinus exclamarunt, hi ſunt Dij tui Iſrael, quid viſo vitulo ex inauribus mulierum facto, Deum liberatorem ſuum, qui in manu potenti eum eripuerat à iugo ſeruitutis Ægyptiorum, ab intolerabili Pharaonis tyrannide, obliuiſcuntur? quis non magis adorationem negaret? vel quomodo igitur tantæ cæcitatis, vt ei cultum latriæ exhibeant? nonne ex mulierum inauribus factus? non miror ergo hoc ita contigiſſe, quando non ſolum munus fœminarum, ſed & vmbra ſed & vox, ſolet memoriam veri Dei perdere, quod ſcimus contigiſſe Petro, qui audita voce ancillæ, Dominum ſuum negauit.

Summa ingratitudo, beneficium alteri qui nec eſt, nec fuit, & non benefactori tribuere.

59. *Quas cum ille accepiſſet formauit opere fuſorio, & fecit eis vitulum conflatilem*, quem Deos ſuos eſſe dicunt, qui eos eduxerunt de terra Ægypti, non leuiter offenderunt cum ſuperius dixere, neſcimus quid acciderit huic viro, qui eduxit nos de terra Ægypti, homini non numini ſuam tribuentes libertatem. nonne ingratitudo intoleranda, Deos ſibi poſtulare abiecto vero à quo tot acceperunt beneficia? quomodo ergo ſimulachrũ quod nihil eſt, quid enim

eſt idolum ereptionis ſuæ auctorem faciunt, id vero auctori negaotes; vt nulla eſſet ingratitudo, qua non fœdarentur, maxima enim omnium eſt, beneficium acceptom alicui impotenti illud præſtare, tribuere, & auctorem illius abnegare. ita ſcite Oleaſt. *Parumfuit iſtis idolum ſuum ſummis honoribus & laudibus attollere, niſi potiſſimam Dei beneficium quod illis impenderat in eam collocarent: magna ingratitudo eſt beneficiam non referre, maior non cognoſcere, ſed omnium maxima non quæ ſunt benefactori tribuere.* (Oleaſt.)

Diuinitatis etiam falſa iudicium à beneficentia deſumptum.

60. *Quas cum ille accepiſſet formauit opere fuſorio, & fecit eis vitulum conflatilem,* quom diuinom aliquod numen arbitraotes, malitioſè dixeruot, hi ſuot dij tui Iſrael qui te eduxerunt de terra Ægypti, abiicite Deos cæci, verū numē agnoſcite ingrati. ſed cur intolerabili mendacio dicitis vos de terra Ægypti liberaſſe? verum ſi attendis, ita quidem peſſimo hoc errore lapſi ſunt, vt tamen falſum iſtud numen ex veri Dei forma nempe ex beneficentia penſitauerint, hi ſoot dij qui te eduxerunt de terra Ægypti: quæ quidem non tam gratitudinem quam inſtitutionem ſonant, vt Deum ſibi beneficum liberatorem, opem ſuis ferentem efformarent; en diuinitatis forma, qua fuſorio opere conflatilis Deus formatus eſt! ita id expendente Luſitano. *Vt idolum ad ſequentem ducatum allicerent, præcedens beneficium liberationis in eum referunt:* ac ſi dixerit, non tam laborarunt vt idolo pro collato beneficio gratias agerent, quam vt illud muneris ſui, id eſt beneficentiæ admonerent, ac ſi dicerent, hæc ad diuinitatem via ſubditis benefacere. (Oleaſt.)

Deus vult pœnitentes ſine metu eſſe de peccatis omnino condonatis.

61. *Quas cum accepiſſet formauit opere fuſorio, & fecit eis vitulum conflatilem,* ecce vt vitulus fit ab Aaron, quem Iſraelitæ coluerunt. verum quare poſtea Aaron offerre pro ſe vitulum iuſſus eſt? an in ſuggillationem idololatriæ, qua in Ægypto bos colebatur, cuius reliquias renoiſſe quidam videntur ex Iudæis, qui hac de cauſa boues non occidunt? hoc fieri poteſt. ſed aliam in medium rationem adducamus petitam ex Guillel. Pariſ. lib. de legib. c. 11. *Videtur iuxta litteram, quia volebat Deus eum eſſe ſine metu de peccato vituli conflatilis quem ipſe filiis Iſrael conflauerat,* en vt Deus vult pœnitentes (è quorum numero erat Aaron) ſine metu eſſe de peccatis omnino condonatis! (Guill. Par.)

Difficile à peruerſa conſuetudine recedimus.

62. *Quas cum accepiſſet formauit opere fuſorio, & fecit eis vitulum conflatilem,* cur vitulum potius quam aliud animal? dices quia in Ægypto dum fuerunt Iſraelitæ, colebant Apim cui & Ægyptij ceruicem flectebant, & cultum debitum creatori ordine peruerſo

A creaturæ exhibebant. ſed aliam ex Philipp. lib. de dignit. Cleric. cap. 4. excerpamus, an ergo. *Aaron recolens quia in Ægypto adorauerunt Apim, proiectis in ignem inauribus eorum, vitulum fecit, æſtimans quia illud idolum vel non reciperent vel potius tam gratum non haberent,* quomodo ergo contrarium contigit? quomodo illud odio non habuerunt, cum ſcirent Ægyptios vere eſſe idololatras illi cultum exhibentes? quia difficile à praua conſuetudine recedimus, & ideo licet plura à Deo perpetrata miracola experti fuerint, quia tamen aſſueti fuerant idola colere, ideo nec tot à vero numine acceptis beneficiis, à peruerſa conſuetudine idololatrandi recedont. vnde proſequitur præf. Abbas. *Illi nouum conflatile inuenientes, & in eo quaſi Deum priſtinum agnoſcentes, præ gaudio* B *exclamauerunt, hi ſunt dij tui Iſrael qui eduxerunt te de terra Ægypti.* (Philip. Ab.)

Omni conatu auocandi ſunt ſubditi per prælatum à peruerſa voluntate.

Quas cum accepiſſet formauit opere fuſorio, & fecit eis vitulum conflatilem, & dixerunt hi ſunt dij tui Iſrael, Sept. *& dixit, hi ſunt dij tui.* 63.
Quomodo Aaron omnino alienus ab hoc mendacio, vt crederet vitulum Deum eſſe, inculcant hoc idolum tanquam verum numen? nonne potius debuit dicere, hic vitulus nequaquam Deus poteſt eſſe, cum ex auro factus ſit, fieri autem Deo repugnans eſt? cur ergo dixit eis, hi ſunt dij tui? ſane illudendo & eos irridendo, quaſi diceret, en hic vitulus qui omni C ſenſu caret, nec ſe omnino mouere poteſt, potuit vos ex Ægypto educere. & deinde in terram promiſſionis deducere? nequaquam, vana ſpes veſtra, & ideo illum abiicite, & Deum verum liberatorem & benefactorem veſtrum agnoſcite. ſicque laborat vt eos à peruerſa via liberet. mens eſt Cyrill. Alex. lib. 3. in Exod. *Animaduerte obſecro, quam ſuauiter iſtorum conatum rideat Aaron, cum oſtendiſſet iis ſimulachrum in ſpecie vituli factum: acclamabat ipſis, hi ſunt Dij tui Iſrael, qui eduxerunt te de terra Ægypti? at qui non per vitulum liberati ſunt, quo modo enim hoc fieri poſſit? ſed in manu potenti & brachio excelſo Pſal. 135. atque adeo per multa ſigna & prodigia, vt igitur ea quæ à Deo geſta ſunt, ipſis in memoriam reuocaret corridet* D *dicens hi ſunt Dij tui.* (S. Cyrillus)

Idololatria non hominum ſed brutorum eſt.

Quas cum accepiſſes formauit opere fuſorio, & fecit eis vitulum, cur non Cherubinum? cur non Solem, Lunam &c? nam quid ſtolidius vitulo? cur ergo conflatur vitulus animal inſipiens? ſane vt ſignificaretur, quod cultum latriæ ſimulachris exhibere, non hominum ſed brutorum, & non quorumcumque ſed prorſus inſipientiom. hoc habet S. Ambroſ. epiſt. 56. ad Romulum. *Cur caput vituli exieris, ſequentia docent, quia ſignificabatur futurum, quod Hieroboam poſteriori tempore hoc genus ſacrilegij induceret, vt populus* 64. (S. Amb.)

Hebræorum adoraret vitulos aureos: ſiue quod omnis perfidia ſimilis immanitatis atque beſtialis inſipientia ſit. pende hæc vltima verba.

Cum peruerſi nos vrgent in aliquo delicto committendo, ſemper cunctandum vt à malo eos deſiderio reuocemus.

65. *Quas cum accepiſſet formauit opere fuſorio, & fecit eis vitulum conflatilem.* Cur cum Deos ſibi fieri poſtularunt, inaures aureas mulierum & filiorũ filiarumque annulos & monilia petiit? cur iis acceptis, vitulum opere fuſorio conflauis, vel cum ſtylo effinxit, in quibus non exiguũ tempus conſumendum? cur aliquod idolum ex teſſa nõ ſtatim formauit, cum ei mortem comminarentur, vt Deos ſibi faceret? quia cum peruerſi nos vrgent in aliquo delicto committendo, ſemper cunctandum eſt, vt eorum primo impetu coeruato, à malo reuocemus deſiderio: grus. ſuffragatur Diodotus in catena. *Aaron vt tempus in vituli formatione contereret, donec Moyſes ipſe de monte deſcenderet, qui omnem illam inſaniam atque impetum refrænaret, inaures aureas poſtulauit, vitulum ipſum opere fuſorio conflauit.*

Summa impietas iis quæ nobis ſpecialiter Deus conceſſit, in iniuriam illius abuti.

6. *Quas cum accepiſſet formauit opere fuſorio, & fecit eis vitulum conflatilem,* ex qua materia? ex auro? ao ſibi illud arte & ſudore parauerant? an hæreditario iure ſibi oboenerat? nequaquam, ſed Deus illis ſpecialiter conceſſit, eo ſpoliatis Ægyptiis: quomodo igitur in cultum tam benefici largitoris non erogant? quomodo ex auro vitulum conflatilem execrandum efformãt? quia hominum talis eſt impietas, vt bis quæ ſpecialiter Deus conceſſit, in iniuriam illius om. abuti ſoleãt. conſentit. Lippom. *Ingratitudo impia fuit contra Deum, cum ex eo auro quod Dominus Deus eorum illis tradiderat ſpoliatis Ægyptiis, in iniuriam Dei, Deos Ægyptios coluere, quos ſane ſuo loco ſenſerant proſtratos, & victos à ſuo illo vero Deo & ſancto.*

De bono nomine curandum.

. *Quas cum accepiſſet formauit opere fuſorio, & fecit eis vitulum conflatilem,* ſed Caiet. vbi legimus formauit opere fuſorio, vertit ligauit illud in crumena. in concordia vidimus ſic poſſe reddi, ſed cum inaures aureas accepiſſet Aaron, quid neceſſe in marſupio eas ponere? noone potuit non clauſas in eo, in ignem proiicere? non arguendus quod in crumena eas poſuerit, id enim eo fine fecit, vt ab omni ſuſpicione furti libere eſſet. ſic enim licitum erat eis omne aurum ſuum conſpicere, antequam ex eo vitulus fieret: ſic præfatus Cardinalis. *Significatur quod vniuerſas inaures ligauit in vaſe vno* In. *tanquam ſigillans illas publice in crumena, ad tol-* tt. *lendam ſuſpicionem furti, fraudis, vel vſurpationis & exemptionis, vt certus eſſet populus quod omnes inaures pariter ad faciendum Deum eorum funderentur.*

Qui aurum diuino præponit honori, bouem idololatra adorat.

Quas cum ille accepiſſet formauit opere fuſorio, & fecit eis vitulum conflatilem, quem vt Deũ prædicant. nonne vitulus eſt? quomodo ergo Deus? ſi non Deus, quomodo eum cultu latriæ venerantur? nonne hunc vitulum aureum diuino numini præponunt? ne mireris ergo ſi vitulum vt Deum adorant, qui enim aurum Deo præfert, bouem tanquam idololatra venerabitur. ſic canit Preſb. Rhemenſis. 68.

Sexus fœminei ſpoliantur inauribus aures, Petrus Riga.
Aurum auro, format in igne bouem.
O ſceleris grauitas, hominumque boumque creator.
Spernitur, & ficto dant holocauſta boui.
Aurum diuino quiſquis præponit honori,
Supplicat hic auro, thurificatque boui.

Noſtrorum delicta quoad poſſumus, etiam in diſpendium veritatis obtegimus.

Quas cum ille accepiſſet formauit opere fuſorio, & fecit eis vitulum conflatilem, ô Ioſephe ſi populi Iſrael hiſtoriam deſcribens, poſteritati cognitam habere voluiſti, quomodo apud te nulla huius vituli conflatilis, cui Iſrael cultum idololatriæ exhibuit, ſacrificium obtulit, mentio facta inuenitur? ne mireris, erat gloriæ ſuæ gentis cupidiſſimus. & ideo apud eum altum huius vituli, & huius idololatriæ ſilentium. noluit enim ipſe apud Ethnicos, quibus gentem ſuam commendare volebat, eam tam ſtolido idololatriæ crimine infamare. licet autem Philo id ſcelus fateatur, tamen in paucos & hos improbos conicit. ſic enim ait lib. 3. de vita Moyſ. *Cum Moſes montem aſcendiſſet proximum, ibique aliquot diebus ſine arbitris colloqueretur cum Deo, quidam inconſtantes tanquam orbati principe, abſentiam eius verterunt in impietatis occaſionem, obliti que veri Dei, cœperunt figmenta Ægyptiaca æmulari, facto iuuenco aureo ad imitationem animalis eius regionis ſacratiſſimi.* Eadem hæc repetit lib. de ſpecialibus legibus R. Salomon apud noſtrum Lyranum, culpam transfert in proſelytos Ægyptios: en vt hi Hebræi ſuorum ſcelera, quoad poſſunt, etiam cum diſpendio veritatis obtegunt! nam quis non videt tantã non potuiſſe eſſe in paucis proſelytis, mancipiiſue temeritatem, vt contra principem populi audacter inſurgerent, niſi viri primarij ad idem facinus concurriſſent? tum Hebraice Caldaice & apud Sept. habetur, omnem populum abrupiſſe inaures aureas, de coniugum & filiarum auribus, & ad Aaronem attuliſſe. 69. Ioſeph. Philo.

In eodem loco in quo beneficia à Deo accepiſti, in eo ipſum offendere grauiſſimum piaculum.

Quas cum ille accepiſſet formauit opere fuſorio, & fecit vitulum conflatilem, quonam in loco hunc vitulum fecerunt, eumque adorauerunt? ait Regius vates Pſal. 105. fecerunt vitulum in Horeb, & adorauerunt ſculptile. cur notatur, quod in Horeb eum fecerint? nonne 70. Pſal. 105.

in eo vocem Domini audieꝛant, legem eius acceperant? en qua de cauſa locus ille mamotatur, vt manifeſtetur eorum impietas, quæ ſumma eſt, cum in eodem loco in quo beneficia à Deo accipiunt in ipſo eum offendunt. vnde

Agellius. recte Agellius. *Cum emphaſi additum eſt loci nomen, vt indicet in ea ipſo idolum fabricatas vbi nuper audierant vocem Domini, vbi legem acceperant, in cuius legis initio interdictum fuerat ne ſimilitudinem illam ſibi ad adorandum facerent.*

Intoleranda in peccatoribus cacitas.

71. *Quas cum ille accepiſſet, formauit opere fuſorio, & fecit eis vitulum conflatilem*, de quo Pſal-

Pſal.105. miſta, mutauerunt gloriam ſuam in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum: mutauerunt, idem eſt quod permutauerunt. ſed quid permutauerunt? an aliquid vile pro pretioſo? exigui pretii pro re maximæ æſtimationis? imo quid nobiliſſimum, nempe gloriam ſuam, ſcilicet Deũ gloriæ pro re viliſſima & abiectiſſima, népe pro ſimilitudine vituli. quid? cum mercator aliquid permutat, nonne vilius pro meliori vel ſaltem æquale dat pro æquali? quomodo ergo hic populus pretioſũ pro vili commutat? vt intolerandã peccatorum agnoſcas cœcitatem,

Agellius. quam & expendit eit. Epiſc. Acernenſ. *Suam ipſorum gloriam peſſimi mercatores commutauerunt non pro re aliqua, ſed pro ſimilitudine, nec pro ſimilitudine alterius rei ſi non aqualis, at certe nobilis, ſed in ſimilitudine vituli comedentis fœnum: quid ſtultius, quid fœdius? vnde Apoſtol. Rom.*

Rom.1. 1. *quaſi tragice turpitudinem exaggerans, mutauerunt inquit gloriam incommutabilis Dei in imaginem corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentum.*

A *Dæmonis eſt nos noſtraque tantum demoliri non autem proficere.*

Quas cum ille accepiſſet formauit opere fuſorio & fecit eis vitulum conflatilem, de quo Pſalm. 71

105. fecerunt vitulum in horeb, & mutauerunt gloriam ſuam, id eſt Deum qui illis decori & Pſal.105. honori erat, hoc enim gloria hîc ſignificat, in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum. cur non potius dixit in ſimilitudinẽ vituli arantis terram, trituranteis aream, plauſtrumque trahentis? his enim omnibus deſtinatur vitulus & bos: recte id nec ſine myſterio, vitulos ille dæmone grauidus dæmonis figuram exprimebat, quia vero illius eſt nos noſtraque tantum demoliri, atque conſumere, nullamque nobis vtilitatem ſua ſponte afferre, nullum commodum.

B idcirco vitulo comedenti, non aranti aut trituranti comparatur. id obſeruat præſat. Epiſc. *Acute & ſignificanter addidit comedentis fœnum, nam poterat dicere arantis terram, trahentis plau-* Franc.lu... *ſtrum, ſed hac voluit recenſere qua ad miſeriam huius pecudis attinet.* Adde & ad noſtram vtilitatem *illud commemorauit, in quo quadam vt in ſenſu pecudis eius fœlicitas videretur comedere in agro fœnum, & ex ipſo quod ſummũ eſt in eo animante bonum, quantum ad illius ſenſum attinet quodque ſummum apud ratione vtentes fœditas eſt, intelligendum reliquit, quanta fuit eorum ſtultitia*, talia ſunt ſane omnia rerum terrenarum, opum, diuitiarum voluptatumque idola quæ cæci mortales, ſibi fabricant, colunt, venerantur vitulo comparantur, ſed fœnum comedenti; nulla enim vtilitas naſcitur ab illis, nullum commodum in noſtram tantum perniciem nata ſunt, & adeo cœci mortales ſunt vt dam-

C na ſua non videant, aut adeo ſtolidi vt ea non affugiant.

VARIET. LECT. Verſ. 5.

V *Vlg.* Quod cum vidiſſet Aaron, ædificauit altare coram eo, & præconis voce clamauit dicens, cras ſolemnitas Domini eſt.

Sept. Feſtiuitas Domini cras.

Mont. Et ædificauit altare ad facies eius, & clamauit Aaron.

Oleaſt. Tripudium.

CONCORDIA.

V Vlgatus Sept. ſecutus, poſuit, *voce præconis*, quod tamen in Hebræo non habetur, ſed credendum ob innumeram populi multitudinem neceſſe fuiſſe, vt id proclamaretur voce præconis: חגג hagag ſignificat ſaltare & commoueri, Pſal. 107. la chagu id eſt ſaltabunt &

D mouebunt ſe, ſicut ebrius, & ex conſequenti ſignificat diem feſtum agere, quod agrotes diem feſtum, ſoleant ſaltare inde חג hag id eſt ſolemnitas vt habemus, & tripudium, vt vertit Oleaſt.

EXPOSITIO.

Q *Vod cum vidiſſet Aaron*, nempe vitulum conflatilem, & populum ei acclamaſſe, dicentemque hi ſunt dij tui, *ædificauit altare coram eo*, in quo grauiter offendit, nam vulgi fauorem appetens, antequam quiſquam eum vrgeret vt vitulo honorem deferret: licet aliqui vt eum liberent à grauiori culpa, aſſerant id altare ædificaſſe, non ſacrificij offerendi vitulo gratia, ſed expectans aduentum Moyſis, quem ſperabat cito venturum, vnde cum poſſet ſacrificium eodem die fieri, iuſſit voce præconis per caſtra clamare, cras ſolemnitas Domini eſt. citatus Franciſc. Macarius, ex hoc quod nomini Domini reſpondet nomen Iehoua quod eſt nomen tetragrammaton, colligit ſolemnitatem illam vero Deo eſſe indictam, non idolo: verum

eſt, quod & ſi ſolo Deo ſit debitum, tamen huic idolo fuit accommodatum ab idololatris, & eis conſentientibus: ſic Iudic. cap. 17. & 18. & Sapient. 14. verſ. 20. incommunicabile nomen, quod eſt Iehoua, lapidibus & lignis impoſuerunt.

CONCEPTVS.

Ambitio ſcelerum origo.

73. *Quod cum vidiſſet Aaron ædificauit altare coram eo*, & diem ſequentem ſignat, vt ei offerantur ſacrifitia. Quomodo in tam graue delictum labitur Aaron, vt iam non metu, ſed ſponte ſua altare ædificet vitulo, quod ſoli Deo debitum erat? eiuſque dedicationem, & feſtum decernat, quin & idolo nomen tetragrammaton vero numini proprium attribuat, & imponat? quia abſente Moyſe fratre, plebis ambiens Principatum, & ducatum illum ambitiosè ſollicitabat. Suffragatur Oleaſt. *Multa mala ſequi ſolent ambitionem, audis quid ſacerdos perpetrat, ne ſacerdotij munus amittat.*

Ambitio cæcos efficit.

74. *Quod cum vidiſſet Aaron ædificauit altare coram eo*, ipſumque idolum nomine Iehoua appellauit. Quod ſcelus? nonne tibi compertum etiam lumine naturali vnicum eſſe Deum? nonne id tibi tot miraculorum argumentis comprobatum? quomodo ergo vitulum à te factum, tanquam Deum adorandum voce præconis proclamas? Vnde hoc? ait Cajetan. Ecce quò ducit ambitio Principatus; nonne ſi ea doceris, eam minime extinguere poteris? nam ſimilis dipſadæ ſerpenti quo qui morſus eſt, ſiti perire fertur. Sic enim B. Greg. Nazianzenus in iambicis aduerſus opum amatores.

Eſt viperarum quodpiam dipſas genus,
Quas ſolitudo Pharia complures alit,
Ac vulnus eius quale ſit nomen docet,
Huic namque morbus quem parit, nomen dedit,
Perit bibendo quiſquis hoc ictus fuit,
Aquis repertis totus in eas irruens,
Quouſque nimio turgidus potu crepat;
Vita cadente ſæuâ ſic cadit ſitis.

Perire ſiti ſane poteſt qui ambitionis dipſadæ mordetur, ſitim non poteſt extinguere. Si ergo ambitio Principatus ſitis inextinguibilis eſt, quomodo eam non fugis Aaron, ne te in tot præcipitia trahatur? nequaquã id attendit, in eam cæco affectu fertur, ipſe ab ea iam cæcus redditus. Sic B. Chryſoſt. hom. 43. ad populum Antioch. *Vt ſæui quidam venti in tranquillum mare delati, totum ab imo ſubruunt, vt & arena cum vndis miſcetur, ſic ambitio animam ſubiens, omnia ſubuertit, excæcat mentis intuitum gloriæ furor.*

Quos nullum vitium potuit mouere, ambitio crimino ſos facit.

75. *Quod cum vidiſſet Aaron ædificauit altare coram eo*, quomodo in tam horrendum ſcelus labitur, vt ſponte ſua, & à nullo coactus, altare idolo conſtituat? vidimus murmurantem in Deum populum, nihil tamen de Aarone mali audiuimus. Non notatus auaritia, non luxuria fœdatus, cur ergo impie falſum ſimulachrum, nomine, quod eſt ſolius Dei proprium, appellat? ductus ambitione Principatus. Quis non neſcit autem eos, quos nullum vitium potuit mouere, ambitionem facere criminoſos? Sic Ambroſ. lib. 4. in Luc. c. 4. *Hoc ipſo perniciosior ambitio, quod blanda quædam eſt conſiliatricula dignitatum, & ſæpe quos vitia nulla delectant, quos nulla potuit mouere luxuria, nulla auaritia ſubruere, facit ambitia crimino ſos.* S. Ambroſ.

Nihil intentatum prætermittit ambitio.

Quod cum vidiſſet Aaron ædificauit altare coram eo, nempe idolo, quod nomine Iehoua decorauit. Non meretur tanta blaſphemia Aaron excuſationem, longe ipſe inſanior quam populus: nam ille ſolum Elohim & Elohe, quæ ſunt nomina communia tribuerunt idolo, ipſe autem ineffabile & incommunicabile nomẽ tetragrammaton impoſuit ſimulachro, nullo ad hoc inſtigante, & quod peius, & voce publica. Imo conſiderandum quali ſtudio feratur, vt ei ſacrificium illud quantum poteſt acceleret, vt enim vidit vitulum, altare conſtruit, clamat, cras feſtum vitulo, tanquam ſummo Deo. Quis tibi omnia hæc imperat? ſolum enim petijt populus Deos ſibi fieri, nec verbulum de altari, aut ſacrificijs offerendis protulit: cur ergo erga tot ſacrilege occuparis? quia ambitio qua tenebatur, vt ſibi compararet Principatum, nihil intentatum ei permiſit vt finem intentum conſequeretur, *Etiam hoc vitium ſacerdotum*, inquit D. Cyprian. de Ieiunio, & tent. *ſub vmbra recubat, in ſecreto thalami ſe fraudulenter occultat, hæc ſacrilegij forma per omnia officia graduſque diſcurrit, & nihil intentatum ambitio prætermittit.* 76. S. Cyprian.

Ambitioſo ambitio ſibi Deus eſt.

Quod cum audiſſet Aaron ædificauit altare coram eo, & voce præconis clamare fecit, cras ſolemnitas Domini eſt. Mihi perſuaſum ô Aaron fidei iacturam non feciſſe, & interiori cultu Deum agnouiſſe, ſed ſolum in profeſſione fidei defeciſſe. Non ergo idolum hoc verum numen venerari: ſed nonne tibi alius eſt Deus, quem & ipſi non ſolum ſimulachro, ſed & vero Deo præponis? quis dubitat? ipſe eſt ambitio ſua, quæ & Deum verum exterius abnegare, & idolo altare conſtruere compulit. Sic ad noſtram mentem Sedulius in hæc verba Rom. 1. gratias ago Deo meo. *Natura*, inquit, *Deus omnium eſt, merito, & voluntate paucorum, non enim poteſt Deum ſuum dicere, cui venter Deus eſt, aut cui gloria ſæculi, & pompa mundana, aut potẽtia rerum caducarum, Deus eſt quiſquis, vnuſquiſque ſuper cætera colit hoc illi Deus eſt.* Pende hæc vltima verba, & colliges Deum Aaronis ambitionem fuiſſe. 77. Sedulius Rom. 1.

Mirus eſt peccati progreſſus.

78. *Quod cum vidiſſet Aaron ædificauit altare coram eo*; imo diem præſcribit illius ſolemnitati, nonne ille eſt Aaron qui prius in fuſione idoli impedimenta quæſierat? propoſueratque non ſolum auri, ſed ſpeciatim inaurium exhibitionem, in quam ſperauerat Iudæos difficulter conſenſuros? quomodo nunc poſtquam conflauit vitulum opere fuſorio, (quod non leue delictum) non ſolum nihil impedit populum neque differt, ſed primum diem præſcribit crimini nempe cras? vitulo autem non ea voce, qua eum populus petierat nomen imponit, nempe Elohim, quod communicabile eſt aliquibus creaturis, ſed ſupremum & incommunicabile, nempe ſanctiſſimum nomen Iehoua? atque vt celebritas ſolemnior eſſet, publica voce præconis nomen ſimul, & ſolemnitatem proclamat? niſi quod circa perſonam Aaron notare debetis peccatorum progreſſum, aut potius præcipitationem ad vitia, vt cum in aliquod incideremus peccatum, pœnitentia illud emendemus, ne ſecum alia, & hæc grauiora trahat. Hinc illud Eſaiæ cap. 5. *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quaſi vinculum, plauſtri peccatum.* Ordinem obſerua, à funiculo ad plauſtri vinculum tranſit, hoc enim grandius, plenius, fortiuſque eſſe ſolet, vt colligeremus à non ita grauibus delictis, ad grauia pleroſque ire, & niſi funiculum minorum peccatorum abrumpant, vinculum plauſtri, tanquam muta animantia trahere. Huc fors reſpexit Cald. Paraphraſis, ſic enim habet, *Væ qui incipiunt puſillum peccare, trahentes peccata in funiculis vanitatis augentur, & creſcunt donec fortiora facta ſint, & quaſi vinculum plauſtri peccata.*

Eſai. c. 5.

Caldæus.

Qui nomen Dei alteri tribuit, quam Deo, ipſum irridet.

79. *Quod cum vidiſſet Aaron ædificauit altare coram eo*, hunc autem vitulum Iehoua appellauit, cum dixit cras ſolemnitas Domini. Quid, ô Aaron! nonne tibi apertum nomen Iehoua alteri incommunicabile, nullum debere eo inſigni? quomodo ergo illud imponis ſimulachro? ſane aut mentitur, aut illud irridet. Teſtem adduco Tertull. in Apolog. c. 33. *Non imperatorem Deum dicam, vel quia mentiri neſcio, vel quia illum deridere non audeo, vel quia nec ipſe Deum volet dici, ſi homo ſit.* Preme priora verba, ſi enim Tertull. inquit imperatorem Deum appellauero eum irrideo, aut mentior. Sane qui idolum vanum Iehoua appellat, impudentiſſime mentitur, aut omnino irridet. Tertull.

Deus aliquando Prælatos ſuperiores grauiter labi permittit, vt diſcant poſtea ſubditorum miſereri, ſi peccauerint.

Quod cum audiſſet Aaron ædificauit altare coram eo, indicens ſequenti die idolo tanquam Iehoua ſolemnitatem. Iam ſupra ſatis expendimus eius ſacrilegium: miror, quo modo Deus hunc quem ad ſummum ſacerdotium euehere deſtinauerat, in ſui abnegationem exteriori ſaltem idololatria corrumpi patitur? ſed quid miraris, cum ſummum Pontificem ſuumque Vicarium in terris futurum, Petrum grauiſſimè permiſerit offendere, ita vt eum negauerit, & cum iuramento? quomodo labitur Petrus Eccleſiæ immaculatæ futurus rector & gubernator? Dices cum Ammonio in Cat. Græca in Ioann. c. 18. *Omnes Euangeliſtæ vnanimiter ipſius negationis meminerunt, non tam vt populum accuſarent, quam vt nos erudirent, quantum mali ſit non totum Deo committere, ſed ſibi ipſi confidere.* Sed aliam addamus inquirentes denuo, cur vterque futurus ſummus Pontifex, alter Synagogæ, alter Eccleſiæ, ſtupendo, & quaſi incredibili ſacrilegio maculari permittitur? Addimus ergo etiam cum Oleaſtro, *Dei diſpenſatione hæc omnia fiunt, vt diſcat peccator ſacerdos peccatoribus miſereri.*

Ammonius.

Oleaſt.

VARIET. LECT. Verſ. 6.

VVlg. Surgenteſque mane, ei obtulerunt holocauſta, & hoſtias pacificas, & ſedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere.

Sept. Et ſurgens mane die craſtino, aſcendere fecit holocauſtomata, & obtulit ſacrificium ſalutaris.

Cald. Et ſurrexerunt mane, ſequenti die obtulerunt hoſtias, & ſurrexerunt ad ludendum.

Pag. Appropinquare fecerunt pacifica.

Mont. Et manicarunt de craſtino, & aſcendere fecerunt holocauſta.

Oleaſt. Et appropinquare fecerunt integra.

Vatab. Admouerunt hoſtias pacificas.

Cajet. Et ſurrexerunt ad illudendum.

Clemens Alexand. Et ſaturati ſurrexerunt ludere. *Sic etiam Iſid. Peluſ.*

CONCORDIA.

VErum eſt dictionem שלמים ſignificare pacifica, ſicut שלם pacem, non incongrue tamen vertit Oleaſt. integra, hoc enim ſacrificium erat etiam pro familiarum integritate, & conſeruatione. Verbum צחק ludere, iocari, & illudere ſignificat. Vnde recte interpres ludere interpretatus eſt, & Septuag. illudere: ſed quia verbum illud aliquando in ſcripturis vſurpatur, vel pro idololatria, vel ſcortatione, vel homicidio com-

mittendo, ideo quidam Hebræorum omnia
hæc tria hîc ſignificari arbitrantur, quod ſci-
licet idololatriam exercuerint cum vitulo,
quod ſcortati fuerint, quodque humanum
A ſanguinem etiam fuderint. Sentiunt enim
Hur à populo interfectum fuiſſe, eo quod il-
los ab idololatria vituli aurei reuocare cona-
tus, ſed horũ omnium ſcriptura non meminit.

EXPOSITIO.

S*Vrgenteſque mane*, nempe ſummo, tantam
procraſtinationẽ ægre ferentes, *obtulerunt*
holocauſta, & hoſtias pacificas, inquirit Abul.
quis hæc ſacrificia obtulerit, & reſpondet,
quod cum nondum ſacrificium Leuiticæ tri-
bus eſſet, oportuit vt per illos fierent, quibus
ex antiquo pertinebat ius ſacerdotale, quod
erat primogenitorum, & ita primogeniti hîc
ea obtulere.

Et ſedit populus manducare, ſcilicet de vi-
ctimis pacificis, quas in honorem idoli obtu-
lerunt, *& bibere*, an aquam, vel vinum? id plu-
res autumant ex ſanctis Patribus cum obijci-
tur, vndenam allatum? dicendum ingluuiem
ſatis induſtriam eſſe ad illud inueniendum,
voluerunt ergo feſtum, & ſolemnitatem idoli
conuiuio integro celebrare: biberunt autem
non ſobria, ſed vt ait Philo vſque ad temulen- Philo.
tiã, ſic enim ait, expleti mero, congeminarunt
temulentiam vino pariter furentes & inſania.

Et ſurrexerunt ludere, vidimus in concor-
dia, ex Hebræorum ſententia, aliquos hunc
luſum retuliſſe, vel ad idololatriam, vel ad
ſcortationem, & ad homicidium. Sane Ter-
B tullian. & cum eo aliqui, hunc ludum rem tur-
pem, & veneream interpretantur, quæ impie-
tas in ſacris Deorum Gentilitijs non inuſitata.
Sed communior ſententia per hunc ludum
intelligit choros, ſaltationes cum Canticis in
honorem vituli aurei decantatis, hoc enim
ſcriptura inferius indicat ex Moyſe dicente,
vocem cantantium ego audio.

CONCEPTVS.

Qui ingluuiei indulgent, nil aliud quam quod beſtiæ meditantur.

81. *Sedit populus manducare & bibere, & ſurre-*
xerunt ludere, Clemens Alexand. lib. 1. Pædag.
c. 11. legit, *ſaturati ſurrexerunt ludere*, & notat
quod pro verbo ſaturati, eſt verbum Græcum
quod idem ſonat ac fœno repleti Quid? itane
ſaturantur quod fœno repleantur? nonne opi-
pari fuerunt cibi? nonne exquiſita vina? cur
ergo fœno repletos dicit Clemens? quia ſic
ventri beſtialiter indulgebant, vt nihil ſupra
beſtias in cibo meditarentur. Sic autem ait
præfat. Auctor, *Saturati ergo ſurrexerunt lude-*
re, ſaturati autem Græcè eſt, quaſi dicas fœno
repleti, nempe qui à ratione alienam alimenti
plenitudinem, hoc eſt fœni repletionem non autem
cibum dixerit, quoniam autem abſque ratione
ludebant. Nihil rationale, nihil menti conſo-
num humanæ in appetendis cibis ſumendiſ-
que cogitabant, ſed quod beſtiarum eſt, id ſo-
lum aſſumebant, irrationali & bruto appeti-
tui ſeruientes. Petrus Chryſol. ait ſerm. 22. *Qui*
ſic ventri ſeruiunt, diuinam neſciunt ſeruitutem,
homines non vocandi, ſed iumenta.

A largis conuiuijs, & compotationibus itur ad luxuriam.

82. *Surgentes mane obtulerunt holocauſta, & ſe-*
dit populus manducare & bibere, Non quomo-
documque, ſed vt ait Philo lib. 3. de vita Moy-
ſi, expleti mero, congeminarunt temulentiam,
& quid inde ſequitur? *& ſurrexerunt ludere.*
Quid? ſolum luſerunt? in hoc non tanto digni
vituperio, nam quod quis poſt prandium lu-
dat, non adeo culpandus. Non ſimpliciter
luſerunt, ait Tertull. ſed obſcænè, ſed turpiter,
ſed luxurioſe, nec mirarer, quid enim à largis
conuiuijs, & compotationibus, & temulentia,
quid aliud prodire poteſt quam obſcænitas,
quam turpitudo venerea, & luxuria? S. Iſid. Iſid. Peluſ.
C Peluſ lib. 1. epiſt. 320. *Illud, ait, exploratiſſimum*
habeas, gulam ad libidinem, & laſciuias trahere.
D. Greg. Mag lib. 1. Moral. c. 5. *Nonnulla ſunt* S. Gregor.
vitia quæ à conuiuijs, aut ſeparari vix poſſunt, Magnus.
pene enim ſemper epulas comitatur voluptas,
vnde ſcriptura, & ſedit populus manducare &
bibere.

Non ſolum vinum, ſed & inordinata ſaltatio laſciuiam prouocant.

Sedit populus manducare & bibere, & ſurre- 83.
xerunt ludere. Communior ſententia hunc lu-
dum ad choreas, ad ſaltationes, & tripudia re-
ferunt. Alij autem ad ſcortationem, quid?
choreæ dicendæ ne ſunt actiones venereæ? ne-
quaquam, ſed inordinata ſaltatio qualis hæc
D fuit vt credendum, via eſt ad laſciuiam. Quod
D. Fulgent. recte obſeruat de filiæ Herodia- S. Fulgent.
dis ſaltatione ſic enim ait, *Placuit & ſaltatrix,*
ſed quid mirum, ſi inter dapes largas, & poculo-
rum frequentes procellas, puella laſciuiens mul-
ceat ſenſus, inclinet affectus? vinum & ſaltatio
duplex incendium voluptatis. Non equidem è
poculis, & conuiuijs, & ſaltationibus profanis
& inordinatis, aliquid expectes moderatum,
inde enim creſcunt obſcænarum flammarum
incendia.

Sacra ſcriptura verecundiſſima.

Sedit populus manducare & bibere, deinde, 84.
ſurrexerunt ludere, non ſolum ex noſtris, imo
etiam ex Iudæis plures hunc ludum ſcorta-
tionem volunt eſſe, & non ſimplicem chorea-
rum ludum, & carminum cantationem, ſed

ita eſt, cur Sacra ſcriptura non ait ſurrexerunt ſcortari, vt eorum venerea libido foret comperta? Reſpondet Tertull. lib. de Ieiunio, quem contra Phyſicos ſcripſit, *Surrexerunt ludere, intellige Sacra ſcriptura verecundiam, luſum niſi impudicum non denotaſſe.* (Tertull.)

Ex ventris ingluuie, veræ religionis contemptus.

85. *Sedit populus manducare & bibere*, quod conuiuium in honorem ſimulachri factum, & quid inde ſequitur? *Surrexerunt ludere*, Cajet. *ſurrexerunt ad illudendum*, cui? ſane vero numini, nec mirarer; nihil enim ab epularum ingluuie, quid melius potuit parturiri, quam veræ religionis contemptus, & falſæ inſtitutio. Sic aſſerit B. Ambroſ. epiſt. 36. ad Sabinum, *Vbi cœperit quis luxuriare, incepit deuiare à vera fide: ita duo committit maxima crimina, opprobria carnis, & mentis ſacrilegia, quo ſe ingurgitauerit, & immerſerit eiuſmodi voluptatibus, perfidiæ laqueos incurrit, ſedit enim populus manducare & bibere, & fieri ſibi Deos popoſcit.* (S. Ambroſ.)

Potius ventris quam Dei in prauis eſt memoria.

86. *Sedit populus manducare & bibere*: Quis non crederet populum Iſraeliticum vero numini adhæſurum, à quo cœleſti cibo paſcebatur in deſerto? nullus homo acceperat talem menſam à Deo, in qua Iſrael populus panem Angelorũ mãducabat ſingulis diebus, & quid de tam Angelico, & cœleſti cibo ortum eſt? ſedit populus manducare & bibere, in honorem idoli, & ludere, vero Deo illudens, & falſo ſimulachro congaudens & exultans: Accipite huius veritatis teſtem Tertullian. lib. de Baptiz. *Populus mane congreſſus eſt in ſolitudinem tranſlatus per quadraginta annos, illic cum diuinis copijs aleretur, nihilominus ventris, & gulæ meminerat quam Dei, etiam à ſuauiſſimo Angelorum cibo orta eſt in nefario populo idololatria, & veri Dei abnegatio.* (Tertull.)

Inſania & gulæ nexus.

87. *Sedit populus manducare & bibere*, Philo lib. 3. de vita Moyſ. fuſius hæc deſcribit: Cui nempe vitulo aureo prophana ſacra faciebant, & choreas agebant inconditas, hymnos concinendo, lamentis ſimiles, & expleti mero congeminarunt temulentiam. Vino pariter furentes & inſania, cur coniunxit vinũ & inſaniam? quia vtriuſque quaſi indiſſolubilis eſt nexus. Id ſcitè vel ex nomine colligit Clemẽs Alex. lib. 2. Pædag. c. 1. dicitur γαστριμαργία, *quæ eſt alimenti intemperantia, & vt ipſum nomen indicat in ventrem inſania: inſanus enim Græcè μάργος dicitur*: cum ventri dediti, ventriſque mancipia, & ferculorum apparatu ſuam prodant inſaniam. (Clemens Alexand.)

Gulæ & lupanaris nexus

88. *Sedit populus manducare & bibere, & ſurre-* A *xerunt ludere*, quo ludo? ludo obſcæno & venereo, aſſerunt plures ex ſanctis Patribus, nam vt diximus: nonnulla ſunt vitia, quæ à conuiuijs, aut ſeparari vix poſſunt, aut certe nequaquam poſſunt. Pœnè enim ſemper epulas comitatur voluptas Rupert. *Comederunt & biberunt, & obſcænis luſibus ſemetipſos commouerunt.* En vt ferculorum lautitiæ, viam ad impuritatem ſternunt. Nec mirum cum apud Hebræos (vt circa quoque nomina nuda philoſophemur) ſit lupanaris, & gulæ maxima coniunctio, עגב bag enim cibum ſignificat & præcipue delicatum, & ſi hoc nomen inuertas, fit גבע gab, quod de lupanari non ſemel in ſacris litteris dicitur, vt inde moneamur ad impura, & inhoneſta duci qui ciborum lautitijs innatant. (Rupert.)

B

Gula, quæ ſcelerum non parturit monſtra!

Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere. Non ſolum venereas actiones per hunc ludum intelligunt quidam, ſed aliqui ex Hebræis homicidium commiſſum in perſonam Hur. Sed S. Thomas interpretatur idololatriam: ſic enim 2. lectione 10 c. 10. 1. Corinth. Surrexerunt ludere, id eſt choreas, & huiuſmodi in venerationem idoli facere, vel ſurrexerunt ludere, id eſt idolum adorare. Quod eſt ſimile ludo puerorum, qui faciunt imagines luteas, Cajet. vocat hunc ludum irriſionem, quaſi vero Deo illuderent. Vnde tot grauiſſima ſcelera? quid tot ſcelerum parturit monſtra? quid ait textus? ſedit populus C manducare & bibere: nempe quoad ſatietatem & temulentiam, en ex quo fonte tot ſcelera promanant! ex gula, quæ à quodam rectè, fornax ſcelerum, fodina nequitiæ, alueus vitiorum, philtrum impuritatis appellatur. Hinc illud Marci Eremitæ de lege ſpirituali, *Sicut virtutes laboribus, ſic etiam vitia voluptatibus procreari conſueuerunt.* 89. (Marcus Eremita)

Iudæi Gentilibus peiores.

Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere, vel vt habet Cajet. illudere, nempe vero numini, falſum ſacrificijs colentes. Nonne plura Dei miracula, & in Ægypto, in tranſitu maris Rubri, necnon à tempore quo ſunt in deſerto, experti ſunt? non- D ne ipſum Deum audierunt loquentem? Raab autem meretrix aliquodne experta? quomodo ergo Hebræi derelicto falſo numine, falſum adorantes, ipſi illudunt? meretrix vero Gentilis, quomodo fidem exploratoribus adhibens, verum Deum veneratur? quia Iudæi longe Gentibus peiores. Quod D. Chryſoſtom. hom. 4. de laudibus Pauli pluribus illuſtrat exemplis, *Quoties*, inquit, *Iudæi vocem audierunt de cælo in nouo & veteri teſtamento, nec tamen facti ſunt idcirco meliores? nam in veteri Iudæi poſt mille miracula, pro Deo vitulum quem fecerant, adorauerunt: at vero Hierichũtina meretrix, quæ nihil omnino ex mirabilibus viderat, oſtendit tamen fidem in exploratorum ſuſceptione mirabilem. Obſtinatior igitur populus Iſraeliticus in ſua infidelitate per-* 90. (S. Chryſ.)

manſit, quam mulier Gentilis, hanc enim audita tantum miracula, non viſa quidem ad fidem impulerunt. Pergit Chryſoſtom. *In terra repromiſſionis Iudæi ſigna cernentes permanebant lapidibus duriores, Niniuitæ vero Ionam ſolum videntes crediderunt, & egerunt pœnitentiam, & venturam ſuper ſe iram conuerſione pepulerunt.*

Gula & libido etiam bellicoſiſſimos, & aliarum victores ſuperarunt.

91\. *Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere*, D. Baſil. lib. de vera Virginitate, loquens de gula & luxuria, ait; [Iſti nempe hi duo affectus adeo cõnexi ſunt, vt catenæ in morẽ alter ab altero pẽdeat, atque ex his alter adminiſtrator, alter vero miniſter efficitur. Et ideo poſtquam opipara conuiuatus eſt Iſrael, laſciuire incipit, & qui bene paſtus & ſaginatus, nonniſi luxuriam ructabat æſtu libidinis agitatus, in venerem furens incurrit.] Verum nonne ille eſt populus, qui de Pharaone, & exercitu eius fortiſſimo triumphum retulit? nonne Amalech bellicoſiſſimum ſuperauit? quomodo ergo cum tanto ludibrio & dedecore, ab his duobus vitijs vincitur? quia gula & luxuria bellicoſiſſimos, & victores aliorum ſuperant. Annuit B. Petrus Chryſolog. ſerm. 41. *Bella gentium legimus, ſuperaſſe quamplurimos, quos tamen pugnas carnis legimus non viciſſe, & audiuimus eos dediſſe delictis pectora, qui dorſa hoſtibus non dederunt: proh dolor! victores gentium, vitiorum fuiſſe captiuos, nationum Dominos turpi ſeruiiſſe criminibus ſeruitute, ſtetiſſe inter ſæuientes gladios, & inter eneruata lenocinia corruiſſe. regnis fuiſſe terrori, ludibria fuiſſe peccatis, aduerſas acies contriuiſſe ieiunos, & crapulatos ſuarum caſtra diſſoluiſſe virtutum, iacuiſſe effuſo vino, qui iacere effuſo ſanguine neſcierunt.*

Baſilius. Chryſol.

Nihil gula pernicioſius, nec ignominioſius.

92\. *Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere:* Quid? an ludum arbitratur hic populus idololatriam? ita impius, vt hanc peruerſam cogitationem habuiſſe non dubitarem. Verum, quid hoc ſcelere ignominioſius, in tantum, vt noluerit Ioſephus hoc in hiſtoria populi conſcribere, ne infamis apud omnes haberetur? Verum quænam tantæ infamiæ occaſio? ſedit manducare & bibere, non miror quod in hanc inciderit infamiam? Quia vt optime B. Chryſoſt. hom. 44. in Ioan. *Nihil gula pernicioſius, nihil ignominioſius, hæc tuſum, & craſſum ingenium, hæc carnalem animam reddit, hæc cæcat intellectum, non ſinit, vt quicquam perſpiciat.*

Chryſoſt.

Feſtinant peccatores vitia ſua conſummare.

93\. *Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere.* Sed quandonam ſedit? poſtquam ſummo mane ſurrexit, vt vitulo aureo hoſtias pacificas offerret, & holocauſta. Vrum cur ſummo mane è lecto conſurgunt, vt idolo ſacrificent? an aliquid eos ad huiuſmodi ſacrificia compellit? nullum legimus compellentem, licet enim proclamare fecerit Aaron voce præconis, ſolemnitatem in craſtinum diem, tamen non dixit quod ſummo mane deberet fieri ſacrificium, cur ergo ita in eo perficiendo vigilant? *Quia feſtinant peccatores*, inquit Oleaſt. *vitiorum ſuorum conſummationem, ne forte impediantur, & ſinit Dominus eos ex ſententia agere, ne in deteriora prolabantur.* Oleaſt.

Deum quærimus delitijs noſtris habenas laxantem.

Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere. Quid? ecce recentem Deum venerantur; ecce ipſi offerunt victimas, & ecce iam opipare epulantur, vino vſque ad temulentiam indulgentes, choreas ducentes, tripudia agunt, ſaltationibus inſiſtunt in varias effuſi cantilenas. Ne te id commoueat, reiecerunt enim Deum recta præcipientem, impios iuſtè punientem, & Deum elegerunt ſuis delitijs, & compotationibus laxantem habenas. *Deteſtantur*, inquit Luſitan. *Deum adſtringentem, & prohibentem, ſequuntur liberiorem, qui gaudia & ludos permittat, hiſque delitietur: vnde ſummè deteſtandi ſunt dij aut homines, qui habenas vitiorum ſuis laxant cultoribus.* 94.

Luſitan.

Qui recedit à præceptis Dei, luxui ſe committit.

Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere: Vndenam tanta ciborum gula? vndenam huiuſmodi temulentia? nonne primum Dei præceptum erat, non habebis Deos coram me? nonne ipſi iam illud tranſgreſſi cum Aarone, dixerunt, Fac nobis Deos qui nos præcedant? ne inquiras ergo, vndenam huiuſmodi compotationes, & choreæ inanes, & laſciuiæ? qui enim à præceptis Dei recedit, in quam ingluuiem non labitur? B. Ambroſ. epiſt. 36. ad Sabinum, *Nemo ſe luxui ſe committit, niſi qui recedit à præceptis Dei veri.* 95.

S. Ambroſ.

Qui modica ſpernit, in maiora decidet.

Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere, ex conuiuio libido obſcœna, ſic enim hunc ludum aliqui intelligunt. Verum alij choreas, ex quibus eorum idololatria, teſte B. Gregor. Magn. quid? quia luſerunt, idololatriæ facti ſunt? non quia luſerunt debitè, ſed inordinatè, qui autem hoc minimum, vt videtur non ſpernit, in maiora decidet. Profero præfat. Pontif. ſic cap. 10. Moral. 14. dicentem, Si autem aliquando vanitas culpa non eſſet, Pſalmiſta non diceret, quamquam in imagine Dei ambulet homo, tamen vanè conturbatur, theſaurizat & ignorat cui congreget ea; quia quamuis Trinitatis imaginem in natura ſeruemus, vanis tamen delectationis motibus perturbati, in conuerſatione noſtra delinquimus; vt 96.

S. Gregor. Magn. Pſalm. 38.

modis nos ſemper alternantibus cupido concutiat, metus frangat, lætitia mulceat, dolor affligat: ex vanitate ergo ad iniquitatem ducimur, cum prius per leuia delicta deflectimus, vt vſu cuncta leuigante, nequaquam poſt committere etiam grauiora timeamus. Nam dum moderari lingua otioſa verba negligit, mora inolitæ remiſſionis capta audax ad noxia prorumpit, dum gulæ incumbitur, ad leuitatis inſaniam proditur: cumque mens ſubigere delectationem carnis renuit, plerumque & ad perfidiæ voraginem ruit. Vnde bene Paulus populi Iſraelitici damna conſpiciens, vt imminentia ab auditoribus mala compeſceret, curauit ex ordine tranſacta narrare, dicens, neque idololatræ efficiamini, ſicut quidam ex ipſis, quemadmodum ſcriptum eſt, ſedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere; eſus quippe potuſque ad luſum impulit, luſus ad idololatriam traxit, quia ſi vanitatis culpa nequaquam cautè compeſcitur, ab iniquitate protinus mens incauta deuoratur, Salomone atteſtante qui ait, qui modica ſpernit paulatim decidit; ſi enim parua curare negligimus, inſenſibiliter ſeducti, audenter etiam maiora perpetramus.

1.Cor.10.

Eccl. 19

Ludus permittitur, ſed cum debitis circumſtantijs.

97. *Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere*, nullum reperi, qui hunc ludum non condemnaret, an ludus interdicitur? aliàs nec etiam pueris permitteretur, imo mihi omnino neceſſarius videtur, nam ſicut homo indiget corporali quiete ad corporis refocillationem, quia non poteſt continuè laborare, cum illi ſit virtus finita, determinatis laboribus proportionata: ita etiam eſt ex parte animæ, cuius etiam eſt virtus finita, ad determinatas operationes proportionata, & ideo quando vltra modum aliquas in operationes ſe extendit, laborat, & ex hoc fatigatur, præſertim quia in operationibus animæ corpus laborat, in quantum ſcilicet anima intellectiua vtitur viribus per organa corporea operantibus. Cum autem bona ſenſibilia connaturalia homini, & ideo quando anima vltra ſenſibilia eleuatur, operibus intenta, naſcitur inde quædam animalis fatigatio, ſiue homo intendat operibus rationis practicæ, ſiue ſpeculatiuæ, magis ſi operibus contemplationis intendat: quia per hoc magis à ſenſibilibus eleuatur, quamuis fortè in aliquibus operibus exterioribus rationis practicæ, maior labor corporis conſiſtat; in vtriſque autem tanto magis alio fatigatur, quanto vehementius operibus rationis intendit: ſicut autem fatigatio corporalis ſoluitur per corporis quietem, ita etiam oportet quod fatigatio animalis ſoluatur per animæ quietem, quies autem animæ eſt delectatio, & ideo remedium contra fatigationem animalem adhibetur per aliquam delectationem, intermiſſa intentione ad inſiſtendum ſtudio rationis. Sicut in collationibus Patrum legitur, quod B. Ioannes Euangeliſta, cum quidam ſcandalizarentur quod cum diſcipulis ludentem inuenerunt, dicitur vni eorum mandaſſe, arcum gerenti, vt ſagittam emitteret, quod cum pluries feciſſet, quæſiuit vtrum hoc continuè facere poſſet; qui reſpondit, nequaquam, aliàs arcus frangeretur. Vnde B. Ioann. ſubintulit, quod ſimiliter animus hominis ſolueretur, ſi nonnunquam à ſua intentione relaxaretur. Huiuſmodi autem dicta vel facta in quibus non quæritur niſi delectatio animalis, vocantur ludicra, & iocoſa, & ideo neceſſe eſt talibus interdum vti, quaſi ad quandam animæ quietem, quæ ludus poteſt nuncupari. Sed quia non videt hunc ludum licitum, imo ad vitæ conſeruationem neceſſarium; cur ergo ludus Iſraelitis vitio datur? cur ab omnibus vituperatur? quia indebitus, inordinatus, ex malo fine, laſciuus, &c. ad ludum autem licitum plura debent concurrere, quæ Thomas Angelicus nobis proponit 2. 2. quæſt. 168. art.2. in Corp. ad 2. & art.3. in Corp. & ad 2. Circa hæc tria, inquit, præcipue conſideranda videntur, quorum primum & principale eſt, quod prædicta delectatio non quæratur in aliquibus operationibus, vel verbis turpibus & obſcænis, vel nociuis. aliud attendendum eſt, ne totaliter grauitas animæ reſoluatur. Vnde Ambroſ. dicit in primo de Officijs, quod caueamus, ne dum relaxare animum volumus, ſoluamus omnem harmoniam, quaſi concentum quemdam bonorum operum. Et Tullius dicit in primo de Officijs, quod ſicut pueris non omnem ludendi licentiam damus, ſed eam quæ ab honeſtis actionibus non ſit aliena, ſic in ipſo ioco aliquod probi ingenij lumen eluceat: tertio autem attendendum eſt, ſicut & in humanis omnibus actibus, vt congruat perſonæ, tempori, & loco, & ſecundum alias circumſtantias debitè ordinetur, vt ſcilicet ſit tempore & homine dignus. Huiuſmodi autem ſecundum regulam rationis ordinantur. Habitus autem ſecundum rationem operans, eſt virtus moralis, & ideo circa ludos poteſt eſſe aliqua virtus, quam Philoſophus Eutrapeliam nominat. Et dicitur aliquis eutrapelus à bona conuerſione, quia ſcilicet bene conuertit aliqua dicta, vel facta in ſolatium, & in quantum per hanc virtutem homo refrænatur ab immoderantia ludorum, ſub modeſtia continetur. Nec obſtat quod dicit Chryſoſt. non dat Deus ludere ſed diabolus, audi quid ludentes paſſi ſunt, ſedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere, ergo circa ludos non poteſt eſſe virtus. Quia reſpondetur, verbum illud Chryſoſtomi eſſe intelligendum de illis qui inordinate ludis vtuntur, & præcipuè qui finem in delectatione ludi conſtituunt: ſicut de quibuſdam dicitur Sapient. 15. Æſtimauerunt eſſe ludum vitam noſtram. Contra quos dicit Tullius in primo de Officijs, non ita generati à natura ſumus, vt ad ludum & iocum facti eſſe videamur, ſed ad ſeueritatem potius, & ad quædam ſtudia grauiora atque maiora. Quod ſi vlterius quæratur, an in ſuperfluitate ludi poſſit eſſe peccatum, dicendum quod in omni eo quod eſt dirigibile, ſecundum rationem

S.Thomas

Sapi.

" nem ſuperfluum dicitur quod regulam ratio-
" nis excedit, diminutum autem dicitur ſecun-
" dum quod deficit à regula rationis: dictum eſt
autem quod ludicra ſiue iocoſa verba vel fa-
" cta ſunt dirigibilia ſecundum rationem, &
" ideo ſuperfluum in ludo dicitur quod excedit
regulam rationis. quod quidem poteſt eſſe
" dupliciter, vno modo ex ipſa ſpecie actionum,
" quæ aſſumuntur ad ludum, quod quidem io-
" candi genus ſecundum Tullium dicitur eſſe il-
liberale, petulans, flagitioſum, obſcænum;
" quando ſcilicet vtitur aliquis cauſa ludi turpi-
" bus verbis vel factis, vel etiam his quæ vergunt
in proximi nocumentum quæ de ſe ſunt pec-
" cata mortalia; & ſic patet quod exceſſus in lu-
" do eſt peccatum mortale. alio autem modo
" poteſt eſſe exceſſus in ludo ſecundum defe-
ctum debitarum circumſtantiarum, puta cum
" aliqui vtuntur ludo, vel temporibus, vel locis
" indebitis, aut etiam præter conuenientiam
negotij ſeu perſonæ, & hoc quidem quando-
" que poteſt eſſe peccatum mortale propter ve-
" hementiam affectus ad ludum, cuius delecta-
tionem præponit aliquis delectioni Dei, ita
" quod contra præceptum Dei vel Eccleſiæ ta-
" libus ludis vti non refugiat: quandoque au-
" tem peccatum eſt veniale, puta ſi aliquis non
tantum afficitur ad ludum, quod propter hoc
" velit aliquid cõtra Deum committere. demum
" ſciendum quod ſuperfluitas in ludo pertinet
ad ineptam lætitiam quam Gregor. dicit eſſe
" filiam gulæ.

Fructus Idololatriæ, comeſſationes, potatio- C
nes, aliis illudere.

98. *Sedit populus manducare & bibere & ſurrexe-*
runt ludere, Cajet. *& ſurrexerunt ad illudendum*,
quid? nonne toti ſunt in cultu Dei aurei, me-
diis ſacrificiis, in quorum oblatione mens de-
uota requiritur? quomodo cibis ſe ingurgi-
tant, ebrietati indulgent, choreas ducunt, &
aliis illudunt? quia hæc omnia ſunt fructus
sdin. Idololatriæ, teſtis Cajetan. *Surrexerunt lud·re,*
jetan. *iuxta Hebr. habetur & ſurrexerunt ad illuden-*
dum, ecce fructus Idololatriæ, qualis Deus talis
& fructus, cultus eius leuitatibus irriſionum va-
cant, ex illo cultu ſurgentes.

Ex otio nata Hebræorum Ido-
lolatria. D

99. *Sedit populus manducare & bibere & ſurrexe-*
runt ludere, non bella, non hoſtes, non ar-
ma, quibus peterentur vrgebant, pax, læta re-
rum omnium in caſtris, & abundantia in ſa-
crificiis videbatur: quomodo ergo in laudes
Dei non prorumpunt, ſed potius in ludos &
Idololatrias venerunt? quia tunc nimio dedi-
ti otio, ideirco Dominus legem tanta varieta-
te præceptorum fere permoleſtam, tanta ſe-
ueritate prope intolerabilem, inſtituit, vt
Hebræorum animos & ſollicitos redderet, &
ab omni laſciuia cohiberet, ne videlicet ite-
rum ſegnes & flagitioſi in aliquod flagitium
Chryſ. prolaberentur. hoc ipſum S. Chryſoſtomus
om.;7. in hiſce verbis adnotauit, *Iſraelitæ cum ſine la-*
p. 1. *bore vitam agerent, & quiete fruerentur, fælici-*
ad Cor.

A *tatem ſuam non reputantes in impietatem prolapſi*
ſunt. quid igitur Deus? in poſterum leges multas
inſtituit, quibus eorum compeſceretur licentia,
ac multæ cum fuerint rationes condendi huiuſmo-
di legem, tam multiplicem, tam ſeueram, tam gra-
uem; illa vel potiſſima videtur legiſlatoris inten-
tio, ne amplius Hebræi diffluentes otio, maleque
ſecuri ac feriati ad priora, vel etiam maiora fla-
gitia prolabendi haberent occaſionem, idcirco ad-
iungit idem Chryſoſt. *Et vt plane intuearis ad*
nullam perfectam virtutem huiuſmodi leges, ſed
pro fræno quodam eis datas quæ occupationis ma-
teriam præbẽt; audi quid de iis Propheta loquatur,
dedi eis præcepta non bona, Ezech. 10. hoc eſt Ezech. 10.
nihil magnum ad virtutem proficientia, qua-
re & ſi Moſaica lex Hebræos non valde ſan-
B ctos (quantum in ſe erat) redderet, at certe vt
homines haberet bene occupatos & in officio,
ne laſciuirent, contineret, inſtituta eſt.

Saturitas petulantiæ & contumeliæ
mater.

Sedit populus manducare & bibere & ſurrexe- 100.
runt ludere, Iſidorus Peluſ. cum Clemente Ale-
xand. legunt, *Saturati ſurrexerunt ludere* Caj.
illudere, alij *fornicari, ſeu ſcortari*, quænam o-
rigo huius irriſionis contumelioſæ? quod prin-
cipium actuum obſcænorum? vide quid di-
ctum, ſaturati: ſaturitas enim petulantiæ &
contumeliæ mater. ſic ad mentem noſtram
præf. Peluſ. lib. 1. Epiſt. 383. *Superflua cibi ſum-* S. Iſidorus
ptio non eſus eſt, ſed ſaturitas & eſt & appella- Peluſ.
C *tur, ſaturitas porro contumeliæ ac petulantiæ ma-*
ter eſt, petulantia autem vitioſorum affectuum:
quemadmodum in deſerto contigiſſe memoriæ pro-
ditum eſt. ſaturati enim ſunt, inquit, illo & ſurre-
xerunt ludere, quapropter ne intemperantiæ ludo
demus operam, per quam quoque Dei obliuio in
diſcrimen venit. ſaturitatem & ingluuiem quæ
horum cauſa eſt iniecto fræno compeſcamus, id
ſtudentes vt neceſſario ac moderato cibo per quem
& robur corpori accedet, & voracitatis ac temu-
lentiæ belluina vim omnem amittet, contenti ſimus.

Qui à Deo deficit, quid in delitiis habet,
niſi immunditiem?

Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexe- 101.
runt ludere, ludant, manducent & bibant,
D cum hæc ſint licita tanquam vitæ humanæ
neceſſaria, & à Deo in hunc finem ordinata,
cur ergo ex eo quod biberint, ederint, & lu-
ſerint reprehenduntur? ſed ſi ludus hic actio-
nes venereas dicit, merito vituperantur, nec
miror, quod in hæc obſcœna lapſi fuerint, qui
enim à Deo deficit, quid in delitiis habere po-
teſt niſi turpitudinem & actus venereos? con-
firmat D. Cyrill. lib. 5. in Exod. *Qui à Deo de-* S. Cyrill.
ficiunt ſic continuo in rebus carnalibus irretian- Alexand.
tur, & immunditiem pro delitiis habeant & ſua-
uia honeſtaque ducant ea ob quæ merito lugere Galat. 5.
deberent, ideoque & D. Paulus ad Galat. 5. tur-
pem Idololatriam inter vitia carnalia collocat,
manifeſta ſunt (inquit) opera carnis quæ ſunt
ſcortatio, immunditia, laſciuia, idololatria.

Qui de peccato commiſſo non dolet, ſed lætatur, ſibi præſens imminet vltio.

501. *Sedit populus manducare & bibere & ſurrexerunt ludere*, choreas agentes, quid? nonne grauiſſimum Idololatriæ ſcelus commiſerant, Idolo victimas offerentes, cum proclamatione, hi ſunt dij tui Iſrael? quomodo ergo tanquam ſi aliquid laude dignum egiſſent, nec contriſtantur, ſed in tripudia diffunduntur?

A quid? an hoc impunitum manebit? ecce ex his viginti tria millia periere, iuſtiſſime quidem, qui enim de peccato cōmiſſo non dolet, ſed lętatur, ei vltio ſeuera præſens imminet. hæc habet Philo lib. 3. de vita Moyſ. *Expleti mero congeminarunt temulentiam, vino pariter furentes & inſania, pernoctando in comeſſationibus, oblectandoque ſe factis peſſimis, ignari vltionis imminentis, quam prouocabant ſuâ malitiâ & excæcati ſuis affectibus.* Philo Alexand.

VARIET. LECT. Verſ. 7. & 8.

Vulg. Locutus eſt autem Dominus ad Moyſem dicens, vade, deſcende, peccauit populus tuus quem eduxiſti de terra Ægypti.

Sept. Vade celeriter, deſcende hinc, iniquitatem enim fecit populus tuus.

Cald. Quia corruptus eſt populus tuus, quem aſcendere feciſti de terra Ægypti. *ſic Onk.*

Pag. Quia corrupit populus tuus viam tuam, *ita & Oleaſter.*

Cajet. Quia diruit populus tuus, *alij* quia diſperiit.

B *Vulg.* Receſſerunt cito de via quam oſtendiſti eis, feceruntque ſibi vitulum conflatilem, & adorauerunt, atque immolantes ei hoſtias, dixerunt, iſti ſunt Dei tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Ægypti.

Sept. Tranſgreſſi ſunt cito de via quam mandaſti eis.

Pagn. Fecerunt ſibi vitulum conflatilem, & incuruauerunt ſe ei.

Cyrill. Declinauerunt confeſtim de via.

CONCORDIA.

Vulg. legit peccauit populus tuus, Hebraicè autem habetur כי שחת עמך chi ſichet ammecha, ſachat autem verbum corrumpere, diſſipare, perdere, & peccare ſignificat. vnde Pagn. corrupit nempe viam ſuam, Cajet. quia diruit, alij diſperiit, quæ omnia cum Vulg. conueniunt: vbi habemus quam oſtēdiſti eis, Hebraicè eſt צויתם præcipiſti eis, ſed C vtroque modo interpretari poteſt verbum ziua, & quidem quod Dominus iuſſerat per Moyſen oſtendit & manifeſtauit.

EXPOSITIO.

Locutus eſt autem Dominus ad Moyſen, ſcilicet poſt datas tabulas legis, omniaque quæ ad plenam Iudaicæ Eccleſiæ inſtitutionem pertinebant, *vade deſcende*, habent Sept. celeriter, ſine vlla mora, *populus ille tuus*, quem tanto amore proſequeris, peccauit, non quomodocumque ſed per antonomaſiam grauiſſime, *quem eduxiſti de terra Ægypti*, non dicit populus quem eduxi, vt in decalogi prœmio dixerat, vt indicaret hac mutatione phraſis, populum beneficiis ſuis indignum eſſe, ſeque iam quaſi repudio eum à ſe proſcripſiſſe.

Receſſerunt de via quam oſtendiſti eis, deſerentes legem meam, & viam vitæ, *fecerunt ſibi vitulum conflatilem*, à me ſicut alia idola toties prohibita, *& adorauerunt*, cultu ſoli mihi debito, *& dixerunt iſti ſunt dij tui &c.* profeſſionem quippe laudis & honoris dæmonibus referendo, beneficium libertatis tam magnificè ſuſceptum abnegarunt, & hoſtibus Dei tranſcripſerunt.

CONCEPTVS.

Reproborum eſt præcipites ferri ad mala.

503. *Vade deſcende peccauit populus tuus, receſſerunt cito de via*, cur non obiicis ei comeſſationem, temulentiam? cur non obſcænos actus exprobras, atque nefandum Idololatriæ crimen? cur tibi prius venit, quod à via tua cito defecerunt? aduerte quod non dicit populus meus ſed tuus, quaſi iam eum reprobaſſet, & à ſe eiecisse & à libro ſuo eũ deleuiſſet: ecce cur à Deo reprobantur, quia cito defecerunt à via virtutis, & legum cuſtodia, qui enim incunctanter & ſine mora ad mala perpetranda currit, in reproborum numero cenſeri debet. quod rectè expendit D. Baſil. Seleu. orat. 41. S. Baſil. Seleuc. Annotans impietatem Iudæorum Domino calumniantium in morte Lazari, non poterat his (inquit Ioannes 11.) qui aperuit Ioann. 11

[illegible] cæci nati facere vt hic non moreretur: ſit ergo, *fatentur aperuiſſe oculos cæci, & cum ob eam cauſam Chriſtum ſuſpicere debuiſſent, ex eadem miraculum illud traducunt ac ſi non eueniſſet, neque hac re dumtaxat ſe perditos planum faciũt, ſed quod antequam ad monumentum adeat, aut virtutem expromat, non expectato rei exitu calumnias in eum iacere præfeſtinant*, en vt non tam ipſum peccatum, quam præfeſtinatio in peccatis, Iudæos hos reprobos & eiectos oſtendit!

Qui à Deo per peccatum receſſit, ad Deum non pertinet.

104. *Vade deſcende peccauit populus tuus*, nonne tua eſt terra, & plenitudo eius, & vniuerſi qui habitant in eo quomodo ergo populum Iſrael B tuum non nominas, ſed alterius? nonne pluribus titulis creationis, conſeruationis, à ſeruitute Ægyptiaca ereptionis, tuus eſt? meus deberet eſſe, ſed peccauit, & ideo indignus, qui populus meus dicatur. non glorior me è terra Ægypti illum eduxiſſe, cum edoctus ad idola colenda fluxit; gloriarer eduxiſſe tot ſignis atque portentis, ſi non peccaſſet, ſed tam infami ſcelere nomen meum gloriamque inuaſit, & quãtum potuit, aboleuit, iam populus meus audire non debet, nec me eius liberatorem voco, quod notauit Oleaſt. *Non vult amplius Dominus ſe auctorem liberationis vocare poſtquam tam inuerecunde eum in idolum retulerunt*: tãtum peccantes odit, vt eorum liberaror audiri dedignetur.

Oleaſter.

Congeminata Deus hominibus confert beneficia, & vnum alterius pignus eſt.

105. *Vade deſcende peccauit populus quem eduxiſti de terra Ægypti*, difficultatem non mediocrem continere ea verba dixeris, populus tuus quem eduxiſti, quid enim Moyſi & populo illi, vt Moyſis & non Domini populus iſte diceretur? eodemmet Moſe dum ad populum verba faceret, atteſtante Deuter. 32. nonne ipſe eſt pater tuus, qui fecit te, & creauit te? deinde quæ Moſis poteſtas? quod robur, vt de potentiſſimi ſimulque obſtinatiſſimi regis imperio populum potuiſſet educere, cum ipſemet Dominus ad egregium id facinus efficiendum deſcendiſſe, & in manu valida & brachio excelſo perfeciſſe vidimus c. 3? quid? quod ipſemet Domious diſertiſſime dixerat 20. cap. ego ſum Dominus D Deus tuus, qui te eduxi de terra Ægypti, quid ergo, modo ad Moyſem dicit, populus tuus quem eduxiſti de terra Ægypti? ſane quia de eo delendo & pœnitus cõterẽdo cogitaret; ſtatim enim ait, dimitte me vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos, etenim qui populum perdere & conterere volebat, prius ſuum negare, & prioris in eum collati beneficij obliuiſci debuit: nam ſi populum ſuum ipſe eſſe fateretur, & à ſe de ſeruitute Ægypti liberatum memoraret, quid de eo perdendo atque delendo & non potius de venia illi danda, & omni ope ferenda deliberaret? laſitne id Moyſem ſagaciſſimi & ſolertiſſimi ingenij virum? deſeruitne populum quem ſuſcepit? & ab imploranda miſericordia, ſiue ob diuinam indignationem deterritus fuit? minimr qui-A dem, imo vero ipſamet Dei ſapientia vtens, & in ipſum populum tela contorquens, iuſtiſſimæ illius iracundiæ ſe ſe oppoſuit, cur Domioe iraſcitur furor tuus contra populum tuum quem eduxiſti de terra Ægypti in fortitudine magna & manu robuſta? pulchre omnino, nec fortiori opportuniori ue ratione ad demulcendum excandeſcentem animum, atque ad lenitatem inflectendum, vti potuit; ille ſiquidem vt populum deleret à ſe illum abdicabat, ſuumque eſſe diffitebatur: Moyſes vero vt eum tutaretur nonniſi ipſiuſmet Dei populum eſſe, nec ab alio quam à Deo de manu Ægypti exẽptum atque liberatum conſtanter ingerebat, quippe qui nouerat, Deum ſi ſemel beneficiorum ſuorum veſtigia in illo recognouiſſet, ab ope ipſi ferenda manum minime contracturum, beneficia enim illius congeminata ſunt, & vnũ alterius pignus eſt. acute ſane Paſchaſ. lib. 12. in Matth. explicans hæc verba Chriſti Domini apud Matth. 26. pater, ſi poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte, non fuit tamen exauditus, quaſi Deo poſſibile quodammodo non fuerit, calicem ab illo transferre. ſic autem ait. *Impoſſibilitas iſta de iuſtitia venit & bonitate Dei, quia ſic eſt omnipotens, vt & iuſtus ſit, & bonus & miſericors: & ideo quantum ad vtraque naturam ſpectat, impoſſibile erat ne nos bonitate ſua, ſuaque iuſtitia & miſericordia ſaluaret, quos crearat*: vt vtraque inter ſe componam, & huic aptem inſtituto, illud velim à Paſchaſio interrogare, cur ipſe vt Deum ad omnimodam miſericordiam faciendam, & veniam noC bis dandam, ſeſe inflectentem faceret, eius iuſtitiam aduocauit? ſic eſt, inquit, omnipotens vt & iuſtus ſit, ac bonus: ad hæc qui valeat ſubſiſtere, hæc Paſchaſij ratio? impoſſibile erat, ne nos iuſtitia ſua ſaluaret: videtur enim ſibi repugnare Paſchaſius, & contrariis rationibus vti; nã ſaluare, pietatis, & miſericordiæ, ac bonitatis eſt, iuſtitia vero ad ſuũ cuiq; ius reddẽdum reſpicit; ergo ſi ſaluat, pietate ſaluat, ſi iuſtus eſt, non miſericordiã ſed ius tribuit: reſpõdet tamen ſapienter Paſchaſius, impoſſibile erat ne nos iuſtitia ſua ſaluaret, quos crearat: ipſammet ſalutem & beneficium, ad iuſtitiam & ſtrictum ius quodammodo reuocans, quod nimirum Deus nos antea creaſſet: & quia illius bonitas eſt & perpetuus geminãdi ſua beneficia mos, in creationis beneficio ſyngrapham, D ſiue cautioocm ad opem ferendam, & noua retribuenda beneficia, ac proinde ius ad ſalutem ab ipſo exorandam, & obtinendam nobis dederit.

Matth. 26.

D. Paſch.

Qui peccat, ſeipſum perdit, non Deus.

Vado deſcende peccauit populus quem eduxiſti de terra Ægypti, Cajetan. vbi vulg. peccauit legit, ipſe ait, *diruit populus*, quid? idemne eſt peccare ac diruere, vel ſe diſperdere, diſſipare? hæc enim omnia, vt vidimus in concordia, idem verbũ ſachat ſignificat: ita equidẽ, vt intelligamus, peccatorẽ, dũ Deũ offendit, ſe ipſum perdere ac diſſipare, ea maxime ratione, quod maios nocumẽtũ ſibimetipſi inſerat, quale eſt, nẽpe ſibi mortẽ adſciſcere, videndus eſſet pro hoc argum. Drogo Hoſt. ſer. 1. de ſacram. 106.

Drogo Hoſtienſ.

dominicę paſſionis ante mediū. *Faciūt* (inquit) *ſeipſos ſpeluncam latronum, iugulant homines, & trahunt in ſpeluncam ſuam, quod enim in maius homicidium quam vt ſeipſum interficiat homo? vel quod grauius homicidium corpus occidere an animam? quoties homo Spiritum ſuum interficit quot homicidia in ſeipſo perficit? quoties voluntarie & ex ſtudio peccatū perpetrat, quid aliud quam ſeipſum iugulat? omnis enim qui acceperit gladium gladio peribit gladius animæ peccatum eſt: peccatum animæ mors eſt, qui hunc gladium, manu propria deliberationis acceperit, hoc eſt acceptum habes & gratum, primus in ſeipſum manum mittit,*
S.Doroth. *primus ſeipſum interficit*, & S.Dorotheus Abb. doctrin. ante medium, *peccatum in miſeriam quamcumque trahit, & concutit apud quem fuerit*, ſimilia ſunt quæ habet Antioch. Monach.
Antioch. hom.61. ad finem, vbi oſtendit à nobiſmetipſis mortem noſtram oriri, dum peccamus. hinc
B.Auguſt. eſt quod Auguſt. ſerm. 32. de verbis Apoſt. in medio, cenſet nos debere à Deo poſtulare vt noſmet à nobiſmetipſis liberet, ſicque interpretatur illud orationis dominicæ: libera nos à malo, quia nullus alius nobis maius malum inferre poteſt quam nobis ipſi inferimus. ſic autem ait, *demus honorem Deo, fratres, cui clamamus libera nos, quid eſt quod clamamus libera nos à malo? certe non eſt malum reſponde illi* (*ſcilicet Manichæo*) *ego ſum malus, & ſi liberauerit me à malo, ero de malo bonus. ſi liberet me à me, ne incurram in te, hoc dic Manichæo, ſi Deus liberauerit me à malo, ero bonus. ſi bonus ero, ſapiens ero, liberet me ergo Deus à me, meum enim eſt vitium.*

Chriſtus Dominus peccatores redempturus, ſuos appellat.

107. *Vade deſcende peccauit populus tuus quem eduxiſti de terra Ægypti*, ac ſi diceret, non amplius meus meretur dici, quia peccato obnoxius eſt: tuus Moyſes eſt, quia eiuſdē cum eo naturæ, & cū peccauerit, tuus poteſt eſſe, meus nequaquā,
Math.1. quomodo ergo & Angelus Matth.1. alloquens Ioſephū de Mariæ coniuge dicit paries autem filium & vocabis nomen eius Ieſum, ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum; quomodo ergo hic vocatur populus Chriſti D. peccator, cum Deus populum Hebræum ſuum noluit dicere? quia verbum humanam naturam induerat, & ideo nō mirum quod ſuum vocet populum à peccatis eximendum, eiuſdem nobiſcum naturæ factus Deus, peccatorum ſalutem quærens, venit enim peccatores ſaluos facere: ſuum etiam populum vocat qui culpæ iugo premebatur, ſuus peccator populus eſt, quia ſuum quoque eſt à peccatis eum ſoluere & liberare, recuſet peccantes tanquam non populum ſuum antequam humanam naturam ſumeret, Deus potuit, ſed poſtquam homo factus eſt, vt peccatores redimeret, nullum à populi ſui appellatione excludit, modo liberari velit à peccatis.

Peccator cadauer fœtidum.

108. *Vade deſcende peccauit populus tuus.* Cald. *quia corruptus eſt populus tuus*, Mont. *quia corrupit ſe populus tuus*, homo corruptus quid aliud eſt quam cadauer fœtidum? nonne plurimi & hi grauiſſimi peccatores, ſuauiſſimum exhalant odorem? quomodo ergo cadauera fœtida? ſpirant quidem ſed vnguentis delibuti pretioſis naribus hominum, ſed Deo grauiſſime fœtent, tanquam ſi eſſent cadauera fœtida. ſic peccatores vocat Drog. Hoſtienſ. citato loco. *Non ſatis eſt ſemel occidere & quieſcere millies & millies, crudeles in ſe manus conuertunt, & veloces ſunt pedes eorum ad effundendum ſanguinem ſuum, viri ſanguinum, & doloſi, quomodo doloſi? quia congerunt cadauera mortuorum in ſpeluncam ſuam, & operiunt aggere terra, ne vel ipſi videant, vel ab alijs videantur* B.
S.Ambr. Ambr. lib.1. off. cap. 12. *Interroga conſcientiam peccatoris, nonne grauius fœtet omnibus ſepulchris?*

Peccatum quidquid in nobis boni eſt deſtruit.

Vade deſcende peccauit populus tuus, Cajet. *diruit populus tuus*, Mont. *corrupit*, alij poſſunt vertere, *diſſipauit*, in eo quod corrumpitur, quid in eo boni permanet? quod dirutum & diſſipatum, cuius valoris & pretij? quid? an qui peccat in tantam decidit miſeriam? quis id negare poterit? nam vt optime Cajetanus. Cajetan. 109.
Diruit populus tuus nempe quidquid boni in eo erat, & ſeipſum deſtruxit ac corrupit peccando.
S. Greg. in illa verba Iob conſumendus velut à tinea, ait: *tinea damnum facit & ſonitum non facit, ita iniquorum mentes, quia damna non conſiderare negligunt, integritatem quaſi neſcientes perdunt, quaſi à tinea conſumuntur quia ſine ſonitu morſum culpæ tolerant.* S.Greg. Magnus.

Deus licet iratus ſit in peccatores, tamen annuit, vt alij curam ſuæ ſalutis habeant.

Vade deſcende peccauit populus tuus, en quid infælicius contingere poterat populo Iſrael 110.
quam in ſuorum numero non adſcribi, ſed excludi? nominis filiorum Dei iacturam facere, & eos nihili pendere? an aliud ſeuerioris in eos indignationis potuit argumentum præbere? quis non diceret in nihilum iam tam redigendos, & eorum omnem curam abieciſſe? verum cur dixit Moyſi peccauit populus tuus? cur illius dicit? an quia illius gubernator? an quia Deo adiuuāte è terra Ægypti illum eruit ſuum dicit, vt ipſius ſalutis curam gereret, & pro eo ipſo diuinam precibus pulſaret miſericordiam. non alienus ab hoc ſenſu Philipp. Abb. qui explicans hæc verba ſponſi ad ſponſam, paſce hædos tuos: nonne erant ſponſi? cur ergo dixit ſponſæ vt eos tanquam ſuos paſceret? ait l.2 cant.c. 4. *Vt curam illorum ingerat ampliorem, qua eiſdem curandis inuigilet, & ad ſtatum prouehat meliorem, ſicut Moyſi dixit, deſcende peccauit populus tuus.* Philip. Abbas. Cant. 4.

Sicut Deus virtutem & circumſtantias eius exaggerat, vt coronet; ita & vitium & circumſtantias eius non obliuiſcitur, vt puniat.

Vade deſcende peccauit populus tuus, receſſerunt cito de via, nonne vnico verbo peccandi, 111.

peccata populi omnia comprehenduntur? qui A enim peccat, à rectâ via diſcedit, ſed quid amplius ſubiungit? fecerunt ſibi vitulum conflatilem, & adorauerunt, an aliud commiſere? immolantes dixerunt, hi ſunt dij tui. neſcio cur tot coniungis? ſatis enim erat dixiſſe peccato Idololatriæ ad iram me prouocauerunt: non ſolum Idololatriam, ſed eius circunſtantias recenſet, vt inde compertum quam iuſte in eum animaduerſurus & puniturus eſſet. *Sicut nouit*
ıſt. *Dominus* (inquit Oleaſter) *opus virtutis extollere, ita circumſtantias vitiorum noſtrorum exaggerare, audi quid Abraha filium immolare volenti*
n 3. *dicat, per meipſum iuraui quia feciſti rem hanc, neque pepercisti filio tuo vnigenito, ſic & hic omnia qua aggrauare malum poſſunt, inculcat.*

B

Peccator Dei eſt, non ad accipiendum illius beneficium, ſed ad ferendum illius ſupplicium.

112. *Vade deſcende peccauit populus tuus*, ſi tuus non eſt amplios, ô Deus omnium creator, quomodo páratus eſt eum internecione delere? quod enim noſtrum non eſt nulla de eo nos tangit ſollicitudo, nec angimur de eo puniendo: quomodo ergo ais Moyſi dimitte me vt iraſcatur furor meus contra eos & deleam eos? vtrumque vere dixit, quia vt optime ait Luſit.
ſit. *Hoc malum peccatum afferre ſolet, vt peccator non ſit Dei ad beneficium, ſit tamen eius ad ſupplicium.*

Virus impietatis noſtra tandem detegitur. C

113. *Vade deſcende peccauit populus tuus*, optime tibi notum; hunc populum duræ ceruicis & in malum propenſiſſimum, & ſi Moyſes illico non deſcenderet de monte, vitulum conflatilem facturum, eumque ſacrilege adoraturum, quomodo ergo non iuſſiſti vt antea deſcenderet? cur eius regreſſum protraxiſti? nonne ſicut dixiſti peccato commiſſo, vade deſcende, populus tuus peccauit, ita etiam antequam vitulum conflatilem feciſſet potuiſti dicere, vade deſcende de monte ne tuus peccet populus? cur
igen. ergo non ita dictum? reſpondet Orig. in cat. græca. *Voluit Dominus diem de die ducere, vt occultum virus impietatis, quod in animis eius gentis inſederat, tandem detegeretur.*

Omnia qua in laudem & Dei cultum ſeruire deberent, ea omnia Diabolo conſecrat peccator. D

114. *Vade deſcende peccauit populus tuus, receſſerunt cito de via, fecerunt ſibi vitulum conflatilem &c* nonne Deo obedientiam polliciti fuerant, eum dixerunt omnia quæ locutus eſt nobis faciemus? quomodo inaures aureas quibus pretium obedientiæ denotabatur, libentiſſime vituli conflandi gratiâ dederunt? nonne Deum vnum colere, nec Deos cuiuſcumque forent materiæ; nec facere nec colere tenebantur? quomodo & vitulum coluere & Deum proclamauere? nonne Dei ſpeciali beneficio, pedibus mare ſiccum incolumes tranſiere? quomodo eiſdem inuerecunde ante idolum ſaltant? nonne tranſacto mari rubro in laudem Dei canticum Euchariſticum cecinerant? quomodo nũc cãtilenas forte venereas & carmina inhoneſta proferunt? vt ſcias quod omnia quæ in laudem Dei, & in cultũ illius ſeruire deberẽt, ea omnia dæmonis cultui dicat & conſecrat peccator. Rupert. Abbas l. 4. c. 24.
hæc habet Rupert. *Paulo ante lectum fuerat volumen fœderis à Moyſe, audiente populo, qui & dixerunt: omnia quæ locutus eſt Dominus faciemus, & erimus obedientes, hoc facto vtique inaures aureas ſuis auribus internis appendebant, illo vero ſumptum ſanguinem reſperſit in populum, & ait hic eſt ſanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiſcum, itaque vni vero Deo quaſi coniugalem iurauerant copulam, & inauribus mandaterum eius, vt iam dictum eſt, ornatam faciem habebant: at nunc tulerunt inaures aureas de vxorum & filiorum & filiarum ſuarum auribus, fermaueruntque opere fuſorio, & fecerunt ex eis vitulum conflatilem: & eiſdem pedibus quibus mare rubrum tranſierant coram ſali figura ſaltauerunt & veritatem quam cecinerant, dicentes, cantemus Domino glorioſè magnificatus eſt, equum & aſcenſorem proiecis in mare, in mendacium commutauerunt cantando, hi ſunt dij tui Iſrael qui eduxerunt te de terra Ægypti.*

Quos diligimus ſi peccauerint, ſeuere puniamus.

Vade deſcende peccauit populus tuus, Cajetan. 115.
hoc eſt dilectus à te quem eduxiſti de terra Ægypti, tu eduxiſti in manu forti & brachio exténto, cur ergo huius eductionis facis Moyſẽ auctorem? tum, cur hunc non populum tuũ ſed C Moyſis nominas? nam ſi tuus eſſe deſiit propter peccatum Idololatriæ, non eſt dubium quin eum Moyſes non approbet: ne dicas ergo populum ipſius: populum Moyſis appellat id eſt vt ait Cajet. ſibi dilectum, vt hac ratione eum Cajetan.
prouocaret ad grauiſſimas de eius ſcelere pœnas exigendas. *Totum Moyſi incumbis* (inquit Abulenſ.) *quidquid in populo aut bonum aut malum, vt ipſe videns omnia ſibi incumbere tanquam* Abulenſ.
ſuos diligenter caſtiget, & ſic Deus placetur à furore ſuo, ſi autem Deus dixiſſet peccauit populus meus, non curaſſet Moyſes infligere al quam pœnam relinquens Deo: nunc vero quia vocauit Deus iſtum populum Moyſi, aſſumpſit Moyſes magnam curam puniendi ſcelus commiſſum.

Hominis in bono inconſtantia incredibilis. D

Vade deſcende peccauit populus tuus, receſſerunt cito de via quam oſtendiſti eis, Cyrill. decli- 116.
nauerunt confeſtim de via quam præcepiſti eis, quamque promiſerant ſeruaturos, nec ab ea diſceſſuros: quomodo ergo non ſolum ab ea receſſerunt, ſed cito, ſed confeſtim, ſed ſine mora? vt hominis non quamcumque, ſed maximam in bono inconſtantiam compertam haberemus. hoc habet Cyrill. Alexand. 3. in D. Cyrill. Alexand.
Exod. *Audis quam leuis ſit & temerarius Iſrael & valde ad defectionẽ procliuis, ideoque dedignatur populum ſuum eos vocare Deus, Deo igitur non ſunt, veruſque ipſius ac peculiaris populus, qui individua in ipſum delectione flagrant, & ſincerum fidei candorem tuentur, atque ad omne opus bonum confirmati ſunt, leuitatiſque & inconſtantiæ crimen promiſcue repellunt.*

VARIET. LECT. Verſ. 9.

VUlg. Rurſumque ait Dominus ad Moyſen dicens, cerno quod populus iſte duræ ceruicis ſit.

Cald. Notum eſt coram me.

Pagn. Vidi populum hunc, & ecce populus duræ ceruicis,

Mont. Ecce populus durus ceruice ipſe.

Lippom. Infractæ ceruicis.

CONCORDIA.

HIc verſus omnino apud Sept. deſideratur, bene addita eſt illa particula *rurſus* à Vulgat quaſi inter hæc verba & ſoperiora intercesſerit aliqua mora, in qua Moſes audito tanto ſcelere, ad ſtuporem quoque apud ſe quaſi immotus manſit, non deſcendens de mõte, ſed ad ſe redeunti dixit Deus rurſum, cerno quod populus iſte duræ ceruicis ſit, & ita rurſus pro conueniente ſermonis textura poſitum eſt, neq durum, perfractum, incorrigibilem ſignificat.

EXPOSITIO.

R*Vrſumque ait Dominus ad Moyſen*, diximus cur hæc particula *rurſus* ſit addita, *cerno* experientiâ omnibus iam euidenti, *quod populus iſte* non meus, *duræ ſit ceruicis* ad malum propenſiſſimus, & ad bonum indocilis, locutio autem hæc metaphorica eſt, quæ deſumitur à conſuetudine intar homines recepta, qua his quibus obedientiam & reuerentiam præſtamus, caput inclinamus, ac ſubmittimus, hoc autem fit cum ceruicis inflexione, ac ita qui facile obediunt dicuntur habere ceruicem flexibilem, qui difficulter, duram & infractam.

CONCEPTVS.

Peccata noſtra quaſi non videntur à Deo niſi multiplicata.

117. *Cerno quod populus iſte duræ ceruicis ſit.* Cald. notum eſt coram me. quid? nonne antea tibi notum? nonne antea videras infractæ & duræ ceruicis eſſe tibi inobedientiſſimum: cur ergo nunc cum tot multiplicauit peccata in vituli adoratione, ſcortationo, temulentia &c. dicis te videre, quod compertum eſt, populum tibi eſſe rebellem? non eſt dubium quin Deus antea & ab æterno eius infractam ceruicē agnouerit, ſed ita loquitor, quaſi peccata illius non antea attendiſſet, ſed cum iam multiplicata, non poſſit ea non videre. ſic Philoſophatur

Oleaſter. Oleaſt. *Nonne antehac bene Deus duræ ceruicis erat populus? indubie, ſic multiplicatis peccatis amplius detegitur eius duritia, conſidera quæſo quid proſit peccata non augere, quoniam eis multiplicatis multa videntur, quæ antea propter paucitatem occultabantur: contingit ſæpius vt Dominus ſerui priores negligentias non curet, ſed cum eas viderit multiplicatas, eas quas diſſimulauerat, aduertit & punit.*

Difficile Deus etiam grauiſſime offenſus ab hominibus diſcedit.

118. *Cerne quod populus iſte duræ ceruicis ſit*, & ideo quaſi ipſum Moyſen deprecatur, vt ſe dimittat ad puniendum populum ita ſuis inobedientem mandatis: nonne compulit Aaronem vt ſibi Deos faceret? nonne libenti animo ſibi pretioſiſſima in vituli efformationem dederit? ei hoſtias immolauit? &c. Deum ſuum qui ſe eduxerat ab Ægypto vitulū prædicauit? cur ergo ſi tot tibi iniurias inferri vidiſti, ita Domini & gloriæ detrahi? tot blaſphemias ab ore ſacrilego iaculatas audiſti? cur inquam quaſi iratus non eſſes, ilico non abſcedis, ſed moras nectens & quaſi minime cupiens abire, ſic rogas dimitti? quid rogas Domine dimitti? cur non magis diſcedis? cur moras protrahis, & quælibet impedimenta non abrumpis? non ſic facile Dominus diſcedit ab homine ſuo, etiam iniuriis & grauiſſimis impulſus adhuc moratur, adhuc cunctatur, nec amat à ſalutis opere deſiſtere, hinc Diuus Cyrill. Hieroſ. catech. 2. S. Cyrill. Hieroſ. *Etiamſi vniuerſus populus peccet, non ſuperabis diuinam benignitatem, vitulum populus fabricauerat, ſed non deſtitit Dominus Deus à benignitate: negauerunt Deum homines ſed Deus ſeipſum non negauit: iſti ſunt dij tui Iſrael, & tamen pro more ſuo Deus ſeruabat illos*, is eſt Deus qui iniuriis omnino non ferendis affectus, tot peccatis prouocatus, adhuc mouetur, & inſtat procurandæ miſerorum ſaluti.

Tanta vis orationis etiam futuræ, vt Deum ne in peccatores iraſcatur, etiam detineat.

Cerno quod populus iſte duræ ceruicis ſit, & 119. ideo Moyſes iam non ſunt ferenda illius crimina, quid enim mihi ignominioſius, quam in conſpectu meo falſum Deum colere, eumque beneficiorum, quæ à me accepit proclamare auctorem? dimitte me ergo vt iraſcatur furor meus contra eum? quis te detinet? nec à tempore quo ſeruo tuo Moyſi aperuiſti populi

induratam maliriam, pro tanti ſceleris grauitate ne vnum verbum protulit: nota tuuc Moyſen neqnaquam Deum deprecatum, tamen erat poſtea eum deprecaturus & de facto Deũ poſtea oraoit pro ſalute populi: ſi ergo tũc non orabat, cur illi Dominus inclamar, dimitte me? quis Domine te detinet? Moyſes, quo pacto oratione ſua, at non modo deprecatur; ita eſt, ſed ſcio poſtea illum oraturum. collige ergo quanta ſit vis orationis apud Deum, vt ipſa non ſolum præſens ſed abſens & futura Deum tenere àc detinere ſic dicatur, ad banc mentem dicebat S. Bernard. ſerm. 5. de quadrag.
[Bern]ard. *Nemo veſtrum fratres paruipendat orationem ſuam, dico enim vobis, quia ille ad quem oramus non paruipendat eam, priuſquam egreſſa eſt ab ore veſtro, ipſe iubet eam ſcribi in libro ſuo*, pende, *antequam egreſſa eſt*, & eum auertit ab indignatione iuſte in peccatores concepta.

Incredibilis prorſus populi Hebræi aduerſus Deum rebellio.

10. *Cerno quod populus iſte duræ ceruicis ſit*, Lippomanus, *infracta*, quid? itane Deo rebellis? ita ne diuinis eius mandatis inobediés, vt non ſolum duræ ceruicis ſit, ſed quæ nec etiam frangi poſſit aut emolliri? quis hoc credet? nullus quidem, quis enim perſuaſum babere poteſt populum à duriſſima ſeruitute ereptum, Pharaonem immaniſſimum & potentiſſimum ſingulari Dei beneficio euaſiſſe, imo inſignem triumphum retuliſſe, ſiccis veſtigiis mare tráſiiſſe &c. Deum tamen verum & liberatorem ſuum ſpreuiſſe, & falſum adoraſſe, eique omnia quæ à vero numine acceperat beneficia retuliſſe? quis inquam hoc perſuaſum ſibi poteſt habere? nullus equidem, incredibilis enim prorſus illius aduerſus Deum rebellio & benefactorem ſuum ingratitodo, religio eſſet quæ D. Baſil. Selen ad mentem noſtram adducit in huius rei confirmationem ſilentio obuoluere: ſic autem ſcribit orat. 31. Gens Deo diuinæque beneficentiæ rebellatrix, moleſte ferebant ulim ſeruitutem Ægyptiacam, & ab ea libetati connitiis liberatorem inceſſebant: quaſi defuerint in Ægypto tumuli, eduxit nos, vt occidat in deſerto. mare velut viam publicam decurrebant, pedibus puluerantibus maris iter conficiebant, & vitulo per adorationem clamore gratiam referebant: hi ſunt dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Ægypti: cœlum etiam mannæ copiam demiſit, & qui ſub cœlo ſunt, in blaſphemias erumpunt: nauſeat anima noſtra ſuper cibo iſto leuiſſimo, rupes quoque ſecuta eſt quæ torrentibus ſolitudinem inondauit, & vnius virgæ percuſſio frequentes peperit vndarum fontes, ſed ingratam eorum linguam non eluit, qui percepto aquæ beneficio dicebant: quoniam percuſſit petram & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt; numquid & panem poteſt dare? iterum viarum comitabatur nubes, tum ad ignorantiam leuandam, tum ad ſolis ardorem defendendum, noctem columna ignea illuminabat: verum tot à Deo miraculis honorati, maledictis eum exhonorabant: conſtituamus nobis ducem & reuertamur in Ægyptum: auium nubes aer dependebat veluti peregrinis hoſpiribus obſonium apparens: veſtis ab ipſis totos quadraginta annos trita recentis operis ſpeciem pertinaciter dabat, nouo exortu temporis edacitatem peruincens; renouabatur ſimul cum veſte calceorum vſus ad annorum quadraginta tempos, & errationem reſiſtens: præliantibus illis elementa ſucurrebant, quando ſol curſus lentare doctus victoriam illis præcipiti curſu conficiebat: diurna ſpatia producebat, vt vno ipſo die pugnãtibus trophæum pareret: producebat curſum, vt victoriæ tempus corriperet, aut potius tempus extrahebat, vt ne diuturniore victoria fatigatis moleſtiam crearet: poſt ſolem ſtetere fluctus Iordanis & vnda frænos paſſa eſt, dum ſpatium dat euntibus: ſtetit conſuetus fluxus, duo prætereant, præſtolatus. Reges ea re audita conturbabantur, ſponte ſua ciuitates collabebantur, obſeſſa Iericho murorum orbem exuebat, habitatores ſuos ipſa fugeret & ad Iſraelitas transfugeret. horum quæ gratia? conſtituamus nobis ducem & reuertamur in Ægyptum. grauiora Num 14. ſubſequuntur ante relatis, Moabiticum ſimulachrum adoratum, & victores idola victorum adorabant, Prophetici ſanguinis effuſio, Moſaici libri concremati, odium religionis Deo gratæ, Diabolicarum ſtatuarum ſedes, ſed hæc vetera atque obſoleta. ſub incarnationem Saluatoris, quibus fuere Iudæi moribus? Chriſtus homines miſeratus venit ſalutarem manum homini porrigens: nec ea fuit miraculorum reuerentia, vt mores alios inducerent; ſed maiorum anguſtia hæredes nacta perdurabat h[æ]c quoque tempore: erant in oculis denſiſſima miracula, curationum maria omnigenerum bonorum profluentia, ſed ex beneficentia luctu conficiebantur, inopiam conſilij verbis vulgabant, quid facimus quia hic homo talia ſigna facit?

Baſilius Seleuc.

Num. 16.

Num. 16.

Pſal. 7.

Num 14.

Qui poſt innumera accepta beneficia à Deo eum offendit, duræ ceruicis & incorrigibiles cenſeri poteſt.

Cerno quod populus iſte duræ ceruicis ſit, dimitte me vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos, pende illa verba, *duræ ceruicis* quæ iuxta Lippom. ſonant, populus incorrigibilis, valde indomitus, & durus corde: at in quo cordis duritia, cum hoc primum eorum fuerit idololatriæ peccatum? ſane ſi poſt multas inobedientias, ſi poſt multas Spiritui ſancto obſiſtentias, hoc dixiſſet, non equidem eſſet mirum: qua propter rationabiliter glorioſus protomartyr Stephanus, duros eos ceruice appellauit, ex ante actis enim Deo obſiſtẽtiis merito ſic appellabantur, quod appoſite aduotauit Chryſoſt. hom. 1. aduerſus Iudæos ſuper eadem B. Steph. verba Actorum 7. vos ſemper Act. 7. Spiritui ſancto reſtitiſtis: vbi Chryſoſt. *Iudæi* Chryſ. *ſemper fecerunt quæ Dei placitis aduerſata ſunt, etenim cum volebat eos ieiunare, tunc incraſſabantur dilatabantur, rurſus vbi non volebat eos ieiunare, mordicus tenebant ieiunium, cum velles victimas ſibi offerre, ad ſimulachra properabant, vnde ideo Stephanus dicebat ad illos: vos ſemper &c.* bene quidẽ poſt hæc, homines dicũtur reſiſtẽtes, ac infractæ ceruicis ſeu cordis duri: at poſt primũ idololatriæ peccatũ: vnde Deus duritiem

121.

A vidit ſane ex prodigiis, ex iudiciis, ex miraculis contra Ægyptum operatis, illud Deus edoait, digne æſtimans populum talem duriſſimum, ac lapideum poſſidere cor, dum poſt tanta eius prodigia, & ſic recentia poſt tot beneficia, tam cito viam deſeruiſſe, ad Idololatriam acceſſiſſe, & inſuper poſt tale tantumque peccatum ad ebrietates ac commeſſationes, ad ludos, ad tympana, quid durius? qui ſenſus rectè expenditur à Cajet. qui in hæc verba, cerno quod populus iſte duræ ceruicis ſit, ſic ait, *Poteſt intelligi de viſione viſitationis, vt Deus dicat ſe viſitaſſe populum iſtum tanta multitudine beneficiorum, cum tot manifeſtis miraculis, & ipſoſe offert dura ceruicis, hoc eſt inflexibilem ad obediendum mihi, ad cognoſcendum me benefactorem.* Acutè duritiem ceruicis non ex factis multis malis collegit Deus, ſed ex miraculis multis, & ex prodigiis ac iudiciis admirabilibus ante actis, vnde digniſſime reputauit, quod & ſi primum eſſet peccatum, tamen duriſſimi ſignum cordis, dum poſt tanta iudicia & beneficia ad illa non attendens in peccatum prolapſus eſt.

Cajet.

Lex perfecta non danda homini duræ ceruicis.

122. *Cerno quod populus iſte duræ ceruicis ſit*, ſed ſi talem præuidiſti, cur legem qualem Moyſi cōſignaſti, impoſuiſti? cur loco illius legem gratiæ non ſubſtituiſti? forte eam non rebelles admiſiſſent, non alia lex niſi ſcripta imponitur; lex enim perfecta qualis gratiæ nequaquam danda populo duræ ceruicis, prorſus enim eam repudiaſſet, nec ſolum aute admiſiſſet. ſic Petrus Damian. ſerm. 45. de natiuit. Virginis. C *Quia rudis adhuc ille populus ſuperbus & rigidus erat ad portandum perfectæ legis iugum, ceruicem cordis humiliare non poterat, de quo nimirum populo ad Moyſen Dominus dicit, cerno quod populus iſte duræ ceruicis ſit, danda ergo illi fuerat huiuſmodi lex, qua nec omnino à diuinis obſequiis liberum ire permitteret, nec tamen præcipiendo ſumma & grauia deterreret.*

S. Petrus Damian.

Tanta ſunt aliquorum crimina, vt his auditis non ſolum obſtupeſcimus, ſed quaſi præ ſtupore inſenſibiles reddimur.

123. *Cerno quod populus iſte duræ ceruicis ſit*, hoc rurſus dixit, poſtquam illi Idololatriam populi ſui aperuit. verum cur obſeruat textus, quod rurſus ei hæc diceat? an interſuperat Deus primum ſermonem? non legimus, nec enim Moyſes adhuc ei verbum reſponderat, non ergo addere debebat hanc particulam *rurſus dixit* &c recte addita eſt, ſed quorsū? quia Moyſes audito nefando Idololatriæ crimine à populo commiſſo, non ſolum erubuit, ſed tanto ſtupore correptus, vt nec Deum loquentem audiret, quapropter expectandum, vt ſenſibus recuperatis, denuo qualis eſſet populus, & quam infractæ ceruicis aperiret. non abnuit Cajet. *Diſtinctio iſta ſermonis diuini innuit, quod Moyſes audito tanto ſcelere populi ingemuit ratione diuinæ iniuriæ & mali in populo.*

Cajetan.

Populorum duritiam domat magis manſuetudo principis quam rigor.

B

124. *Cerno quod populus iſte dura ſit ceruicis*, quod idem repetit cap. 33. ex quo affirmat cum illo nequaquam deſcenſurum; ſi tanta eſt ergo populi durities & ferocitas, cur ſeueriſſimus princeps ad eum coercendum à Deo non eligitur? cur omnium manſuetiſſimus qualis fuit Moyſes? quia populorum duritiam & mentem eorum obſtinatam magis domat manſuetudo principis, quam rigor & ſeueritas: *vnde* eum electurus Deus in ducem *populi duræ* ceruicis, prius per quadraginta annos paſtoritiam mitiſſimam artem voluit, vt exerceret, vt inde edoctus bellicos exueret Spiritus, quibus ante regiminis aſſumptionem feruebat, promptior enim tunc temporis erat ad occidendum, percutiendum, plectendum, quam medicandum, fouendum, hinc vix Ægyptium iniuriam inferentem aſpexit, ac eum occidit: & iniuriæ paſtorum impatiens in adoleſcentulas, contra eos inſurgens, defenſis puellis adaquauit oues earum: voluit ergo inquam vt exerceret mitiſſimam artem qualis eſt paſtoritia per plurimos annos, vt bellicos exuens Spiritus, mites & benignos indueret. *Eſt enim* vt ait Philo iam à nobis citatus lib. 1. de vita Moyſis, *ars paſtoralis, quaſi præludium ad regnum, nam quemadmodum bellicoſa ingenia ſe in venationibus præexercent, & in feris experiuntur, quid poſtea in bello poſſint: ita qui tractant oues pecora mitiſſima, mitem quoque prædiscunt regiminis methodum, qua poſtea hominem manſuetiſſimum animal gubernant.*

Philo Iudæus.

VARIET. LECT. Verſ. 10.

Vulg. Dimitte me vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam.

Sept. Et nunc ſine me, & indignatus ira in eos atteram eos.

Cald. Nunc dimitte deprecationem tuam à facie mea, & iraſcetur furor meus contra eos, D & conſumam eos.

Onk. Vt iraſcatur ira mea contra eos, teque faciam in magnum populum.

Pagn. Et nunc dimitte mihi, & excandeſcet furor meus in eos.

Mont. Et excandeſcet naſus meus.

Cyrill. Succenſus ira in eos, atteram eos.

CONCORDIA.

DImitte me, Hebraicè præcedit ועתה ve-hatta & nunc, ſic etiam apud Sept. Cald. vero, more ſuo, quid intendat Dominus per hoc verbum dimitte me, indicare volens, habet & nunc dimitte deprecationem tuam à facie mea, quaſi dicat, noli apud me preces fundere vt iraſcatur furor meus contra eos, Hebr. ויחר אפי בהם & excandeſcet naſus meus, in eos verbum חרה excandeſcere, iraſci interpretatur, ſicutque naſus furor, ira; qui enim iraſcuntur naribus inflantur.

EXPOSITIO.

D*Imitte me*, ne me orationibus tuis impedias, noli pro eis intercedere; non te mihi obiicias: cum ait dimitte me metaphoricè loquitur, ſignificat enim ſe precibus Moſis placari poſſe, quod illi ſolent qui ab aliquo ne illum ſeuere animaduertant, impediuntur, *vt iraſcatur furor meus contra eos*, metaphoricè hoc intellige, ſcilicet ab effectu, & ad ſimilitudinem irati, *vt perdam*, & deſtruam, ſicut faciunt qui furore impellente alios perſequuntur, *faciamque te in gentem magnam*, aliqui ita interpretantur, vt ſit ſenſus, alteri genti, quæ hac longe ſit numeroſior, præficiam, ſed ſenſus ſubſequens accommodatior mihi videtur, nempe efficiam, vt ex te gens magna oriatur, ne promiſſiones patribus factas ex eorum ſemine reuocare videretur.

CONCEPTVS.

Poteſtas quæ à Deo venit, menſuratur beneficiendi facultati.

125. *Dimitte me vt iraſcatur furor meus contra eos & deleam eos* dimitti ô Deus omnipotens poſtulas à Moyſe! quid? nonne rex regum & Dominus dominantium? quomodo ergo quis te detinere poteſt? cur ſic te oſtendis homini ſubditum, quaſi nullam aut puſillam habeas poteſtatem faciendi quod tibi placitum? plane totum negotium Dei in præſenti erat plenum ira, qua non acquirere & ſuſtentare, ſed perdere populum decernebat, adeo vt vix parua oſtenderetur benefaciendi ſcintilla, & ſic neceſſe fuit vt parua aut nulla oſtenderetur poteſtas diuina, quando hæc menſuratur facultati auxiliatrici benefactrici. ſapienter ad hæc aiebat Tertul. lib. 2. in Marcion. *Satis & tunc puſillus Deus in ipſa etiam ferocia ſua, cum ob vituli conſecrationem efferatus in populum de famulo ſuo poſtulat Moyſe, ſine me, vt indignatus ira diſperdam illos*, vbi in diſperſionem populi & non in acquiſitionem exurgit Deus, puſillus ſatis apparet, & quaſi nullius poteſtatis. Tertull.

Celerius puniuntur fideles delinquentes quam infideles.

126. *Dimitte me vt iraſcatur furor meus vt deleam eos*, quid? nondum vix bene formatus vitulus, vix à via iuſtitiæ Iſrael receſſerat, & ecce ilico Deus in eum armatur vt internecione deleat: attendamus peccatum Sodomorum, grauiſſimum erat vtpote contra naturam, generaliſſimum, omnes à minimo fere vſque maximum peccauerāt, quomodo cum eis ſe Deus habuit? prius deſcendit, ambulauit ac veluti ex otio cum Abraham ſermones commiſcuit; ait enim Geneſ. 18. deſcendam, videbo. quid tāta mora, ſic ſpacioſus inceſſus ad puniendum Sodomitas in grauiſſimo veteratos ſcelere, & tāta celeritas in punitione populi Iſrael vix peccantis? quid hoc eſt? forte quia Sodomitæ ſine lege, Iſraelitæ cum ea, illi abſque igne Spiritus ſancti, iſti cum eo; hinc merito quaſi zelo non æſtuans placide deſcēdit ad non ſuos licet grauiſſimos peccatores: at quam citiſſime ad ſuos rebelles puniendi eos ſeueriſſime gratiâ, quia vt erudite D. Paſchaſ. lib. 2. in Matth in illa verba Matth. 3. baptizabit vos Spiritu ſancto & igne, ait, *Nos in præſenti quaſi Spiritu ſancto abluit. & deinde ſi qua peccati macula ſubrepſerit, per ignem conflationis ad purum exurit.* Geneſ. 18. S. Paſchaſ. Matth. 3.

Qui nouit magna propter Deum contemnere, diuinam cohibet iram à peccatoribus.

127. *Dimitte me vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos*, dimitte me ait, quaſi Deus impediretur à ſeruo ſuo Moyſe, ne poſſet iraſci in populum: quis te coercere poteſt, qui omnibus terminos imponis? qui vnico nutu quælibet vincula, quibus fideles ſerui conſtringebantur, dirupiſti? licet Moyſes Deus ſit Pharaonis, tamen tu ipſius es Deus, deſine ergo dicere, vt te dimittat; nonne ille eſt Moyſes, qui ſceptrum Ægypti renuit habere, vt Deo famularetur? quo poſito ſic acute Ricard. Victor. 1. p. de gradibus charit. c. 3. ait, *Audis dimitte & Deum teneri, ne dubites, nec aliunde quam amoris fortitudine, qua vis? cuius? illius vtique ſerui fidelis, qui in populum maiorem maior fieri & glorioſior renuit*: ſic potens eſt, qui maioritates & celſitudines contemnit, vt poſſit diuinam iram cohibere, ne quem perimat. Richard. Victor.

Oratio iuſti murus eſt interpoſitus, ne Deus peccatorem offendat.

128. *Dimitte me vt iraſcatur furor meus contra eos*, cum incorporeus ſit, nequaquam ab homine mortali teneri potes, quomodo ergo præcipis Moyſi, vt te dimittat, ſi ab eo non teneris, nec impotens es factus? non eum tenet Moſes, ſed

orationem murum fortiſſimum interponit, ne Deus ira excandeſcens in peccatores, eos offendere poſſit, murorum loco ſe preces habere indicat eleganter S. Hieronym. in cap. 58. Iſaiæ, colligitque ex his verbis Iſaiæ, vocaberis ædificator ſæpium, auertens ſemitas in quietem. 58. verſ. 12. *Quod Aquila* (inquit) *interpretatus eſt* προφραγμὸν χολῆς *quod nos poſſumus iuxta ſenſum dicere, qui ſe opponit iracundiæ Dei ſæuienti: denique Symmachus tranſtulit murum opponens cadenti qualis fuit Moyſes, & Aaron, & Samuel, qui iræ Domini reſtiterunt, & quaſi ædificato muro, indignationi eius poſuerũt terminum; quod & Hieremia dicitur, ne occurrat Domino, ne ira eius velit reſiſtere, & indignationem precibus quaſi quodam muro intercludere, & Moyſi, quaſi teneretur ab eo Dominus dimitte me, inquit, & perdam populum iſtum: iſtiuſmodi ergo ædificator materiarum murorumque, & ſæpium conuertet ſemitas in quietem; vt nequaquam Dei ira deſæuiat, ſed placatus ſit ei Dominus, & omnes indignationis ſemitæ cõquieſcant:* vbi vides ita murũ orationes preceſque dici, vt non contra creata ſolum illum opponere poſſimus, contra hoſtium ſæuientium machinas; ſed contra Deum etiam; adeo vt diuinæ iræ machinis precum murus reſiſtat.

Margin: Iſaiæ, 58. — S. Hieron. — Aquila — Simmach. — Hierem. 7.

Deus ſatagit, vt eum ab inferendo ſupplicio auertamus.

229. *Dimitte me vt iraſcatur furor meus contra eos,* quis tunc quæſo ſupremum iudicem à vindicta retardabat? plane nullus, nam licet hãc vim eſſe orationis diximus, vt Deum à puniendo retrahat, tamen nũc nulla aderat precatio, neque enim in littera dicitur Moyſes quidquam eatenus poſtulaſſe; quid ergo Deus aliquid præcauẽs, inquit dimitte me? B. Aug. q. 144. in Exod. *Licet eos* (inquit) *diligeret Moyſes, tamen illos occultius Deus diligebat, dũ manifeſta voce terrebat, qui ſcilicet illud dimitte me monendo dixit potius quam iubendo,* quaſi Deus diceret illud dimitte, non quia impediebatur, ſed vt impediretur aliquo medio nempe oratione, vt ab inferendo ſupplicio plebi licet ingratiſſimæ deſiſteret.

Margin: S. Auguſt.

Deus prædicit & comminatur puniturum, vt ad pœnitentiam prouocet.

230. *Dimitte me vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos,* nonne grauiter hic populus te offendit? nunne ſordidæ ſe maculauit Idololatriæ crimine? ne dicas igitur iraſcetur furor meus contra eos & delebo, ſed illico abſque vlla cõminatione, cum quodlibet mereantur ſupplicium, ſeueriſſimas ab eis pœnas exige? primo comminatur, prædicitque ſe eos puniturum, ne puniat, ſed ad pœnitentiam prouocet. ſic obſeruat B. Baſil. Magn. ad cap. 5. Iſaiæ. *Clementia Dei erga homines peculiare hoc eſt, non clã aut ſilenter ingerit ſupplicia, ſed intendens comminationes, ea prædicit afferre, per hoc peccatores inuitans ad pœnitentiam, id quod fecit Niniuitis Iona præcone, Iſraeli item cum deliquiſſet nunquam tacite extremam induxit perniciem, ſed famulo ſuo excitato ad precandum pro populi peccatis pœnas prænuntiabat dicens, & nunc dimitte me & delebo populum hunc.*

Margin: D. Baſilius Magn.

Vult Deus vt omnibus pateat, in quanta æſtimatione ſuos habeat ſeruos.

Dimitte me vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos, quod ſi perinde fuit ac deprecandi anſam Moyſi præbere, vt ait Greg. Magn. l. 9. moral. cap. 11. vel ei dicere, prohibe me, vt habet Theod. at ſi iraſci tunc & punire populum Deus volebat, cur Moyſi iram ſuam impedituro reuelabat? ſi parcere & miſereri deſtinauerat, cur iram & indignationem ſuam iactitabat? triumphabat hîc Iulianus Apoſtata Hebræorum Deum inſectatus, quaſi varium & inconſtantem, & pœnitentem conſilij ſui: calumniabantur etiam Marcioniſtæ apud Tertul. l. 2. contra Marcion. cap. 26. meliorem affirmantes Moyſem Deo ſuo deprecatorem, imo prohibitorem iræ. ſed impio Imperatori Cyrill. lib. 5. contra eum, & hæreticis Tertull. ibi ſatisfaciũt doctiſſime, affirmantes Deum ibi nec ferocia animi iram ſuam iactaſſe, nec inconſtantiã cohiboiſſe, ſed iuſte quidem excandeſcentem, ſimulque ad miſericordiam pronum Moyſi inſpiraſſe, vt pro populo obſecraret, vt inde mundo fieret manifeſtum, quanta illius eſſet & quanto in honore apud Deum haberetur. ſed audiamus Tertull. ita dicentem, *Sed ſufficit ſi & Moyſi propriè donatus eſt populus ad præſens: quid vt famulus poſtulare poſſet a Domino id Dominus à ſe poſtulauit, ad hoc enim famulo dixit ſine me, & diſperdã illos, vt ille poſtulãdo & ſemetipſũ offerendo, non fineret: atque ita diſceres quantum liceat fideli & Prophetæ apud Deum* · en quo iuerit Domini conſilium, iram ſuam manifeſtantis! nempe vt dum illam Moyſes precibus ſuis cohibebat, manifeſtum fieret, quantum ipſe gratiã apud Deum valeret, ac proinde ſummo apud omnes in honore haberetur. 231.

Margin: Tertull.

Vere amans, dilectum excludi à gratiis ſibi communicandis nequaquam patitur.

Dimitte me vt iraſcatur furor meus contra eos & deleam eos, ſi te dimiſerit, qua gratia eum proſequeris: faciam te in gentem magnam, nempe vel alteri genti quæ longe hac numeroſior erit te præficiam, vel efficiam vt ex te gens magna oriatur. ecce vt te Deus donat inſignibus propoſitis honoribus ne vindicaturo te opponas, cauſamque multitudinis agſcit: ergo reſpuis alterius populi nobilioris & melioris fieri rector, gubernator, & progenitor? verum nonne affectu teneriſſimo, populum diligebat Moyſes, vt non plus mater ſobolem deperierit? ne mireris ergo ſi ſpreto honore ſibi à Deo propoſito, ſi ab eo vocatus vt fieret in gentem magnam, hanc inſignẽ reſpuit tacite gratiam, quoniam verè amans dilectum excludi à gratiis ſibi communicatis, dõmodo permittat punire, nequaquam ferre poteſt. hoc acumen eſt D. Bernard. ſerm. 12. in Cantic. *Denique ſi dimittis ais dimitte, ſin autem dele me de libro tuo quem ſcripſiſti. ô vere hominem vnctum vnctione miſericordiæ! loquitur plane parentis affectu, quem nulla poſſit delectare fælicitas, ex eis abſque quos parturiuit: verbi gratia, ſi diues quiſpiam mulieri pauperculæ dicat, ingredere tu ad prãdium meum, ſed quem geſtas infantulum relinque foras* 232.

Margin: S. Bernard.

queniam ploras & nobis moleſtus eſt, numquid faciet? nonne magit eliget ieiunare quam expoſito pignore charo ſola prandere cum diuite? ita noc Moyſes ſe vult ſolum introduci in gaudium Domini ſui, foris ſcilicet remanente populo, cui ſcilicet inquieto & ingrato vice pariter & affectione matris inhæret.

Oratio eo vſque ambitioſe audet, vt Deum fore ſibi obſequentem præſumat.

3. *Dimitte me vt iraſcatur furor meus contra eos & deleam eos*, S Gregor. Magnus cit. quid eſt (inquit) ſeruo dicare dimitte me, niſi deprecandi auſum præbere? auſum appellat orationem, quid? nonne oratio maxima cum humilitate effundi debet? quomodo ergo in Deum audet? nonne ſuperborum illud eſt in Deum aliquid audere? res humilis quidem oratio eſt, ſed admodum tamen ſuperba, quid abiectius eo qui alium ſupplicat, & ſupplicatione ſua palam fatetur ſe inſufficientem eſſe, ad illud quod poſtulat aſſequendum? ſed quid arrogantius eo qui ſic præſumit de potentia aliena, ac ſi eſſet propria? orans qui petit ab alieno ſuſpenditur arbitrio, qui impetrare præſumit, aliena bona diſpenſat vt ſua: ergo qui ſuppliciter orat fere arroganter audet & humili prece, quaſi ambitioſe ſuperbit: quis hoc aſſeret? ſane Tertull. Apolog. 39. qui orationem pie ambitioſam appellat, ſic enim ait, *precationibus ambiamus orare*, à quo Saluian. l. 4. de gubernatione. *piiſſimum Deum tanta precum ambitione pulſaret*, ambitioſus dicitur, qui honores ſuſpitat, qui præfecturas ambit, &c. cuius votum mundanus honor, & famæ gloria eſt, hæc vt aſſequatur, nec parcit ſumptui, nec laborem fugit, promptè reliqua expendens, vt mereatur honorem, quem impenſe affectat: ſic oratio de ſe humilis & ſupplex tamen ambitioſa dicitur, & gloriæ cupida, ſublimitates inhiat, & imperia ambit, præſumit enim vti prece pro iuſſione, & oratione pro imperio. ſententioſe ad rem inquit Clem Alexand. lib. 6. ſtrom. *Oratio dominans*, & ſic quaſi imperabat Deo Moyſes, cum eum detinet, ne vindictam de populo Iſrael ſumeret.

Tertull. Saluianus. (margin)

Clem. Alexand. (margin)

Optimi prælati eſt, irato Deo in ſubditos, ipſi obuiam ire, totumque iræ pondus in ſe transferre.

Dimitte me vt iraſcatur furor meus contra eos
134. *& deleam eos*, quod recolens regius vates, Pſal. 105. ait & dixit, vt diſperderet eos, ſi non
l. 105. Moyſes electus eius ſtetiſſet in confractione in conſpectu eius. quid hoc eſt quod in confractione populi ſtetetit Moyſes in cõſpectu Dei? ſane illud *in confractione* alium ſenſum habet ab eo, qui in ſuperficie eſt: nam in Hebræo eſt in ruptura muri, ac proinde ſententia eſt Moſem iræ Dei irruenti, vel irruere volenti in peccatorem Iſraelitam, ſeſe in prærupti muri aditu, ipſo quaſi telum corpore, excepturum ſe oppoſuiſſe, nam ſic Deo in populum irato & ſupplicia inferre molienti, ſic obuiam ibat, vt totum ipſe belli pondus in ſe transferret, ſuſtinereq; expoſceret: ſic in hunc Pſal. B. Aug. *Non ita dixit ſtetiſſe in confractione, quaſi vt frangeret iram Dei, ſed in confractione quaſi in plaga qua erant illi feriendi, niſi obieciſſet ſeipſum pro eis, diceus dimitte illis peccatum, dimitte, ſin autem dele me de libro vitæ.*

Aug. (margin)

In eo quod videtur Deus iratus, miſericordiarum ſuarum præbet argumentum.

Dimitte me vt iraſcatur furor meus contra eos 135.
& deleam eos, Pag. *excandeſcet furor meus contra eos*, Cyrill. *incenſus ira in eos exteram eos*, ſummè Deum dices iratum, cum furore excandeſcat, & indignatione ſuccenſus velit populum exterere, & omnino delere, & ſane æquiſſimum ſupplicium & tanto ſcelere dignum: ſed ſi Deum ita excandeſcentem videas, nonne ad oratiunculam ſerui iram depoſuit & omnino remiſit? quis princeps crimine infidelitatis ſerui offenſus, precibus ſuorum cedet? nonne ab eo ſeueram ſumet vindictam? non ergo Deum nimia percitum ira dixeris, ſed miſericordem prædica audiẽdus S. Cyrill. Alexand. lib. 5. contra Iulian. quoniam ſummam calumniam putat Iulianus quod interdum in manſuetiſſimum vniuerſorum Deum transferamus iram, age etiam hoc dicamus ei, væ qui dicunt bonum malum, & malum bonum: taxat enim inſipienter, quæ ſane ſapiens omnimodo debebat maximi facere, eſt enim tardus ad iram vniuerſorum Deus, hoc eſt vt definiat delinquentibus congruas pœnas; facillimus autem ad deponendam iram, & ad prompte miſerendum his qui in ſuis delictis comprehenduntur; vitulum enim fecerat in eremo Iſrael, & oblitus erat miraculorũ quæ à Deo facta in Ægypto, ſuccenſus ob hoc Deus, idque valde merito, dixitque ad ſacrorum ducem Moyſen, vade ſtatim hinc, tranſi, inique enim egit populus tuus, quem eduxiſti ex terra Ægypti, egreſſi ſtatim ſunt de via quam mandaſti eis, fecerunt ſibi vitulum & adorauerunt illum, ſacrificaueruntque illi, & dixerunt, hi ſunt dij tui Iſrael, qui eduxerunt te de terra Ægypti: & nunc ſine me, & ſuccenſus ira in eos exteram eos, & faciam te in gentem magnam: orante autem ſapientiſſimo Moyſe, vt his qui peccauerant, veniam condonaret; propitiatus eſt (inquit) vt lucrifaceret populum ſuum, quanquam videat quis reges terrenos furore equidem immodico percitos, in eos qui per inſipientiam ipſos offenderunt, nulliſque obſecranti cedentes, non ſortitis ſummos thronos, non exercituum ducibus, non aliis quibuſdam ſumma dignitate conſpicuis aures præbent. at ille ſummus & maximus Deus, vnius iuſti preces admittit: dicet autem forſitan aduerſarius, numquid conſiderauit, & ſenſit ſero meliora, & tardum conſilium recepit, quamuis oportebat futurum non ignorare, nec permittere ab initio, vt noſtra ab ira ceſſandum eſſet? quod autem diuerſum ſentire volens, etiam progenitorum ſuorum non meminerit, facile videre licet; obliuiſcitur enim fortaſſis Homeri, qui de ſuis diis dicit, mutabiles autem etiam dij ipſi, quod autem & ea in Deo carpit, quæ ob nimiam ſuauitatem morum admirari decebat, manifeſtum minime labo-

S Cyrill. Alexand. (margin)

rioſum ſi quis diſpenſationem in his quæ acta ſunt, addiſcere voluerit: nam oportebat quidem eos qui nefaria perpetrarunt, declarari reos iudicij, hac ratione & iraſci dicitur. verum erat neceſſarium præterea noſſe etiā nos, qui poſt Moyſen benignitatis, quæ in Deo eminentiam, & quantum virtus valeat apud illum & quanta vis orationum ſanctorum, an non hæc bonam ſpem vitæ concedunt? etenim quod vnius iuſti preces admittit, magna interdum & ob grauia delicta, condemnata multitudine, quomodo non omnes gaudere oportet? quamuis ſuis capitibus humanis infirmitatibus implicitis ob ſacras leges offenſas, ſupplicium imminens videant, ſufficient enim & ipſis vnius iuſti preces in ſubſidium.

Tanta miſericordia eſt Deus, vt etiam nos excitet vt ab eo illam poſtulemus.

136. *Dimitte me vt iraſcatur furor meus contra eos,* cur rogas, vt dimittat te Moyſes? ſeuere indomitum & duræ ceruicis populū caſtiga à quolibet independenter, quis arguet æquiſſimum hoc iudicium? ait Moyſi dimitte me, cum prouocans vt non ſe dimitteret, quoadusque irā depoſitā miſericordiæ ſuæ in eos ſtillaret rorem; accerſenda huc verba Theod. *Dimitte me per u le eſt ac ſi dixiſſet prohibe me, nam quia ille magnus Moyſ. ſpeccatum populi ignorabat, illum & Deus ipſe de populi peccato certiorem facit, & vt legationem pro popu'o ſuſciperet excitauit, qui ira commotus aliquid agit peccatores hortatoreſque maxime recuſat: at vero Deus ait dimitte me, nullus autem peccatores expectat vt iraſcatur, ſed vt admonitus ab ira quieſcat.* eadem habet D. Athanaſ in cat. græca.

Theod.

S. Athanas.

Si quis Deo reſiſtit, ab eo accepit quo reſiſtere poſſit.

137. *Dimitte me vt iraſcatur furor meus contra eos,* ſi detineris, ne contra populum tuum iraſcaris, ergo iræ tuæ aliquis poteſt reſiſtere, quod contrarium Iob ſentire videtur; ait enim, Deus cuius iræ reſiſtere nemo poteſt: ſi ſacra igitur eloquia teſtantur, iræ diuinæ nullum ſe opponere poſſe: quomodo Deus indicat ſuæ Moyſem reſiſtere, cum ait dimitte me vt iraſcatur furor meus contra eos? nonne illius ira, vt ait Auguſtinus inauertibilis eſt? Symmachus cuius inflexibilis ira? quid ergo dicemus? ſane quod nullus ex ſe iræ Dei reſiſtere poteſt, cum enim indignationem aduerſus mortales concipit, nullius metu vel increpatione iram remittit: ſed ſi quis ei reſiſtit ab eo accipit quo ei reſiſtere poſſit. erudite Gregorius Magnus, lib. 9. moral. cap. 12. ſi ſubtiliter hæc beati Iobi verba, & illorum facta penſamus, & verum cognoſcimus, quia diuinæ iræ non reſiſtitur; & verum quia multi ſæpe reſtiterunt, omnes etenim ſancti qui iræ Dei obuiant, ab ipſo accipiunt, vt contra impetum percuſſionis eius opponantur, atque vt ita dixerim cum ipſo ſe erigunt contra ipſum, eoſque diuina vis ſibi opponit ſecum: quia in eo quod aduerſum ſæuientis iram foris obtinent, intus eos gratia iraſcentis fouet, & famulantes interius leuat, quos quaſi aduerſantes exterius tolerat, portat ergo contradictionem deprecantium quam adſpirat, & velut nolenti opponitur, quod ab ipſo vt fiat imperatur, Moyſi enim dicit dimitte me vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam: quid eſt ſeruo dicere dimitte me niſi deprecandi auſum præbere? ac ſi apertè ei diceretur penſa quantum apud me valeas & cognoſce quia obtinere poteris quidquid pro populo exoras; quod quia hac mente agitur, ſtatim venia ſubiuncta teſtatur: cum vero ſuperna indignatio ſeſe (vt ita dixerim) medullitus mouet, hanc oppoſitio humana non retinet, nec ſe vtiliter cuiuſlibet deprecatio obiicit cum ſemel Deus aliquid ab intimis iraſcendo diſponit: hinc eſt enim quod Moyſes qui reatum totius plebis apud Deum ſuis precibus terſit, dumque ſe ſe obicem obtulit, diuinæ iracundiæ vim placauit, ad petram Oreb veniens, & pro aquæ exhibitione diffidens, repromiſſionis terram ingredi, Domino iraſcente non potuit: & ſæpe hac de re affligitur, ſæpe deſiderio ſe excitante turbatur, & diſpoſitæ vltionis iracundiam repellere à ſemetipſo non valuit, qui hanc volente Domino & à populo amouit.

S. Greg. Magnus

Iob. 9.

Poſt peccatum ita miſericors Deus, vt tempus intercedendi præbeat.

Dimitte me ne iraſcatur furor meus contra eos, 138.
an Deus ex homine, vel homo ex Dei pendet voluntate? nequaquam hoc ſecundum aſſeret niſi blaſphemus: quomodo ergo Deus ſic loquitur, quaſi Moyſi voluntati ſubordinatus? tum cur commiſſo illo infami & ſtupendo crimine, ilico non vibrat fulgura in perfidorum capita? cur terra eos ſicut Datan & Abiron non deglutiit? vel ignis de cœlo deſcendens in cinerem non redegit? bene D. Proſper. part. 3. de prædict. c. 4. *Pius Dominus dat intercedendi ſibi tempus cum dicit ſine me.*

S. Proſper.

Humilitas eſt quæ Deum potentiſſimum detinet, ne peccatores perdat.

Dimitte me ne iraſcatur furor meus contra eos 139.
& deleam eos, quis te omnipotentem detinere poteſt? forte id nobis aperiet Regius vates, ait enim, dixit, vt diſperderet eos ſi non Moyſes electus eius ſtetiſſet in confractione in conſpectu eius. quid eſt confractio? Hieronym. medius contra faciem eius. alibi nempe c. 27. Ieren. in percuſſione, alij in ruptura coram eo, id eſt niſi in ipſo procinctu iræ Dei, in ipſo articulo, cum iamiam ſæuitura erat ira Dei, cum pateret irato Deo iam aditus, quaſi hoſti per muri rupturam, quam ipſi fecerát populi Idololatria, niſi inquam in hac vaſtatione, ruinæ periculo Moyſes accurriſſet, interceſſiſſet, obſtitiſſet pro ruinoſa & iam patiēte ruinā muro, ſolidum ſe murū oppoſuiſſet, irrumpentis quodammodo Dei cum ſtricto gladio ictus excepiſſet populus deletionem paſſus eſſet: recte quidem, ſed pendamus Cald. paraphraſim, niſi Moyſes eius electos ſurrexiſſet, & ſe ſe roboraſſet, à volgato dicitur ſtetiſſe in confractione, à Caldæo dicitur ſtetiſſe in robore, ibi dicitur ſe contriuiſſe, ſe deieciſſe, (ſic enim Rupertus) hic dicitur ſe roboraſſe, Rupert.
quid

Pſalm. 105.

S. Hieron.

Quid commune habet deiectio & confractio cum robore? nunquam ſane fidelis magis roboratur, vt hoſtiles iras auertat, vt glorioſas de malo, imo de Deo reportet victorias, quam vbi humiliatur, infirmatur, conteritur. Pulchrè Rupert. lib. 4. cap. 25. *Per nimiam humilitatem ſignificat Moyſem Deum tenuiſſe dicendo in confractione, confractio namque nimia cordis humilitas eſt, quæ ſola coram omnipotente Deo, & Domino vniuerſæ fortitudinis Principe, res eſt, & valida. Ita vt illa laborante, quaſi brachium ſuum ad percutiendum Deus extendere non valeat, regina virtutum vincente pro ſua virtute.* Confractio & humiliatio cordis, validiſſimum & potentiſſimum reddit hominem, vt de omni aduerſario incurſu triumphet, imo & Deum vincat omnipotentem. [Rupertus.]

Prima & præſtantior virtus in Principe, miſericordia & ſuauitas.

140. *Dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos:* Non eum dimiſit, vnde rea Pſalmiſta, vt diſperderet eos, niſi Moyſes electus eius ſtetiſſet in confractione in conſpectu eius, eodem modo loquitur cum de Phinees ſermonem habet, & ſtetit Phinees, & ceſſauit quaſſatio. Non ait, iuſſu Moyſis occiſa ſunt viginti tria millia ea populo idololatra, ſed ſtetit, ſicut nec de Phinees dicitur, quod duos ſcortatores interfecit, ſed ſtetit, quaſi ſtetiſſent corā Deo deprecātes, vt populo parcerent, vtrumque enim ſerui Dei fecerunt, Moyſes iuſſu ſuo viginti tria millia idololatrarum interfecit, & Phinees duos interemit ſcortatores, & populo peccante interceſſerunt apud Deum, vt parceret. Cur ergo Pſalmiſta non tam cantu celebrat interfectionem, quam miſericordem eorum ſtationem? quia quod miſericordiæ eſt, id primum debet eſſe in Principis laudibus, Nazianz. epiſt. 81. data Theodoro Tyanenſi, ait loquens de Phinees, quod etiam intelligendum de Moyſe, *Zelatoris cognomentum hinc obtinuit Phinees, quod Madianitidem vnà cum eo ſtuprum ipſi inferebat, gladio transfixit, atque ex Iſraelitica natione probrum exemit: at maiorem hoc nomine laudem tulit, quod pro populo in ſcelus collapſo preces fudit: ſtemus igitur nos quoque ac placemus, & ceſſet quaſſatio, vobiſque iſtud ad iuſtitiam referatur, laudibus item effectus eſt Moyſes, quod ex illatâ Iſraelitæ iniuriâ commotus Ægyptium obtruncauit. Verum maiorem hinc ſui admirationem concitauit, quod Mariam ſororem lepra, propter quod murmurauerat, laborantem, precibus ſuis in ſanitatem vindicauit.* Sic in omnium virtutum laude miſericordia, & benignitas in Principe tulit prima, priorem locum teneat. [Pſalm.] [Gregor. Nazianz.]

Inſtruimur vt peccatores non cito damnemus, ſed pro eis intercedemus.

141. *Dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos,* nam ſi non ſtetiſſet electus meus in confractione, populum mihi rebellem contriuiſſem. Quid ô Deus, cuius miſericordiæ non eſt

A numerus, nonne in infinitum miſericordiam hominum ſuperas? quomodo ergo in ea impertienda Moyſes videtur te excedere? ecce enim te detinet, ne ſeueriſſimam ſumas de populo vindictam, ne iuſtiſſimas ab eo pœnas exigas: ne dicamus Moyſen maioris eſſe miſericordiæ quam Deum, licet eum precibus detinuit ne ſeuerè puniret, ſed hoc exemplo nobis declaratur, ne peccatores illico condemnemus, ſed eis vel condonemus, vel pro eis apud Deum intercedamus. Sic Arnobius in Pſalm. 105. *Putaſne tu ô Moyſes plus miſericors es, quam ille qui blaſphematus, mannu pluit? qui contemptus de petra produxit aquas? non tu plus miſericors, ſed voluit vt documus, affectum tuum ducibus populi recitari, vt ſic agant circa peccantes, ſicut te feciſſe cognoſcunt, non cito* B *damnent, ſed volente Domino condemnare ſuis precibus flectant.* [Arnobius. Pſalm. 105.]

Non quomodocumque apud Deum intercedendum pro peccatoribus, ſed in oratione perſeuerandum.

Dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos, qui petit dimitti, non leuiter tenetur, ſed cum quadam violentia, ita vt ſe non poſſit ſoluere, nec liberare. Quod annuit Pſal. cum ait, niſi electus Moyſes ſtetiſſet in confractione in conſpectu Dei. Cur dictum quod ſteterit? nonne ſatis ſi dictum fuiſſet, quod deprecatus eum fuerit? rectè dixit Deus dimitte me, & regius Pſaltes, niſi ſtetiſſet, quia hoc modo loquendi declararunt, C non quomodocumque apud Deum intercedendum, ſed ſtandum, ſed tenendum, ſed perſeuerandum. Explicatio eſt Richardi Pampol. in hunc Pſal. *Si non Moyſes, id eſt communio ſanctorum ſolum Deum adorantium, electus eius, hoc eſt electorū ſtetiſſet, id eſt perſeueraſſet in confractione, id eſt in contritione cordis, gemens & orans pro populo, in conſpectu eius, id eſt non hominibus, ſed ſoli Deo placere cupiens.* 142. [Richard. Pampol.]

Rogat Deus vt dimittatur iraſci, ne iraſcatur.

Dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos: Quid rogas dimitti? nonne vt conſtringaris? nonne vt precibus ſerui tui ligeris, ne in populum ſæuias? quis tale audiuit quempiam D vinculis conſtrictum petere, & exigere, vt maiora ſibi iniiciantur vincula? nullus alius poteſt eſſe, niſi Deus, qui tanto in homines fertur amore, vt ſi rogat vt dimittatur vt puniat, ideo eſt, vt magis conſtrictus teneatur. Sic Stephan. Cantuar. apud Tilm. *Dimitte me, quaſi tu tenes me, vel tenere potes, per hoc ergo dedit fiduciam exorandi, & impetrandi pro eis, ſi enim velles verberare filium tuum, & diceres ſedenti iuxta te dimitte me, vt verberem filium meum. Nonne quodammodo hortareris, vt te exoraret, ne verberares eum? tenuit ergo Moyſes Deum, ſeruus Dominum, creatura creatorem.* 143. [Stephan. Cantuar.]

Si aliquem Deus deijcit, alium eleuat.

144. *Dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos, & faciam te in gentem magnam.* Cur hoc præmium pollicetur? nõne ſatis eſſet dicere dimitte me, vt deleam eos? precationes enim Domini erga ſeruos mandata ſunt. Si velit permittere, vt populus conteratur, ipſum in gentem magnam euaſurum pollicetur, neſcit enim Deus aliquem deijcere, niſi
Oleaſter. alium eleuet. *Vult eos conſumere*, ait Oleaſt. *ſed non delebit, niſi Moſech faciat in gentem magnam, vnde probat locus iſte, quod communiter ſancti dicunt, neminem videlicet Deum deijcere, niſi alterum ſubleuit.*

Princeps commune bonum particulari anteponat.

145. *Dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos.* Quid, ſi te ſoluerit? faciam eum in gentem magnam, quid homines maiori affectu ambiunt, quam maximi populi habenas regere? quam pluribus imperare? quid tibi ergo curæ, quod populos meritas luat pœnas, dummodo alterius longe melioris, & nobilioris fias gubernator? nequaquam his allicitur promiſſis, ſed Deum ſuis precibus compellit, vt populo condonet reatum, Princeps enim commune ſubditorum bonum, nequaquam particulari anteponere debet.

Si iuſta Principibus ſubeſt iraſcendi ratio, ne in punitionem prorumpant, niſi accepto prius amicorum conſilio.

146. *Dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos:* Nonne ſubeſt Deo iuſtiſſima iraſcendi in populum Iſrael ratio? quid enim grauius ſcelus committi potuit, quam illud in quod ſacrilege decidit? quid Deum ad iram prouocare potuit iuſtius, quam erecta ſimulachris altaria, honoreſque ſibi debitos in vitulum transferre? cur ergo quaſi cum Moyſe conſulit, vt permittat ſibi in duræ ceruicis & ingratiſſimam plebem animaduertere? vt hoc facto inſtruamur, quod ſi iuſta nobis ſubeſt iraſcendi ratio, ne in punitionem prorumpamus, niſi accepto prius conſilio amicorum.
Oleaſt. *Iratos docet*, inquit Oleaſt. *non ſine hominum aliorum conſilio maxime amicorum in vindictam exire, cum ipſe qui in nullo effrænis eſſe poteſt, ſerui ſui moderamen expectet.*

Si fueris Prælatus aliquorum qui in te ingrati fuere, ne eorum curam abijcias, ſed ſatage ad pœnitentiam renocare.

147. *Dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciam te in gentem magnam,* ecce tibi pollicetur alterius populi regimen. Hanc ergo admitte dignitatem, nam quid tibi curæ de populo ingratiſſimo, qui non ferens
A tuum cum Deo colloquium, dixerat per contemptum, neſcimus quid huic viro accidit qui eduxit nos de Ægypto? cuius ingratitudinem ſic Anton. Milleius lib. 9. de Moyſe viatore cecinit. Antonius Milleus.

Tunc ille ſub auras,
Aut tumulum ingreſſus, vel cælum aſcendit
Aruſpex,
Qui nos in ſteriles huc vſque illexit arenas,
Nec Deus ille latens iam noſtra negotia curat.

Si ergo tibi tantiſque beneficijs à te acceptis ingratus populus, illius curam abijce, & Deo permitte, vt ſeueras ab eo pœnas exigat? nequaquam his annuit, ſed Deo ita loquitur, aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro, quem ſcripſiſti, Prælatus enim ſubditorum, qui ſibi commiſſi fuere, licet ingrati ſibi, ne-
B quaquam eorum regimen abijcere debet, vt eos ad meliorem frugem redigat, pulchrè D. Chryſoſt. hom. 12. in Ioann. fatur, *Cum Moyſes à Iudæorum ingratitudine liberari poſſet, & alterius gentis longe maiorem accipere Principatum. Cum ſanctus & ſeruus Dei eſſet intimus, ne audire quidem id ſuſtinuit, ſed potius vna cum ijs qui ſibi ſemel crediti erant perire, quam ſine illis ſaluus eſſe, & ad maiorem dignitatem aſſumi prætulit, huiuſmodi eſſe oportet, cui animarum cura commiſſa eſt.* S. Chryſoſt.

Ita aliquando grauia ſunt delicta, vt pro eis Deum deprecari non auderemus, niſi ipſe conſuleret.

C *Dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos:* Nonne aperuiſti Moyſi quam graue in te commiſerit populus delictum? 148.

Vade age ſis, feſtina oculis ſpectare nefandum,
Quod populus tuus iſte ſcelus commiſit, ad aras
Peregrina Bonis Pharij ſacra, tamne recenti
Lege mea in Sina coramque tonantibus aſtris
Tam cito, ſic noſtros trãsfert ingratus honores?
Transformatque meum in pecudem nomenque
decuſque
Adſcribatque boni? noſtra tot munera dextra
Immolet? his mira dona dijs ereptaque noſtra
Vincla manu pecudi ferat, ac ſuſpẽdat ad aras?

Si ergo tibi compertum eſt ingratiſſimi populi ſcelus, nonne ipſe Moſes curam illius agens ſeipſum offeret deprecatorem pro illius inco-
D lumitate obtinenda, & remiſſione aſſequenda? cur ergo ipſum compellit, vt pro ipſo deprecetur; dicens dimitte me? quia aliquando ita grauia delicta, vt pro eis Deum deprecari non auderemus, niſi ad id ipſe nos prouocaret. Mens eſt Procopij, *Erectus benigniſſimus Dei verbis quæ ita habebant, ſine me, admodum prompta ſe culpa à Iudæis commiſſæ deprecatorem offert, nonnihil in veniæ impetrandæ ſpem erectus, quapropter amica illa colloquio Moyſen cohortatur, ne cunctari velit Domino ſupplicare pro delicto pulchri, haud enim ipſum latebat Moſen reputantem delicti enormitatem non auſurum intercedere pro populo.* Procopius.

VARIET. LECT. Verſ. 11. & 12.

V*Vlg.* Moyſes autem orabat Dominum Deum ſuum dicens, cur Domine iraſcitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxiſti de terra Ægypti, in fortitudine magna,& manu robuſta? A

Sept. Vt quid Domine indignatis ira, &c. in brachio tuo axcelſu?

Cald. In manu valida.

Onk. Cum exercitu magno, & manu forti.

Mant. Et orauit Moſech facies Domini ſui, & dixit, ad quid Domine excandeſcet naſus tuus in populum tuum quem exire feciſti?

Vulg. Ne quæſo dicant Ægyptij, callide eduxit eos, vt interficeret in montibus,& deleret è terra, quieſcat ira tua,& eſto placabilis ſuper nequitia populi tui.

Sept. Cum malignitate eduxit eos ad occidendum eos de terra excelſa ab ira furoris tui, & propitius eſto ſuper malitia populi tui.

Auguſt. De malitia quam dixit facere populo ſuo.

Cald. Quare loquentur Ægyptij dicentes, &c. vt conſumeret eos à ſuperficie terræ, reuertere ab ira furoris tui, & conuertere à malo quod cogitaſti facere populo tuo.

Onk. Auertere à furore iræ tuæ, & pœniteat te mali quod locutus es, vt faceres populo tuo.

Arias, Ad quid dicent Ægyptij dicendo, in malitia exire focit eos ad occidendum eos? &c. reuatere ab ira naſi tui.

Tag. Reuertere ab ira furoris tui, & pœniteat te ſuper malitia populi tui.

Oleaſt. In malo eduxit eos, &c. & conſolare ſuper malum populi tui. B

Alÿ teſte Vatab. Quam infœlici ſydera eduxit eos.

CONCORDIA.

HEbraicè legitur orauit Moyſes facies vel faciem Domini, Hebraiſmum hunc rectè reddidit interp. orabat Dominum. Onk. legit in exercitu magno, nos vero in fortitudine magna: vtrumqua verum eſt, nam innumeri ferè Iſraelitæ liberi ab Ægypto exierunt, ſed non exierunt niſi ſpeciali Dei adiutorio, & potentiæ illius ſpecialibus argumentis. Legit Vulg. callide eduxit eos, Hebraica littera habet ברעה beraha, hoc eſt cum malitia, vel in malum, vel inaſtutia, ſeu malignitate, ſeu prauitate: non admittas Oleaſtrum dicentem non tam bene redditum callidè, ac in malo eduxit eos. Nam Vulg. cum quadam emphaſi ita reddidit, quod ex his quæ ſequuntur, ſatis colligitur, hanc eſſe aſtutiam, ſed malitioſam, cum eorum interitum, perinde ſatagere videretur: alij reddiderunt infœlici ſydere eduxit eos, quod Ægyptij cuncta ſyderibus tribuerent. Vulg. quieſcat ira tua, & eſto placabilis ſuper nequitia populi tui, iuxta Hebræum reuertere ab ira furoris tui, & pœniteat te ſuper malum hoc populi tui, ſubintelligi debet quod videris decreuiſſe. Pœnitere autem vocat mutare ſententiam, lectio Cald quæ talia eſt, reuertere ab ira furoris tui, & conuertere à malo quod cogitaſti facere ſeruo tuo. Quæ C lectio apertius explicat lectionam præcedentium, malum autem vocat vltionem quam Deus exigere cogitabat, malum ſcilicet pœnæ: licet autem verbum נחל nachal ſignificet conſolari, & pœnitere, tamen longe melius hic redditur pœnitere ab Hebraizantibus, ſed omnibus his clarius noſter Vulg. nempe eſto placabilis ſuper malitia populi tui.

EXPOSITIO.

M*Oyſes autem*, licet ſibi dictum à Deo, vt ſe dimitteret, *orabat Dominum Deũ ſuum*, quem & ſi populus abiecerat, ideoque pœnam demeruerat, ei tamen adhærebat Moyſes eius clementiam deprecans. *Cur Domine iraſcitur furor tuus?* Quaſi diceret, quid eſt populus hic, nec tua dignus aſt ira? verum alium ſenſum babere videntur hæc verba, nempe licet rationem habeas ſufficientiſſimam contra populum iraſcendi, tamen cur iraſceris? nempe quo fructu, vel qua vtilitate populus tuus eſt non meus, cum enim eripiens à ſeruitute Ægypti, libertate donaſti. *In fortitudine magna, & manu robuſta*, quaſi diceret, quomodo populum tuum deſtruere potes, quem tibi per potentiam tuam, & tot mirabilibus perpetratis acquiſiſti?

D *Ne quæſo dicant Ægyptij*, Tuæ inuidentes gloriæ, tumque non anctorem bonorum, ſed malorum cogitantes, *callide eduxit eos*, cum fraude exire fecit ex Ægypto, *vt interficeret in montibus*, nullo huius internecionis teſte, alij explicant ſenſum Moyſi eſſe, ſubſannabunt te aduerſarij tui, tuoque blaſphemantes nomini detrahent, *quieſcat ira tua*, non procedens ad actum occidendi, ſicut comminatus eſt, *& eſto placabilis ſuper nequitia populi tui*, reuocans ſententiam qua decreuiſti malum Hebræis inferre.

CONCEPTVS.

Attente, & confidenter Deum deprecari debemus.

149. *Moyſes orabat Dominum Deum ſuum*, Hebr. *Orauit facies Domini Dei ſui.* Cur dicitur, quod faciem Domini depracatus fuerit? nam faciem non deprecamur, ſed eum cuius eſt: nonne qui faciem alicuius conſpicit orans non poteſt fieri, quin ſit ei maximè attentus? cur tum dicitur, quod orauit Deum ſuum, ſi enim orationem fundebat coram Domino, non poterat fieri, quin eſſet etiam coram Deo ſuo: Hebraicè eſt Elohim, quod iudex & gubernator interpretatur. Qui autem ſuum iudicem quem agnoſcit clementiſſimum eſſe, deprecatur, confidit, quod intendit conſequi: non ſine emphaſi ergo dicitur quod orauerit facies Domini, & Dei ſui, vt innueretur quod ſumma attentione, & confidenter Deum deprecari debemus: acumen eſt Cardin. Cajet.
Cardin. Cajet. *Conditiones huius orationis deſcribuntur, tum dicendo orauit faciem, ſignificatur enim magna mentis eleuatio tanquam ad faciem Dei: tum dicendo Elohe ſui, magna enim deſcribitur fiducia orantis, tanquam confidentior ſupplicantis gubernatorem Deum ſummum.*

Licet Deum offenſum deprecemur vt condonet, non eius iuſtitiæ detrahimus.

150. *Moyſes orabat Dominũ Deum ſuum*, in Hebr. duplex eſt nomen, nempe Iehoua & Elohim. Cur vtrumque coniungit Moyſes deprecaturus? nam ſi iudex eſt æquiſſimus, ſine dubio debet in populum ferre condemnationis ſententiam, & ab eo pœnas ſuis ſceleribus debitas exigere. Deprecetur ergo Iehoua, omnis eſſendi fontem, & originem, nulla Elohim facta mentione: rectè vtrumque coniungit, licet enim Deum offenſum precemur, vt condonet,
Præf. Card. non eius iuſtitiæ detrahimus. Sic obſeruat Præf. Card. *Iungantur hæc duo diuina nomina Iehoua & Elohe, ad inſinuandum, quod ad ipſum fontem eſſendi, ac per hoc fontem omnis gratiæ ſaluâ iuſtitiâ eius recurrit, non enim petit aduerſus diuinam iuſtitiam, ſed vt non tunc fiat punitio, quam populus meretur, quod ſaluâ iuſtitiâ miſericorditer fieri poterat.*

Ab orante abſit iniuriarum memoria.

151. *Moyſes orabat Dominum Deum ſuum:* Quid ô Moyſes, quantæ erga beneficia à te accepta fuit ingratitudinis? quam tibi iniurius, cum te abſente, & moram paululum contrahente, in tuum locum alium gubernatorem ſubſtituere voluit? an tot illatæ tibi ab eo iniuriæ cito è memoria exciderunt? non eas vllo modo recordatur vt vindicet, ſcit enim orantem à vindicta longe liberum eſſe debere, ſi velit exaudiri. Scitè ad noſtram mentem B. Nilus de
S. Nilus creatione c. 19. *Ora ſedatè, memoria enim iniuriæ obſcurat rationem orantis, & eius orationi tenebras effundit.* Et oratione 4. de ira, fumi ſimilitudine explicat, quam noxia vel ſola iniu-

A riarum memoria ſit in oratione: *Quemadmodum*, inquit, *palearum fumus offendit oculos, ſic iniuriarum memoria precationis tempore mentem peruertit.*

Princeps ſuæ famæ, & bono nomini conſulere debet.

Orabat Moyſes Dominum Deum ſuum dicens, cur iraſcitur furor tuus cõtra populum tuum? &c. 152.
Ecce vt orditur orationem ſuam à beneficijs populo exhibitis, quæ forent fruſtranea, ſi populus periret! ſed timens ne hæc ratio Deum non moueret, ſubiungit, ne quæſo dicãt Ægyptij, *Callidè eduxit eos, vt interficeret eos in montibus.* An credis hanc efficaciſſimam, vt Deus acquieſcat tuis precibus? ita equidem, nam
B nihil nos ita tangit, quam bonæ famæ, & boni nominis iactura. Vnde Moyſes ſolertiſſimus, vt decurrenti magnæ illius iræ flumio occurreret, famæ & nominis aggerem, tanquam extremo malo extremum appoſuit remedium. Quod rectè obſeruatur à Philipp. Philippus Abbas.
Abb. lib. de ilent. Cleric. c. 11. his verbis, *Vult Moyſes iratum iudicem non inferre populo triſtia iuxta propoſitum, vult peccantem populum non ſufferre digna pro meritis, ne aduerſum eius hoſtis inuidus exultare inueniatur, & auctori tanquam ſeductori plauſu irriſorio nequiter inſultare.* Quod D. Paulus optimi Principis formam adornans ad Philip. 4. dicebat, *Quæcumque ſancta, quæcumque amabilia, quæcumque bonæ famæ, ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogi-*
C *tate.* Quæ ſic expendit Paſchal. lib. 3. in Matth. *Duobus verbis cuncta concluſit dicens ſi qua virtus, ſi qua laus ad virtutes, nempe pertinet bona conſcientia, ad laudem vero fama vitæ proſint, ſine quibus ſane veri Principis forma non commendatur.*

Deus ex prioribus donis collatis ad ea augenda prouocatur.

Orabat Moyſes Dominum Deum ſuum, cur iraſcitur furor tuus contra populum tuum? Cur non 153.
iraſceretur cum tam graue ſcelus admiſit? eum vitulum ſibi prætulit, & ſibi debitos honores ei detulit? proſequitur Moyſes, quem eduxiſti de terra Ægypti in fortitudine magna. Imo quia fortitudine magna eripuit à tyrannide
D Pharaonis, & nihilominus peccato idololatriæ eum offendit, ſimulachro libertatem ſuam tribuens, iram ſuam deponere non debet, ſed vltimo populum afficere ſupplicio: aliam ergo rationem in medium proferas ô Moyſes. hæc quidem optima, & à natura Dei deſumpta, ſenſus enim eius eſt, ex prioribus donis collatis, ad ea augenda prouocaris: quomodo ergo populum ille tuum, quem videlicet primitus in lucem edidiſti, quem de hoſtium tyrannide redemiſti, quem tibi vnum de populis elegiſti, & tot tantiſque donis cumulaſti, cito delebis? imo quia ſemel eduxiſti eum, conſeruare teneris, imo & in terram promiſſam deducere. Quod eruditis verbis profert B. Auguſt. ſerm. 176. de Temp. qui eſt 3. de S. Aug.

Ancor. *Vt fidelis*, inquit, *quiſque cum iam tanta perceperit, per ea quæ cognoſcit præſtita, diſcat ſperare promiſſa, ad Dei ſui præteritam præſentemque bonitatem, quaſi futurorum teneat cautionem.* Pende hæc vltima, quibus innuit August. Donum (nis ſuis prioribus, ad ea augenda,& promouenda, ſiue etiam nouis gratijs ornanda, & cumulanda, ita obnoxium & oppignoratum munere, vt cum ipſo ex prioribus donis, quaſi ex ſyngrapha, & chirographo, ad alia obtinenda bono quidem iure homo agere poſſet.

Seruus Dei ita cum eo modeſte, & ſubmiſſe ſe gerere debet, vt quo plus emeruerit, hoc minus præſumat.

154. *Orabat Moyſes Dominum Deum ſuum*, non quomodocumque, ſed in confractione, ſed in animo contrito, & humiliato: nonne familiariter cum Deo colloquebaris, tanquam amicus cum amico? nonne ad tantum honoris gradum te euexit, vt tibi arcana omnibus incognita panderet? quomodo ergo tanta cum demiſſione, & tui quaſi annihilatione coram eo pro populo fundis preces?

Puluis ego, fateorque & puluere vilior ipſo.

Cur te ita deprimis coram Deo tibi familiari? merito quidem, quia ſeruus Dei ita cum eo ſe modeſtè, & ſubmiſſe gerere debet, vt quo plus emeruerit, hoc minus præſumat. Ab hoc non longe ibat ſenator ille Theodorici regis, egregius miniſter, & intimus familiaris, qui egregijs animæ & corporis dotibus ornatus, & omnibus pœnè pro ſuo Principe officijs functus, ſummam ſemper pro rege modeſtiam & humilitatem coluit, ipſomet Principe atteſtante, apud Caſſiod. lib. 4. variar. epiſt. 4. (Caſſiodor.) vbi cum de eius virtutibus hæc dixiſſet, *Nullo deceptus nouitatis errore, ad imperantis conuerſus arbitrium, effectum bonarum præſtitit iuſſionum, nunc ad colloquia dignus, nunc ad exceptiones aptiſſimus, frequenter & in legationis honorem electus, cuius multiplex meritum incertum apud nos reddebat officium; non enim vnius loci vir debet dici, à quo multa videntur impleri*: ſubijcit opportunè, *Sed hæc amplius commendabat humilitas, quæ tam clara quam rara eſt, nonnum eſt enim ſub amore Principis cuſtodire modeſtiam, quia gaudia ſemper animos inquietant, modus enim raro lætis rebus imponitur, qui magis in triſtibus inuenitur.* En etiam vt Moyſes, ſub Dei amore, tunc etiam egregiarum virtutum ſplendore ornatus, ipſique Deo familiariſſimus, & animi demiſſionem cuſtodiens, cum cuius iamjam colloquio fruebatur, cum maxima humilitate deprecans.

Seruus Dei ſic totum in eius obſequium impendat, vt ſua in ipſum merita non iactet deprecaturus.

155. *Orabat Moyſes Dominum Deum dicens, cur iraſceris Domine contra populum, quem eduxiſti de terra Ægypti?* nonne à Deo huius populi conſtitutus es gubernator? nonne hunc ipſemet Deus populum tuum dixit? nonne innumera patraſti miracula? nonne ſceptrũ Ægypti contempſiſti, & pedibus diadema conculcaſti? A cur ergo Deum deprecans, vt tuis acquieſceret votis, hæc omnia non obiecisti? cur ipſum extollis? quia ſeruus Dei ſic ſe totum in eius obſequium impendere debet, vt ſua merita nunquam iactet, ſicut diſcipulos ſuos Chriſtus Dominus admonebat apud Lucam c. 17. *Cum feceris omnia quæ tibi præcepta ſunt, dicite ſerui inutiles ſumus.* (Luc. 17.) Vbi proculdubio mirum videatur alium ſeruum inutilem tunc ſe profiteri, cum ea omnia quæ ſunt imperata, ſtrenue & diligenter perficit: nam quis eo vtilior, ac fidelior Domino ſeruus excogitari valeat? aut in quo iam vtilem ſeruum ab inutili poſſis diſcrimine? ſed pulcherrime ſubſiſtit Chriſti monitum atque ſententia omnino adſtruentis, tum maximè virtutis officium perfectum & illuſtre, atque proinde maxime gratum Deo, cum ab operante non iactatur, ſed potius pro B nihilo ducatur. Rectè S. Baſil. Seleuc. orat. 35. (S. Baſil. Seleuc.) *Humilitatis pulchritudine Apoſtolorum labores illuſtrabat.* Cui rei hæc opportunè ſubſcribit S. Iſid. Peluſ. lib. 3. epiſt. 309. (Iſid. Peluſ.) *Si illud tibi ſtudio eſt, vir optime, vt quæ abs te cum virtute geruntur, magna eſſe videantur, ne ſublimiter ac magnifice de te ſentias, ac tunc ampliora ea reddes.* Et Epiſt. 375. eiuſdem libri, *Is quidem qui virtutem colit, præclaram coronam habet, at qui virtutis officio præſtans, minime tamen ſe præſtitiſſe affirmat, hoc etiam ipſo quod ita affectus ſit, ſplendidiorem coronam habiturus eſt.*

Seruus Dei in eum non feratur amore concupiſcentiæ, propria commoda reſpiciens.

C *Orabat Moyſes Dominum Deum dicens, cur iraſceris Domine contra populum tuum, quem eduxiſti de terra Ægypti?* Deinde aperit quod in dedecus ſuum cedet, quod aſtutiæ ab idololatris arguetur, ſi eum interfecerit; ſi te tanto Deus proſequitur amore, cur potius eum, vt tuis poſſis flectere precibus, non obijcis te deceptorem appellandum, qui promiſeris ei ingreſſum terræ promiſſionis? te mendacem quod promiſſis non ſteteris, &c? nequaquam hoc obijcit, de futuro ſuo dedecore non curat, ſed de bono Dei nomine, eorum quæ ſunt Dei ſollicitus: quia ſeruus Dei in eum non debet amore concupiſcentiæ ferri, proprium ab eo quærẽs commodũ, ſed vera amicitiæ dilectione, procul enim à nobis debet eſſe omnis mercenarius ſenſus, ſiue affectus. Verum mercedis D expertes Dei gloriam & honorem ſatagere debemus: ad quem ſane modum ſe Dauid componebat, cum ſe Dei ſeruum conſiderabat: ſic enim Pſal. 72. *Quid enim mihi eſt in cœlo, & à te quid volui ſuper terram?* (Pſalm. 72.) Vbi illud à te omnino eſt extractũ, vnde in Hebræo eſt. *Tecum non volui quidquam in terra*, Cald. *Tecum ſociũ nolui in terra*, quaſi is ſit ſenſus, te vnum expecto, & à te propter te volo, quin aliquid meæ vtilitatis in te cupiam frui, opto: ſic hæc verba expendente Bern. ſer. de diuerſis affectionibus (S. Bernard.) animæ, ad hunc modum, *Neque enim ſuum aliquid, non fœlicitatem, non gloriam, non aliud quidquam, tanquam priuato ſui ipſius amore deſiderat anima quæ huiuſmodi eſt, ſed tota pergit in Deum, vnicumque ei ac perfectum deſiderium eſt, vt introducat eam Rex in cubiculum ſuum, vt ipſi adhæreat, ipſo fruatur, preme,*

tanquam priuato ſui ipſius amore ferretur, Non quæ ſua ſunt, ſed quæ Dei ſcilicet eius honorem & gloriam quærens, & in ipſo nihil præter ipſum expetens, & ab ipſo propter ipſum, non vt adoleſcentulæ, ab odore vnguentorum eius tractus.

Multa non ſolum propter amicos, ſed & propter inimicos facienda.

157. *Orauit Moyſes Dominum Deum dicens, cur iraſceris Domine contra populum tuum quem eduxiſti de terra Ægypti?* Nonne ei ingratiſſimus, imo tibi iniurius? cur ergo Deus ipſi condonabit? cur pro ipſo Deum deprecans ais, dicent Ægyptij, quod callide eos eduxiſti de Ægypto, vt occideres eos in montibus? perfidiæ argueris, & tanquam mendax cenſeberis, vniuerſus enim orbis qui te veraciſſimum arbitratur, videns, te populum quem eduxiſti de Ægypto, in manu forti, internecione delentem, promiſſis patribus factis, non ſtetiſſe credet, aut impotentem eum deducere in terram promiſſam: quapropter ne iraſcatur furor tuus contra eum: merito hæc proponit A Moyſes. Quia vt acute Oleaſt. *Multa non ſolum propter amicos, ſed etiam propter inimicos facienda, parendum ergo illis erat, vt Patres gauderent, & ne eorum inimici lætarentur.* Oleaſt.

Ex perſecutione charitas non tepeſcat, ſed potius accendatur.

Orauit Moyſes Dominum Deum ſuum dicens, cur iraſceris Domine contra populum tuum? 158.
Quantas à populo contumelias iam tolerauerat Moyſes? quas ab eo iniurias acceperat, & ecce ab eo etiam contemptui habitus? Cur ergo nunc, cum inſolentem vellet Deus exigentibus ſuis demeritis, punire vt indignationi diuinæ eum ſubduceret, ſe offert mediatorem, & deprecatorem? quia ex perſecutione, & ex iniuriarum illatione charitas noſtra non tepeſcere, ſed potius debet accendi. Sic enim B. Gregor. Magn. 27. Moral. cap. 7. *Quid hoc viro manſuetius, qui commiſſi populi ſeditionem tolerat, & tamen iraſcentem Dominum pro ſuis perſecutionibus rogat, ſeque pro illis diuino furori obijcit? quia in ſancto eius pectore etiam ex perſecutione charitas igneſcit.* S. Gregor. Magn.

VARIET. LECT. Verſ. 13.

VVlg. Recordare Abraham, Iſaac, & Iſrael, ſeruorum tuorum quibus iuraſti per temetipſum dicens, multiplicabo ſemen veſtrum, ſicut ſtellas cæli, & vniuerſam terram hanc, de qua locutus ſum, dabo ſemini veſtro, & poſſidebitis eam ſemper.

Sept. Recordatus Abraham, Iſaac, & Iacob famulorum tuorum, multiplicabo ſemen veſtrum, ſicut aſtra cœli multitudine, & omnem terram hanc quam dixiſti dare eis, & obtinebunt in ſæculum.

Cald. Quibus iuraſti in verbum tuum, multiplicabo filios veſtros, ſicut ſtellas cæli.

Pag. Et hæreditate accipient eam in æternum.

Mont. Iuraſti eis in te.

CONCORDIA.

VVlg. poſſidebitis eam ſemper, in Hebræo eſt נחלו לעלם venahalu leholam, & poſſidebunt eam in ſæculum, ſed hoc parum eſt, iam ſupra ſatis dictum de hac dictione עלם holam, verbum נחל nahal, & hæreditare, & poſſidere ſignificat.

EXPOSITIO.

RECordare Abraham, &c. Deo aliam rationem proponit, vt deponat iram in populum conceptam, ſcilicet merita famulorum ſuorum obijciens, quorum intuitu parcere deberet. *Quibus iuraſti*, non ſolum promiſiſti, ſed promiſſionem iuramento firmaſti, *per temetipſum*, non enim alium habuit maiorem per quem iuraret. *Multiplicabo ſemen veſtrum, ſicut ſtellas cæli*, quæ promiſſo facta eſt Geneſ. 12. & 15. & 48. *& vniuerſam terram hanc*, quæ etiam promiſſio facta Abrahæ de poſſidenda terra Chanaan, Geneſ. 13. cum dixit, *Leua oculos tuos, & vide, à loco in quo es ad Aquilonem, & Meridiem, ad Orientem, & Occidentem, omnem terram quam conſpicis tibi dabo, & ſemini tuo in ſempiternum, & obtinebunt in ſæculum*: ſi in obſeruatione mandatorum meorum permanſerint. Geneſ. 13.

CONCEPTVS.

In oratione profundiſſimæ ſimus humilitatis.

159. *Recordare Abraham, Iſaac, & Iſrael ſeruorum tuorum:* Quid? nonne ſeruus illius es, & fideliſſimus? quis ei familiarior, & coniunctior? quis in montem euectus, vt diuino frueretur colloquio, arcanorumque ſuorum fieret particeps? cur ergo deprecans non ais, recordare mei ſerui tui fideliſſimi, cui promiſiſti terram Chanaan? cur alios obijcis, nempe Abraham, Iſaac, & Iacob? quia fuit tantæ humilitatis, vt ſe indignum iudicaret, quod ſuæ à Deo preces admitterentur, & ſic aliorum

merita proponit, vt audiatur: quaſi diceret, ſi populus hic incendio perire meretur, ecce Abraham eorum Pater, qui tui amore in Vr Caldæorum in ignem proiectus eſt: ſi gladio, ecce Iſaac qui pro te immolari paratus fuit, en Iacob tanquam exul tibi & Patri obediens, fugit in Meſopotamiam! ſic autem Theod. q. 63. Theodor. *Moyſes non ſe idoneum exiſtimauit ad placandum iram Dei, ſed preces etiam eis obtulit faciens Patriarcharum mentionem, mira ſane eius humilitas in hoc illuxit, nam Deus in eo ſupponebat poteſtatem ad ſeipſum tenendum, & quodammodo ligandum, id eſt ad iram diuinam cohibendam: at Moſes potentiam in ſeipſo minime recognoſcens, ad veteres Patriarchas prouocabat in quibus potius credebat eam poteſtatem extitiſſe, quaſi diceret, non ego te Domine tenere poſſum, qui puſillus ſum & imbecillis, illi te teneant antiqui Patriarchæ, qui giganteis virtutibus excelluerunt.*

Eximia facta iuſtorum Deo obiicias, vt à peccatoribus iram auertat.

160. *Recordare Abraham, Iſaac, & Iſrael ſeruorum tuorum,* nonne præterita ſunt Deo præſentiſſima? cur ergo neceſſe eſt, vt in Dei memoriã reuoces ſeruos ſuos? an obliuio eum tenere poteſt obſequiorũ, quæ ab eis ſibi ſunt reddita? cur ergo vt Deum in plebem ira commotum, comprimas, eos in medium adducis? merito quidem, nihil enim ita facilius iram ſedat diuinam qua in peccatores excandeſcit, quam facinora iuſtorum ſibi obiecta & propoſita. ſic enim D. Cyrill. Alex. li. 4. de adoratione in ſpiritu. S. Cyrillus *Non inutilis eſt cæteris hominibus ille ſanctorum virorum ſplendor, illorum namque rebus bene geſtis noſtra, infælieiter geſta obruuntur, & cum nobiliorum virorum animi fortitudinem attendit, noſtra ille virtutis amator Deus, infirmioribus crimina condonat,* obiice Deo iuſtorum facinora recole eorum virtutes, & merita, nihil non ſuaue ac leue in peccatores proferetur.

Merita patrum filiis etiam peccatoribus proſunt.

161. *Recordare Abraham, Iſaac, & Iſrael ſeruorum tuorum,* cur in medium adducis merita bonorum trium? nonne alij fuere iuſti in lege naturæ? eos Deo obiice, vt ſuo condonet populo delicta? nonne ab Abraham Iſaac & Iacob traxere originem Hebræi? hos ergo tres Dei famulos Deo proponit, vt eorum meritis poſteri veniam conſequantur, & inde colligeremus merita patrum filiis etiam peccatoribus prodeſſe, Strabi Fuldenſis obſeruatio eſt. *Patres qui diliguntur à Deo inducit pro filiis qui offendunt, nec merentur audiri, quia bona ſanctorum Patrum ſæpe ſubueniunt filiis,* & Hincmarus Archiep. Hincmarus. Rhem. opus 55. c. 10. *Moyſes Domino in quem non cadit obliuio, ad obtinenda quæ petebat, pro filiis Patres obtulit.*

Obedientia precibus ſubſternenda.

162. *Recordare Abraham, Iſaac, & Iſrael ſeruorum tuorum,* ecce vt optimus orator omnia quæ poteſt accumulat ornamenta, vt Deo perſuadeat dandam populo ſuo veniam, verum nonne inobediens Dei præcepto fuiſti? dixerat enim tibi vt eum dimitteres: at nonne diximus ex ſanctis Patribus quod illud *dimitte me,* idem ſit ac prohibe me ne iraſcatur furor meus in populum? en vt non inobediens ſed potius Dei iuſſa exequitur, ſcit enim obedientiam orationi ſubſternendam: ſic S. Auguſt. in S. Auguſt. hæc verba Pſalm. 36. ſubditus eſto Domino & ora eum, quæ ſic legens, ſubditus eſto Domino & obſecra eum, ait. *Hoc eſt ſit vita tua obedire præceptis eius, hoc eſt enim ſubditum illi eſſe & obſecrare, donec det quod promiſit,* perſeueret bonum opus, perſeueret & oratio.

Orationem Deo ſternit qui ſternit ſeipſum & ſubiicit.

Recordare Abraham, Iſaac, & Iſrael ſeruorum tuorum, ſtans Moyſes in confractione, hæc 163.
dicit animo contrito & humiliato, (vt diximus) ſed plura adhuc præbet profundiſſimæ humilitatis argumẽta, omnes enim viros iuſtos ſibi præponit, nulla ſuorũ operũ facta mentione, & quaſi nullius apud Deum eſſet pretij, gemebundus & ſupplex pro populo deprecatur. ſed quis eum poteſt arguere? nam in hoc ſciuit orationem Deo ſternere, cum ſeipſum Deo ſternit & ſubiicit. perite S. Greg. Mag. lib. 2. Moral. c. 16. S. Greg. Ma. *Notandum quod corruens in terram adorauit, ille enim veram Deo orationem exhibet, qui ſeipſum, quia puluis eſt, humiliter videt.*

Vnius iuſti preces, totius populi munimen.

Recordare Abraham, Iſaac, & Iſrael ſeruorum tuorum, 164.
ſane non vniuerſus populus peccato idololatriæ Deum ad vindictam prouocauit, nam de Hur ſic loquitur auctor Moyſis viatoris.

> *Et fama eſt tentaſſe hurum prohibere furentes.*
> *Et monitis iunxiſſe preces,*
> *Ah, cohibete animos, tantumque horreſcite crimen,*
> *Iam iam aderit Moſes, vtinamque & non Deus vltor.*

Aliqui adhuc huic non conſenſere ſceleri: cur ergo coram Deo non humiliantur Dei miſericordiam pro ſacrilego populo deprecantes? cur vnicus Moſes inſtat orationi? an eius ſolius preces Deum ad condonandum populum flectentis? quidni, cum vnius iuſti oratio ſit totius populi munimen & defenſio? Elizæus teſtatur, Elia cum in cœlum abeuntem his vocibus comitabatur, Pater mi, Pater mi currus & auriga Iſrael 4. Reg. 2. ſignificans in vno Elia orante, omne Iudaici populi præſidium poſitum eſſe. 4. Reg. 6
ſic enim hæc verba exponit Theodor. q. 8. in Theodor.
4. Reg. *Reges aliarum gentium equis vtentes & curribus, ſtabant in acie, hac de cauſa magnum* Abulenſ.
Eliã appellauit currum equitũ Iſrael, vt qui ſolus ſufficeret ad fundẽdos & profligandos hoſtes, vtique ſola oratione, accinit Abul. q. 20. in eumd. lib. *in Heb. dicitur currus & militia Iſrael, quaſi dicat quando pugnant, confidunt in curribus & in militia: Iſraelitæ autem habebant Eliam loco curruum & militiæ, quia preces eius erant ſufficientes*

magis ad defendendum Iſrael , quam currus & arma: oratio autem iuſti eſt munimen pro po- A pulo aduerſus quoſcumque aduerſarios, ſed etiam erga Deum pro conſequenda illi venia.

VARIET. LECT. Verſ. 14.

VVlg. Placatuſque eſt Dominus, ne faceret malum quod locutus fuerat aduerſus populum ſuum.

Sept. Et propitiatus eſt Dominus ad ſeruandum populum.

Cald. Reuerſuſque eſt Dominus à malo quod cogitauit facere populo ſuo.

Onk. Pœnituit Dominus mali, quod locutus erat vt faceret populo ſuo, *ſic Pag. Mont. & Oleaſt.*

Auguſt. Et propitiatus eſt Dominus de malitia, quam dixit facere populo ſuo.

CONCORDIA.

VVlg. placatus Dominus ne faceret malum idem eſt, quod reuerſus eſt Dominus à malo, & pœnituit Dominus mali, nam placari poſt iram, & reuerti à malo quod cogitauit fa- B cere, & pœnitere mali, nihil aliud eſt, quam immobili ſemper voluntate ſua ſancta conſulere electis multifariam, nunc blandiendo, nunc puniendo. &c.

EXPOSITIO.

P*Lacatuſque eſt Dominus*, oratione Moyſis, *ne faceret malum quod locutus fuerat*, non quod decretum puniendi mutauerit, ſed quod comminatus fuerat reuocans, non cum ſui aliqua mutatione, cum prorſus ſit immotabilis, ego Deus & non mutor. ſed ex ſola affectus C cum ipſarum rerum mutatione, placatus autem fuit, non vt totam pœnam delicti condonaret, ſed ne deleret eos, ſicut fuerat comminatus, ſic monet S. Pacianus epiſt. ad Sympronianum. S. Pacian.

CONCEPTVS.

Deo cooperandum, aliàs ſpes noſtra fruſtranea.

165. • *Placatus eſt Dominus, ne faceret malum quod locutus fuerat*, ſane ſtatuerat pœnæ comminationem reuocare, populo peccatori condonare, & licet duræ ceruicis & inflexibilis, eum nequaquam delere: cur ergo neceſſa fuit, vt ita humiliter eum Moyſes deprecaretur? tot argumentis Rhetoricis ei veniam ſuaderet? quid ei dixerat Deus? dimitte me, prouocans ad orandum pro populo; rectè ergo ſubiungitur, quod placatus eſt Dominus, nempe oratione Moyſis, ne faceret malum, quia Deo cooperandum, aliàs vana præſumptio noſtra. quod rectè ex-
Olymp. Eccleſ. 9. pendit Olympiod. explicans hæc verba Eccle. c. 9. omnia hæc tractaui in corde meo, vt curioſe intelligerem, ſunt iuſti atque ſapientes & opera eorum in manu Dei. ſic autem ait. *Proponit qua in re ſatisfacere ſibi poſſit ſapientis intuitus & cognitio, quod videlicet iuſti ſapienteſque homines vna cum operibus eorum ſub vmbra Dei ac protectionis ſuæ dextera conquieſcant, neque enim permittit Deus illos impetentium dentibus deuaſtari, at vero de impiis ſcriptum eſt Pſal.*
Pſal 87. *87. & ipſi de manu tua repulſi ſunt*; qui deſides atque ignaui in ſalute ſua conſequenda, vani ſunt & præſumptuoſi, nam hi ſoli ſapientes, qui Deo monenti & excitanti in bonum ſuum vel aliorum cooperantur.

Deus tanquam filios in gratiam nos recipit, ſi eum vere deprecati fuerimus.

Placatus eſt Dominus, ne faceret malum quod locutus fuerat, ecce vt condonat populo, vt eius miſeretur, & in eum latam condemnationis ſententiam reuocat. verum, neſcio qua ſpe, qua fiducia, qua confidentia, pulſauit viſcera miſericordiæ diuinæ Moyſes pro populo, qui potius æterno dignus erat ſupplicio quam venia, cum ſummæ ingratitudinis & impietatis ſcelus admiſerit? qua ergo ſpe ipſum deprecaturus accedit? bene Chryſolog. ſerm. 2. de filio prod. 166.
Illa qua pater eſt, ego perdidi quod erat filij, ille S Petrus Chryſo.
D *quod patris eſt non amiſit*, amiſerat Iſrael quod erat filij, cum vitulum tanquam Deum adorauit, ſed Deus quod Patris erat non amiſerat, ſic autem proſequitur S. Epiſc. Rauen. *Reatum mox cooperit, diſſimulat iudicem, qui magis vult implere genitorem*, precibus Moyſis deuictus, immemor reatus populi, & iram quam contra eum vt iudex iamiam puniturus conceperat, eam tanquam benignus genitor deponit.

Sic Deus bonæ famæ conſulit, vt ſe iudicem eſſe non meminerit.

Placatus eſt Dominus, ne faceret malum quod locutus fuerat, in Heb. eſt Iehoua; cur non ait, 167.
placatus eſt Elohim, cum hoc totum negotium eſſet iudicis comminantis & qui meritas pœnas exigeret? quid illi obiecit Moyſes, vt cum

à puniendi ſententia reuocaret? ne dicant Ægyptij, quod callide eduxiſti eos ab Ægypto, vt in montibus interficeret. en ergo vt iam placatus nulla mentione facta Elohim aut iudicis, ſic enim Deus ſuo nomini conſulit vt ſe iudicẽ eſſe non meminerit. ſic apud Caſſiod. lib. 8. epiſt. 9. Athalarius Rex, dum egregium quemdam principem qui apud Theodoricum principem plurimum gratia valebat, et pro veritate & iuſtitia ac proinde pro ipſiuſmet principis fama obſiſtentem ſic facit, *Et quod rarum confidentiæ genus eſt, interdum reſiſtebat contra vota principis, ſed pro opinione rectoris,* prudentiam Regis famæ ſuæ pluſquam propriæ voluntati morem gerentis, hunc in modum commendat. *Patiebatur enim ille inuictus præliis, pro ſua fama ſuperari, & dulcis erat iuſto principi rationabilis contrarietas obſequentis:* ſic Deus aliàs inuincibilis, ſe à Moyſe ſuperari patitur, vt ſuæ conſulat famæ. (Caſſiod.)

Deus non mutatur.

168\. *Placatus eſt Dominus, ne faceret malum quod locutus fuerat,* Heb. *pœnituit Dominus mali quod locutus eſt vt faceret,* ſi Dominus iam decreuerat populum Iſrael ponire, quomodo dicitur quod pœnituit eum mali? num vt homo Deus, qui in horas mutat conſilium? qui datam inconſtans reuocat ſententiam? quomodo ergo pœnituit eum quod iratus fuerit in populum eumque delere ſtatuerat? reſpondet B. Hieron. c. 5. in Daniel. *Hoc facile ſoluitur Ezechiæ Regis exemplo quem Eſaias dixerat eſſe moriturum, & Niniuitarum quibus dictum eſt, adhuc quadraginta dies & Niniue ſubuertetur Ionæ 3. & tamen ad preces Ezechiæ & Niniue Dei ſententia commutata eſt, non varietate iudicij, ſed eorum conuerſione, qui meruere indulgentiam: alioquin in Ieremia loquitur Deus ſe mala minari ſuper gentem & ſi bona fuerit, minas clementiâ commutare, rurſum bona agenti ſe aſſerit bona pollicerì, & ſi mala fuerit dicit ſe ſuam mutare ſententiam non in homines, ſed in opera quæ mutata ſunt: neque enim Deus hominibus ſed vitiis iraſcitur, quæ cum in homine non fuerint, nequaquam punit quod mutatum eſt,* (S. Hieron. Ionæ 3.)

Deus non ex malitia ſed ex iuſtitia mala infert.

169\. *Placatus eſt Dominus, ne faceret malum quod locutus fuerat,* S. Auguſt. *propitiatus eſt Dominus de malitia quam dixit facere de populo,* quid? nonne Deus ſolus bonus eſt? in eum autem qui ſumme bonus eſt, poteſt ne malitia cadere? quomodo ergo dicitur quod precibus Moyſis propitiatus eſt de malitia quam decreuerat facere? hoc vidit B. Auguſt. q. 143. & ita ſic ait. *Malitiam hîc pœnam intelligi voluit ſicuti, eſt Sapient. 3. exiſtimata eſt malitia exitus illorum, ſecundum hanc dicitur bonum & malum à Deo non ſecundum malitiam qua homines mali ſunt, malus enim Deus non eſt, ſed malis ingerit mala, quia iuſtus.* (S August. Sapien. 3.)

Qui cum zelo Dei honoris eum precatur potens eſt ad obtinendum quæ poſtulat.

Placatus eſt Dominus, ne faceret malum quod locutus fuerat, nonne excandeſcebat Deus in populum furore, vt eum perderet? nonne iuſtiſſimâ in eum irâ commotus vt omnino deleret? quomodo ergo ita facile placatur? quomodo propitius ita populo redditur? nonne ex maximo honoris diuini zelo deprecatus eſt Dominus cum ait, ne dicant Ægyptii quod callide eduxiſti populum, vt in montibus occideres? ne mireris ergo ſi poſtulata facile conſequitur, qui enim cum zelo Dei nominis, & honoris preces effundit, potens eſt ad obtinendum quæ poſtulat. vnde noſter B. Petr. de Alcantara in libello aureo de meditatione & oratione c. 11. de petitione, admonens qualis & quomodo foret apud Deum efficax petitio ait. *Precandus eſt Deus cum inflammata charitate ac ardentiſſimo diuini honoris zelo, vt omnes populos ac nationes ſui notitia illuſtret, vt ſe cognoſcant, laudent & adorent tanquam vnicum & verum Deum, ac Dominum, proferatque ex intimo cordis illa Regij Prophetæ verba, confiteantur tibi populi Deus confiteantur tibi populi omnes.* 170. (S. Petrus de Alcant.)

Orans pro inimicis, nequaquam poteſt eſſe iracundus.

Placatus eſt Dominus, ne faceret malum quod locutus fuerat, ecce vt Moyſes deprecans pro ſibi aduerſariis, quod petiit obtinuit; potius enim ad vindictam Deum debuerat prouocare, quam ab ea reuocare, cum inauditum ſcelus commiſiſſet Iſrael: ſed cur mitiſſimus omnium dicitur Moyſes? nonne diximus efficaciter pro aduerſariis Deum deprecantem: ne ſciſciteris ergo cur ita mitis, quia orans pro inimicis nequaquam poteſt eſſe iracundus. ſic habet S. Doroth. doctrina 8. de ſimultate alterius. *Ex patribus* (inquit) *fuit iſta ſententia, quod pro inimicis orans nunquam poſſit eſſe iracundus, aut vindictæ ſtudioſus.* 171. (S Doroth.)

Orationes ſanctorum apud Deum efficaciſſimæ.

Placatus eſt Dominus, ne faceret malum quod locutus fuerat, Heb. *pœnituit Dominus mali quod locutus fuerat vt faceret,* non mirarer quod Deus viri iuſti precibus placaretur, ſed quomodo fieri poteſt, vt Deus qui natura ſua immutabilis, pœniteat punitionis quam infligere ſtatuerat populo? vt inde colligas efficaciſſimam eſſe viri iuſti orationem cum Deo pœnitentiam inducat. *Efficaciſſimæ ſunt ſanctorum preces* (inquit Oleaſt.) *non ſolum malum faciendum preces ſanctorum impediunt, ſed Deum pœnitere cogunt quod facere voluiſſet.* Et Preſbyter Rhemenſ. 172.

Sedauitque Deum vox lachrymoſa precum,
Quas habeat fructus ſimplex oratio iuſti.
In precibus Moyſi quiſque notare poteſt, (Petrus Riga.)

VARIET. LECT. Verſ. 15. & 16.

VVlg. Et reuerſus eſt Moyſes de monte, A portans duas tabulas teſtimonij in manu ſua ſcriptas ex vtraque parte.

Sept. Et conuerſus Moyſes deſcandit de monte, & duæ tabulæ teſtimouij io mauibos ſuis tabulæ lapideæ inſcriptæ ea vtriſque partibus earum, hinc & binc erant ſcriptæ.

Pag. Tabulæ ſcriptæ à doobus lateribus earum, hinc inde erant ſcriptæ.

Oleaſt. Ab anterioribus ſeu à duabus ſuperficiebus earum, *Alij.* ab vtraque facie.

Cald. Reſpexitque Moyſes & deſcendit de monte.

Vulg. Et factas opare Dei, ſcriptura quoque Dei erat ſcripta io tabulis.

Cald. Et ſcriptura erat ſcripta à facie Dei, ſculpta ſuper tabulss.

Sept. Et tabulæ opus Dei erant, & ſcriptura ſcriptora Dei ſculpta io tabulis.

Onk. Et ſcriptura erat clare expreſſa in ipſis tabulis.

CONCORDIA.

VErbum פנה phaoa, vertere, & conuertere, reuerti, ac declinare ſignificat. vnde varia eſt lectio: ſcriptas ex vtraque parte Hebraice [illegible] עברהם בשני miſcoe hebrehé à duobus lateribus, Oleaſt. ab anterioribus, quia dicit ſcriptas fuiſſe ſolum à parte aoteriori, ita vt hæ doæ tabulæ clauderentur, ad modum tabularum libri, alij autem teoent in vtroque latere tabularum anteriori vel poſteriori conſcripta B fuiſſe decalogi præcepta, vt ab omnibus ſiue poſtſtantibus, videri, & ſic legi poſſent, & ita ooſter Vulg. ex vtraqoe parte, & Sept. ex vtriſque partibus earum & ſans עבר heber ab omnibus paſſim tam hic quam alibi, Iſius vel pats vertitur, conſulto poſt hæc verbs, omiſſus eſt ab interprete hîc Hebraiſmus, *hinc & hinc* ſcriptæ etant.

EXPOSITIO.

R*Euerſuſque Moyſes de monte*, auditâ veniâ C quam Deus populo indulgere promiſerat, *portans duas tabulas*, qoæ non maxime ponderoſæ, nec adeo magnæ, vt pote quas Moyſes manu geſtaret, & quæ in arca fœderis exigua deponendæ: vocantur aotem tabulæ teſtimonij, quod ſcripſerit eas Deus, in teſtimonium ſempiternum pacti illius celaberrimi, quod ſecum inierit gens Hebræorum, quando pollicenti Deo quod ex omnibus gentibus terræ habiturus eſſet in proprium peculiū, ſi vocem eius audiret, & propoſitæ legis pacta ſeruaret, tunc præſtito vtrimque conſenſu, & pactis ex vtraque parte cooſirmatis, conditionis initi fœderis lapideis tabulis ad perpetuam facti memoriam Deus optimus digito ſuo inſculpſit, *ſcriptas ex vtraque parte*, ita vt ex vtraque tabularum ſuperficie tam aoteriori quam exteriori eædem eſſent in eis ſcriptæ litteræ, vt commode mandata Dei legerentur.

Et factas opere Dei, abſque vlla Moyſis cooperatione, *ſcriptura quoque Dei ſcripta erat in tabulis*, nam & tabulæ ipſæ præparatæ, & ſcriptura dioino opere cuncta facta fuerunt, non artificio aliquo humano: conſule quæſa qua de hac lege in decalogo ampliſſime diximus ſuper caput vigeſimum hoius libri, quæ etiam præcepta ſcripta in vnaquaque tabula aperuimus.

CONCEPTVS.

Dona Dei niſi accedat eis noſtra cooperatio, non duratura. D

173. *Reuerſus eſt Moyſes portans duas tabulas teſtimonij*, non homano artificio ſad factas opere Dei, non ſolum opere diuino factæ, ſed ſcriptura quoque Dei erat ſcripta in tabulis: nibil non diuinum erat in tabulis, quidquid in illis ſpectabatur & opus Dei erat, & ſcriptura, nec vt eas faceret, nec vt in eis ſcriberet ad ſciuit Moyſem, & qoid accidit tam diuinis tabulis? in deſcenſu Moyſes zelo Dei commotus in idololatras, eas coofregit, & ſic quas Deus ſuo digito ſcripſerat, & quas ipſemet fecerat tabulas, coofringuntur. quid tunc? nouæ excogitantur tabulæ, de quibus ad Moyſem Deut. c. 34. præcide tibi duas tabolas lapideas, ad inſtar priorū. imo prope finem capitis, præcipit vt in eis verba legis ſcriberet, & ait textus, & ſcripſit in tabulis verba fœderis decem. hîc nullius hominis manus expectatur, ſed tabulæ & in eis quæ ſcripta ſunt dicuntur opus Dei: inferius autem requiritur Moyſis manus, qoæ & tabulas faciat, & decem verba legis io eis ſcribat. cur ergo tabulæ diuinæ opere Dei prodeuntes, & manu ipſius conſcriptæ, tam cito confringuntur? poſteriores, quæ humanæ, quæ oon ſolius Dei ſed & hominis Dei prædicantur per tot annos perſeuerauere integræ? nam rationi conſentaneum videtur qood priores in duratione poſteriores

excedere deberent. in his tabulis Dei dona ſi- A
gnificantur, quæ tunc permanent & durant,
cum homines habeant cooperatores, hanc
difficultatem mouet ac diffinit B. Auguſt. q.
166. in Exod. *Magna oritur quæſtio quomodo*
Auguſt. *illæ tabulæ quas erat Moyſes Deo vtique præ-*
ſciente facturus, non hominis opus eſſe dicantur
ſed Dei, neque ab homine ſcriptæ ſed ſcriptæ digito
Dei, poſteriores vero tabulæ tamdiu manſuræ ac
in tabernaculo ac in templo Dei futuræ, iubente
quidem Deo tam ab homine ſciſſæ ſunt, quam ab
homine ſcriptæ? forte in illis prioribus gratia Dei
ſignificabatur, non hominis opus. Et quidem ſic
diſpoſita Dei dona ſunt, Dei gratioſæ largitio-
nes, vt niſi per hominum cooperationem non
habeant durationem.

Iuſtus homo poſt peccatum punitum lucidior & ſplendidior reſurgit.

B

174. *Reuerſus eſt Moyſes portans duas tabulas teſti-*
monij, an facie ſplendida ex colloquio cum Deo
in monte per tot dies habito? nihil tale nota-
tur, ſed ſolum quod manibus ad populum de-
ferebat tabulas, & factas & ſcriptas opere Dei,
quas tamen, vt expertus eſt populum adeo in-
auditum crimen admiſiſſe, in vindictam ido-
lolatriæ, eas confregit, & ex eis viginti tria
millia internecione deleta ſunt: quibus peta-
ctis denuo Dei iuſſu montem conſcendit, no-
uas accepturus legis tabulas, non tamen Dei
manu exaratas, quibus acceptis, deſcendit: an
ei contigit ſicut in primo deſcenſu? nequa-
quam ſane, ſed poſt earum reſtaurationem, de
eo dicitur c. 34. quod tenens duas tabulas teſti-
monij, ignoraret ſuam faciem eſſe cornutam,
ex Heb. neſciebat quod facies eius radians eſ- C
ſet, Cald. quod multiplicatus eſſet ſplendor
gloriæ eius: expendamus, quandonam illuſtra-
tur radiis gloriæ & ſplendore decoratur vultus
Moyſis: an quando primas accepit has legis ta-
bulas manu Dei exaratas, longo præmiſſo cum
Dei colloquio? nequaquam, ſed poſtquam hæ
prorſus confractæ ſunt materialiter ab ipſo
Moyſe, ſpiritualiter à populo peccante, & pec-
cato caſtigato inſtauratæ ſunt legis tabulæ,
tunc multiplicatus eſt ſplendor in facie Moy-
ſis, tunc longe lucidior & ſplendidior compa-
Rupert. ruit; id annotauit etiam Rupert. lib. 5. in Ioan.
Cum prioribus tabulis (inquit) *facies Moyſis non*
refulſit, ſed acceptione tabularum poſteriorum
ſplendida facta eſt; quid eſt, quod integris ad-
huc tabulis legis, non refulgebat, poſt harum
confractionẽ, ſic ſeſe in reſtauratione extollit,
vt ſolares habeat radios in vultu ſuo, & pæne D
glorioſus & inacceſſibilis appareat? niſi quod
in veris iuſtis, & peccatum & legis fragium oc-
caſionem afferunt ſplendidiores & illuſtriores
virtutum emittendi radios, quod confirmat
Cant. 1. Paraphraſ. Cald. in illa verba Cant. 1. nigra
ſum ſed formoſa filiæ Hieruſalem, ſicut taber-
nacula cedar ſunt pelles Salomonis. ſic enim
ait. *Quando Iſraelitæ fecerunt vitulum denigratæ*
ſunt facies eorum, & quando egerunt pœniten-
tiam, & dimiſſum eſt eis peccatum, multiplicatus
fuit ſplendor gloriæ vultus eorum ſicut vultus An-
gelorum, obtenebrantur quidem nigredineque
ſuffunduntur Chriſti ſponſæ, iuſtorum animæ,

A ſed tenebræ illæ & nigredo non pariunt confu-
ſionem, imo cum puniuntur, peccata longe
maioris luminis & ſplendoris afferunt occaſio-
nem. id habet S. Laurent. Nouarr. hom. de elee-
moſyna. *Tibi hæc dicit qui criminibus cedis, ad te* S. Laurent.
loquitur qui criminibus vinceris, plora compun-
ctus, vt poſſis recipere ſpeciem cordis & pulchritu-
dinem corporis.

Si Deus tuus legiſlator eſt, etiam tuus eſt iudex ad puniendum.

Reuerſus Moyſes de monte portans duas ta- 175.
bulas teſtimonij ſcriptas opere Dei, in Hebræo
eſt, non Iehoua ſed Elohim: ſi huiuſmodi legis
tabulæ ideo ſcriptæ ſunt, vt populus eas cuſto-
diens promiſſa ſibi facta à Deo conſequatur, &
terram lacte & melle manantem obtineat. cur
B nomen Elohim, nempe iudicis apponit, non
nomen Iehoua, cum ipſe ſit fons omnium bo- Caiet.
norum? dices cum Caiet. *Vtrumque opus nempe*
ſcriptura legis & tabula attribuitur Deo quate-
nus eſt iudex, vt nihil humani operis ſed Dei ſit to-
tum, & ex integra officium legiſlatoris Dei non
ſolum ſcribenda ſed etiam conficiendo legis tabu-
las ſignificetur ſcripta, ſunt enim hæc ad manife-
ſtandum quod nihil operatus eſt Moyſes ad huiuſ-
modi tabulas. recte quidem: addere tamen li-
ceat, ideo dictum hanc legem ſcriptam Elohim
nempe iudicis opere, ad denotandum, quod ſi
hanc ſeruaueris, tibi negotium cum ſeuero, ſed
æquiſſimo iudice.

Deus ſua beneficia cito non ſubtrahit, etiam ab indignis.

C *Reuerſus Moyſes de monte portans duas ta-* 176.
bulas teſtimonij, vt eas populo conſignaret tan-
quam ſingulare Dei beneficium. verum ô Deus
æquiſſime, nonne grauiſſimum ſcelus admiſit
Iſrael, quo non ſolum meretur ſeueriſſimas lue-
re pœnas, ſed prorſus illius memoriam deleri?
quomodo ergo eum ſeuere punire debes, non
exiguum confers beneficium in legis tabulis?
cur eas è manibus Moyſis non recipis, cum ita
populus omnino indignum ſe præbuerit? quia
Deus licet ab indignis, cito ſua non ſubtrahit
dona. ſic habet Oleaſt. *Non retinuit beneficium* Oleaſt.
ſcripta legis, non confregit tabulas teſtimonij, non
prohibuit ad populum deferri: audiant hæc qui ob
paruum animi crimen beneficia ſubtrahunt: pec-
cauerat populus peccatum grande, & dignus perdi-
tione erat, & pius Pater non ſubtrahit beneficium
legis, neque ad tempus pœnitudinis differt, quod ad
D *exaggerandum adiecit, & licet peccatores eſſent*
maximi, non tamen tabulas negauit, non qualeſ-
cumque, ſed quæ Dei opus erant digitoque Dei
exaratæ.

Maximus Dei amor & bonitas, quod per ſeipſum hominum attendat diſciplinæ.

Reuerſus Moyſes de monte portans duas ta- 177.
bulas legis factas opere Dei, an ſolum Deus le-
gem in tabulis exarauit? imo & tabulas fecit,
vt hoc opus pulcherrimum populo ſuo daret;
nonne ſi quis Imperator propria manu alicui

ſubdito ſcriberet, ſingularem in ipſum beneuolentiam declararet? ſic enim teſtatur D. Ambr. epiſt. 16. alloquens Gratianum Imperatorem, quid de litteris recentibus loquar? ſcripſiſti tua totam epiſtolam manu, vt ipſi apices fidem tuam pietatemque loquerentur. tu Imperator dignatione imperiali honoras infimum ſacerdotem: ſic Ambroſius commendat Imperatoris bonitatem, quod manu propria ſcriptam epiſtolam ſibi miſerit. ſed quis eſt Imperator, ſi cum Deo conferatur? & quis populus idololatra, ſi cum ſanctiſſimo Archiepiſcopo conferatur? quis ergo non mirabitur maximum Dei in populum amorem, qui non dedignatur manu propria tabulas dolare & exarare vt leges recte viuendi populo traderet? an aliquid maius excogitari poteſt? in infinitum creſcit Dei amor in nos & eius bonitas ſtupenda declaratur, ſic enim per Hierem. c. 31. hæc nobis pollicetur, dabo legem meam in viſceribus eorum, & in cordibus eorum ſcribam eam. magna ſane Dei dignatio, quod populo ſuo mittet & leges ſcriptas, propria ſua manu, hoc longe maioris indicium dilectionis, quod ipſe legem per ſelpſum non in tabulis lapideis, ſed in cordibus humanis imprimeret; & quæ lex ſic immediate in cordibus hominum ſcripta? ait D. Auguſt. lib. de ſpirit. & litt. c. 21. *Quæ ſunt aliæ leges à Deo ſcriptæ in cordibus, niſi ipſa præſentia Spiritus ſancti?* ipſe per ſe diuinus ſpiritus immediata ſua præſentia, quod iubet, cordibus humanis imprimit.

S. Ambr. — Hierem. 31. — S. Auguſt.

Per gratiæ lenitatem remouetur legis aſperitas.

170 *Reuerſus Moyſes de monte portans duas tabulas teſtimonij factas opere Dei*, Leo Papa hom. A in Euang. feſtiuit. omnium ſanctorum citans præfatam auctoritatem Ierem. ait qui locutus eſt Moyſi, locutus eſt & Apoſtolis, & in cordibus diſcipulorum velox ſcribentis verbi manus noui teſtamenti decreta condebat, nulla, vt quondam circomfuſa nubium craſſitudine, neque per terribiles ſonos atque fulgores populo ab acceſſu montis perterrito, ſed patente ad ſuæ res circumſtantium tranquillitate: verum cur in tabulis lapideis lex antiqua ſcribitur, lex autem gratiæ in cordibus hominum? vt quam aſpera eſſet lex ſcripta denotaretur, & quam ſuauis lex gratiæ, cuius ſuauitate alterius aſperitas remouenda. ſic enim præfat. Patet. *Vt per gratiæ lenitatem remoueretur legis aſperitas, & ſpiritus adoptionis auferret formidinem ſeruientis.*

S. Leo.

B *Longe patens lex gratiæ quam Moſaica.*

Reuerſus Moyſes de monte portans duas tabulas teſtimonij ſcriptas ex vtraque parte, ſolum duæ ſunt tabulæ, in quibus lex ſcripta intus & foris, vt circumſtantes vtrimque poſſent eam conſpicere. an ſolum lex gratiæ in duabus tabulis ſcripta? quid ait Dominus per Ierem. dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam. cur in viſceribus & in cordibus omnium credentium, cum lex antiqua ſolum in duabus tabulis ſcripta fuerit? quia longe patet lex gratiæ quam Moſaica: id annot. S. Chryſoſt. in caten. Græca ſuper Ierem. apud Giſlerium. *Vide enim è tabulis quidem ſcire omnes non poterant, ab Apoſtolis vero omnes animatæ columnæ circuibant terram, circumferentes litteras quas habebant, quas impreſſit non calamus, non atramentum, ſed ipſe Deus.* 171

S. Chryſ.

VARIET. LECT. Verſ. 17.

Vulg. Audiens autem Ioſue tumultum populi vociferantis, dixit ad Moyſen, vlulatus pugnæ auditur in caſtris.

Sept. Et audiens Ieſus vocem populi clamantium, ait ad Moyſen, vox belli in caſtris.

Cald. Vocem populi, quando vociferabantur.

Pag. Et audiuit Iehoſuah vocem populi, dum C clamaret.

Onk. Vocem populi iubilantis.

Mont. Populi in vociferatione eius, & dixit ad Moſech, vox prælij in caſtrametatione.

Oleaſt. Vocem populi perſtrepentis.

Vatab. Vox ſtrepitus in caſtris.

Alij. Vox prælij in turma.

Philo. Clamor iſte eſt ad pocula.

CONCORDIA.

VVlg. legit tumultum populi vociferantis, Hebraice autem את קול העם ברעה & colhaham berebo, ſciẽdum autem verbum רוע Roah à quo ריע Reah vlulare, vociferari tam in lætitia quam in luctu & iubilatione ſignificare: hinc varia lectio quæ tendit in vnum, nempe quod clamabat populus, lætabatur, & D iucundabatur diem feſtum agens idolo more gentilium. Vulg. vlulatus pugnæ auditur in caſtris, Hebraice קול מלחמה במחנה kol milchana bamachane, vox belli in caſtris, vox prælij in pugna, ſed hæ omnes lectiones conueniunt.

EXPOSITIO.

A*udiens autem Ioſue*, in aſcenſu & deſcẽſu montis legimus cum Moyſe fuiſſe. vnde Hugo Victor. merito dubitat, an toto tempore cum Moyſe ieiunauerit ſed ſatis innuitur ibi permanſiſſe, (quidquid ſit de ieiunio) vel diu à populo abfuiſſe, cum ignorauerit quid ſtrepitus &

tas & voces illæ præ ſe ferent. ſubſtiterat antem in quadam parte inferiori montis: *tumultum populi vociferan:* licet enim coram idolo populus caneret, ſed quia voces plurimorum erant & confuſæ, ideo diſcernere non potuit Ioſue, an eſſent voces cantantium, aut pu- A gnantium, nouitate rei commotus, & vociferantium voce, *dixit vlulatus pugnæ auditur in caſtris*, potuit enim credere inſidias paratas à vicinis gentibus, cum iam in eum inſurrexiſſent Amalechitæ.

CONCEPTVS.

Inter conuiuia latent hoſtiles incurſus.

580. *Audiens Ioſue tumultum populi vociferantis, dixit vlulatus pugnæ auditur in caſtris*, Sept. *vox belli in caſtris*: viſus eſt Moyſi huiuſmodi tumultus non pugnæ vel belli, ait enim vocem cantantium ego audio. ſed Philo aliter legit, B clamor iſte eſt ad pocula, itaque clamor ad pocula viſus eſt Ioſue clamor pugnantium. ſed quid inter vtrumque commune? in pugna requiruntur, quibus carent comeſſationibus indulgentes; recte tamen clamor pugnæ quem ſibi viſus eſt audire Ioſue, clamor erat ad pocula, quando enim hoſtiles impetus ſub poculis non latent? pulchrè ait Philo de temul. *Non negat clamorem eſſe bellicum, alterius tamen generis eſſe putat, qualem nimio vino grauati ſolent* Philo. *attollere*, en vt clamor potantium ſimilis eſt vociferationi pugnantium? vt quanta ſit connexio inter potantes & pugnantes, & inter arma & pocula tibi compertum eſſet.

Plures Chriſtiani ſimiles idololatris celebrantibus feſtiuitates idolorum.

581. *Audiens Ioſue tumultum populi vociferantis, dixit vlulatus pugnæ auditur in caſtris*, Onk. *audiuit vocem populi perſtrepentis*, celebrans feſtum recentis idoli, vociferabatur tumultuoſe, perſtrepebat clamoroſe, ita vt belligerans videretur: hic autem vociferationis tumultus ex conuiuiis & poculis oriebatur, ſedit populus bibere & manducare, & ſurrexerunt ludere: quis non arguet huiuſmodi idololatras non ſolum feſta ſuo idolo celebrantes, ſed modum quo ea celebrant in comeſſationibus & potationibus? verum plures ex noſtris non his in modo celebrandi feſta ſanctorum abſimiles, nam largis epulis conuiuiiſque lautiſſimis videntur feſtiuos ſanctorum dies agere, id autem quam ſit ridiculum & idololatriam ſapiens,
S. Paulin. notat B. Paulinus in natali S. Fœlicis, ſic de huiuſmodi epulis loquens.

Verum vtinam ſanis agerent hæc gaudia votis.
Nec ſua luminibus miſcerent pocula ſanctis,
Quamlibet hæc ieiuna cohors potiore reſultet
Obſequio, caſtis ſanctos quoque vocibus hymnos
Perſonat, & Domino cantantem ſobria laudem,
Immolat, ignoſcendo tamen puto talia paruis
Gaudia, quæ ducunt epulis, quia mentibus error
Irrupit rudibus, nec tantæ conſcia culpæ,
Simplicitas pietate cadit, male credula ſanctos
Perfuſis halante mero gaudere ſepulchris,
Ergo probant obiti, quod damnauere magiſtri.

Vnde recte noſter Seraphicus Patriarcha to. 3. exhort. 8. ait. *Feſtiuitates Domini & aliorum ſanctorum magis honorantur inopia & ſanctitate, per quam ipſi cœlum ingreſſi ſunt, quam curioſitate & ſuperfluitate per quam anima elongatura cœlo.* cauent potius quam amant ſancti conuiuia, nec niſi de ſtultitia aut errore venire poteſt, epulis immodicis & vinorum nimia potatione velle ſanctorum natalitia celebrare.

Prælatires ſuorum ſubditorum clarius attingant quam alÿ.

Audiens Ioſue tumultum populi vociferantis, dixit vlulatus pugnæ auditur in caſtris, tamen Moyſes ait, vocem cantantium ego audio. 582. magnum inter pugnare & canere diſcrimen, nec quidem pugnabant ſed canebant. quo modo etiam inaudita fallitur Ioſue, iunior Moyſe & ideo hebetiorum ſenſuum? ſuperior & prælatus erat Moyſes populi, non autem Ioſue. non miror ergo verius percepiſſe illius voces, prælati enim res ſuorum clarius attingunt, quam alij. quod expendit Theodor. explicans illa verba Daniel. 6. Daniel ſuperabat omnes princi- C pes & Satrapas, quia Spiritus Dei amplior erat Daniel, 6. in illo. ponderat verbum illud *amplior*, nam dum in Daniele fuiſſe dicatur Spiritus Dei amplior, plane ſupponitur in cæteris gubernationis ſociis quãuis idololatris, ſaltem aliquid Dei Spiritus fuiſſe. ſubiicio eius verba. *Diſcimus ex* Theodor. *hoc loco iis quibus ad vitam ciuium inſtituendam magiſtratus mandatur, etiamſi pietatis expertes fuerint, quoddam tamen ſapientiæ munus ad ſubiectum ſibi populum gubernandum diuinitus concedi.*

Optimi duces ſuorum bella timeant.

Audiens Ioſue tumultum populi vociferantis, dixit vlulatus pugnæ auditur in caſtris, Sept. *vox* 583. *belli in caſtris*, nonne tibi perſuadere potuiſti, nequaquam vicinas gentes victis Amalechitis, populum Iſraclem expugnaturas? cur ergo di- D cis te in caſtris vlulatum pugnæ audire, vocem belli percipere? choreas ducunt ſaltantes. quomodo pugnarent? optimus dux erat Ioſue, & ideo bellum irruiſſe in ſuos timens dixit vlulatum pugnæ in caſtris audiri: nam vt bene O- Oleaſt. leaſt. *Bonus dux eſt qui ſemper à bello timet ſuis.*

Luctus & quidquid funebre, non longe abeſt à voluptate & deliciis.

Audiens Ioſue tumultum populi vociferantis, dixit vlulatus pugnæ auditur in caſtris. Oleaſt. *au-* 584. *diui vocem populi perſtrepentis*, ſcilicet præ lætitia, vnde Moyſes dixit vocem cantantium ego audio: nonne Ioſue adoleſcentior erat Moyſe?

proinde & acutior auditu debebat eſſe, nec diſtantia locorum impediebat, quominus recte audiret, ſimul enim gradiebantur: quid eſt igitur, quod de pugna, quod de bello concipit Ioſue, quando nunquam lætiora Iſraelitarum caſtra? equidem Philo lib. de temul. ante medium lugubrem fuiſſe qui edebatur, ſonum cogitauit. ſic autem ait, etiam præuaricari auſus vt corpus Deum ſibi fingeret & typhum Ægyptio more coleret, cuius ſignum erat iuuencus aureus, circa quem choreas ducendo, inſani carmen concinunt, non ſuaue quale in comeſſationibus, epulis feſtiſque compotationibus, ſed reuera lugubre funeſtumque, tanquam temulenti, multoque lyæo laxati neruos animæ: narratur enim quod Ieſus audito tumultu populi, dixit ad Moyſen clamor pugnantium auditur in caſtris, quod ſi ſane luctuoſæ fuere voces, non eſt mirum exiſtimaſſe Ioſue clamores fuiſſe eorum qui ex pugna fugerent, vel in bello trucidati caderent, & conſidera vt etiam tum quando in omnem fundi lætitiam cupiant, mortales tamen lamentum depellere non valeant] funeſtus, ait Philo, videbatur luctus, non hilaris, & qualis feſtorum dierum, fac nouiſſe Ioſue caſtra vacare muſicæ, & riſui, omnia gaudio plena: ſed credere non valet, protrahi lætitiam potuiſſe: mors nunquam longè à voluptate abeſt: bene ergo Ioſue ex imbecillitatis humanæ iucunditatis diuinatione, pugnam & internecionem continuo meditatur, ac proinde aſſerit pugnæ vlulatus auditur in caſtris. vel vt Sept. vox belli in caſtris. Nicæn. de Virginit. c. 13. ſic de voluptate etiam licita Philoſophatur *Nam vt gladij capulus politus, ille quidem tactu facilis, & ornatu vndique accinctus apparet, reliquum vero ferrum mortis inſtrumentum eſt. hoc in genere nuptiæ ſunt, quæ quaſi capulum aliquem artificioſo opere illuſtratum politam quamdam voluptatis ſpeciem guſtui, contrectationique noſtræ præ ſe ferunt, cum vero in manibus eius ſunt, qui illas attigerit, luctus miſeriarumque ipſa mortalibus effectrices exiſtunt.*

Philo.

Anaſta.

De improbis iudicamus infælicia.

185. *Audiens Ioſue tumultum populi vociferantis, dixit vlulatus pugnæ auditur in caſtris,* Sept. *vox belli in caſtris*, nonne voces coram idolo cantantium erant? quid inter harmoniam plurium canentium, ac clamorem pugnantium? ita ne hebetis auditus, vt neſciret diſtinguere inter vociferationes bellantium, & muſicam cantantium? quomodo ergo ſuſpicatur de eis quod bellum gererent, quod in certamen deſcenderent? recte Abul. quæſt. 25. *Neſciuit diſtinguere quid erat & ideo in peiorem exitum interpretatus eſt nouitate rei commotus.* En vt de impiis facile iudicamus quodlibet infauſtum & infœlix.

Abulenſ.

Preces ſanctorum imploremus, in ſubueniendis peccatoribus.

186. *Audiens Ioſue populi tumultum vociferantis, dixit vlulatus pugnæ auditur in caſtris,* potuit ſuſpicari, quia peccaſſent ipſi, veniſſe hoſtes, & grauem iis cladem inferre, aut ipſos inter ſe animis diſſidere, iamque coorta ſeditione, manus conſerere ac depugnare. obſeruata ſiquidem eius animo erit, populi ad murmurationes & factiones propenſio & hærebat adhuc pœne nuperius in oculis Amalecitarum incurſus. verum ſi ita ſuſpicatus eſt, cur hoc dicit? cur non tacuit? nonne potuit iam hunc clamorem audire Moyſes vt illico audiuit? [illegible] pondet Serarius c. 5. lib. 1. in Ioſue q. 3. *Hoc nomine non parum laudandus Ioſue, quod ideo* tenens *hæc dixiſſe videtur, vt Moyſem ad opem ferendam preceſque prout aduerſus Amalecitas nuper fecerat fundendas, modeſte inuitaret.*

Voces peccantium eiulatus & vlulatus ſunt.

Audiens Ioſue tumultum populi vociferantis, dixit vlulatus pugnæ auditur in caſtris, quid ô Ioſue, perſtrepunt pleni gaudio, choreas ducunt, cantus laſciuos edentes, & ais te audire vlulatum! nonne vlulatus luporum non humanum? recte tamen ita dixit, exiſtimans ſe audire vlulantium & deplorantium perniciem ſuam, & vaſtationem ab hoſtibus illatam, ac ſi nihil aliud per conſequens eſſent voces peccantium & lætantium, in peccatis ſuis niſi vlulatus & eiulatus eorum, qui manibus peccatorum ſuorum velut infeſtiſſimorum hoſtium vaſtabantur, ſpoliati diuitiis, confoſſi vulneribus, proſtrati. in hanc enim infœlicitatem miſeri peccatores ſe trahunt, quod mihi videtur probari ex Rabbi Kimhi lib. radicum & Rabbi Salomon. in nom. qui referens Moyſis dictum. *Vox hæc non eſt virorum clamantium, victoria, victoria, neque debilium, vox vociferantium væ væ, aut fugite, fugite:* vnde vlulatum dictum à Ioſue poſſumus intelligere hoc ſenſu, quod ipſe voces audierit vincentium atque victorum, ibi enim multa fuerunt commiſſa peccata, quæ idololatras corruperant, vaſtauerant, vicerant: illa victoriam proclamabant, iſti ſe victos ab inimicis ſuiſmet peccatis vociferantes lamentabantur. 187.

Rab. Kimhi

Infœlicia non ſtatim annunciandа.

Audiens Ioſue tumultum populi vociferantis, dixit auditur vlulatus pugnæ in caſtris, & tamen non vlulatum pugnæ dixit Moyſes, ſed vocem cantantium, ſi Deus ipſi Moyſi aperuerat peccatum populi choreas agentis, & circa vitulum aureum canentis, cur ne deciperetur Ioſue ipſi non indicauit, cum ipſi eſſet familiariſſimus famulus? quia aduerſa & infœlicia non ſtatim aperienda. ſic Lippom. *Verba Ioſue indicant ſilentium Moyſi, qui illi non ſtatim reuelauerat quod Domino indicante ſciebat de populi caſu horrenda: non enim ſunt aduerſa infœlicia ſubito prædicanda, dum malum emendari nequit & factum eſt irreuocabile: Moyſes autem præmonitus intelligebat quid ſonitus populi vociferantis protenderet.* 188.

Lippom.

Riſus & luſus peccatoris in ſceleribus lugubris eſt gemitus.

189. *Audiens Ioſue tumultum populi vociferantis dixit: vlulatus pugnæ auditur in caſtris,* inquit Ioſue, Moyſes autem, *non eſt clamor adhortantium ad pugnam, ſed vocem cantantium ego audio,* cur Ioſue & Moyſis auditus ita diſſidet, vt alter vocem audierit pſallentium, alter vero bellici tumultus fragorem? præcipue cum Moyſi Ioſue auditus acumine præcellere videretur, quippe qui iunior, tunc enim Moyſes octoginta annos natus erat. ſatis facere poſſumus dicentes, Ioſue populi iubilum, iudicaſſe raucum belli ſonum: ſecus vero Moyſen, quia didicerat à Domino in monte, non pugnam ſed vituli celebritatem. ſed vt ad mentem tituli conceptus loquamur, præmittenda eſt doctrina Origen. Origenes. hom. 1. in Ioſue qui poſtquam tremendū reuerendumque Ieſu nomen, neminem fuiſſe nactum, non Abelem, non Abrahamū, non denique Moyſen, qui licet fidelis fuerit in omni domo Domini, nondum tamen Ieſus meruit appellari, Ioſue ſolum hoc fuiſſe dignum nomine aſſerit ſubiiciens. *Quo igitur nobis hæc cuncta proſpiciunt? nempe eo quo liber hic non tam geſta nobis filij Naue indicet, quam Ieſu mei Domini nobis Sacramēta depingat,* igitur filij Naue geſta verbaque non tam ipſius quam Domini cenſenda, & æſtimanda ſunt. his nunc poſitis recte iudicium de populi vociferatione à Ioſue habitum cum Moyſi verbis fœderabimur, vt amplius ſe mutuo non oppugnent. Moyſes enim A populi percipiens ſtrepitum hæſit in ſonus cortice auium, ſententiamque vocibus exterius concinentibus protulit conformem non eſt clamor adhortantium ad pugnam, nec vociferatio compellentium ad fugam, ſed vocem cantantium ego audio: at Ieſus qui repatatoris veri perſonam verbis factiſque induebat, nucleū corticis penetrauit, perſuaſit altiſſimos, ſi dat cano popularis fragoris ſonus: audiens autem Ioſue tumultum populi vociferantis, dixit ad Moyſen, vlulatus pugnæ auditur in caſtris. nec ſibi inuicem hæc aduerſantur cohærent enim & vox cantantium, & vlulatus pugnæ, in exteriori namque ſonu tumultus ille voces pſallentium exprimebat. Cæterum qui ſonus ſenſum ſecretiorem calluit, vt Ieſus illum pugnæ fragorem, debellantiumque ſe mutuo clamorem dicit. nam qui intentis auribus idololatriæ B Pſalmos percipit, non tam audit pſalmodiam quam ruinam, non tam concentuum lætitiam, quam planctus fugæ. voluit ergo Dominus, vt voces has cantantium per pugnæ vlulatus explicaret ille qui Domini Ieſu figuram referebat, vt ſpectaretur Deus aduerſus populum iis armis ludere, quibus in Deum ipſe conticiebat. quapropter muſicos concentus, & feſtiuam harmoniam quibus in verum numen ſacrilegi inſultabant, in ipſorum commutans ruinæ indicia fecit Dominus, vt non tam feſtiue quam feraliter & infauſte percreparent. ideoque non tam celebritatis plauſibus, quam lugubris lamenti querimoniis campeſtria illa videbantur perſonare.

VARIET. LECT. Verſ. 18.

V*Vlg.* Qui reſpondit non eſt clamor adhortantium ad pugnam, neque vociferatio compellentium ad fugam, ſed vocem cantantium ego audio.

Sept. Non eſt vox præcinentium ſecundum fortitudinem, neque vox præcinentium fugam, ſed vocem præcinentium vinum ego audio.

Codex Samariti. Non iam vox reſponſionis fortitudinis, & non iam vox reſponſionis cladis, ſed vocem delictorum ego audio.

Cald. Non eſt vox fortium præualentium in pugna, neque vox imbecillium qui ſuperantur, ſed vocem ludentium ego audio.

Tigurina, Vox hæc non eſt eorum qui reſpondeant fortiter, nec vox eſt eorum qui reſpondeant infirmiter, quin vocem cantantium viciſſim ego audio.

Eugub. Non vocem vociferationis fortis, aut vocem vociferationis debilis, ſed vocem vociferationis ego audio.

Pag. Non eſt clamor victorum, neque eorum qui victi ſunt.

C *R. Salom.* Vox hæc non eſt virorum clamantium, victoria victoria, neque debilium vox vociferantiam, væ væ, aut fugite fugite.

Olea ſt. Non eſt vox reſpondentium fortitudinem, & non eſt vox reſpondentium debilitatem, ſed reſpondentes ego audio.

R. Kimhi. Neque robuſtorum eorum qui vincunt, neque debilium qui victi ſunt.

Mont. Vox clamandi fortitudinem, & vox non clamandi debilitatem, vocem canendo ego audio.

Philo. Clamor iſte non ad pugnam aut fugam hortator eſt, ſed ad poculum.

Serrarius lib. 1. Ioſu hoc modo vertit aliqua addita explicatione. Non eſt vox afflictionis, quam affert vincentium vis & robur, vbique D vox afflictionis perpetitur, & gemebunde quiritatur; eorum qui vincuntur, debilitatio ſeu diſſolutio, eſt ſimpliciter vox afflictionis.

Alij. Non eſt vox reſpondentium ſuccisionem.

CONCORDIA.

VAriectas huius lectionis prouenit vel ex ignorantia propriæ ſignificationis aut ex æquiuocatione dictionum, quæ hîc ponuntur; & primo dicendum de verbo ענה hana, cuius

infinitiuus hic ponitur loco [illegible], & ſignificat præcinere [illegible] mare, reſpondere [illegible] affligi, hinc lectionum varietas orta eſt: ſecundum eſt חלושה chaluſ[illegible], à חלש quod verbum etiam eſt æquiuocæ ſignificationis, interpretatur enim inanneus eſſe, [illegible], debilis, hinc etiam alia pars verſus [illegible] num diuerſitas. verum vt ſatis patet o[illegible] cum noſtro interprete, [illegible] conuenit, vt ſignificetur neque vocem eſſe eiuſmodi edunt vi[illegible] es adhortantes a[illegible] quendum & [illegible] dendum, neque vocem eſſe [illegible] edunt vi[illegible], dum cæduntur, vel fugiunt. ſed vocem eſſe cantantium vel laſciuientium; qui poculis & [illegible] reddidere, putamus ita factum, quia [illegible] cantantes inſaniebant ac ſi eſſent ebrij.

EXPOSITIO.

Qui reſpondit, nempe Moyſes, non quod melioris eſſet auditus quam Ioſue, ſed potius ob diuinum oraculum quod acceperat de vituli adoratione, & celebritate intulit clamorem non pugnæ ſed inſanæ lætitiæ eſſe, ideo ait, *non eſt clamor adhortantium ad pugnam*, hoc eſt fortium præualentium ad pugnam, ſeu victorum; *neque vociferantium*, compellentium ad fugam, ſeu imbecillium, debilium & qui vincuntur, & proinde nullatenus ſunt voces bellantium, *ſed voces cantantium*, choros ducentium, ſaltantium, & præ nimio vino vociferantium, *ego audio*, duplex ergo ſolet in prælijs edi clamor, vnus in principio ab vtraque acie ad eumdem finem, vt ſeipſos vid[illegible] cet incitent & accendant, hoſtes vero pe[illegible] c[illegible] tant & conturbent alter in ipſo præ[illegible] decu[illegible], & is fere geminus, nam qui alios vincu[illegible] & [illegible] petant, lætas aut inſtantis, aut plenæ iam [illegible] næ voces edunt: qui vincuntur & [illegible] p[illegible] tantur, triſtes, inconditos & diſſonos e[illegible] tur, dum alij animam iamiam agunt, alij vel [illegible] vel hoſtium pedibus proteruntur [illegible] adhuc & non læſi, cum fugam ine[illegible] eaque alios, alij huc illuc vocant, int[illegible] dum etiam protrudunt, & vtrumque huoc cla[illegible]orem a caſtris abeſſe dixit Moyſes.

CONCEPTVS.

Quales quiſque voces amat, eas ſemper ſibi videtur audire.

190. *Non eſt clamor adhortantium ad pugnam, neque vociferatio compellentium ad fugam*, Cald. *non eſt vox fortium præualentium in pugna neque vox imbecillium qui ſuperantur*. Ecce vt Moyſes certior ex oraculo diuino factus, clamorem quem audierat Ioſue, dixit non eſſe belligerantium. quomodo ergo Ioſue dixit vlulatum pugnæ auditi in caſtris, vocem belli percipi? nonne Ioſue dux ſtrenuiſſimus, qui Amalechitas bellicoſiſſimos ſuperauerat? nec mirum ergo ſi Ioſue qui bellicoſus erat, voces belligerantium audiret, & Moyſes qui pacificus, vocem cantantium: qoia ſua quaſi cuique voluptas, eas voces quibus delectatur, effingere.

Peccantium afflictio omnium grauiſſima.

191. *Non eſt clamor adhortantium ad pugnam, neque vociferatio compellentium ad fugam*, quid ergo? vocẽ cantantiũ ego audio, Serarius, ענות ſimpliciter eſt vox afflictionis poteſt etiam verti vox miſeriæ & humiliationis, ſi vox eſt canentium vt vertit noſter interp. quomodo vox poteſt eſſe afflictionis? qui enim dolet comprimitur, qui afflictione tenetur, nequaquam in cantus prorumpit, nec in luſus. vt habet Cald. vocem ludentium ego audio dicens eamdem vocem ענה (vt vidimus in concordia,) ſignificare cantare & affligi, ſed aliam concordiam adhibeamus: ſane epulantium, ſaltantium, compotantium, & laſciuientium cantus poſt idololatriam admiſſam, videntur feſtiſſimi, lætiſſimi, iucundiſſimi, & tamen nihil aliud vere ſunt, quam vox afflictionis, & non huius vel illius, ſed afflictionis ſimpliciter, vt habet Serarius, quæ multo ſcilicet maior & vrgentior eſt, quam quælibet, quæ vllo in prælio etiam infeliciſſimo, eſſe poteſt, vt pote qui[illegible] mala quæ infliguntur peccatoribus, interuentu peccatorum quæ committunt, grauiora & acerbiora ſunt quam poſſit ab alio quoquam hoſte infe[illegible] rumpunt enim miſeros peccatores aff[illegible] cruciatu, & dirioribus diſſecant [illegible] bus, quam poſſent alij quamuis infeſt[illegible] duci [illegible] inferre. hoc confirmat paraphraſis verſio Serarij c. 5. lib. 1. in Ioſ. q. [illegible] *eſt vox afflictionis quam infert vincentium* [illegible] *ur, neque vox afflictionis, quam perpetiunt & gemebunde quiritatur, eorum qui vincuntur debilitatio, ſeu diſſolutio, ſed ſimpliciter eſt vox afflictionis*. Quid enim miſerabilius quam Deum offendere? quænam maior afflictio quam in peccatis eſſe? innumeræ oboriuntur miſeriæ & calamitates; teſte Theod. in Pſalm. 8. vbi ſic [illegible] t, loquens de Dauide. *Poſt geminum illud peccatum, in multas variaſque calamitates incidit, nam non ſolum finitimæ gentes in pugnam bellumque exarſere, ſed ſua etiam ipſius domus cœpit ſeditione laborare; & peccatũ peccato ſucceſſit, Hamonis [illegible] homicidium Abſalonis, & fratricidio, inſultus contra patrem, & ſubditorum defectio; cum enim diuina gratia Dauidi proſpiceret, nihil horum illum vexabat: cum vero ob patratum crimen deſtituiſſet, malitia campum occupauit, & tragœdiis digna effecit, malorumque congeriem protulit.* Theodor.

Orationis efficacia, aliquando corpoream ſentiendi facultatem adimit.

Non eſt clamor adhortantiũ ad pugnam &c. ſed vocem cantantium ego audio, ecce [illegible] in deſcenſu montis cœpit audire qualiam voces, & qua de cauſa ederet populus idolo[illegible] t [illegible] verum [illegible] m eſſet in vertice montis cum Deo c[illegible] ne nihil prorſus eorum [illegible] caſtris [illegible] audiebat: ade[illegible] tot homin[illegible] es [illegible] ertingere [illegible] quomodo er[illegible] o d[illegible] othãtes non audi[illegible] non mirum equidem [illegible] quia ſi- 192.

totam animam ſuam in illud cum Deo colloquium effundebat, vt nullam ſentiendi facultatem illis clamoribus captandis reliquam haberet. vnde D Bernard. ſerm. 85. in Cant. de intenſiſſima contemplatione loquens. *In hoc genere* (inquit) *interdum exceditur & ſeceditur à corporeis ſenſibus, vt ſe non ſentiat anima quæ verbum ſentit,* & ſtatim *hoc fit, cum mens ſe ſibi furatur vt verbo fruetur,* quæ verba ex D. Aug. c. 20. Manuali deprompta videntur.

Ebrietas neſcit iuſtitiæ limites.

193. *Non eſt clamor adhortantium ad pugnam, ſed vocem cantantium ego audio,* quin poſt tam graue ſcelus & nefandam idololatriam, in cantilenas prorumpunt; nonne cantus lugubres edere debuerent in teſtimonium cordis contriti & pœnitentis? vnde tanta impudentia & inſania? lect. B Sept. audiamus, vocem præcinentium vinum ego audio, Philo, clamor eſt hortator ad poculum. ecce vt in pocula diffunduntur, vino indulgentes nimio! quid mirum igitur ita imprudentes, ne dicam impudẽtes? ebrietas enim neſcit iuſtitiæ limites, omnem prudentiam ignorat, quos detinet & occupat, in malorum profundum præcipitat. ita ſentit B. Baſil. hom. 14. in ebrietatem. *Ebrietas eſt dæmon voluntarius ex voluptate animis noſtris inditus: ebrietas malitiæ mater eſt, virtutis inimica, fortem virum reddit ignauum, ex temperante fecit laſciuum, iuſtitiam ignorat, prudentiam extinguit: ſicut enim aqua igni eſt aduerſa, ſic vinum immodicum rationi,* pende, *ignorat prudentiam,* quæ enim imprudentia aut impudentia maior, quam poſt ſcelera commiſſa in cantus diſſolutos diffundi? C

Baſil.

Per ebrietatem homines redduntur bruta animalia.

194. *Non eſt clamor adhortantium ad pugnam, ſed vocem cantantium ego audio,* hanc vocem credidit Ioſue eſſe vlulatum, ait enim vlulatus auditur in caſtris. nonne vlulare luporum eſt? vnde ergo ſibi videtur clamor canentium, vlulatus belluarum? quomodo legit Philo? clamor eſt hortator ad peccatũ. populi indulgent vino temulẽtiæ dediti. nec mirer deinde vt lupos vlulare, per ebrietatem enim redduntur homines bruta animalia, ſuffragatur D. Ambroſ. lib. de Elia & ieiunio c. 16. *Ebrietas fomentum libidinis, ebrietas incentiuum inſaniæ, ebrietas venenum inſipientiæ, hæc ſenſus hominum mutat, & format, per hanc fiunt ex hominibus equi adhinnientes, &c.* preme hæc vltima verba, ex quibus conſtat homines ebrietate fieri bruta animalia.

Amb.

Vbi ebrietas, ibi etiam dæmones choreas agunt.

195. *Non eſt clamor adhortantium ad pugnam, ſed vocem cantantium ego audio,* Cald. ludentium, Tigur. viciſſim cantantium: canentes viciſſim ludebant, choreas ducentes; ſic auctor Moyſis viatoris.

> Cui (nempe Ioſue) *vates reprimens greſſus, non inquit in arma.*
> *Hoc acies clamore ruunt, ſed feſta, choreas,*
> *Tympana, & ha potius produnt caſtra ebria voces.*

A An ſoli idololatræ choreas circa idolum ducunt? attende lectionem Philonis, clamor hic hortator ad pocula: ibi ergo ebrietas. ne dubites aſſerere ſimul cum eis choreas ducere dæmones, teſte S. Chryſo. hom. 57. ad popul. Antioch. *Vbi ebrietas ibi diabolus, vbi turpia verba, vbi ſaturitas, illic dæmones choreas agunt.*

S Chryſo.

Prælati & Eccleſiaſtici caueant ne ſæcularibus ſe immiſceant, ne eis irretiantur.

196. *Non eſt clamor adhortantium ad pugnam, ſed vocem cantantium ego audio,* dum Moyſes apud Deum verſaretur, & Ioſue in monte eſſet, non audierunt tumultum populi, cultum vitulo aureo offerentis. aſt dum caſtris vterque appropinquat, tumultum audiunt: ſcilicet prælatus, vir Deo ſacer, cuius figuram Moyſes tenebat, B quandoque ſolus agit, & Deum mente contemplatur, ab omni mundanæ conuerſationis ſtrepitu remotus, quandoque vero neceſſe eſt, vt è monte deſcendat, & populi bonum curet. verũ quamdiu cum Deo agit, non excipit tumultus populares. aſt ſi ad caſtra deſcendit, nolit velit, excipit ſtrepitum popularem, populi peccata addiſcit. verum expẽdamus quibus rebus, vterque Moyſes & Ioſue ſimilem faciant clamorẽ, quem à populo excipiunt: Ioſue tumultũ populi vociferantis, nempe in pugna percipit: Moyſes vero vocem cantantium audit: cur hac duplici ſimilitudine, belli ſcilicet & muſicæ vtitur ſacer contextus? forte vt oſtendat, quantam vim habeat ſtrepitus populi ad permouendum animum eius qui aliorum eſt prælatus, eorumque curam gerit ſpiritualem, & quam facile morbum haurire poſſit, quem curare molitur. C nam inter ea quæ vi quadam animum commouent, nullum aliud fortius quam bellum & arma; & cantus inter ea quæ blande animum excitant. ergo vt oſtendat ſcriptura quantam vim habeant ad promouendum animum etiam religioſorum & virorum perfectionum ſæcularium hominum vitia & peccata, quæ oculis & auribus hauriunt, dum curaturi inter illos conuerſantur, ex muſica & bello ſumit metaphoram, trahitque ſimilitudinem. hoc accipe ex Phil. lib. de temul. his verbis. *Nam & hi volentes non coacti magnam vim & meri ingeriem & ſua ſponte ſobrietate profligata ex anima ſibi conciſcunt delirium, ait enim vocem hortantium ad pugnam ego audio, hoc eſt non inuitos furore laborantes audit, ſed vltro ſibi acceren-* D *ſentes inſaniam, omnis enim qui caſtris appropinquat, vitulum videt, & choreat, & mox ipſe quoque commouetur.*

Philo.

Furioſus clamor paſſionum.

197. *Non eſt clamor adhortantium ad pugnam, ſed vocem cantantium ego audio.* Sed clamor ille non gratus auribus, ſed qualis in plebe ruſtica & inurbana, quæ incõditis & clamoroſis vocibus obſtrepit. ſed cur tunc huiuſmodi clamor agreſtis & ferus, & quaſi bellicoſus? vlulatus enim auditur in caſtris ait Ioſue. nonne tunc populus in laſciuiam ſolutus, circa vitulum aureum tripudiabat? ne mireris ergo ſic ita contigiſſe. clamant enim carnis blanditiæ, tanto altius ferocius, atque importunius quanto blãdius, impuram voluptatem miſeræ animæ ſuggerunt. hinc ad mentem noſtrã illud à Philone

ſcriptum legimus lib. de temul. *Au non voluptatis inteuſi clamores ſunt per quos quidlibet impetratur? an non & concupiſcentiæ ferrea vox minaciter flagitantis miniſteria ceſſantium? au non & aliorum affectuum multiſonus & clamoroſus ſtrepitus*, & Clem. Alex. lib. 2. pædago c. 5. *agreſtes & omnium vrbanitate carentes excitantur affectiones*, quæ in animi imbecillitatem facile dominatum occupant. (Clemens Alexand.)

Cantus inordinati & laſciui, delicta grauiſsima.

198. *Non eſt clamor adhortantium ad pugnam ſed vocem cantantium ego audio*, codex Samariticus, vocem delictorum ego audio. quid cantus cum delicto, vt legimus vocem cantantium ego audio, alij reddant vocem delictorum? quia cantus inordinati & laſciui, quales erant Iſraelitarum, delicta grauiſſima. ſic monente S. Valerian ſerm. 6. *Refugiendus eſt vocis ſonus qui humanis pectoribus dulcedine ſua amaritudinem fecit, & perſuaſione quadam melliflui cantus frequenter mortifera venena commiſcent.* Veneno inficit huiuſmodi cantus lethalis, & mortifera eſt illius ſuauitas, vnde proſequitur idem S. Pater. *Iſti ſunt laquei quibus famulantibus inter cætera vulnera diabolus hominum mortes operatur.* (S. Valerian.)

VARIET. LECT. Verſ. 19.

VVlg. Cumque appropinquaſſet ad caſtra, vidit vitulum & choros, iratuſque valde, proiecit de manu tabulas, & confregit ad radices montis.

Sept. Iratus furore Moyſes, proiecit de manibus ſuis tabulas, & contriuit eas ſub monte.

Cald. Confregit eas in humilioribus locis montis.

Vatab. Excanduit furor Moyſi, abiecitque manibus ſuis tabulas illas.

EXPOSITIO.

IRatus, furore Moyſes, Hugo Victorinus ait, vtrum ex humano affectu aut ex diuino inſtinctu iratus fuerit non patet: tamen exiſtimo ſtimulante charitate & zelo iratum ſe oſtendiſſe, quæ ira maxime laudabilis, alia autem quæ cum charitate & ratione pugnat, reprehenſibilis eſt. abſurdum igitur exiſtimans, legem Dei populo ebrio, idololatræ, legemque infringenti afferre, *proiecit de manu tabulas*, cum violentia & in conſpectu populi confregit eas, *ad radicem montis*, vt eiuſmodi fractione, corda Iſraelitarum confunderet & commoueret, videntium ſe propter ſua peccata, ſe indignos fuiſſe lege Dei è cælo allata, & ipſius digito ſcripta.

CONCEPTVS.

Perit qui dimidiat ſolum obligationes, & non illas implet integrè.

199. *Iratus valde proiecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis*, ſi à Deo formatæ, ſi à Deo ſcriptæ, cur non magis manent integræ? cur tam facile confringuntur & perditum abeunt? ſane neutra illarum integram in ſe legem habebat, ſed vtraque dimidiatam, inde facili negotio potuerunt pati confractionem. ita inſinuat D. Hilarius canon. 27. in Matth. *Moyſes decem verba duabus tabulis conſcripta acceperat, neceſſe enim erat omnia & in vtraque conſcribi.* Tunc tabulæ illæ firmiores eſſent, ſi vtraque illarum omnia verba legis contineret, ſed cum vtraque dimidiatam habuit legem, facile potuit perdi, dimidium totum perdere metuat, qui obligationem ad Deum dimidiat. (S. Hilar.)

Robur noſtrum & diſciplina à cruce Domini procedit.

100 *Iratus valde proiecit de manu tabulas*, an confractæ non reſtituentur? an priuabimur Dei lege? Deuter. 10. iubet Deus alias tabulas ſibi fieri, in quibus iterum lex deſcribatur, quæ in arca cuſtodiantur, ne vlterius confringi valeant: an earum marmora duriora erant prioribus? non equidem ex maiori robore lapidum, ſed ex ligno arcæ addito, in quo memoria crucis repræſentatur illud acquirunt robur, quo nulli ruinæ pateant: ad hæc D. Petrus Damian. ſer. de inuent. S. Crucis ait. *Poſtea vero dantur tabulæ, ſed non franguntur, quia noui teſtamenti gratia quæ per crucis eſt ſolidata myſterium, nullum nouit habere defectum*, à cruce venit quod lex noſtra, noſtra eruditio & cognitio ſequitur firmitudinem, vbi autem crux abeſt, nullum robur, nulla ſecuritas etiam in marmoribus. (Petrus Damian.)

In exhibitione virtutum, & præceptorum Dei cuſtodia, hominis præſtantia conſiſtit.

Iratus valde proiecit de manu tabulas, ingens ſane tabularum pretioſiſſimarum iactura, nonne inuidia affectus erga populum, tanto priuas cum beneficio? quid enim infœlicius contingere poteſt, quam legem tanti pretij & à Deo conſcriptam perdere? eſtu quod Iſraelitæ peccauerint, quod à Deo defecerint, an ideo tu contemnes quod Deus conſcripſit tabulas? cur non earum ſanctitatem reuereris? num Iſraelitæ poſt vitulum abeuntes à Deo defecerunt? 101 merito igitur Moyſes deſpicit leges ſcriptas in tabulis, quæ minime in cordibus ſcriptæ apparent, habere enim pretioſa ſcripta in ſcrinus, & vilia opera in manibus, non eſt hominis fidelis ſed quaſi idololatræ, pulchre hinc pungit multos D. Chryſoſt. hom. 31. in Ioan. dicens. *Omne* (S. Chryſ.)

ſtudium ſuum in membranarum tenuitate, in litterarum characteribus quam pulcherrimis tõſumunt, non vt vſum aliquem inde conſequantur, ſed vt inde diuitias, vt ambitionem oſtentent, in his ſtudent. Quid quæſo hoc lucri? non propterea ſcripturæ ſunt datæ, vt in libris duntaxat habeamus, ſed cordi inſculpamus: itaque hæc librorum poſſeſſio Iudaicæ ambitionis eſt, quibus in litteris præcepta data ſunt, nobis non ita, ſed in tabulis carneis. Relinquatur Iudæis cura de habendis libris, precioſis ſcriptis, quibus eorum ſcrinia ſuperbiant, noſtra autem non inde ſumatur præſtantia, ſed ex ſcripturæ operibus exhibitis.

Ingratitudo, Dei beneficium legis diuinæ perdidit, gratitudo recepit.

202. *Iratus valde proiecit de manu tabulas, & confregit eas,* Has priores Dei manu ſcriptas proijcit, & confringit Moyſes, an peioris ſunt conditionis quam poſteriores? cur ergo has ſeruat illæſas? aduerte priores ſine vlla gratiarum actione acceptas, poſteriores vero cum laudibus & Canticis Cecinit enim illud Canticum, in quo tredecim Dei prærogatiuæ continentur; dominator Domine Deus miſericors & clemens, &c. En igitur vt hæc poſterior gratitudo Dei beneficium retinuit, ac diuturnum fecit, & illa prior ingratitudo Dei beneficium perdidit, & diſſipauit! Hanc rationem habet D. Ambroſ. (S. Ambroſ.) præfat. in Pſalmos, *Legis tabulæ priuſquam Cantico firmarentur, per indignationem Moyſis fractæ, & comminutæ ſunt, vbi vero tali ſigno conſecratæ ſunt, humanæ letum iræ non habuit, quia ſanctificatio eam ſacræ ſuauitatis excluſit.* Quaſi Moyſis animus ante gratiarum actionem turbidus eſſet, & inquietus; poſt gratiarum actionem tranquillus ac ſerenatus eſſet, & propterea donum quod antea perdiderat, poſtea retinuit.

Ebrij indigni omnino Dei donis recipiendis, ſicut ſobrij digni.

203. *Iratus valde proiecit de manu tabulas, & confregit eas:* Quis non Moyſen argueret, qui tabulas à Deo acceptas, à Deo laboratas, & à Deo ſcriptas, quæ aurum & Topazion in pretio ſuperant, non euulgauit populo, ſed alliſit lapidi, fregit, ac diſſipauit? ſed non mereri vituperium, ſed potius laudem dicemus, ſi perpenditur quod populo ebrio, & temulento dandæ erant: nam ebrietas donis Dei recipiendis indignos nos facit. Opportunè D. Ambroſ. (D. Ambroſ.) lib. de Elia & Ieiunio cap. 6. *In ſuperioribus,* inquit, *montis lex dabatur Moyſi ieiunanti, in inferioribus populo manducanti præuaricatio ſacrilega luxu accendebatur epulantium, quo ſpectaculo motus, fregit tabulas Moyſes: indignum iudicans, vt ebrio populo lex daretur, itaque tabulas legis, quas accepit abſtinentia, conteri fecit ebrietas.* Concinit D. Hieronym. (S. Hieron.) lib. 2. contra Iouinianum, *Moyſes,* inquit, *quadraginta diebus ieiunus, cum Domino loquitur: populus ſatur, idola fabricatur. Ille vacuo ventre accipit legem ſcriptam digito Dei: iſte manducans, & bibens conſurgenſque ludere, aureum conflat vitulum, & Ægyptium bouem* *præfert Domini maieſtati, tot dierum labor vnius horæ ſaturitate perit; frangit audacter Moyſes tabulas: ſciebat enim Dei ſermonem non poſſe audire temulentos.*

De rigore iuſtitiæ aliquid miſericorditer relaxandum peccatoribus.

Iratus valde proiecit de manu tabulas, & confregit eas, Si cognito peccato populi, & idololatriâ eius per experientiam compertâ, cur integras non ſeruas legis tabulas, vt ijs populo oſtenſis, ſui delicti eos conuinceres grauiſſimi? ſiquidem pactum quod cum Deo pepigerant, ſacrilegè violauerant, ſicque ſecundum Dei comminationem omnino delerentur: imo eas confringit, quia nimirum tam ſupplex Dominum pro miſeris peccatoribus orauerat, & Dei ſpiritu imbutus, & ſupplicium de illis ſumpturus ſcriptæ legis rigorem, & ſeueritatem infringere, & moderatius caſtigare, quam omnia ad viuum reſecare, & homines funditus delere ſatius eſſe exiſtimauit Audi D. Brunon. (S. Bruno.) in alleg. Tilm. Iraſcitur Moyſes, & frangit tabulas, populus peccat, lex deſtruitur, vt quid hæc? ſi enim Moyſes tabulas non fregiſſet, & quid proderat quod orando Deum placauerat, ſi ipſe eos ea legis imperio occidiſſet? lex enim dicit qui immolat dijs occidetur: noluit igitur cum tabulis noluit cum rigore legis ad populum delinquentem venire. ſed tabulas fregit, legem euacuauit, & populo delinquenti pepercit. *Subdit ſtatim,* quoties Epiſcopus reſpectu pietatis alicui miſeretur, & timens ne in peius ruat, non ſecundum Canones eum miſericorditer iudicat, toties tabulas fregit, & legis auctoritatem reliquit, hoc autem non magnum puto eſſe peccatum, vnde Moyſes pro fractis tabulis nuſquam à Domino reprehenditur: Quod ſi tabulæ imminuendæ, imo frangendæ ſunt, non hominis, ſed legis tabulæ franguntur, hoc eſt rigorem legis, potius frangere, ſiue abradere, quam hominem penitus delere bonus, atque benignus iudex vult.

Ira ſanctorum, zelus Dei gloriæ eſt.

Iratus valde proiecit de manu tabulas, & confregit eas, Nonne hoc eſt excedere limites modeſtiæ, tabulas decalogi paulo ante diuinitus conſcriptas, quas manu geſtabat, proijcere in terram, & confringere? etſi enim populus grauiſſime peccauit, quid tamen inſontes tabulæ commeruerunt? iraſcimini inquit ſcriptura, (Pſal.) & nolite peccare, iraſcitur Moyſes, vel vt habet Vatab. excanduit furore, & confringit tabulas Decalogi paulo ante diuinas: an de peccato arguẽdus? audiẽdus Auctor Catenæ, (Auct. Cat.) ait enim, Sanctorum hominum eſt, zelum Dei habentium, pro contempta Dei gloria, & crimine læſæ maieſtatis diuinæ, nihil diſſimulare, ſed memorabili opere oſtendere ac teſtari, verum cordis dolorem, & minimè hypocritico corde palam patefacere indignitatem cauſæ, ad terrorem aliorum, & cautelam piorum erat totus ardens in Dei gloriam, & populi electi ſtatum fœlicem per omnia, & quẽadmodum homicidium quod Moyſes perpe-

trauit in Ægyptum, de quo ſcriptum c. 2. Non fuit peccatum aduerſus legem Dei, ſed heroicus ſpiritus, & zelus Spiritus ſancti: ita & hæc Moyſi ira, quæ hoc loco ſcripitur, non eſt carnalis affectus, ſed ſpiritualis zelus aduerſus publicam impietatem propter honorem Dei. Quale quid ſcripturi teſtatur aliàs de Phinees, qui ſcortatorem Iſraelitam vna cum ſcorto Madianiti de pugione ſuo publicè confodit. Quale quid etiam Euangelia de Christo Domino teſtantur, qui flagellis eiecit vendentes & ementes de templo.

Magis mouemur viſis quam auditis.

106. *Iratus valde proiecit de manu tabulas, & confregit eas.* Quandonam? cum deſcendens de monte vidit vitulum, & populum choreas ducentem: nonne antea ſibi à Deo reuelante, cognitũ, conflatilem feciſſe, ei honores ſibi ſoli debitos exhibuiſſe? cur tunc igitur tabulas legis à Deo acceptas non confregit? quia magis viſis obiectis mouemur, quam auditis, licet ſint certiſſima. *Non quod non crediderit,* inquit Lippom. *Domino priuſquam videret, ſed non ita pium pectus auditu permouebatur, vt viſu, catenus, vt zelus diuinæ gloriæ viuerit inſtitutum etiam religioſum & pium.*

Prælatus licet mitis ſit pro peccatoribus apud Deum, ſeuerus tamen erga eos exſtat.

107. *Iratus valde proiecit de manu tabulas, & confregit eas:* Quid? ecce genibus Dei prouolutus ſupplex, pro auertenda illius ira à peccatore populo deprecaberis, & precibus tuis conuictus, iram deponet, cur igitur tu eum ita ira & furore excandeſcis, vt tabulas legis ab ipſomet Deo acceptas & conſcriptas, in ipſa montis radice lapidibus illiſas confringis? quia Prælatus licet mitis ſit pro peccatoribus ante Deum, ſeuerus tamen erga eos debet eſſe, vt eorum delicta comprimat. Suffragatur Oleaſt. *Partes agit optimi ducis, apud Deum inſtantiſſimè orat, ſed coram peccatoribus ſæuit, & acerrimè arguit: vt doceat Prælatum dum erat pro peccatore mitem ſe oſtendere, ſed zelo plenum dum eum in faciem reprehendit.*

In loco vbi delinquimus, puniri debemus.

108. *Iratus valde proiecit de manu tabulas, & confregit eas ad radices montis:* Cur obſeruatur quod in radicibus montis confringuntur? an quia tunc conſpexit vitulum aureum, & choros ſaltantium, & ideo tunc eas confregit, quia in præſentia tanti ſceleris apparere minime debebant? verum nonne in radicibus montis promiſerât Iſraelitæ ſe legem Dei ſeruaturos, & ibidẽ tamen primũ mandatũ de non colendis dijs, nec faciendis ſculptilibus tranſgreſſi uere? bene ergo ibi cõfringũtur legis tabulæ, quia in loco vbi delinquimus, puniri debemus: non alienus eſt ab hoc ſenſu Abul. q. 50. qui aſſignans rationem, quare ad radices montis fractæ fuerunt huiuſmodi tabulæ, ait, *Quia populus in die quo Deus de monte clamans in voce tubæ protulit iſta præcepta, acceſſit vſque ad radices montis, non decuit ergo quod tabulæ quarum fœdus nefarius populus ille confregerat, vltra locum in quo illud ſuſceperant procederent.*

Innuitur quod lex Moſaica non erat duratura.

109. *Iratus valde proiecit de manu tabulas, & confregit eas,* Nonne huiuſmodi ſanctiſſimæ erant, vt pote à Deo factæ, dolatæ, & ſcriptæ? nonne ſi à Rege potentiſſimo mitterentur epiſtolæ per ſuum oratorem ad aliquem, & tamen eas diſrumperet, credens eum ad quem mitterentur, his indignum eſſe, nonne grauiſſimas mereretur pœnas? ſi ergo huiuſmodi tabulæ, quaſi litteræ eſſent à Deo miſſæ in teſtimonium pacti initi cum populo Iſrael, quomodo ergo earum lator Moyſes auſus eſt allidere lapidibus & confringere? iam aliquas in medium huius confractionis cauſas adduximus, quibus hanc adhuc ſubijciam, nempe in præſagium futurorum, indicans Moyſes legem non in perpetuum manſuram, ſed ipſi aliam nempe legem gratiæ ſucceſſuram. Id habet B. Chryſoſt. in Cat. Græca ſuper c. 3. Ierem. verſ. 33. *Illæ quidem fractæ ſunt, ab ipſo exordio finem ſignificantes, & figura hoc erat fore aliquando legis finem, & illas iugum ſuum fracturos eſſe: hic vero nihil tale, ſed illæ tabulæ, nempe ſcriptæ in cordibus manſerunt: nulla temporis iniuria conterendæ.*

Fœdifragus meretur vt ſibi fides non ſeruetur.

110. *Iratus valde proiecit de manu tabulas, & confregit eas:* Nõne huiuſmodi tabulæ ſunt arrhæ fœderis inter Deum, & populum, vt ſi eas obſeruauerit, in ſuum ſpeciale peculium aſſumatur, gens ſibi ſancta & regale ſacerdotium nuncupetur? cur ergo lex quæ teſtimonium erat huiuſmodi pacti, confringitur? nonne iam Deo fidem violauerat adorans Deos alienos? merito ergo & confringuntur tabulæ teſtimoniales fœderis, fœdifragus enim meretur vt ſibi fides non ſeruetur. Habemus Theodor. in Cat. Græca ſic ſcribentem, *Cum tabulæ legis pro ſyngrapha dotis intercederent, ſponſa vero ante nuptias adulterium cõmiſiſſet, quid mirum ſi ſchedulam dotis lacerauit? idololatram enim diuinæ legis indignum exiſtimauit.*

Peccatores etiam duriſſimæ ceruicis ad pœnitentiam prouocandi.

111. *Iratus valde proiecit de manu tabulas, & confregit eas,* Cur non contriuiſti à tempore quo Deus tibi eorum ſcelus nefandum aperuit? quo dixit populum eſſe duræ ceruicis? cur expectaſti eas abijcere, & confringere, vt ipſi tãtam iacturam conſpicerent? ſane vt ſic de ſuo delicto confunderẽtur, & ad Deum pœnitẽtes conuerterentur: Accinit Lippom. *Vt cor Iſraelitarum contunderet, & commoueret, videntium legem Dei è cælo allatam, & in lapide Saphirino Dei digito ſcriptam, propter ſua autem peccata tabulas illas cæleſtes deperditas, volens confregit.*

*Si obſequia [illegible] eum d[illegible]unt, illum ſpecia-
l[illegible] an[illegible]s be[illegible] a ce[illegible]ant.*

212. *Iratus [illegible] proiec[illegible] de manu tabulas, & confre[illegible]it.* N[illegible] Deu[illegible] mi[illegible] miſericors, cuius proprium [illegible] go eius min[illegible]ſter fidelis, qui [illegible] populi cum dep̄recatus fuerat, ven[illegible] tinuerat, vt non de[illegible], it[illegible], vt [illegible] in eum diuini amoris [illegible] nimis ſeuerum d[illegible], [illegible] pri-uari bene[illegible] D[illegible] quia [illegible] ceſſamus redd[illegible] B. A[illegible] lib. de Noe & A[illegible] *Iure quidem M[illegible] indignatus eſt, ne [illegible] diuina priuilegia, qui non deſerent ob[illegible] quia.*

S. Ambroſ.

A *Ita inſani vt nos i[illegible]ſos ad impietatem excitemus.*

Iratus valde proiecit de manu tabulas, & confregit eas, vidit enim vitulum & choros eos agentes, vocem enim canentium antea audierat. Sed Philo vertit, clamor eſt hortator ad pocula, cur hortantur ſe ad pocula, ad ebrietatem, ad temulentiam? ſi aliqua licet peſſima inclinatione in eam ferrentur, non mirarer equidem, ſed quod ſe ad ebrietatem commoueant, prouocent, imo ad eam ſe mutuo hortētur, quis non niſi irato animo ferre poteſt? & ideo omni beneficio indigni Iſraelitæ, qui ſe mutuo ad impietatem̄ excitabant. Obſeruatio 213.
B eſt præf. Philo. lib. de Temul. *Hi volentes non coacti magnam vim meri ingerunt, vt ſua ſponte, ebrietate profligata anima, ſibi cōciſcant delitijs.* Philo.

VARIET. LECT. Verſ. 20.

VVlg. Arr[illegible]pienſque vitulum quem fecerunt, combuſſit & contriuit vſque ad puluerem, quem ſparſit in aquam, & dedit ex eo potum filijs Iſrael.

Sept. Co[illegible]buſſit eum igni, & contriuit eum minutim, & ſparſit eum ſub aqua, & potauit ea filios Iſrael.

Cald. Contriuit donec fuit comminutum, & exſparſit ſuper faciem aquæ, & dedit bibere filijs Iſrael.

Onk. Sparſit ſuper ſuperficiem aquarum.

Tag. Moliuit donec in puluerem redegit.

Oleaſt. Moliuit vſquequo tenue fieret.

Cajet. Vſque ad tenue.

CONCORDIA.

VBi contriuit habemos, Hebr. eſt וַיִּטְחַן vtchan, quod propriè ſignificat molere, vnde Eccleſ. 12. dentes molares dicti טֹחֲנוֹת tachanot: donec in puluerem redegit, alij vſque
C ad tenue, verbum enim דקק dakak, à quo dot, id eſt puluis, & quid tenue, ſignificat, attenuare, in puluerem redigere, inde noch, id eſt tela, ſic à tenuitate dicta.

EXPOSITIO.

ARripienſque vitulum, nimio dolore perci[illegible]us, & iuſto furore accenſus, *combuſſit,* in ignem i[illegible]lum conijciens, certis admixtis herbis, vt liquaretur in maſſam, & quaſi in carbonem redigeretur, *& cōtriuit vſque ad puluerem,* aurum in puluerem redigi per ignem non ſatis compertum, nam in igne liquatur, non autem in puluerem redigitur, & ideo Tornellus ad annum 1544. num. 49. ſicait, Opo[illegible]et ſubintelligere, id tunc occulta quadam ar[illegible] potius fuiſſe præſtitum, ſcilicet vt in pul[illegible]em redigeretur: nam alioqui ad hoc idolum in bratteolas leuiſſimas producēdum, quales ſunt quibus medicamenta, & alia quædam combuſti[illegible] inaurari ſolent, multo vtique labore ac te[illegible]pore opus fuiſſet. Poſſe autem puluera[illegible] [illegible]urum facile credimus, quandoquidem publica atteſtant[illegible] fama audiuimus de quoda[illegible] famoſo noſtri temporis Alchimiſta, qui paucis ab hinc annis, neſcio quomodo aurum a[illegible] [illegible]s formam clam reduc[illegible]bat, de quo pl[illegible]m in modica ſuſi argenti portione, pal[illegible]ttens, callide Principes decipiebat, c[illegible] exiſtimantes quēadmodum oculis ipſis in[illegible]bantur, puluerem illum habere vim conficiend[illegible] aurum de argento, & pro eodem puluere aliū ſuperpoſitium magno pretio diuendebat, qua tādem fraude detecta, merito Bauariæ dux aſtutiſſimum latronem furea ſuſpenſum interemit. Et Emanuel Sa hîc ait, Vidi ego Mediolani aurum igni in puluerem redigi, in eius artis officina: ſi igne eiuſmodi aurum poteſt redigi in puluerem credibile ita factum.

Tornellus.

Emmanuel Sa.

Sed non minus probabiliter alij aſſerunt non ita factum, nec id ſatis ſcripturæ conſentaneum, etſi enim vitulum combuſſerit, non tamen legitur quod combuſſerit vſque ad puluerem, vel quod combuſtione in puluerem redegerit, ſed quod contriuerit, vel vt Hebraicè habetur, moluerit, nēpe mola aliqua adiuncta illi lima ferrea, quia per vehementem affrictū aurum tandem in puluerem redigeretur, & fauere videtur locus Deuter. 9. qui ſic legitur, vitulum arripiens igne combuſſi, & in fruſta comminuens, omnino quoque in puluerem redigens: Sed ſignificantius in Hebr[illegible], combuſſi eum igne, & contudi eum mola, vel vt alij lima, & vox Cald. ibi ſignifi[illegible]t molam, limam, vel poſtillum. Sic habet Ioann. Mariana, aurum igne liquatum, vt deleretur forma, deinde limā in puluerem vertit.

Ioannes Mariana.

Qui ſparſit in aquam, nempe in torrentem, A qui deſcendebat de Sina, & tráſibat per caſtra Hebræorū eo tempore, quo veniebant, vt inde haurirent aquam, quin vt videtur colligi, eos inde bibere coegit: dicitur enim, & dedit ex eo potum filijs Iſrael. Sed quo fine fecerit, non ita certum apud omnes. Nam noſter Lyran. & Abul. hoc ad examen, & manifeſtationem reorum pertinuiſſe, ne temere mox à leuitis noxij pro innoxijs occiderentur, ſed ſigno aliquo externo ſtatim dignoſcerentur, referunt autem ex Abenefra aquas iſtas puluere aureo inſperſas inflationem reis, & languorem intuliſſe, innocentibus autem fuiſſe innoxias. Sicut in ſacrificio zelotypiæ innocenti mulieri nihil nocebant aquæ amaræ, & execratæ, nocentem B autem vſque ad vteri diruptionem inflabant. Nam prædicta verba, experimenti cognitionem continere videntur, quod Deum explorandis idololatris Moſi ſuggeſſiſſe conſentaneum appatet, ſicut quod adulterium affine ſit idololatriæ, hac Deum illo maritos ad zelotypiam prouocante.

Alio iudicio proditos reos apud alios auctore legimus, nempe hoc potu aquæ in qua proiectus fuit puluis aureus, colorem barbæ flauum fuiſſe motum, ſi vt qui magis fuiſſent in culpa, maiorem & intenſiorem illum colorem exhiberent, ſed nequaquam hoc probabile, at omnino fictitium videtur, quoniam id ſignum nequaquam probabat [illegible] aut adoleſcentes, & eos etiam accuſabat, aut ſuſpectos reddebat, quia naturaliter fuluæ barbam habuiſſent.

Alij aliâ viâ incedunt, nempe ratione prædicta noluiſſe probare Moyſen, quinam fuerint noxij, vel innocentes, ſed puluerem aurei vituli eis dediſſe in [illegible], vt contemneret populus, quod in ſeceſſum [illegible] debebat, ſicque idololatriam deteſtaretur [illegible] non primam ſententiam non improbo, nec modum quo manifeſti fuere nocentes, nam ſi ſolum aquam huiuſmodi puluere mixtam dedit [illegible] raelitis, vt ſic idola abominaretur, potuit etiā per aerem ſpargere, ac pedibus conculcare: ſic enim perſuaſum ſibi haberet idola quæ ita conculcātur, vel quorum puluis ſparguntur per aera omnino contenenda, & vilipendēda.

CONCEPTVS.

Magnum impiorum ſupplicium, quod videant vilitatem rerum ob quas in ſummam miſeriam delapſi.

214. *Arripiens vitulum combuſſit, & contriuit vſque ad puluerem, quem ſparſit in aquam, & dedit* C *ex eo potum filijs Iſrael:* Nonne vidimus ſuperiori verſu, furore erga populum excandeſcentem Moyſen, quod vitulum, idololatrandi cauſa, conflaſſent? cur ergo ab ipſiſmet Iſraelitis ſupplicium non exigit? quænam illius ira in vitulum? nonne conuenientius ira in ipſos nocentes oſtenderetur, dum illos grauiter percuteret? equidem percutiendi erant vniuerſi rei. Interim tamen fuit ira vere maxima idolum deformare, & illius puluerem populo obijcere, vt viderent vilitatem, & turpitudinem idoli, ob quod ſe reos conſtituerent tanti ſceleris. S August. Non longè abeſt B. Aug. in Pſal. 37. *Ira Prophetica*, inquit, *& animus non conturbatus, ſed illuminatus, quid egit? mittit in ignem, vt forma ipſa prius confundatur, minutatim comminuit, vt paulatim conſumatur, mittit in aquam, vt popu-* D *lus biberet:* Nec parua fuit Moyſis ira, quæ irradians idolum aureum ſic deformauit, & cōminutum & deformatum, & in puluerem redactum, quod poculum obiecit, vt damnatorum dolor augeretur ex conſpectu turpitudinis, & vilitatis cauſæ, ob quam in tantam damnationem fuerant delapſi.

Affectus peruerſi qui cum cibo, & potu admittuntur, aut raro, aut tanquam tollantur.

215. *Arripiens vitulum combuſſit, & contriuit vſque ad puluerem, quem ſparſit in aquam, & dedit ex eo potum filijs Iſrael.* Quid deinde? internecione delentur viginti tria millia, quis non crederet hoc ſupplicio idololatriam pœnitus extirpatam fuiſſe à Dei populo? quis in populo ſic percuſſo propter adoratum idolum, crederet fore amplius vitulos in honore? *Sed 3. Reg. 12.* Ieroboam fecit duos vitulos aureos, 3. Reg. 12. & dixit nolite vltra aſcendere Ieruſalem, ecce dij tui Iſrael, qui eduxerūt te de terra Ægypti, iterum vituli aurei, iterum diuinitatis [illegible] acclamatio, iterum in populo idololatria: ſic duræ ceruicis populus ille, & in idololatriam propenſiſſimus, tamen tam ſeuero prædicto ſupplicio debuerat eiuſmodi inclinatio comprimi, & extingui: quomodo ergo [illegible] extinctus huiuſmodi peruerſus idololatrandi affectus? nonne manducauerunt, & [illegible] biberunt, cum vitulum coluere? nonne etiam Moyſes ſparſit in aquam pulueres aurei vituli, & dedit ex eis potum filijs Iſrael? biberunt Iſraelitæ autem illam aquam pretioſi vituli puluere conſperſam, & ſic non mirum, quem cum potu prauū conceperunt affectum, nulla diligentia, nec ſeueris ſupplicijs comprimi nec extingui. Acumen eſt Brun. in alleg. Tilm. *Bibunt aurum* S. Brun. apud Tilm. *idoli, quia idololatræ & ſacrilegi, ſic enim hæc mortifera potio, hæc doctrina idololatriæ eorum viſcera penetrauit, vt vix aliquando ab idolorum cultura potuerit auelli.* Quæ peruerſa doctrina cum potu ſimul ingeſta fuit [illegible] hanc pœne indebiliter miſer populus retinuit.

Auari in ipſa etiam morte, auri cupidi illud bibunt.

Arripiens vitulum combuſſit, & contriuit vſque ad puluerem, quem ſparſit in aquam, & dedit ex eo potum filijs Iſrael. Cur [illegible] gladio ſint interficiendi datur eis [illegible] aquæ ſitientibus aqua datur: ſed certum eſt non omnes tanta ſiti oppreſſos, [illegible] habuerunt bibere: verum quid mirum [illegible] cum eſſent Iudæi auaritiæ deditiſſimi, etiam in ipſo mortis articulo, nec renuunt ſibi non miſerum aurum bibere. Non diſſentit præfat. Bruno, *Bibunt aurum Iudæi, quia cupidi* 216. Bruno

Petrus Riga. *ſunt, & auari.* Concinit Presbyter Rhemenſis.

Denotat hic auri cor Hebræi potus auari,
Qui ſitiens aurum primitus ore bibit.
Conſonat hoc Craſſi titulo qui corde ſitiſti
Aurum, en hic aurum mortuus ore bibis.

Efficax remedium ad conuertendos peccatores, ſi quæ coluerunt idola, conſpexerint prius pœnas dare.

217. *Arripiens vitulum combuſſit, & contriuit vſque ad puluerem.* Quid in te, & in Deum commiſit vitulus ille aureus anima, & ſenſu carens, vt illum arripiens, comburens, conterés, in puluerem redigeres? cur prius in idolum, quam in illius cultores deſæuiſti? nonne prius hi ſeuera puniendi, & deinde vitulus idololatriæ occaſio conterendus? prius conterit, & comburit idolum, vt videntes idololatræ, primum ire in pœnas, confunderentur, & conuerterentur. Quod B. Cyrill. Alexand. obſeruat. in c. 1. Iſaiæ, *Poſtquam aduenisſent, ait, hoſtes, deſtitutuſque à dijs ſuis extitiſſet Iſrael, in idolis ſuis pudefacti ſunt, illos namque ante alios vnà cum hortis lucisque exuſtos conſpexerunt, cum delubris ipſis, & altaribus.* Exciderunt igitur ſpe, quando Deos ſuos pati conſpicarentur, tunc denique intelligentes dictum illud à Deo, vbi ſunt dij tui quos ipſe tibi feciſti? nunc ſurgent, & ſeruabunt te afflictiſſimis temporibus tuis? nunquam citius cognoſcent homines idolorum ſuorum inanitate, nunquam ad verum Deum efficacius conuertentur, quam vbi viderint ſimulachra, quæ coluerint, prius dare pœnas. (Cyrillus Alexand.)

Iſraelitarum corda duriſſima eſſe ſignificatur.

218. *Arripiens vitulum combuſſit, & contriuit vſque ad puluerem*, quem ſpargens in aquam dedit in potum Hebræis, imo potius conculcari deberet huiuſmodi puluis aureus. Cur ergo eis in potum datur? nam fauor impenditur auaris, cum eis aurum bibere datur. Verum nonne potus in animali rigat duras corporis partes, vt emolliat ad perfectiorem vnionem præſtandam? en cur bibendus datur puluis aureus idololatris, vt hoc potu indicaretur duriſſima eorum corda, quæ neceſſe erant emolliri. Sic enim Gregor. Nazian. orat. de Paſch. *Idolum in aquam in duritiei illius probrum ſparſum eſt.* Equidem dedit potum, vt exprobraret populi duritiem, quæ nonniſi à potu emolliri poſſet. (S. Gregor. Nazianz.)

Honor qui non merentibus exhibetur, ipſis nociuus, & lethalis.

219. *Arripiens vitulum combuſſit, & contriuit vſque ad puluerem, quem ſparſit in aquam:* Si aurum huiuſmodi vituli figuram præ ſe ferebat, debuit quidem corrumpi & deleri comminutione, vel combuſtione, vt in maſſam redigeretur auream: non autē pulueres eius in aquas torrentis proijci cum totum iactura, aurum quod ab omnibus in maximo habetur pretio, non ita à Moyſe contemni deberet, vt in aquas proijceretur, cur quod ab omnibus ſumma cura cuſtoditur cum tanto dedecore vilipenditur? an ei debitus erat honor quem ei Iſraelitæ impenderunt? an merebatur cultum ſibi exhibitum? ne mireris ergo ſi nunc arripitur comburendus, ſi contritus vſque ad puluerem in aquam proijciatur; honor enim qui non merentibus impenditur, ipſis nociuus eſt, & lethalis. Fauet Baſil. Seleuc. orat. 9. *Dignam creatore reuerentiam non admittit creatura, tantum honorem, vt peſtem perhorreſcit.* Honor Dei debitus creaturis immeritis exhibitus, peſtis eſt illis exitialis. (S. Baſil. Seleuc.)

Occaſio peccati auferenda.

220. *Arripiens vitulum combuſſit, & contriuit vſque ad puluerem*, ecce Moyſes antequam populum, qui vitulum adorauerat argueret, increparet, & ad pœnitentiam hortaretur, prius eum comminuit, & combuſſit; cur inuerſo ordine, prius populum idololatram ſeuere non increpat, Aaronem non arguit? vt hoc exemplo nos doceat, ante omnia peccati occaſionē auferendam eſſe, deinde peccatores reprehendendos. *Aduerte Moſis prudentiam*, inquit Oleaſt. *prius in peccatum quam in peccatores ſæuit, vt peccati radicem prius extirparet.* Et S. Ambroſ. epiſt. ad Romul. *Moyſes comminuit vituli caput, atque in puluerem redigit, vt omnia impietatis aboleret veſtigia.* (Oleaſt. S. Ambroſ.)

Percepta peccati amaritudine, ad pœnitentiam reuocamur.

221. *Arripiens vitulum combuſſit, & contriuit vſque ad puluerem, quem ſparſit in aquam, & dedit ex eo potum filijs Iſrael:* In immaniſſimum crimen idololatriæ delapſa plebs Iſraelitica, tanti mali periculum minime præſentiens, læto animo, feſtiuo vultu, choreas ducebat, tripudia agebat, quomodo ab hac inſenſibilitate reuocanda, ô Moyſes, ſicut eorum ductor fuiſti, an etiam quaſi immedicabili vulneri, ſicut optimus medicus adhibere poteris remedia? hoc excogitat, quo ingentem miſeris ægris adimat ſtuporem, vt ipſum inet vitulum in quem miſeri impegerant, in minutiſſimum puluerem contuſum aquæ infunderet, atque illis ebibendum daret, vt videlicet peccati amaritudinem perciperent, atque remanderent, ſicque conuerterentur. Ait enim Vener. Beda in Luc. *Vt cum expertus eſt abſinthij amaritudinem, adhibeat pœnitentiæ dolorem, nam dolor ille hoc dolore corrigitur ac ſoluitur.* (Ven. Beda.)

Creata quæ diuino honore iudicamus colenda, ita vilia in rei veritate, vt in ſeceſſum etiam abeant.

222. *Arripiens vitulum combuſſit, & contriuit vſque ad puluerem, quem ſparſit in aquam, & dedit ex eo potum filijs Iſrael.* Quid agis Moyſes? nonne tam gratam exhibes idololatris? quid enim magis optant quam Deum ſuum manducare, aut bibere? nam certe apud Iobum, famulorum ſummum amoris affectum teſtantium vox illa eſt, c. 31. Quis det de carnibus eius, vt ſaturemur? Ad quæ verba B. Chryſoſt. in Cat. Græca, Ardenti enim illius amore fla- (Iob 31. S. Chryſoſt.)

grabant ijs ſignificationibus, quæ ipſis ab illo A dabantur excitati, ſic inquit à me ipſi apti erant, atque pendebant, ſic me auide complectebantur, ita mihi dediti erant & affixi, ita me oculis ferebant, vt vel carnibus meis expleri cuperent, ipſos meos artus abſorbere, ac deuorare præoptantes: tanto erga me ſtudio atque amore erant incenſi:] Cum igitur amātes nihil magis optent quam in ſua viſcera conuertere dilectum, idololatris rem gratiſſimam feciſti Moyſes, dum bibuot eum, quem ardenter depereunt Deum vitulinum. An non melius in aera ſpargere, aut in profundam
S.Hieron. foueam proijcere? Verum pro Moyſe B. Hieron. epiſt. ad Fabiolam, *Vituli puluerem quem adorauerat Iſrael contemptum ſuperſtitionis in potum accipit, vt contemnere diſcat, quod in ſeceſſum proijci videat.* B En vt ea quæ diuino honore colenda iudicabant, sta in rei veritate vilia, vt ebibita in ſeceſſum abeant!

Poſſeſſo auro ſuperbientes eo intumeſcunt lethaliter hauſto.

223. *Arripiens vitulum combuſſit, & contriuit vſque ad puluerem, quem ſparſit in aquam, & dedit ex eo potum filijs Iſrael*: Ecce qui ſuum aurum ad fabricandum idolum in deſerto contulerunt, aurum amiſerunt, vitulo à Moyſe in puluerem comminuto, vt qui à Deo vero in idolum aureum defecerant, & Deo priuarentur, & auro. Verum cur Moyſes eiſdem illa auri ramenta in aquam ſparſa propinauit? Aduer-
N.Lyranus. te quid ex Rabinis dicat noſter Lyran. C *Iſta aquæ potatæ, erant nociuæ culpabilibus, cauſando in eis languorem, & inflationem.* En cur aurum eis propinatur, vt qui de poſſeſſo auro intus ſuperbierant, de auro hauſto exterius, ſed lethaliter intumeſcerent.

Ex qua radice conſolatio noſtra, aliquando ex eadem, mortis timor oritur.

224. *Arripiens vitulum combuſſit, & contriuit vſque ad puluerem, quem ſparſit in aquam, & dedit ex eo potum filijs Iſrael*: Quo fine quæſo? non minoris notæ auctores aſſerunt, hoc potu colorem barbæ in flauum fuiſſe mutatum. Sic
Rupertus. autem Rupert. Aiunt quidam quod vitulum aureum in puluerem redactum in potum illis in iudicium dederit, & hoc facto qui auctores fuerint ſceleris aureis prominentibus labijs, D publicati vel deprehenſi.] Sic etiam canit Pe-
Petrus Riga. trus Riga.

Aurum quod fudit Aaron, deſcendit eorum
In barbas, tantum qui coluere bouem.
Nequitiæ plumbum barba monſtratur in auro,
Et culpæ pondus aurea barba docet.

Cur noxij idololatræ pallidum auri colorem contrahunt? nonne in ipſo idolo ſpem ſuam poſuerunt, & conſolationem, cum dixerunt, hi ſunt dij tui Iſrael, qui eduxerunt te de terra Ægypti? quid ſciſcitaris ergo, cur pallidus color ex auro potato contrahitur? ſane vt ex qua radice paulo ante ſpes ſalutis, & conſolatio, ex eadem modo mortis timor oriatur. Color enim ille pallidus mortem futuram augurabatur. Scribit enim Abulenſ. *Populus pæne*
Abulenſ. *exanguis, iuſſu Moyſis bibit, & ſi id ſuſpicaretur* A *finem formidoloſum, & infœlicem habiturum.*

Vitulus, qui integer populi pernicies, contritus, fuit ruinæ illius remedium.

Arripiens vitulum combuſſit, & contriuit vſque ad puluerem, Sept. contriuit eum minutum. Non eſt dubium quin integer vitulus ille exitium fuerit populo, eum tanquam verum numen colenti. En comminutus tanto malo remedium afferret potuit? Audiamus B. Am- 225.
broſ. 2000t. 2. in Exod. ad Irinæum, *Moyſes caput vituli aurei comminuit ſuper puluerem, & immiſit in aquam, & dedit populo bibere, incraſſatum enim erat cor eorum perfidiæ immanitate, vt emolliretur, & fidei ſuæ* [illegible] *em.* B Expende in verbis Ambroſ. illud incraſſatum, &c. quibus exponit illud Deuter. 32. Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit, incraſſatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem ſuum, id eſt quia craſſus nimium erat populus nequam, fidei res atterebat, & molebat, ideo Deos aureos, & vitulum in deſerto coluit, quapropter in puluerem redactum vitulum ebibendum eidem populo Moyſes obtulit, quaſi diceret: ideo in tantum malum delapſus eſt populus, quia fidei dogmata non emollit, in fruſta ergo redigantur comminuta, vt eius morbo medeatur. D. Ambroſ. Deuter. 32.

Permittit Deus peccatis noſtris ſatiari, vt eorum nauſeam habentes, ea deteſtemur.

C *Arripiens vitulum combuſſit, & contriuit vſque ad puluerem, quem ſparſit in aquam, & dedit ex eo potum filijs Iſrael*, Vitulum quem fecerat, licet in puluerem contritum bibendum eis dedit, nonne cum ſacrilege hunc tanquam numen coluerunt, longe ab eis remanere debe- 226.
ret, vt omnis occaſio idololatrandi eis adimeretur? cur ergo non ſolum non remouet, ſed & bibendum præbet? Obſeruemus quæſo quid annotat Chryſolog. ſer. 5. de Prod. in illa verba, cupiebat ventrem implere de ſiliquis, & nemo illi dabat, ait, Quam crudele miniſterium, quia neque conuiuit porcis, qui viuit porcis, miſer qui porcorum deficit, & ciuit in ſaginam, miſer qui ſqualentis cibi cupit, nec impetrat qualitatem.] Maſeros vocat miniſtros dæmonis, qui nec etiam peccatis ſuis D ſatiari permittat: quomodo ergo Deus aliquando peccatores ſuis ſceleribus vſque ad ſatietatem impleri permittit? quomodo etiam idola eis bibenda propinat? vt ſatiati ſuis delictis, eorum nauſeam habentes ea deteſtentur. Obſeruatio eſt Oleaſt. in expoſit. litt. *Ex huiuſmodi aqua potauit filios Iſrael, vt crediderim, quod vt eis idololatriæ nauſeam induceret, voluit, vt pulueribus idoli ſui ſatiarentur. Sic num. 11. fecit, cum enim populus carnium deſiderio flagraret, per nares eas proijcerent, vt ſatiati de cætero eas amplius non deſiderarent.* Et in annot. Mocali, *Diabolus non ſinit peccatores peccatis ſuis ſatiari, ne poſt ſaturitatem faſtidio illis ſit, & ſæpe contingit, vt peccatores ſaturi ad Deum redeant facilius: vt ergo peccatum iſti de cætero faſtidirent, eos ſaturauit peccato ac idolo ſuo.* 5 Chryſol. Oleaſt.

Ita

Ita peccatum ad alia fœcundum, vt etiam illius memoria ea producere poſſit.

217. *Arripiens vitulum combuſſit, & contriuit vſque ad puluerem, quem ſparſit in aquam, & dedit ex eo potum filijs Iſrael:* Vt nihil reliquiarum idoli apud idololatras remaneret, ne poſt modum ſpecie illecti ad illud denuo reuertantur. Si ergo nihil ex hoc idolo vitulino remanſit, quomodo poſtea Roboam fecit duos vitulos aureos, poſuitque vnum in Bethel, & alterum in Dan. 3. Reg. 12? quomodo peccatum huiuſmodi idololatriæ quod prioris contritione, & annihilatione minui, reſtringi, imo in totum aboleri debuerat, potius duplicatur & augetur? quia peccatum ita ad alia fœcundum, vt etiam illius ſola recordatio ea producere poſ-

Luſitan. ſit, Vnde recte Luſitan. *Si tempore Ieroboam vitulum in puluerem redactum ſuſcitarunt, quid facerent ſi eius reliquias integras inueniſſent?*

Peccatum prorſus imbelles, effœminatos & timidos efficit.

228. *Arripiens vitulum combuſſit, & contriuit vſque ad puluerem, quem ſparſit in aquam, & dedit ex eo potum filijs Iſrael,* Imo coegit vt biberent, licet ex eo potu funeſtum quid colligerent, quomodo non ſolum permittunt ſuum comburi numen, ſuum ſimulachrum in puluerem conteri, in aquam ſpargi, ſed etiam coguntur ex eo lethalem potum ſumere? nonne cum eſſent innumeri, potuerunt vnico Moyſi reſiſtere? nonne illi ſunt qui vim fecerunt Aaron, vt ſibi Deos faceret? quomodo ergo nunc nec muſſitant quidem, nec reſiſtunt vnico homini octogenario eos ad potum idoli ſui antea cogenti? quia tale eſt peccatum, vt illud operantes prorſus effœminatos, & timidos efficiat.

Abulenſ. Audiendus Abul. *Iſraelitæ ſuſpicabantur mala ex hoc eis superuentura, & ſicut mos eſt timentiũ, plura mala formidant quam ventura ſint, nec ſponte ipſi bibiſſent, ſed compellebat eos Moyſes: totus enim infœlix populus in pœnam aliquantam ſceleris ſui timore & tremore repletus fuerat. Ita vt omnes corã Moyſe remiſſis animis, pauitarent, & magis eum ſolum timebant, quam ſi ſuper ſe* A *armatam infinitam multitudinem cernerent irruiſſe.*

Principum eſt, & Magiſtratuum, ea quæ contra Deum fiunt, abolere.

Arripiens vitulum combuſſit, & contriuit vſque ad puluerem. Quid ô Moyſes, qui ante conſpectum Regis Pharaonis apparere timidus non audebas, etiam à Deo miſſus, vt ei ſuaderes populi tui libertatem, quomodo nunc omni metu poſtpoſito, duræ ceruicis populi idolum ſuum, ipſo vidente, audes confringere? quia Princeps eſt, cuius ea quæ contra Dei cultum fiunt eſt animosè eradicare: in hoc ſane ſe præbuit Principum exemplar, quorum munus è medio tollere quæ aduerſus Dei com- 229.

B mittuntur honorem. Sic fecere Exech. ſic Ioſias, ideo à ſcriptura commendantur, qui ſecus aliter fecerunt, grauiter reprehenduntur, non ſatis eſt Principibus, & Magiſtratibus, vt per ſe nihil mali perpetrent, niſi etiam mala ſubditorum è medio auferant. Vnde Regius Vates Pſalm. 100. *In matutinis interficiebam omnes peccatores terræ.* In quæ verba Cardin. Bellar. *Concludit Pſalmum demonſtrans zelum ſuum in purganda ciuitate Dei, in qua faciebat miſericordiam & iudicium, miſericordiam erga bonos ciues, liberans ab oppreſſionibus impiorum, & iudicium erga malos debitis pœnis eos afficiens.* Pſal. 100. Cardin Bellarm.

Aliquando impietas ita nobis intima eſt, vt viſceribus adhæreat.

C

Arripiens vitulum combuſſit, & contriuit vſque ad puluerem, quem ſparſit in aquam, & dedit ex eo potum filijs Iſrael. Cur ei propinat, cum ſatis eſſet, vt nullæ illius idoli reliquiæ ſupereſſent, puluerem illius per aerem ſpargere? nonne quod bibitur vſque ad viſcera peruenit? Audite ergo Cyrill. Alex. lib. 3. in Exod. ſic dicentem, *Potauit ex eo filios Iſrael, per hæc ipſa ſignificat, quod in ipſorum præcordijs & viſceribus inhæreat impietas, præterea etiam hoc ſignificaſſe arbitror, quod cor ſcelerata atque execrabili idololatria habeant refertum.* 230. Cyrillus Alexand.

VARIET. LECT. Verſ. 21. & 22.

Vulg. Dixitque ad Aaron, quid tibi fecit hic populus, vt induceres ſuper eum peccatum maximum?

Pag. Quia adduxiſti ſuper eum peccatum grande.

Vulg. Cui ille reſpondit, ne indignetur Dominus meus, tu enim noſti populum iſtum, D quod ſit pronus in malum.

Sept. Ne iraſcaris Domine, tu enim nouiſti impetum populi huius.

Cald. Ne iraſcatur furor Domini mei.

Mont. Ne excandeſcat naſus Domini mei, noſti populum quod in malo eſt.

CONCORDIA.

IN Hebr. eſt ne iraſcatur furor Domini mei, ſed eſt Hebraiſmus, quem recte reddidit interpres per hæc verba, ne indignetur Dominus meus. Alius Hebraiſmus eſt quod in malo eſt, qui etiam rectè redditus per hoc quod pronus eſt ad malum. Sept. verterunt σὺ γὰρ οἶδας τὸ ὅρμημα τοῦ λαοῦ τούτου, noſti impetum populi huius, nempe ſtudium, propenſionem, ſubaudi ad malum.

EXPOSITIO.

DIxitque ad Aaron, quid tibi fecit hic populus, in qoo te offendit? *vt induceres ſuper eum peccatum magoum?* nempe idololatiiæ, publico ſcilicet peccato cooperando, & conſennendo, quod aduerſari atque impedire, etiam morte obeunda, debuiſti. *Cui Aaron*, humiliter ex peopriæ culpæ agnitione, reſpoodit, *ne indignetur Dominus meus*, appellat Aaron licet ſenior, Moyſen Dominum ſuum, quod ſciret eum etiam præpoſitum ſibi à Deo, A ſeque in hac re iuſtè poſſe iudicari ab eo, *tu noſti populum iſtum pronum ad malum:* oomine mali non ſolum idololatriam, & quamlibet impietatem intelligit, ſed etiam populi violentiam Aaron intelligit, & quaſi diceret, non ignoras quoties etiam aduerſum te murmuratione, & inteota vi inſurrexerunt Iſraelitæ: itaque cogita etiam nunc mihi ita eueniſſe, vt ſi populo reclamaſſem, manifeſtum incurriſſem vitæ periculum.

CONCEPTVS.

Pudoris confuſio magnatibus intolerabilior, quam ipſe interitus.

231. *Quid tibi fecit hic populus, vt induceres ſuper eum peccatum maximum?* Nonne alijs intolit Moyſes mortem, idololatris? nonue eodem digous eſt ſupplicio Aaron, qui eorum, licet coactus, conſentit peccato, quod etiam cum vitæ diſcrimiue impedire tenebatur? cur ergo ſolum verbis obiurgat, cum pœna grauiſſima in eum deberet animaduertere? nonne obiurgatione hac, eum pudore confudit? ne aliud ergo grauius requiras de eo ſumptum ſupplicium, pudoris enim confuſio magnatibus probæ indolis, intolerabilior eſt quam mors violenta. Suffragatur D. Zeno lib. 3. ſerm. 35. *Apud ſapientes & honeſtos grauius eſt aliqua nota confundi quam mori.* Sane magnates probos plus afficit delicti commiſſi confuſio, & verecundia, quam alia quæuis pœna grauiſſima. S. Zeno.

Qui debet peccatum impedire, & non impedit, quaſi primus auctor illius prius punitur.

232. *Quid tibi fecit hic populus, vt induceres ſuper eum peccatum maximum?* Quid? nonne vidiſti populum choreas coram vitulo agentem? cur ergo prius in eum non animaduertis? cur prius Aaron obiurgas, tanquam auctorem huius ſceleris? nonne debuit etiam cum vitæ diſcrimine peccatum hoc idololatriæ impedire? merito ergo prior arguitur, quia non impediens peccatom cum poteſt, & debet, quaſi in illius auctorem prius animaduertitur. *Licet* D *populus*, inqoit Oleaſt. *fuerit primus auctor ſceleris, quia tamen ſacerdotis erat ſummi eos reuocare, aut ſaltem detinere, ideo eum prius arguit.* Oleaſt.

A ſuperioribus exigitur ratio peccatorum populi.

233. *Quid tibi fecit hic populus, vt induceres ſuper eum peccatum maximum?* Quomodo cum ſit frater tuus, & natu maior, & in ſummum ſacerdotem, vt optimè noſti, præficiendus, cur non deferes eius primogenituræ, & conditioni? cur cum eo non diſſimulas? cur fratrem de peccato populi increpas? populus præſens adeſt, ab eo inquire, cur adeo graue de- B lictum, & ſacrilegium commiſit: prius in fratrem tanqoam ſuperiorem animaduertit, & merito quidem, à ſuperioribus enim ratio peccatorum populi exigenda. *Non curauit vir ſanctus*, inquit Oleaſt. *fratrem, ſed omne pondus in eum reiecit, vt diſcant multitudinis rectores ab eis omnia plebis peccata petenda.* Oleaſt.

Peccatum idololatriæ per antonomaſiam peccatum maximum eſt.

Quid tibi fecit hic populus, vt induceres ſuper eum peccatum maximum? An tibi ignotum, populum peccato idololatriæ deliquiſſe? vidiſti enim vitulum aureum, & Iſraelem circa eum choreas ducentem. Cur ergo non ais, cur induxiſti ſuper populum peccatum C idololatriæ? cur quale peccatum eſſet non nominaſti? quia diceos peccatum maximum, intelligit peccatum infidelitatis, per antonomaſiam enim etenim maximum eſt: Conſentit S. Thom. 2. 2. q. 10. art. 3, in Corp. *Sciendum quod omne peccatum formaliter conſiſtit in auerſione à Deo, inde tanto aliquod peccatum eſt grauius, quanto per ipſum homo à Deo ſeparatur: per infidelitatem autem maximè homo à Deo elongatur, quia nec veram Dei cognitionem habet, per falſam autem Dei cognitionem non appropinquat, ſed magis ab eo elongatur: non poteſt eſſe quod quantum ad quid Deum cognoſcat, qui falſam opinionem de eo habeat: quia id quod ipſe opinatur non eſt Deus, vnde manifeſtum eſt quod peccatum infidelitatis eſt maius peccatis omnibus* D *quæ contingunt in peruerſitate morum, ſecus autem eſt de peccatis quæ opponuntur alijs virtutibus Theologicis.* 234. S. Thom.

Propter ſanctitatem filiorum, etiam parentibus condonatur.

Quid tibi fecit hic populus, vt induceres ſuper eum peccatum maximum? Cur ſicut verbis arguis, ita ſeuerum ab eo non exigis ſupplicium, cum induxerit ſuper plebem peccatum maximum, & ideo qualibet pœna dignus? nonne plures ab eo ſancti originem duxere? quo poſito ſic reſpondet Procopius, *Deus Aaronem nec nunc delinquentem, nec poſtea* 235. Procop.

Moyſi turpiter obtrectantem punire ſuſtinuit, veniam eius delicto dat, tum propter alia, tum in primis propter ſanctos ex eius lumbis prodituros. A

Prius occumbendum quam delicto cooperari.

236. *Quid tibi fecit hic populus, vt induceres ſuper eum peccatum maximum?* Nonne populus ei vim intulit? dixerunt enim ei Iſraelitæ.

Nec Deus ille latens, iam noſtra negotia curat,
Redde Deos, age, redde Deos, moliri figuras,
Tractandumque manu ſpecimen, quo numina ſeſe
Inſinuent, monſtrentque viam quâ caſtra ſequantur.

Diſſuadet Aaron ne tantum ſcelus in Deum benefactorem admittant, ſed

Iam tela feruntur, B
Iam lapides, ipſo rabies moderamine creſcit,
Obicibus veluti poſitis in limine torrens
Lenius ante tumens, cum nil obſtaret eunti
Cum tetigit medio, ſenſitque obſtacula curſu
Oppoſitas ruit ille trabes, intentaque ſaxa
Spumens, & verſo rotat obice ſæuior vndas,
Ceſſerunt populo proceres, quin ipſe furenti
Conſilium dictante metu, ſe commodat Aaron.

En vt vim intulere Aaroni? en vt eum coegerunt, vt ſibi Deos faceret? cur ergo aſſeris ſuper eum peccatum maximum induxiſſe? quia potius occumbendum quam peccato cooperandum. Vnde noſter Lyranus explicans ſenN.Lyranus. ſum verborum Moyſis, quare induxiſti ſuper populum, &c. ait, *Ac ſi ei diceret prius debuiſſes ſuſtinere mortem.*

Timor pœna nos vrbanos efficit. C

237. *Quid tibi fecit hic populus, vt induceres ſuper eum peccatum maximum?* Cui Aaron humiliter reſpondit, ne indignetur Dominus meus. Nonne tribus annis maior natu es quam Moyſes? nonne ſicut multa priuilegia ratione primogenituræ tibi debentur, ſic etiam à fratre honor & reuerentia? cur ergo cum tibi dicere deberet, Domine mi, cur induxiſti ſuper populum hunc peccatum hoc, tu tanquam Dominum tuum nominas, & ſalutas? Scitè Abul. Abulenſ. *Moyſes erat tunc terribilis, & coram populo vitulum conculcauerat, atque combuſſerat, & in puluerem comminuens ſparſit in aquam, & coram eo totus populus tremebundus vultu pauitabat: timuit ergo & ipſe Aaron veluti ſceleris ſui conſcius, ne Moyſes qui dirè in eum inuehebatur, vellet inducere ſuper eum punitionem grauiſſimam, motus ergo timore eum vrbanum faciebat, & vocabat Moyſen Dominum ſuum.* D

Mollis reſponſio frangit iram.

238. *Quid tibi fecit hic populus, vt induceres ſuper eum peccatum maximum?* Hoc ira commotus exprobrauit Aaroni, quid ille? ne indignetur Dominus meus, cur Dominum ſuum appellat reprehenſorem, & peccati maximi accuſatorem? cur ſic vrbane reſpondet? cur ſic ſuaui ſermone, & honorifico titulo eum conuenit? nonne ait textus quod Moyſes iratus erat valde, vel vt habent Sept. iratus furore? A merito ergo ſic ſubmiſſe, ſic honorifice fratri ſuo irato reſpondit, quia teſte Salomone Prouer. 15. Prouerb. 15. reſponſio mollis frangit iram: & D. Gregor. S. Gregor. Nazianz. Poemate de ira ſic ait, Nazianz.

At læſit me, tu caue, ne lædas item,
At cœpit ille, protinus verbis tuis
Frangatur, atque moribus blandiſſimis,
Solutus inſtar fluctuum ad terram illisa,
Aut vt procella cum nihil remittitur.

Quaſi dicat, ad eundem modum iræ impetus in ſuaues ſermones, & in blandiſſimos viri alicuius mitiſſimi mores incidens, ſolui ſolet, quo fluctuantis maris vndæ, in molliſſimas arenas littoris incurrentes, vi ventorum impulſæ franguntur ac recedunt.

B *Peccatum cognitum non velandum excuſatione.*

Quid tibi fecit hic populus, vt induceres ſuper eum peccatum maximum? 239. Non præſumptuoſe accuſas, ſed vere, & non de quocumque delicto, ſed omnibus noto, & maximo. Quid tunc Aaron? an humiliter confeſſus eſt? imo illud in populum reijcit, noſti quod populus ille pronus eſt in malum: licet ita ſe res habeat, nonne illius peccato cooperatus eſt, Deos aureos conſtituens? an in hoc dignus vituperio quod ſe excuſauerit? quis dubitat, peccatum enim cognitum excuſatione non velandum. Quod declarat B. Auguſt. explicans hæc S. Auguſt. verba Regij vatis, pone Domine cuſtodiam Pſalm. 104. ori meo, & oſtium circumſtantiæ labijs meis, C ſic autem ait, *Non dixit clauſtrum continentiæ, ſed oſtium, oſtium & aperitur, & clauditur, ergo ſi oſtium eſt, & aperiatur, & claudatur, aperiatur ad confeſſionem peccati, claudatur ad excuſationem peccati, ita enim erit oſtium continentiæ non ruinæ.*

Nobis ipſis peccata noſtra tribuamus, aliàs ea augebimus.

Quid tibi fecit hic populus, vt induceres ſuper eum peccatum maximum? 240. Cui Aaron, noſti quod populus iſte pronus eſt ad malum: non à te inquiritur an populus peccauerit, nec ne, ſed cur peccatum in eum induxeris? cur peccatum commiſiſſe non fateris? cur alijs tribuis? & in hoc etiam vituperio dignus, hac D enim excuſatione, & in alios peccati tranſlatione, ſuum non minuit, ſed adauxit: ſcitè Ferculphus tom. 1. Chroni. lib. 1. cap. 8. qui hæc Ferculphus. verba Geneſ 4. dicta Caino, ſub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius, ait, *Poteſt* Geneſ 4. *quidem intelligi ad ipſum hominem conuerſionem eſſe debere peccati, vt nulli alij quam ſibi ſciat tribuere quod peccat, hæc enim ſalubris eſt pœnitentiæ medicina, & veniæ petitio congrua, tunc enim dominabitur quiſquis peccato, ſi id ſibi non defendendo præpoſuerit, ſed pœnitendo ſubiecerit.* Veræ pœnitentiæ vera conſignatio, qui humiliter ſibi peccatum tribuit, nec grauius excuſando facit.

VARIET. LECT. Verſ. 23. & 24.

VVlg. Dixerunt mihi, fac nobis Deos A qui nos præcedant, huic enim Moyſi qui nos eduxit de terra Ægypti, neſcimus quid acciderit.

Cald. Fac nobis Deos qui ambulent ante nos, quoniam huic viro Moyſi, qui aſcendere nos fecit de terra Ægypti, &c.

Vulg. Quibus ego dixi, quis veſtrum habet aurum? tulerunt & dederunt mihi, & proieci illud in ignem, & egreſſus eſt hic vitulus.

Sept. Et dixi eis, ſi cui ſunt aurea, auferte.

Pag. Cui eſt aurum, ſeparate vos ab inauribus aureis, quæ ſunt in auribus veſtris.

Onk. Rumpant à ſe, & dent mihi.

Mont. Et dixi eis, cui aurum abrumpite vos.

Cajet. Cui aurum, amouete.

CONCORDIA.

DIximus in Concordia verſus ſecundi huius verbum פרק pharak ſignificare diuidere, ſeparare, lacerare, excutere vi, & qua- B dam violentia: Pag. nequaquam de verbo ad verbum lectionem Hebr. tranſtulit, ſed paraphraſi vſus eſt.

EXPOSITIO.

D*Ixerunt mihi*, aduerſus me congregati, vimque inferentes, *fac nobis Deos, &c.* & vt eorum impetum coercerem dixi, *Quis veſtrum habet aurum*, rem difficillimam vt pote aureas inaures vxorum, filiorum, filiarumque popoſci, *proieci illud in ignem, & egreſſus eſt vitulus ille*: Quaſi diceret, præter omnem expectationem meam, & non intendens hunc vitulum ex auro, tamen ex auro in ignem proiecto, neſcio qua arte egreſſus eſt. *Sed in hoc* mentitus fuit Moyſi, vt ſe excuſaret, ſed cum Deus Moyſi non reuelaſſet, quomodo hic vitulus conflatus fuerat, ideo nec mentitum fuiſſe Aaronem agnouit.

CONCEPTVS.

Quidquid de impiorum conſuetudine habes, ad defectionem à Deo te prouocabit.

241. *Quis veſtrum habet aurum? tulerunt & dederunt mihi*, Quodnam aurum? acquiſitum in deſerto, an mercium venditione comparatum? non equidem, ſed delatum ab Ægypto, cum ab Ægyptijs vaſa aurea & argentea petierunt: & quid ex illo auro? proieci, inquit Aaron, illud in ignem, & egreſſus eſt ille vitulus. Non ait ego vitulum feci, ſed ego petij, deduntque mihi, & aurum ſolum igni dedi, & ecce vitulus egreditur Quid hoc eſt? niſi quod vbi aurum impij Ægyptij, omnis alia ars, omnis alia induſtria vacare videtur, ipſum per ſe aurum ſufficere videtur, vt idola producat. Annuit B Macharius Senior hom. 11. *Compulſus eſt Aaron dicere Iſraelitis, vt aurea & pretioſa vaſa afferrent, poſtea aurum illud, & vaſa quæ coniecerat in ignem, in idolum conuerſa ſunt.* Equidem quidquid commune cum peccatoribus habeas, quidquid de impiorum conſuetudine acquiras, non quieſcit, donec in te à vero Deo defectionem parturiat. S.Machar.

Diabolus perpendit noſtras ad malum inclinationes, vt ſe eis attemperet.

242. *Quis veſtrum habet aurum? tulerunt & dederunt mihi*: Seruaſti ne ad tabernaculi fabricã, ad indigentium ſubleuandam neceſſitatem? non, ſed proieci illud in ignem, & egreſſus eſt vitulus ille, non dicit ſe feciſſe vitulum, ſed C ipſum ignem illius fuiſſe artificem, quaſi à maligno ſpiritu directus, vitulum ipſum efformaſſet, quod quidem non ita ſe habet: ſed dubium non poteſt eſſe, quin perſuaderet, vt vitulus efformaretur, ſed cur potius vitulum perſuaſit, quam aliam creaturam, cum ita idolum ab ijs coleretur? quia eorum inclinationem ad vitulos cognouerat, hinc cupiens malitiam ſuam ad effectum perducere, illorum inclinationi ſeruiens, illis obiecit vitulum: ſolet enim ſpiritus malus inclinationes hominum aduertere, vt ſua opera ingerat. Pulchrè præſat. Machar. *Vaſa quæ coniecerat in ignem, in idola verſa ſunt, & ita quodammodo imitatus eſt ignis eorum inclinationem.* Deinde vt oſtendat dæmonem ſimiam eſſe Spiritus ſancti, ſic proſequitur, *Qua ergo ratione* D *ignis ex vaſis aureis formauit, & produxit idolum: ita Dominus fidelium & proborum animarum intentiones imitatur, & pro voluntate earum format imaginem, quæ tempore reſurrectionis exterius apparebit, glorificabitque corpora eorum intus & extra.* Sicut Spiritus ſanctus ita malus eius ſimia, triumphat communiter in homine, qui hominis objicit magis conſentanea inclinationi. Præfat. Machari.

Quælibet diuinitas ſiue vera, ſiue falſa, ad ſui cupiditatem cor hominum attrahit.

Quis veſtrum habet aurum? tulerunt & dede- 243

runt mihi, proieci in ignem, & egreſſus eſt hic vitulus. Cur potius vitulus, quam aliud animal ea auro egreditur? nam dicere ignem quaſi rationis compotem, vt eorum inclinationi cooperaretur, illum ſic formaſſe, nequaquam verum. Vitulum noluerunt ſibi efformari Iſraelitæ, nonne hunc in Ægypto, tanquam Deum adorari viderunt, imo & ipſi coluerunt? non mirum ergo ſi abiecta vera diuinitate in hanc falſam ſibi cognitam ferantur, quia diuinitas quælibet, ſiue vera, ſiue falſa, ad ſui cupiditatem licet non eodem modo corda hominum attrahit. Hinc recte Tertull. in Scorpiaco aduerſus Gnoſticos c. 3. ait, *Aderat apud Deum in monte Moyſes, quum populus tam neceſſariæ eius abſentiæ impatiens, Deos ſibi producere quærit, quos potius ipſe perdiderit, vrgetur Aaron, iubet inaures fœminarum ſuarum in ignem conferri, ſapiens ignis effigiem vituli diffundit illis ſugillans, illic cor habentes, vbi & theſaurum apud Ægyptum ſcilicet animalia bouis etiam cuiuſdam conſecratricem.* Tertull.

Sacerdotum auaritia, efficaciſſimum exemplum ad fideles trahendos ad diuitiarum cupiditatem.

243. *Quis veſtrum habet aurum? tulerunt & dederunt mihi, proieci in ignem, & egreſſus eſt hic vitulus.* Non ergo tuum erat, ô Aaron, ſi tibi dederunt: ſed cur in ignem proiecisti? non enim hoc petierant à te, ſi enim proieciſti in ignem, egredietur vitulus aureus, quem optant Iſraelitæ, & ſic eis occaſionem idololatriæ præbes, quam auertere tenebaris. Sed audiamus Galfridum in alleg. Tilm. hæc acute, & ſubtiliter expendentem, Mira res ſi tamen vera, quod huius auctor idololatriæ ſacerdos extiterit. Audi ergo ſacerdos auare, aurum tibi datum eſt, non enim ea tuo illud habes, vel patrimonio, vel labore, ſed ea oblatione fidelium, ſed acceptum ignem aurum mittere eſt, in ipſius concupiſcentiam corda hominũ inflammatione, ignis enim auaritiæ ſignat ardorem, & in hunc ignem ab eis aurum mittitur. Quorum maxime exemplis agitur, vt ardenter ametur, quæ enim eſt ſubuerſio maxima populorum? nonne auaritia ſacerdotum? inde ſtudium hoc, & cura vehementius terrena colendi, & immoderatius incumbendi eiuſmodi lucris augendis, non in ſolis iam conſcientijs oritur, ſed foris etiam manifeſta operis executione profertur.] Hæc Galfridus nimis forte acriter atque ſeuere: ſed non multo mitius Bernard. in ſerm. ad Paſtores in Synodu tom. 2. vbi cum dixiſſet, Dicite ergo Archidiaconi, dicite Preſbyteri, dicant etiam Pontifices in frœnis, in ſellis, quid facit aurum? in veſtimentis tantus ornatus? in cibis tam ſuperfluus apparatus? poſt modum ait, cum tantum faſtum videant laici in ſuppellectili clericorum, nonne per eos potius inuitatur ad mundum diligendum, quam negligendum? medice cura te ipſum, ſi mundum prædicas contemnendum, contemne tu prius, & ad ipſum efficacius alios inuitabis.] Et paulo poſt, Quomodo ſæculares, non expenderent (Galfridus. / S.Bernard.)

Tom. II.

A ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſe, etiam in præſentia ſacerdotum? quomodo non intenderent vanitatibus & lenocinijs huius ſæculi? quomodo non eſſent inſolentes, & elati, cum tantam inſolentiam videant clericorum? nonne in præſentia eorum irreuerenter abutimini eleemoſynis pauperum? de patrimonio crucis Chriſti non facitis calices in Eccleſijs, ſed paſcitis pellices in thalamis veſtris.] Hæc & multo plura Bernard. de ſui temporis Burgundionibus: ſed de omnibus minime hoc exiſtimandum eſt ſacerdotibus: ſunt enim plures ſanctiſſimi, nulla hac auaritiæ lue infecti, ſed aliquorum pungitur auaritia; tanquam pluribus fidelibus exitialis, quod ipſorum exemplum ſit efficaciſſimum, hac in parte ad corrumpendum animos plurium, & ad B cupiditatem habendi inflammandos validiſſimum eſt.

Significat Deus quæ mala inducat peccatum, vt illud tanquam pernitioſum deteſtemur.

Quis veſtrum habet aurum? tulerunt & dederunt mihi, proieci in ignem, & egreſſus eſt hic vitulus: Hæc verba indicare videntur, non ſtudio Aaronis, data opera, aut induſtria alicuius artificis conflatum eſſe vitulum, ſed cum proiectum eſſet in ignem metallum, forte in vituli figuram erupiſſe. Quid hoc eſt? quod cum aurum multas aliarum rerum figuras poſſet referre, vitulinam tantum retulit? cur C potius Deus non permiſit fieri animal mite, & manſuetum, & domeſticum? cur cornupetam, ferreum, pugnacem taurum? vt ea hac externa figura agnoſceret populus Iſrael, quod malum in animam peccatorum crimen operetur, nempe cornibus ferit, diſcerpit, dilaniat miſeram animam: vnde hunc populum Hebræorum vidimus pluries delapſum ad colendos vitulos in tempore Ieroboam, nempe Deo ita diſpenſante, vt populo procliui ad cultum inanium Deorum obijcerentur illarum rerum imagines, quæ deterrere potius poſſent, quam ad latriã referendam pellicere. Imo ſi fides B. Ambroſ. Sulpicio in Hiſtoria ſacra, B. Hieronym. ſuper caput 4. Oſeæ, Tertull. lib. contra Iudæos, Cyprian. de bono patientiæ, non integri vituli figura producta eſt, ſed D ſolius capitis, nam in capite cornua habet Taurus, quibus ferit, Taurus non roſtro impetit, non vnguibus armatur, non dentibus dilaniat, ſed ſolum cornua prodit, quibus omnia diſcerpit, caput ergo quod tantum cornibus armatum eſt, colendum obijcitur. Vnde vel inde noſcere poſſet ille miſer populus, totum peccatum eſſe immitte, nihil in eo eſſe quod non diſcerpat, dilaniet, comminuat animam. Sic habet B. Ambroſ. annot. in hoc cap. ad Romul. *Cur autem caput vituli exierit, ſequentia docent, quia ſignificatur futurum quod Ieroboam poſteriori tempore hoc genus ſacrilegij induceret, vt populus Hebræorum adoraret vitulos aureos, ſiue quod omnis perfidiæ ſimilis immanitatis atque inſipientiæ beſtialis ſit.* 244. (S.Ambroſ. / Sulpicius. / S.Hieron. / Tertull. / S. Cyprian.)

Auri cupiditas materia perfidiæ & infidelitatis.

145. *Quis veſtrum habet aurum? tulerunt & dederunt mihi, proieci in ignem, & egreſſus eſt hic vitulus*: Ex auro egreditur vitulus, qui vt numen ab infidelibus colitur: imo quia ex auro emanat, quid creatū nihilque in eo diuinitatis in eo eſſe deberent credere: ſed quid aliud ex auro à Iudæis concupito, velles egredi niſi materiam idololatriæ, & infidelitatis? teſte ci-
S. Ambroſ. tato S. Doctore in priori Apolog. Dauid c. 4. *Quo indicio claruit auri cupiditatem materiam eſſe perfidiæ, & auaritiæ ſtudio ſacrilegia ſolent generari.*

Excuſantes nos à peccatis noſtris, pluries mentimur.

146. *Quis veſtrum habet aurum? tulerunt & dederunt mihi, proieci in ignem.* Sed quid amplius feciſti? egreſſus eſt vitulus, nonne verum eſt quod Spiritus ſanctus dixit ſuperius, quod cum accepiſſet aurum, formaſti opere fuſorio, & quod feciſti vitulum, vel vt habent Sept. & Hebr. formaſti illum ſtylo? non ergo ex auro in ignem proiecto egreſſus eſt vitulus, ſed illum tu feciſti, non autem hoc ſolum ſcelus cōmiſiſti, ſed altare dedicaſti, ſolemnitatem ei voce præconis indicaſti; cur ergo ſolum ais, egreſſum vitulum ex auro in ignem proiecto? quia excuſantes nos à peccatis, pluries menti-
Oleaſter. mur. *Videtur mentiri*, inquit Oleaſt. *cum dicit vitulum ex igne egreſſum, cum textus dicat eum ſtylo ſculpſiſſe, omnia quæ pertinent ad peccatum ſuum ſilet, ne pœnas det, tacet ſe ſtylo finxiſſe vitulum, ſolemnitatem proclamaſſe, victimas obtuliſſe, & ſola quæ peccatum excuſare videntur profert.*

Fides diabolum diſſipauit, & eius miniſtros corpori Domini myſtico ſociauit.

147. *Quis veſtrum habet aurum? & dederunt mihi, proieci in ignem, & egreſſus eſt hic vitulus,* quem ante Moyſes igne combuſſit, minutatim concidit, & in aquam ſpargens, potum dedit populo: verum ſi tabulas quas digito Dei, hoc eſt, operatione Spiritus ſancti ſcriptas acceperat, ideo fregit, quia indignos eos quibus legeret, iudicauit, ſi denique, vt ab eis ille vitulus pœnè aboleretur, incendit & contriuit, & in aquā ſparſit, atque ſummerſit, vt quid & potum populo dedit? quem non excitet hoc factum, vt denuo quæramus, quid Prophetice hoc ſignificet? actio enim iſta non vnico, ſed pluribus myſterijs ſcatet. notandum, quod diaboli corpus ſignificatur in vitulo, id eſt homines in omnibus gentibus, quibus ad hæc ſacrilegia, caput hoc eſt auctor diabolus, eſt aureus propterea, quia videntur idololatriæ ritus velut à ſapientibus inſtituti. De quibus dicit Apoſt.
Rom. 1. Rom. 1. Quoniam cognoſcentes Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum, dicentes enim ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt, & im-
A mutauerunt gloriam immutabilis Dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentum, ex hac quaſi ſapientia, iſte vitulus aureus eſt; qualia ſolebant Ægyptiorum etiam ipſi primates, & tamquam docti homines adorare figmenta: hoc ergo vitulo ſignificatum eſt omne corpus, id eſt omnis ſocietas Gentilium idololatriæ deditorum: hanc ſacrilegam ſocietatem Dominus Chriſtus igne illo comburit. De quo in Euangelio ait, Ignem veni mittere in terram, Luc. 12. & quoniam non eſt qui ſe Luc. 12.
abſcondat à calore eius, dum in eum credunt gentes igne virtutis eius diabolica in eis forma ſoluitur, totum denique illud corpus comminuitur, id eſt ab illa mala conſpirationis conflatione diſciſſum, verbo veritatis humiliatur. Quo poſito quid eſt quod comminutus
B ille vitulus in aquam mittatur, ex eo potus populo detur? Satisfaciet B. Aug. lib. 22. contra S. Auguſt.
Fauſt. Manich. cap. 93. *Comminutus in aquam mittitur, vt Iſraelitæ, id eſt Euangelij prædicatores ex Baptiſmo in ſua membra, hoc eſt in Dominicum corpus transferatur, quorum Iſraelitarum Petro de ipſis Gentibus dictum eſt, macta & manduca, quare non etiam concide & bibe? ita ille vitulus per ignem zeli, & aciem verbi, & aquam Baptiſmi, ab eis potius quos abſorbere conabatur, abſorptus eſt.*

Error idololatriæ delendus figuratur, & verus Deus colendus.

Quis veſtrum habet aurum? tulerunt & dede- 148.
C *runt mihi, proieci in ignem, & egreſſus eſt hic vitulus*: Quem tamen arreptum, igne combuſtum, in puluerem contritum ſparſit in aquam Moyſes. Cur pulueres eius ſparguntur? cur ipſiſmet eum colentibus, potus ex illo præbetur? an vt tandem aliquando omnis idololatriæ error abolendus ab his qui hanc impietatem ebiberant, tandem ad veri Dei cognitionem reuocandi, declararetur? quidni? teſtis eſt B. Gregor. Niſſen lib. de vita Moyſ. *Pec-* S. Gregor. Niſſen.
catum ſimulachri, cuius erat in vituli ſimilitudine conſtituti, quod à Moyſe contritum aquaque diſſolutum, ipſis qui peccauerunt, factus eſt potus: ita omnimodo ex materia quæ hominum peccato ſubminiſtrauit, deleta eſt, Prophetica igitur hæc hiſtoria de ijs quæ noſtris temporibus facta ſunt exclamauit, omnis enim circa ſi-
D *mulachra error, è vita hominum ablatus eſt, nec amplius noſtrorum Principum pietate à pie credentium ore debitus, qui Chriſtiana freti laudatiſſimu profeſſione impietati ſeruientia idolorum Templa deleuerunt: videmus præterea quæ ſancta fuerunt apud impietatis myſteria, quaſi aquam inſtabilem delapſa defluxiſſe, aquam ab illorum ipſorum ore, qui cultu ſimulachrorum inſaniebant, imbibitam. Nam cum cernas oculis qui huic vanitati erant penitus dediti, alia templorum ſuorum in quibus ſperauerant diruentes, alia in alios vſus transferrentes, non magna hiſtoria clamare voce videtur, futurum eſt tempus olim in quo ſimulachrum omne ore ipſorum qui ab iniquitatis errore, ad pietatem tranſponentur, delebitur & imbibetur.*

VARIET. LECT. Verſ. 25.

Vlg. Videns ergo Moyſes populum, quod eſſet nudatus, ſpoliauerat enim Aaron propter ignominiam ſordis, & inter hoſtes nudum conſtituerat. A

Sept. Quia diſſipatus eſt, diſſipauit enim eos Aaron gaudiom aduerſariis eorum *Nobilius loco*, gaudij legit, *ad ludibrium inimicis ſuis.*

Cald. Quod otioſus eſſet, otioſum enim eum fecerat Aaron, vt contaminaret eos nomine peſſimo in generationes ſuas. B

Onk. Quod inutilis factus eſſet, inutilem enim eum fecerat Aaron, contaminando ſcilicet eos nomine peſſimo.

Pag. Quod diſcoopertus eſſet, quia diſcooperuerat eum Aaron, ad infamiam inter hoſtes eorum.

Caiet. Quia diſcooperuit eum ipſe Aaron ignominiæ, in inſurrectoribus eorum.

Mont. In inſurgentibus eis.

Oleaſt. In eleuatis ſuis.

Vatab. Quod detectus eſſet populus.

CONCORDIA.

VArie redditur hic locus propter æquiuocam ſignificationem dictionum, quæ hic habentur nam verbo פרע pharaa tribuunt Hebræi plurima ſignificata, nempe deficere, elongare, rebellare, ceſſare, ſiue vacare, aut otioſum eſſe, denodare, vlciſci, occultare, & retrocedere, diſſipare, ſed proprie ſignificat denudare, & ex conſequenti ſpoliare, quod ſpolians eum à quo ſpolia dettahit, undare videatur, hinc varia lectio, Vulg. autem nudatum & ſpoliatum reddidit, alij diſſipatum, otioſum, diſcoopertum: dictio קמים kamim hoſtes, inſurgentes in aliquem, aduerſarios denotat, dictioni etiam שמצה ſimaah tribuitur duplex ſignificatio, nempe paruum, minimum, & infamia, ignominia, ſeu nomen peſſimum, ſed primario, nam ex nomine peſſimo infamia incurritur. C

Sept. qui magis tem quam ſententiam ſecuti, vt enim innuerent quandam ruinam & interitum, reddiderunt, videns Moyſes populum quod eſſet diſſipatus, vel diſperſus, diſperſit enim Aaron gaudium aduerſariis eorum, alij codices Græci ludibrium, hoc eſt quæ res ceſſura erat in maximum ludibrium eorum apud omnes aduerſarios ſuus, quod nõ exiguũ eis etiam gaudium attulit, non ſolum enim nos ludibrio habet hoſtis, cum nobis aliquid infœliciter contigit, ſed etiam de eo lætatur. Cald. parumper diuerſum habet, videlicet vidit Moyſes quod populus eſſet otioſus, otioſum enim fecerat eum Aaron, vt contaminaret eos nomine peſſimo in generationes ſuas: forte innuere voluit, quod effœminauerat populum Aaron & molem reddiderat hæc idololatria eorum adeo etiam vt in tetro ſubſecuturas generationes infamem fecerit & proſtituerit: ſemper enim hoc eis peccatum inculcandum erat, tantumque crimen ſoper eos induxerit, ob nimium otium, cui tot diebus indulſerant.

EXPOSITIO.

VIdens Moyſes quod populus eſſet nudatus, ne admittas commentum illud Rabbinicum, nempe omnes Iudæos ante hoc peccatum idololatriæ in pileis habuiſſe nomen Iehoua inſcriptum, ac per hoc ſcelus his nudatos pileis, veſtemque hanc ſoli pontifici ſummo in vſu relictam: nec aliud fabuloſum Franciſci Mõcæi cenſura notati lib. 2. de vitulo aureo c. 9. nempe quod miſeri & infœlices Iſraelitæ poſtquam ſe plaga in natibus. & vlceribus peſſimis poſt epotationem illius aquæ pulueribus vituli aurei ſparſæ à Deo percuſſos ſenſerunt, Moſem inſuper iratum expauefacti, effugium ad Aaronem habuerint, opem eius implorantes, per cuius imprudentiam in errorem abduci ac decipi contigiſſet. ſed cum ipſe eos ſeruare non poſſet, nec aliquod remedium huic infirmitati peſſimæ adhibere, dumtaxat ne ſordium ac putrefactionis illuuies veſtibus eorum implexa infectiores eos redderet, morbumque & ægritudinem augeret, nudari ſuaſerit. facere igitur (inquit) ad huiuſmodi leuamen Aaroni viſa nudatio, quomodo & forte Moyſi poſtea ad lepræ ſubſidium veſtimentorum laxatio leproſis lege data Leuit. 13. veſtimenta diſſuta & caput nudum habere iuſſit. verum quis non videt hoc inane commentum? vnde enim ſomniauit Deum percuſſiſſe eos hoc malo vlcere? D

Verus ergo ſenſus, videns Moſes quod populus eſſet nudatus non tam inauribus aureis, hoc enim mihi videtur minimum, nec illud attendiſſe, ſed quod nudatus eſſet fortitudine & viribus, quas antea habebat in gratia Dei perſiſtens, vel quod eſſet nudatus protectione diuina, huc enim ſpectant ſequentia, *ſpoliauerat enim eum propter ignominiam ſordis*, nempe propter idolum ſuum vitulinum; Hebræi enim idola vocant גללים gillulim id eſt ſtercora, quia vt ſordes & ſtercora abominanda ſunt, vt dicitur Deor. verſ. vltimo. ſpoliatus etiam erat honore priſtino, qui erat quod populus hic eſſet & haberetur populus Dei, hic enim ho-

Auri cupiditas materia perfidiæ & infidelitatis.

245. *Quis veſtrum habet aurum? tulerunt & dederunt mihi, proieci in ignem, & egreſſus eſt hic vitulus*: Ex auro egreditur vitulus, qui vt numen ab infidelibus colitur: imo quia ex auro emanat, quid creatũ nihilque in eo diuinitatis in eo eſſe debebant credere: ſed quid aliud ex auro à Iudæis concupito, vellea egredi niſi materiam idololatriæ, & infidelitatis? teſte citato S. Doctore in priori Apolog. Dauid c. 4. *Quo indicio claruit auri cupiditatem materiam eſſe perfidiæ, & auaritiæ ſtudio ſacrilegia ſolere generari.* S. Ambroſ.

Excuſantes nos à peccatis noſtris, pluries mentimur.

246. *Quis veſtrum habet aurum? tulerunt & dederunt mihi, proieci in ignem.* Sed quid amplius feciſti? egreſſus eſt vitulus, nonne verum eſt quod Spiritus ſanctus dixit ſuperius, quod cum accepiſſet aurum, formaſti opere fuſorio, & quod feciſti vitulum, vel vt habent Sept. & Hebr. formaſti illum ſtylo? non ergo ex auro in ignem proiecto egreſſus eſt vitulus, ſed illum tu feciſti, non autem hoc ſolum ſcelus cõmiſiſti, ſed altare dedicaſti, ſolemnitatem ei voce præconis indicaſti; cur ergo ſolum ais, egreſſum vitulum ex auro in ignem proiecto? quia excuſantes nos à peccatis, pluries mentimur. Oleaſter. *Videtur mentiri*, inquit Oleaſt. *cum dicit vitulum ex igne egreſſum, cum textus dicat eum ſtylo ſculpſiſſe, omnia quæ pertinent ad peccatum ſuum ſilet, ne pœnas det, tacet ſe ſtylo finxiſſe vitulum, ſolemnitatem proclamaſſe, victimas obtuliſſe, & ſola quæ peccatum excuſare videntur profert.*

Fides diabolum diſſipauit, & eius miniſtros corpori Domini myſtico ſociauit.

247. *Quis veſtrum habet aurum? & dederunt mihi, proieci in ignem, & egreſſus eſt hic vitulus*, quem ante Moyſes igne combuſſit, minutatim concidit, & in aquam ſpargens, potum dedit populo: verum ſi tabulas quas digito Dei, hoc eſt, operatione Spiritus ſancti ſcriptas acceperat, ideo fregit, quia indignos eos quibus legeret, iudicauit, ſi denique, vt ab eis ille vitulus penitus aboleretur, incendit & contriuit, & in aquã ſparſit, atque ſummerſit, vt quid & potum populo dedit? quem non excitet hoc factum, vt denuo quæramus, quid Prophetice hoc ſignificet? actio enim iſta non vnico, ſed pluſibus myſterijs ſcatet. notandum, quod diaboli corpus ſignificatur in vitulo, id eſt homines in omnibus gentibus, quibus ad hæc ſacrilegia, caput hoc eſt auctor diabolus, eſt aureus propterea, quia videntur idololatriæ ritus velut à ſapientibus inſtituti. De quibus dicit Apoſt. Rom. 1. Quoniam cognoſcentes Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum, dicentes enim ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt, & im- Rom. 1.

A mutauerunt gloriam immutabilis Dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentum, ex hac quaſi ſapientia, iſte vitulus aureus eſt; qualia ſolebant Ægyptiorum etiam ipſi primares, & tamquam docti homines adorare figmenta: hoc ergo vitulo ſignificatum eſt omne corpus, id eſt omnis ſocietas Gentilium idololatriæ deditorum: hanc ſacrilegam ſocietatem Dominus Chriſtus igne illo comburit. De quo in Euangelio ait, Ignem veni mittere in terram, Luc. 12. & quoniam non eſt qui ſe abſcondat à calore eius, dum in eum credunt gentes igne virtutis eius diabolica in eis forma ſoluitur, totum denique illud corpus comminuitur, id eſt ab illa mala conſpirationis conflatione diſciſſum, verbo veritatis humiliatur. Quo poſito quid eſt quod comminutus Luc. 12.

B ille vitulus in aquam mittatur, ex eo potus populo detur? Satisfaciet B. Aug. lib. 22. contra Fauſt. Manich. cap. 93. *Comminutus in aquam mittitur, vt Iſraelitæ, id eſt Euangelij prædicatores ex Baptiſmo in ſua membra, hoc eſt in Dominicum corpus transferatur, quorum Iſraelitarum Petro de ipſis Gentibus dictum eſt, macta & manduca, quare non etiam concide & bibe? ita ille vitulus per ignem zeli, & aciem verbi, & aquam Baptiſmi, ab eis potius quos abſorbere conabatur, abſorptus eſt.* S. Aug.

Error idololatriæ delendus figuratur, & verus Deus colendus.

C *Quis veſtrum habet aurum? tulerunt & dederunt mihi, proieci in ignem, & egreſſus eſt hic vitulus*: Quem tamen arreptum, igne combuſtum, in puluerem contritum ſparſit in aquam Moyſes. Cur pulueres eius ſparguntur? cur ipſiſmet eum colentibus, potus ex illo præbetur? an vt tandem aliquando omnis idololatriæ error abolendus ab his qui hanc impietatem ebibebant, tandem ad veri Dei cognitionem reuocandi, declararetur? quidni? teſtis eſt B. Gregor. Niſſen lib. de vita Moſis, *Peccatum ſimulachri, cultus erat in vituli ſimilitudine conſtituti, quod à Moyſe contritum aquaque diſſolutum, ipſis qui peccauerunt, factus eſt potus: ita omnimodo ex materia quæ hominum peccato ſubminiſtrauit, deleta eſt, Prophetica igitur hæc hiſtoria de ijs quæ noſtris temporibus facta ſunt exclamauit, omnis enim circa ſi-* 248. S. Gregor. Niſſenus.

D *mulachra error, è vita hominum ablatus eſt, nec amplius noſtrorum Principum pietate à pio credentium ore debitus, qui Chriſtianæ freti laudatiſſimæ profeſſione impietati ſeruientia idolorum Templa deleuerunt: videmus præterea quæ ſancta fuerant apud impietatis myſteria, quaſi aquam inſtabilem delapſa defluxiſſe, aquam ab illorum ipſorum ore, qui cultu ſimulachrorum inſaniebant, imbibitam. Nam cum cernas oculis qui huic vanitati erant penitus dediti, alia templorum ſuorum in quibus ſperauerant diruentes, alia in alios vſus transferrentes, non magna hiſtoria clamare voce videtur, futurum eſt tempus olim in quo ſimulachrum omne ore ipſorum qui ab iniquitatis errore, ad pietatem tranſponentur, delebitur & imbibetur.*

VARIET. LECT. Verſ. 25.

V*Vlg.* Videns ergo Moyſes populum, quod A eſſet nudatus, ſpoliauerat enim Aaron propter ignominiam ſordis, & inter hoſtes nudum conſtituerat.

Sept. Quia diſſipatus eſt, diſſipauit enim eos Aaron gaudium aduerſariis eorum *Nobilius loco*, gaudij legit, *ad ludibrium inimicis ſuis.*

Cald. Quod otioſus eſſet, otioſum enim eum fecerat Aaron, vt contaminaret eos nomine peſſimo in generationes ſuas. B

Onk. Quod inutilis factus eſſet, inutilem enim eum fecerat Aaron, contaminando ſcilicet eos nomine peſſimo.

Pag. Quod diſcoopertus eſſet, quia diſcooperuerat eum Aaron, ad infamiam inter hoſtes eorum.

Caiet. Quia diſcooperuit eum ipſe Aaron ignominiæ, in inſurrectoribus eorum.

Mont. In inſurgentibus eis.

Oleaſt. In eleuatis ſuis.

Vatab. Quod detectus eſſet populus.

CONCORDIA.

VArie redditur hic locus propter æquinocam ſignificationem dictionum, quæ hic habentur nam verbo פרע pharaa tribuunt Hebræi plurima ſignificata, nempe deficera, eluogare, rebellare, ceſſare, ſiue vacare, aut otioſum eſſe, denudare, vlciſci, occultare, & retrocedere, diſſipare, ſed proprie ſignificat denudare, & ex conſequenti ſpoliare, quod ſpolians eum à quo ſpolia detrahit, nudare videatur, hinc varia lectio, Vulg. autem nudatum & ſpoliatum reddidit, alij diſſipatum, otioſum, diſcoopertum: dictio קמים kamim hoſtes, inſorgentes in aliquem, aduerſarios denotat, dictioni etiam שמצה ſimzah tribuitur duplex ſignificatio, nempe patuum, minimum, & infamis, C ignominia, ſeu nomen peſſimum, ſed primario, nam ex nomine peſſimo infamia incurritur.

Sept. qui magis rem quam ſententiam ſecuti, vt enim innuerent quandam ruinam & interitum, reddiderunt, videns Moyſes populum quod eſſet diſſipatus, vel diſperſus, diſperſit enim Aaron gaudium aduerſariis eorum, alij codices Græci ludibrium, hoc eſt quæ res ceſſura erat in maximum ludibrium eorum apud omnes aduerſarios ſuos, quod nō exiguū eis etiam gaudium attulit, non ſolum enim nos ludibrio habet hoſtis, cum nobis aliquid infœliciter contigit, ſed etiam de eo lætatur. Cald. parumper diuerſum habet, videlicet vidit Moyſes quod populus eſſet otioſus, otioſum enim fecerat eum Aaron, vt contaminaret eos nomine peſſimo in generationes ſuas: forte innuere voluit, quod affœminauerat populum Aaron & molem reddiderat hæc idololatria eorum adeo etiam vt in retro ſubſecutoras generationes infamem fecerit & proſtituerit: ſemper enim hoc eis peccatum inculcandum erat, tantumque crimen ſuper eos induxerit, ob nimium otium, cui tot diebus indulſerant.

EXPOSITIO.

V*Idens Moyſes quod populus eſſet nudatus*, ne admittas commentum illud Rabbinicum, nempe omnes Iudæos ante hoc peccatum idololatriæ in pileis habuiſſe nomen Iehoua inſcriptum, ac per hoc ſcelus his nudatos pileis, veſtemque hanc ſoli pontifici ſummo in vſu relictam: nec aliud fabuloſum Franciſci Mōcæi cenſura notati lib. 2. de vitulo aureo c. 9. nempe quod miſeri & infœlices Iſraelitæ poſtquam ſe plaga in natibus. & vlceribus peſſimis poſt epotationem illius aquæ pulueribus vituli aurei ſparſæ à Deo percuſſos ſenſerunt, Moſem inſuper iratum expauefacti, effugium ad Aaronem habuerint, opem eius implorantes, per cuius imprudentiam in errorem abduci ac decipi contigiſſet. ſed cum ipſe eos ſanare non poſſet, nec aliquod remedium huic infirmitati peſſimæ adhibere, dumtaxat ne ſordium ac putrefactionis illuuies veſtibus eorum implexa infectiores eos redderet, morbumque & ægritudinem augeret, nudari ſuaſerit. facere igitur (inquit) ad huiuſmodi leuamen Aaroni viſa nudatio, quomodo & forte Moyſi poſtea ad lepræ ſubſidium veſtimentorum laxatio leproſis lege data Leuit. 13. veſtimenta diſſuta & caput nudum habere iuſſit. verum quis non videt hoc D inane commentum? vnde enim ſomniauit Deum percuſſiſſe eos hoc malo vlcere?

Vetus ergo ſanſus, videns Moſes quod populus eſſet nudatus non tam inauribus aureis, hoc enim mihi videtur minimum, nec illud attendiſſe, ſed quod nudatus eſſet fortitudine & viribus, quas antea habebat in gratia Dei perſiſtens, vel quod eſſet nudatus protectione diuina, huc enim ſpectant ſequentia; *ſpoliauerat enim eum propter ignominiam ſordis*, nempe propter idolum ſuum vitulinum; Hebræi enim idola vocant גלולים gillulim id eſt ſtercora, quia vt ſordes & ſtercora abominanda ſunt, vt dicitur Deut. verſ. vltimo. ſpoliatus etiam erat honore priſtino, qui erat quod populus hic eſſet & haberetur populus Dei, hic enim ho-

nor iam per vituli adorationem verſus erat in ignominiam, ita vt Hebræi iam ludibrio forent vicinis hoſtibus, dicitur autem quod Aaron ſpoliauerat eum per hoc quod cauſa fuit conſentiendo peccato eorum, vt Deus populum illum deſereret & ſpeciali ſua protectione, & inter hoſtes nudum relinqueret inter exteras gentes & circum adiacentes conſtituerat inermem & effœminatum, deſertam protectione diuina, vt ab hoſtibus facile poſſet debellari: alij non male exponunt nudatum populum,

A hoc eſt manifeſtatum, quia per externam idololatriam interior eius impietas, quia idololatriam conceperat, detecta fuit. vnde Vatab. reddidit detectus fuit populus, quod enim aperitur nudari dicitur vt Heb. 4. omnia nuda ſunt & aperta oculis eius, ſpoliauerat autem eum Aaron, efformando enim idolum fecit eorum impietatem innoteſcere & inter hoſtes illum conſtituerat ita vt etiam inter ipſas gentes ſibi aduerſarias notam faceret impietatem ſuam. Heb. 4.

CONCEPTVS.

Nimia indulgentia perdit & diſſipat peccatores.

Videns Moyſes quod populus eſſet nudatus,
149. *ſpoliauerat enim eum Aaron*, Sept. quia diſſipatos, diſſipauerat enim eos Aaron, difficilis hæc lectio, quomodo enim fieri poteſt quod Aaron populum diſſipauerit? imo Aaron ne populum offenderet, ne contriſtaret, adeo illi indulſit, adeo condeſcendit, vt prorſus eius votis, licet metu mortis coactus, cederet: quomodo ergo qui ſic ceſſit qui ſic indulſit, populum diſſipauit? ſane nihil magis populum potuit perdere, nihil magis plebem peccatricem diſſipare, quam nimia indulgentia & condeſcentia, ideoque ſic peccatoribus indulſit, merito dicitur illos diſſipaſſe. mens eſt B. Auguſt.
S.Auguſt. q. 149. *Magis dictum eſt diſſipauit eos Aaron, quoniam ceſſit eis quam diſſipauerunt ſeipſi, qui tantum malum flagitauerunt*, en quomodo nimia indulgentia occaſionem præbet ruinæ & diſſipationis hominibus!

Apoſtaſia à fide, nunquam aut raro ſeparatur a voluptate carnali.

Videns Moyſes quod populus eſſet nudatus,
150. *ſpoliauerat enim eum Aaron*, Cald. vidit populum quod otioſus eſſet, otioſum enim fecerat Aaron, quodnam otium intulit Aaron in populum? nam à tépore quo Deos ſibi fieri petierunt, variis rebus intentos legimus, fecerunt enim vitulum, ſacrificia ei obtulerunt, deinde conuiuio, compotationibus indulſerunt. quid amplius? choreas duxerunt tripudiantes coram vitulo aureo, quodnam ergo hoc otium? non immerito intelligemus luxuriam qua vniuerſi qui à fide deficiunt, effœminantur. ait
Lippom. enim Lippom. *Innuit quod effœminauerat Aaron populum & mollem reddiderat hac idololatria*; & ſimul molleſcunt homines à vera fide deficientes ad fœminas hinniunt, & carnalibus voluptatibus volutãtur. ſic docte Ter-
Tertull. tul. lib. aduerſus Gnoſticos, *Ob hanc quoque idololatriam mœchiæ ſororem, viginti tria millia obtruncata gladiis, domeſtici ira diuinæ litauerunt*: expende illud, *idololatriam Mœchiæ ſororem*, infidelitas quippe & Mœchia vterinæ ſunt ſorores, vt nunquam prima vel

B raro ſine ſecunda inueniatur, quod late expendit B. Hieronym. qui lib. contra Iulian. hæreticorum catalogum faciens nullum hæreticum ponit ſine ſua ſeductrice, S.Hieron. ibi legatur.

Prælatus conſentiens peccata ſubditorum illius auctor cenſeri debet.

Videns Moyſes quod populus eſſet nudatus, 151.
ſpoliauerat enim eum Aaron, Sept. videns populum quia diſſipatus, diſſipauerat enim eum Aaron. quid? nonne ipſi ſe diſſipauerunt cum ſibi Deos fieri petierunt? cum ipſi vitulum aureum coluerunt, cum eum dixerunt ſuum ab Ægyptiaca ſeruitute liberatorem? cur ergo
C dicitur quod diſſipauerit eos Aaron? quia cum eſſet eorum, Moyſe abſente, prælatus & gubernator, & peccato eorum conſenſit, ideo tanquam auctor illius cenſetur. ſic præf. Au- S.Auguſt.
guſt. cit. quæſt. *Notandum quemadmodum illud totum quod populus fecit ipſi Aaron tribuatur, quod eis conſenſerit ad faciendum quod male petierant.*

Peccata aliorum tegenda, ſed cum omnibus manifeſta, ſeuere punienda.

Videns Moyſes quod populus eſſet nudatus, 152.
ſpoliauerat enim eum Aaron, Vatab. videns quod detectus eſſet populus, quæ verba ſic ipſemet explicat, cum vidiſſet Moyſes quoniam nota facta eſſet malitia populi: deinde
D paulo poſt, legimus ad publicam vindictam in eum proceſſiſſe Moyſen viginti tribus millibus idololatrarum occiſis: cur ita ſeuerus in eos pro quorum ſalute Deum deprecatus fuerat? nonne manifeſtata iam populi idololatria? nec mirum ita graue de eis ſumptum ſupplicium, quia licet peccata aliorum tegenda, ſed cum in publicum iam prodierint, ſeuere punienda. recte id obſeruat Oleaſt. *Debet* (inquit) *prælatus quantum poteſt peccata populi occultare, famamque ſeruare; ſed cum viderit publicata, vindicare & publice punire*. Deinde optimum ab ipſo Deo deducit exemplum, qui Dauidis peccatum quamdiu occultum fuit, punire noluit vt Regis honori conſuleret, vbi Oleaſt.

autem detectum eſt . . . riter vindicauit, vt col-ligitur ex verbis Nathan ad ipſum Regem, quoniam blaſphemare feciſti inimicos Domi-ni &c. 2. Reg. 12. quaſi Regis adulterium & homicidium iam manifeſtatum prius homines ad blaſphemiam adigeret, quam ipſum Deum ad vindictam excitaret, adeo ab occultis peccatis abſtinebat.

Ineffabilis ex peccatis ignominia.

253. *Videns Moyſes quod populus eſſet nudatus, ſpoliauerat enim eum Aaron propter ignominiam ſordis*, non ſolum ſexus virilis ſed & fœmineus hanc ignominiam patiebatur, nam viri que ſexus vitulum aureum adorauerat, fœminæ autem ad eum formandum ſuas inaures aureas libentiſſime dederant, quis ergo ignominiam patiebatur? reorum omnium animi malo torquebantur, ſe videntes tam turpiter lapſos, miſere confundebantur. quis hanc infamiam & confuſionem verbis exprimere potuerit? ſane Rupert. in cap. 3. Geneſ. *In gemitus prorumpit, & ait, magnum vndique eſt confuſionis mutuæ opprobium, Deus iratus, diabolus riſu & cachinno dilatatus, vterque ſexus ignominia percuſſus, inter hæc omnia reorum & animi torquebantur, & oculi confundebantur.*

Magna confuſio eſt homini quod nude carnalis appareat coram Deo.

254. *Videns Moyſes populum quod eſſet nudatus, ſpoliauerat enim eum Aaron*, non cogitat de armis, de vindicta, de punitione Moyſes, licet à Deo accepiſſet populi idololatriam, imo ad preces deſcendit prouenia eis obtinenda: ſed vt vidit nudatum, arma iubet ſuos capere ad tantum malum reſecandum: quantum malum erat hæc nuditas quæ ſic hominem manſuetiſſimum in vindictam traxit? quid? non tam indigne videris tuliſſe idololatriam, quam ipſam nuditatem? nam cum deſcendens de monte vitulum vidiſti & choros, iratus es ſane, confregiſti tabulas lapideas Dei digito conſcriptas, ſed ad arma non auolaſti, & viſa nuditate populi, ecce tui in vindictam armantur. quid hoc eſt? an nuditas idololatria grauior? certe maximum eſt malum quod homo veſtitus Dei protectione nude ea deſtitutus coram omnium oculis appareat. ad hæc Lippom. *Erat magnum dedecus & magna confuſio Iſraelis corã hoſtibus in deſerta, vt pro Deo vero qui tot & tanta miracula fecerat in oculis eorum & pro vtilitate eorum, eligerent alium Deum etiam cum magno diſpendio auri & argenti ſui.* intolerabilis quidem ignominia quod homo ſic nudus omni ratione appareat, ſic traditus carni, imo ſic nude carnalis, vt ingenti diſpendio emerit perdere Deum, & mancipium eſſe impietatis.

Magna Dei miſericordia, quod non ſinat in nobis peccatum inueteraſcere.

255. *Videns Moyſes populum quod eſſet nudatus, ſpoliauerat enim eum Aaron, &c.* Illico ſine mora præcipit tribui leuiticæ, vt arma capiat, feriat gladio nocentes, & nulli condonet. cur ſimul ac propter ignominiam ſordis nudatum populum conſpexiſti, illico in peccatores ſæuire ſtatuiſti? nonne ſufficit eis ſua nuditas, conf . . . , & ignominia? relinque eos peccatis ſ . . s, in pœnam ita grauis delicti; imo quod ita feſtinanter in peccatores nudatos Dei gratia ſæuiat, non tam de ira prouenit, quam de ſingulari miſericordia, quæ non ſinit peccata inueteraſcere in homine, ſed ea ſeuere puniens, vt ad pœnitentiam redeat, impellit. id habet Ierem. cap. 31. *Hæc dicit Dominus, inuenit gratiam in deſerto populus qui remanſerat à gladio, vadat ad requiem ſuam Iſrael*, quæ verba, apud Sept. leguntur, *& dicit Dominus, inueni calidum in deſerto, cum his qui perierant gladio, ite & nolite interficere Iſrael*, apud Sept. dicitur Deus, *inueniſſe calidum inter interfectos*, apud Vulg. dicitur populus ipſe internecioni datus inueniſſe gratiam, & quidem veriſſimum eſt, quod in peccatis lethalibus nondum refriguit nec inueterauit, ſed quaſi adhuc recens mortuus, & adhuc calidus Deo repræſentatus, is facile redit ad gratiam, ad pœnitentiam reuocatur. Ierem. 31.

Peccatum obcæcat.

Videns Moyſes populum quod eſſet nudatus, nonne ipſi nudati erant, quis ſuam non agnoſcit nuditatem? quo modo ergo de his peccatoribus non dictum, ſuam notam habuiſſe, cum Moyſes eos nudatos conſpexerit? quia hoc habet peccatum, vt mentes noſtras obcæcet, ne videatur, quod habet S. Auguſt. in illa verba Pſalm. 18. delicta quis intelligit. *Sicut enim tenebræ*, ait, *oculos, ita delicta mentem claudunt, nec lucem ſinunt videre nec ſe*: pulchra ſimilitudine S. Baſil. hom. 7. ſubiicit rationem, quare cum peccati ſit tam metuenda deformitas, non facile conſpiciatur, nec videatur. *Sicut enim, ait, vmbra corpus, ſic peccatum animum ſequitur, geſtorum imaginem referens; at vt certum eſt, ſequentem à tergo vmbram videre non poſſumus*, & Theophilus lib. 1. ad Antolyc. *Si rubigo inuaſerit ſpeculum, quod hoc patitur, idem & tibi accidit, vbi peccatum te occupauerit.* 256. S. Auguſt. Pſal. 18.

Peccati fœtor late diffunditur.

Videns Moyſes populum quod eſſet nudatus, ſpoliauerat enim eum Aaron propter ignominiam ſordis, & inter hoſtes nudum conſtituerat, Cald. vltima ſic hæc verba reddit, *vt contaminaret eos nomine peſſimo in generationes ſuas*. Cur in futuris ſæculorum generationibus contaminabuntur nomine peſſimo? nonne in ſolo deſerto coram ſuis hoc peccatum idololatriæ commiſere? hac ſorde ſe contaminate? ita equidem, ſed tantus eſt peccati fœtor, vt non valeat contineri, ſed per omnia ſæcula, per cunctas generationes late diffuſum omnes inficiat. hoc habet Bachiarius epiſt. de recipiendis lapſis. *Ne tu putes adhuc hircum tenerum peccatum tuum, mihi* 257. Bachiarius

crede hircus eſt, ecce per quot terrarum tractus, fœtoris tui, hoc eſt fama turpis opinio peragrauit.

Peccatum in principio ſuauiſſimum, in progreſſu, abſynthio amarius.

258. *Videns Moyſes populum quod eſſet nudatus, ſpoliauerat enim eum Aaron, propter ignominiam ſordis*, quid infœlicius, quam coram omnium oculis nudos apparere? quid amarius quam ſordium ignominia notatum? Cald. vt contaminaret eos nomine peſſimo in generationes ſuas? quid ſenſibilius quam nomine peſſimo infamari, cum nomen bonum melius ſit quam diuitiæ multæ? noſter Vulg. proſequitur inter hoſtes nudum conſtituerat, non vt populi nudati miſereretur, & ſuis calamitatibus compateretur: legit enim Nobilius, & plures Græci codices, diſſipauit enim eos ad ludibrium hoſtibus ſuis: quis ferre poteſt ludibrio haberi ab infenſiſſimis inimicis? nonne Iſraelitæ in principio quo peccatum idololatriæ commiſere, ſederunt manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere, choreas ducentes, cum cantibus & muſicis? quomodo ergo nunc ita male habentur, vt omnibus ſpoliati, nudi etiam inter hoſtes appareant, ab his ſummo habiti ludibrio, quod maxime intolerabile? quia hoc habet peccatum, quod in principio ſit ſuauiſſimum, iucundum, lacteum, ſed in progreſſu & in fine, abſynthio amarius, felle iniucundius, & ipſa morte triſtius. id annotat Andreas Cæſarienſ. ſerm. 10. in Apocal. cap. 29. *Peccatum dulce eſt guſtui, at amarum ſortitur effectum nec coctu quoque facile eſt.* Andr. Cæſa.

Prælati ſubditorum ſuorum peccantium ottam præferentes punitioni, ipſi ſeueriſſima digni.

259. *Videns Moyſes populum quod eſſet nudatus, ſpoliauerat enim eum Aaron*, Cald. videns populum quod otioſus eſſet, otioſum enim eum fecerat Aaron, quid eſt otioſum eum feciſſe? ſi circa ſolemnitatem vituli aurei celebrandam ſe occupauerit, ſi circa cultum idoli diſtraxerit? bene dicitur quod otioſum eum reddiderit, cum laboribus & punitione graui non eum compreſſerit, & ideo ipſemet ſeueriſſima punitione dignus. teſtem huius veritatis do Theophil. Alexand. epiſt. 3. Paſch. *Qui poſſunt* (inquit) *prohibere peccantes & labores fuga inertique ſilentio diſſimulant, & creſcere patiuntur mala, participes eorum rectiſſime iudicabuntur, qui auctores ſcelerum ſunt, & negligentiæ pœnas luent dum otium irrationale ſudori vlciſcentium prætulerunt, malentes quietem culpabilem quam ſeueritatem vitia ſuccidentem.* Theophil. Alexand.

Idololatriæ peccatum ſtuporem pecualem inducit.

Videns Moyſes populum quod eſſet nudatus, ſpoliauerat enim eum Aaron, quis ita hebes & à mente alienus, qui ſuam non videat nuditatem? eam non ſentiat? quomodo ergo non dicitur, quod ſe nudos ſenſerint, quod ſuam viderint nuditatem? ſane primi parentes poſtquam in peccatum inobedientiæ lapſi ſunt, cognouerunt ſe eſſe nudos, & folia ſumpſerunt, vt ſuam tegerent nuditatem: quomodo ergo Hebræi ſuam non intuentur? nonne idololatræ erant? ne mireris ergo hoc ita eis contigiſſe, huiuſmodi cum peccatum ſtuporem pecualem inducit, quo aliis conſpecta, in nobis non ſentiuntur. fauet Ennod. Epiſcop. in apologet. libello aduerſus eos qui contra ſynodum quintam Romanam ſcribere præſumpſerunt. ſic autem habet. *Sic vos in ſtuporem pecualem peccati nebula oblimat, vt verecundam excuſationem, aut fraude mens veſtra tranſeat, aut beluarum preſſa hebetudine non agnoſcat.* 260. Ennod. Epiſc.

Peccati & omnium bonorum diſſipationis nexus.

Videns Moyſes populum quod eſſet nudatus, ſpoliauerat enim eum Aaron, propter ignominiam ſordis, quænam eſt hæc ſordium ignominia niſi peccatum? Sept. videns quia diſſipatus eſt, diſſipauerat enim eum Aaron, ſcilicet propter peccatum commiſſum. cur non ait textus, peccare fecerat eum Aaron, non autem diſſipauerat? & equidem vertunt Sept. quia peccati & omnium bonorum diſſipationis indiſſolubilis eſt nexus: peccatum enim omnia bona deuaſtat, omnia diruit culpa, vbi ſcelus mentem ſubierit, quidquid intus boni erat, in nihilum redigitur, & anima miſeram patitur deſolationem: hinc vt diximus magna peccati & deſolationis ſiue diſſipationis connexio, & per illud ad illam iri certum eſt, quod confirmari poteſt ex Pſalm. 33. verſ. 23. vbi Sept. habent, *& non delinquent omnes qui ſperant in te*, Hebraice eſt verbum אשם aſam, quod non tam delinquere, peccare, quam deuaſtari, & deſolari ſignificat, vt ab harum notionum in vnum verbum coitione colligeremus, per peccatum, peccantis mentem deuaſtari, bonis omnibus ſpoliari: & præcedenti verſiculo, & qui oderunt iuſtum delinquent, alij ex Heb. & oſores iuſti vaſtabuntur, vt idem videatur eſſe, & in idem recidere, delinquere ac diſſipari, & ſpoliari. 261. Pſal. 33.

Peccatum gratia Dei nos nudat & ſpoliat.

Videns Moyſes populum quod eſſe nudatus, ſpoliauerat enim eum Aaron, quo ſpoliauerat? an ſolum inauribus aureis, cum eas petiit fabricandi vituli cauſa? non equidem, ſed Dei gratia & protectione præcipua, verum quomodo populum his donis ſpoliauit? ait textus, propter ignominiam ſordis, nec mirum equidem, peccatum enim nos Dei gratia nudat & ſpoliat: ſuffragatur Agellius in explic. horum verborum Pſal. 50. auerte faciem tuam à pec- Pſalm.

catis meis ait. *Tege peccata mea quæ mihi tanquam obtento velo vultus tui lumen & gratiam eripiunt*, noxium ſane velum peccatum quod diuini vultus lumen eripit, ac Dei gratiâ ſpoliat.

Peccatum imbecilles nos reddit.

163. *Videns Moyſes populum quod eſſet nudatus, ſpoliauerat enim eum Aaron, & inter hoſtes nudum conſtituerat*, quid eſt hoc quod inter hoſtes nudū cōſtituerit, cum nulli aduerſarij ex vicinis nationibus eſſent præſentes? dicuntur nudi inter hoſtes conſtituti, quia ſi tunc hoſtes eorum hoc eſt circumiacentes populi in eos irruiſſent, diuina protectione carentes, fuiſſent delendi & interficiendi. quid? nonne tanquam bellicoſiſſimi fortiſſimos Amalechitas ſuperarunt? nonne ex victoria adepta creſcit animus? quo- B modo ergo nunc inter hoſtes conſtituti ſine armis, ſine viribus, imo vt nudi fuiſſent? quia nunc in grauiſſimum lapſi fuerant delictum, & ſic non mirum quod effœminati & imbecilles fuiſſent redditi, nam vt optime D. Chryſoſt. in Pſal. 9. *Improbo homine nihil eſt imbecillius, propriis armis capitur*, & Oleaſt. in illud Iſai. erit fortitudo veſtra vt fauilla ſtuppæ, ait, *Infirmos ſolet reddere peccatores peccatum & fortes viros ſtuppam facere, vt facillime comburantur.*

Chryſo. Oleaſt. Iſai. 1.

Nudus ab omnibus deſtitutus, vel etiam fratres ſuos habet hoſtes.

164. *Videns Moyſes populum quod eſſet nudatus, ſpoliauerat enim eum Aaron, & inter hoſtes nudum conſtituerat*, nudauit Aaron Iſraelitas, non ſolum diuina protectione, ſed auro, ſed pretio- C ſiſſimis monilibus ſuis, ecce vt nudi, vt ſpoliati conſtituuntur inter hoſtes, & quos inter inimicos nullus hoſtis extrinſecus apparebat, intrinſecus omnes erant fratres, ab vno Iacobo trahentes originem; in medio ergo fratrum & co- A gnatorum erant, qui erant ergo hoſtes? Richel. credit quod hoſtes dicti ſunt ipſiſſimi fratres, ſic enim ait; Nudauit populum illum in medio cæterorum, qui ſceletis huius non fuerunt participes, imo deteſtabantur & oderant idololatras illos, in quantum tales, & poſtea occiderunt illos:] & recte, fratres populi nudi & omnibus deſtituti hoſtes credidit, quia nudus & pauper homo vel ſuos fratres habet hoſtes, imo & carnifices, id confirmat Spiritus ſanctus Prouerb. 19. multi colunt perſonam potentis & amici ſunt dona tribuentes, fratres hominis pauperis oderunt eum: vir enim pauper & anguſtia rerum preſſus, non modo alienis, ſed etiam ſuis accidit inuiſus, adeo vt fratres etiam ipſi illum tanquam hoſtes odio proſequantur. ſic enim litteraliter explicat Rodolphus Baynus. *Plurimi ſunt amici hominis liberalis, hominis vero pauperis ſiunt fratres etiam inimici.*

Prouer. 19. Rodol. Bay.

Idololatria, per antonomaſiam, ſordes fœdiſſima.

Videns Moyſes populum quod eſſet nudatus, ſpoliauerat enim eum Aaron, propter ignominiam ſordis, quid eſt ſordis ignominia? an tabes defluens è corporibus noxiorum? tanquam fabuloſum commentum id non admittas: quid ergo? ſane idololatria venit intelligenda, qua de re videri poteſt Ezechiel. c. 16. vbi ignominia pro idololatria ponitur & alibi paſſim, nec minus nomine ſordium intelligitur 3. Reg. c. 15. verſ. 1. ſordes idolorum legimus: ſed cur loco ignominiæ ſordis, idololatriam non nominarit? quia ea per antonomaſiam ſordes ignominioſa & fœdiſſima eſt, ſic enim auctor Caten. *Propter ignominiam ſordis, id eſt propter ſordidum & ignominioſum idolum faciendum, quod ignominiæ ne ſordis nomine in veteris teſtamenti ſcripturis, ob exceſſiuam idololatriæ fœditatem atque impietatem, exprimi ſolet.* 165.

Auctor Cat.

VARIET. LECT. Verſ. 26.

VVlg. Stans in porta caſtrorum ait, ſi quis Domini iungatur mihi, congregatique ſunt ad eum omnes filij Leui.

Sept. Stetit ſupra portam caſtrorum, & dixit, quis ad Dominum? veniat ad me, venerunt igitur ad eum &c. D

Cald. Qui timent Dominum veniant ame.

Alia editio. Quis à Domino?

Pag. Quis eſt Domini? veniat ad me.

Mont. Stetit Moyſes in porta caſtrorum, & dixit, quis Domini ad me?

CONCORDIA.

OPtime ſenſum horum verborum Hebraice מִי לַיהוָה אֵלָי mi Iehoua Elai, qui Domini ſeu pro Domino ad me, optime inquam horum verborum ſenſum reddidit interp. dicens ſi quis Domini, iungatur mihi. Cald. etiam recta Paraphraſi vertit qui timent Dominum veniant ad me, nempe quicumque colit Deum, & vult tueri partes Dei, & non idoli, veniat ad me.

EXPOSITIO.

STans Moyſes, nempe in porta caſtrorum, munita fuiſſe innuitur caſtra, ad modum ciuitatis, & portas habuiſſe, *ſi quis eſt Domini iungatur mihi*, quaſi dicat, qui verus Dei cultor eſt, & pro eius gloria zelo mouetur, accedat ad me, vt de peccatoribus vltio ſumatur, *congregatique ſunt ad eum omnes filij Leui*, accendit Dominus animos Leuitarum, quos iam ſibi in ſacerdotium ſacrumque famulatum deſtina- A rat, zelo diuini honoris vt poſtea Phineen & odio idololatriæ & ſi Leuitarum aliqui in conflatione vituli peccauerunt ſicut & Aaron, vel metu pœnæ ad Moyſen non acceſſerint, nihilominus omnes filios Leui congregatus ad Moyſen ſcribitur, eo modo loquendi quo ſcriptura ſæpe vtitur, vt totus populus feciſſe dicatur, quod maior pars eius fecerit.

CONCEPTVS.

Pœnitentes, vltores aſſumentur impiorum. B

266. *Si quis eſt Domini iungatur mihi, congregatique ſunt omnes filij Leui ad eum*, quid ô Leuitæ! nonne potius eſtis dæmonis, cum plures idolum ex vobis coluerint? quomodo ergo Moyſi idololatrarum vltori, audetis vos congregare? nonne commune ſcelus incurriſtis? cur ergo vos creditis eſſe in numero eorum qui Domini ſunt, & vt habet Cald. qui Deum timent? peccauerunt ipſi ſed reſipiſcentes, continuo in vltionem iniquitatum armantur, & cum his qui Domini ſunt merito coniunguntur, non pœna ſed æterna digni laude. id quod ponderans Bachiarius ad Ianuarium ait. *Vbi totius plaga populi vulnuſque deſcribitur, etiam leuitæ peccaſſe referuntur, qui priores ad correptionem legiſlatoris emendati eſſe perhibentur, & non tam in eis* C *peccati crimen arguitur quam velox conuerſio in pœnitentiæ celeritate laudatur.* Non potuit peccatum ab his qui Domini ſunt Leuitas deturbare, quando ipſi ad pœnitentiam conuerſi omnem memoriam ſceleris ſuſtulere, æternam ſibi laudam compararunt, nunquam enim inter ea quæ Domini ſunt, non apparet locus etiam peccantibus, ſi conuertantur. — S. Bachiar.

In percutiendis peccatoribus, vnus Deus ſpectandus eſt.

267. *Si quis eſt Domini iungatur mihi, congregati ſunt ad eum omnes filij Leui*, cur hi potius quam è tribu Regia Iuda eliguntur pro vindicta peccatorum? cur filij Leui? quia eorũ portio ſolus Deus erat, nihilque aliud ſibi in terra ſpectabant, quam fructuoſe & ſine iniuria fratres ſuos percutere, ait D. Ambroſ. epiſt. 56. *Ne-* D *que vero aliquid durum factum videtur pro vindicta iniuriæ cæleſtis, denique ſanctiora ad hoc munus eliguntur miniſteria Leuitarum, quorum portio Deus*; quorum erat nihil aliud ſpectare quam Deum, ij merito eliguntur, vt ſine iniuria & fructuoſe poſſent & peccatores percutere, & caſtigare: crede mihi vbi Deus præualet, non poteſt non eſſe fructuoſa percuſſio, & caſtigatio. — S. Amb.

Amor carnalis parentum abiiciendus ab his qui Dei miniſterio dicati ſunt.

268. *Si quis Domini iungatur mihi, congregati ſunt omnes filij Leui ad eum*, cur idololatriæ erga vitulum pœnas ſumpturus Dominus, Leuitas vocat, quibus maxime indecens ſanguinis effuſio? cur cum ſumẽdum eſt ſupplicium de cognatis, amicis, fratribus, ob hoc pro aliis aſſumuntur Leuitæ? quia omnem carnalem amorem erga parentes abiecerunt, & propinquos; quos imitari debent hi qui Leuitarum ordine in Euangelio ſucceſſerunt, id annotante B. Ambroſ. cit. epiſt. ad Romulum. *Neſciunt ſuis parcere qui nihil ſuum norunt, quoniam ſubſtantia omnis Deus eſt.* — Cit. S. Doct.

Aſſuetus virtutibus ſi in peccatum labitur, cito ab eo reſurgit.

Si quis eſt Domini iungatur mihi, cõgregati ſunt 269. C *omnes filij Leui ad eum*, quomodo cum plures ex eis ſimul cum populo vitulum aureum coluere, audito, quis eſt Domini mihi iungatur, ilico congregati ſunt ad Moyſen eius iuſſa executuri? quomodo aliæ tribus ei non ſunt adiunctæ? præſuppono tribum Leui vt pote à Deo ad ſacerdotium electam, virtutibus deditam: ne ſciſciteris ergo, cur audito à Moyſe, quis eſt Domini iungatur mihi, ilico ad eum acceſſerunt peccatum deteſtantes, quia virtutibus dediti ſi in peccata labuntur, ab eis Deo iuuante cito reſurgent. obſeruatio eſt Oleaſt. *Qui diu virtutem aut ſanctitatem coluerunt, facile ad eam reuertuntur, etiam ſi aliquando in peccata labantur: quemadmodum qui in peccatis verſatus eſt, difficile ad virtutem redit, etiam ſi aliquando eam colere videatur, ſtatim enim ad ſua vitia reuertitur: filij Leui quoniam pro cæteris Deo miniſtrabant,* D *facile ad eius partes tuendas reuertuntur.* — Oleaſt.

Ille eſt Domini, qui pro eius amore in peccatorum punitionem armatur.

Si quis eſt Domini iungatur mihi, ad quid? 270. an ad deprecandum pro populi venia Deum, cum plurimorum oratio efficaciſſima ſit ad aliquid à Deo impetrandum? non equidem, ſed ad interficiendum fratres & propinquos: nonne maxime à Deo alienus eſt, qui parentibus manus infert violentas? Dei eſt, & ad Deum pertinet, qui pro eius amore debite armatur ad vindictam de peccatoribus ſumendam. ſuffragatur B. Greg. Mag. cap. 14. in lib. 1. — S. Greg. Mag.

lib. 1. Reg. *Si quis eſt Domini iungatur mihi, quaſi dicat in hoc oſtendet quiſque quis ſit Domini, ſi pro eius amore fratri proximo & amico non parcit, nos autem peccatores cernimus, & obiurgare peccantes aut nolumus aut timemus; cur ergo hoc facimus? niſi quia Deum ſicut illi nequaquam diligimus.*

In exercitibus plures ſint Eccleſiaſtici pro ſpiritualibus.

271. *Si quis eſt Domini iungatur mihi, congregati ſunt omnes filij Leui*, quandonam hæc dixit Moyſes, quod qui eſſent Domini ſibi iungerentur? ſtans in caſtrorum porta: ſi caſtra ſunt, cur Leuitica tribus Dei dicata miniſterio & cultui eius dedicanda, non abeſt, cum armorum ſtrepitum cultus Dei non requirat? inueniuntur tamen in caſtris omnes Leuiticæ tribus, vt diſcas, inquit Franciſ. Panigarolius Aſtienſ. Epiſc. lib. erudit. cuius titulus, bellorum Sacræ ſcripturæ ſpeculum loco 12. *In omni exercitu plures debent eſſe Eccleſiaſtici pro rerum ſpiritualium adminiſtratione.*

Noſter Panigarolus.

Dei zelum habere debes, vt Idololatriæ non parcas.

272. *Quis eſt Domini iungatur mihi, congregati ſunt omnes filij Leui*, ad quid congregantur? vt gladio percutiant Idololatras, cur alij ſimiliter non congregantur? cum enim Moyſes nullos nominauerit, cur ipſi potius Moyſi coniuncti ſunt? quia zelo Dei prius armati quam gladijs, vt Idololatræ non condonarent, ita affirmat S. Petrus Damian. Opuſc. 7. cap. 2. *Vt Moyſi verbis vtar, ſi quis eſt Domini iungatur mecum, videlicet vt qui ſe Dei militem recognoſcit, ad confundendum hoc vitium, ſe ferrenter accingat, hoc totis viribus expugnare non deficiat, & vbicumque fuerit repertum, acutiſſimis verborum ſpiculis confodere & trucidare contendit, quatenus dum captiuatur denſa cunctorum acie circumfunditur captiuus ab his quibus ſeruierat, vinculis abſoluatur, & dum aduerſus tyrannum conſona vox omnium vnanimiter clamat, is qui trahebatur præda fieri furentis monſtri preſluus erubeſcat, quique ſe ad mortem plurimorum teſtimonio prohibente non dubitat, inſemetipſum reuerſus ad vitam redire quantocius non pigreſcat.*

S. Petrus Damian.

C

Iniquitati non conſentiendum, ſed Dei partes tenenda.

273. *Si quis eſt Domini iungatur mibl, congregati ſunt*

A *omnes filij Leui*, nonne longe minoris numeri eſtis quam reliquæ tribus Iſraeliticæ? nonne etiam armis ſtrenuæ? ſi ergo vos, exhibito cultu aureo vitulo viderint à ſua ſocietate deficere, & in alias tranſire partes, ſane in vos irruent? internecione delebunt? nihilominus omni humano poſtpoſito timore, in omnium conſpectu, à reliquis Idololatris ſe ſeparant, Dei partes defenſuri, idem conſulit Goffridus Abbas lib. 3. Epiſt. 2. ſcribens ad Goffridum Andegau. Epiſcopum. *Si ſcripturæ Sacræ firmiter credimus, ſcimus veraciter Epiſcopum non eſſe qui timet exilium, dolorem, aut mortem, aut qui ea quæ ſunt his contraria æquitati anteponit: nolite igitur in defenſione ſanctæ Eccleſiæ deficere, nolite conſilijs eorum qui carnaliter viuunt aurem cordis inclinare: nolite à via iuſtitiæ pedem*
B *retrahere, ne incidatis in Sathanæ muſſipulam in qua capiatur anima veſtra, vbi pereat & ſine fine (quod Deus abnuat) torqueatur: præterea vobis verendum eſt, ne de incepta iuſtitia in conſpectu hominum viléſcatis, ſi autem conſtanter egeritis, ſi inceptam iuſte iuſtitiam optimo fine conſummaueritis, totius fortitudinis & ſanctitatis exemplum relinquens veſtris ſucceſſoribus, gloria & pax erit: ſi quis vero amore pecuniæ ſuæ, vel cuiuſlibet rei occaſione nobis ſuggerit, vt deficiatis dicite ſi quis eſt Domini iungatur mihi, quia eſurientes & ſitientes pecuniam minime iuſti ſunt apud Deum, ſed qui diligunt iuſtitiam & odio habent iniquitatem ſaturabuntur.*

Goffridus Abbas.

Suos prælatus ſemper ad vnitatem fidei hortetur,

Si quis eſt Domini iungatur mihi, alij, *ſi quis à Domino*, nonne omnes ſunt Domini, non ſolum ratione creationis, conſeruationis, ſed etiam ſpecialis ab Ægypto redemptionis iunguntur igitur tibi omnes, quomodo ergo ais ſi quis eſt Domini mihi iungatur? dic ſi quis idololatriæ fæce & ſordibus non ſe coinquinauit, mihi iungatur: vbi legimus ſi quis eſt Domini, Cald. habet qui timet Dominum veniat ad me, & Nazianz. ſi quis cor ad Dominum habet: recte ergo dixit Moyſi, ſi quis eſt Domini accedat ad me, prælati enim munus eſt ſemper ad vnitatem fidei adhortari bonos ab improbis ſeparans. id aiebat eit. Greg. orat. 24. num. 14. Orthodoxos alloquens hæreticis intermixtos. *Si quis cor ad Dominum ha-*
D *bet, iungatur nobiſcum, atque vnam in tribus perſonis diuinis deitatem adoremus, nullum humilitatis nomen inacceſſibili gloria tribuentes, ſed vnius Dei in tribus perſonis exaltationes ſemper in gutture ferentes.* 274.

B Greg. Nazianz.

VARIET. LECT. Verſ. 27.

V*Vlg.* Quibus ait, hæc dicit Dominus Deus Iſrael, ponat vir gladium ſuper femur ſuum, ite & redite de porta vſque ad portam per medium caſtrorum, & occidat vnuſquiſque fratrem, & amicum, & proximum ſuum.

Sept. Pertranſite & redite de porta ad portam per ipſa caſtra, & interficite vnuſquiſque fratrem ſuum, & vnuſquiſque proximum ſuum, & vnuſquiſque intimum ſuum.

Cald. Vnuſquiſque propinquum ſuum.

Onk. Vnuſquiſque occidat ſocium ſuum.

CONCORDIA.

Retinuit Hebraiſmum vulg. cum ait ponat vir, quod idem eſt ac vnuſquiſque vulg. fratrem ſuum, amicum, & proximum ſuum, Hebraicè אחיו רעהו קרבו achif reuehu kerabo, de primo nempe ach, nulli dubium A quin fratrem ſignificet, ſecundum autem id eſt rehu ſocium, amicum, & proximum deſignat, tertium vero karob proximum vel propinquum: vnde omnes lectiones rectè tranſtulerunt.

EXPOSITIO.

H*Æc dicit Dominus Deus Iſrael*, vtrum ei dixerit hæc Dominus vel voce ſenſibili, vel reuelauerit cognitione intellectuali, dubiũ eſt, & licet neutro modo hoc dixerit, ſed Moyſes tanquam ſupremus à Deo illius populi gubernator conſtitutus, ſciens iuſtum eſſe quod qui in talibus grauiter deliquerunt, graues datẽr pœnas, ideo ſciens omne iuſtum à Deo eſſe, & poteſtatem iudicariuam ſibi à Deo collatam habens, verè potuit dicere hæc dicit Dominus Deus Iſrael, *ponat vir gladium ſuper femur ſuum*, Hebraiſmus ſumat vnuſquiſque gladium ſuũ; *ite & redite de porta in portam*, non ingredientes B tẽtoria, ſed per medium caſtrorum, & per vniuerſas vias publicas, *& occidat vnuſquiſq*, quoſlibet ſibi occurrentes, *etiam fratrem amicum, & proximum ſuum*, nulla habita ratione fraternitatis, ſocietatis, aut vicinitatis ſub quibus omnium neceſſitudinum vincula comprehenduntur, nec curare debetis, an aliquis eorum qui vobis occurrerit innocens ſit, Deus enim ipſe qui hæc mandat fieri, cuncta rectè diſponet; ſimiliter enim fieri conſueuit in communibus & publicis vltionibus pro communi peccato, ſicut in Sodomis, conſtat omnes infantes interiiſſe, qui tamen non deliquerant.

CONCEPTVS.

Cum iuſtitiæ punitiuæ munus exerces, ſcias te à nullo dependere, nullius egere.

175. *Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, ponat vir gladium ſuper femur ſuum, & occidat vnuſquiſque fratrem, amicum, & proximum*, cur tam grauem ſtragem editurus in populi internecione, ait hæc dicit Dominus Deus Iſrael? cur authoritatem & mandatum Dei proponit? cur ſe fultum Dei præcepto annuntiat? quia cum iuſtitiæ punitiuæ munus exerces, cum alios ſeuere debes obiurgare, ſcias te à nullo homine dependere, nullius egere, te omnibus ſuperiorem eſſe, & diuinam poteſtatem præ manibus habere: rectè obſeruat Alcuin. in c. 1. Eccleſiaſtis quibus ſe titulis exornet Salomon in libris quos ſcribit, quippe in Prouerbiis annotatur, Prouerbia Salomonis filij Dauid regis Iſrael,
Prouerb. 1. in Eccleſiaſte vero, verba Eccleſiaſtici filij Dauid regis Hieruſalem, in Cantico autem canticorum nec filius Dauid, nec rex Hieruſalem,
Eccleſ. 1.
Cant. 1. aut Iſrael deſcribitur, ſed tantum canticum canticorum Salomonis deſcribitur: cur hic ſolum Salomon, & alibi & filius Dauid & rex? an
Alcuinus. quia in Prouerbiis & Eccleſiaſte dura erat annuntiaturus populis? nudas de humanæ naturæ vilitate veritates? principum & potentium viria impiorum præcipitia & ſupplicia dicturus? ait Alcuinus cap. 1. Eccleſ. *Ad incipientes & proficientes, & paterna dignitas & regni proprũ merito indicatur auctoribus, ad perfectos vero vbi non timore eruditur populus ſed amore, proprium nomen ſufficit, & æqualis magiſter eſt, neſcit ſe eſſe regem*: expende illud vbi timore non eruditur, diſcipus neſcit ſe eſſe regem, verum vbi timenda proponit, vbi ſupplicia obiicit, vbi linguæ vtitur flagello, vbi corripit & caſtigat potentum mores, nouerit ſe regia dignitate florere, non ab aliis dependere, nec quicquã egere, vtpote cũ ſit ditiſſimus rex omniũ, ita ſimiliter Moyſes auctoritatem & mandatum Dei omnipotentis aſſumit, vtpote à nullo dependentis nullius egentis, vt munus iuſtitiæ punitiuæ exerceat, & alij exequantur.

Ea eſt ſcelerum turpitudo, vt mitiſſimos & piiſſimos in ſe concitet.

C *Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, ponat vir gladium ſuum ſuper femur ſuum, & occidat vnuſquiſque fratrem, amicum, & proximum ſuum*, 176.
quid ſeuerius? nonne immanitatis arguetur Moyſes, quod nolit ne quidem fratribus condonare ſed gladio perire? nonne ille eſt qui ſic populum adamabat, qui ſic ſe populo ſuo deuouebat, vt diceret aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non feceris, dele me de libro quem ſcripſiſti? quomodo ergo ſic ardenter dilectum percuti, mactari iubet? quid? ergo crudelis erat iſta occiſio à corde ſic amante profecta? abſit, ſed tanta erat turpitudo commiſſi peccati, vt vel à benigniſſimo & piiſſimo amatore, extorquere deberet vindictam adeo maximam: D. Aug.
D ex quo rectè D. Auguſtinus lib. 22. contra Fauſtum cap. 79. *Comparans ergo vnuſquiſque pie prudens, illam cædem & hanc preſtem, videt profecto apertiſſimeque quantum malum ſit anima per ſimulachra dæmonum fornicari, quando ſic ſæuit qui ſic amat*, nõ equidem crudelitati dandum Moyſi, quod Idololatras mactet, ſed ſceleris magnitudo cauenda magis, quando ſic in ſceleratos ſæuit, qui ſic homines amabat, vt pro illis ſe opponeret diuino gladio.

Scelus eſt, quod prælatus præfecturæ potentiâ vlciſcatur proprias iniurias.

277\. *Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, ponat vir gladium ſuper femur ſuum, & occidat vnuſquiſque fratrem, amicum, & proximum ſuum*, numquid tantum fratres, amici & proximi Leuitarum peccauere? imo & plures alij, cur ergo ſpeciatim armat Deus Leuitas in fratres & amicos tantummodo, quaſi amici & propinqui delicti eſſent rei, cæteri autem immunes à delicto? prudenter ita ſtatutum, quia ſi in quoſuis diuino gladio & potentia armarentur Leuitæ, fortaſſis honeſtam occaſionem nacti, vindictam ſumerent de propriis inimicis, quaſi zelo Dei, & propinquis parcerent, & amicis indulgerẽt. conſultiſſime ergo dixit Moyſes, ne quis gladio & zelo Dei proprias iniurias vindicaret, occidat vnuſquiſque fratrem, propinquum & proximum, nec zelo Dei cæteros zelet, negligat reliquos, in quos proculdubio prone deſæuiret: *Ideo enim id Moyſes aduertit* (ait hic Rupertus) Rupert. *vt non indiſcrete caſi, ſed cum iudicio fuerint puniti: nam ſi Moyſes non moneret vt in propinquos & amicos fieret punitio, liberum foret Leuitis proprios hoſtes ferire indiſcrete & ſine iudicio fieret vindicta, quia prætextu pij Zeli vindicaret proprias iniurias, & inhumanam vindictam pro Zelo inſidioſe occultarent, iuxta illud c. 49. Iſai. indutus eſt veſtimentis vltionis, opertus eſt quaſi pallio Zeli.* Iſaiæ, 49.

Cum Deus aliquid imperat, ne iniuſtam & inhumanam dixeris.

278\. *Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, ponat vir gladium ſuper femur ſuum, & occidat vnuſquiſque fratrem, amicum & proximum ſuum*, ſcilicet quicumque occurrerent in via, nonne quis inhumanum cenſebit fratres aut amicos internecione delere? nonne quis iniuſtum dicet gladio interimere quoſcumque occurrentes, cum occurrere potuerint innocentes, nempe puerulí? quomodo ergo hanc admittunt prouinciam Leuitæ? quid præpoſuit Moyſes? hæc dicit Dominus Deus Iſrael, cur ergo non admitterent? quia cum Deus aliquid imperat, nec iniuſtum nec inhumanum putandum eſt: vnde Abulenſ. Abulenſ. *Dixit eis preponendo auctoritatem mandantis, quia erat difficile mandatum compleri, nam quod ipſi occiderent tot viros & fœminas maxime eos qui erant cognati ſui, videbatur eſſe ſceleſtiſſimum & contra naturalem pietatem, niſi ergo interueniret diuina auctoritas quæ ſuper omnia eſt, non deberent ad hoc Leuitæ vel alij homines moueri.* & Cajet. *Quoniam Deo iubente factum ſcribitur, non eſt quærendum an aliquis innocens occiſus fuerit, Deus enim ipſe qui mandauit, ſic fieri cuncta recte diſponit.*

Verbo & opere, Deo rebelles, & magiſtratibus, ab iis ſeueriſſime puniri debent.

279\. *Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, ponat vir gladium ſuum ſuper femur ſuum, & occidat vnuſquiſque fratrem, amicum, & proximum ſuum*, nonne ſatis erat contriuiſſe vitulum in puluerem, in aquam ſparſiſſe, ſeuere Aaronem obiurgaſſe? cur ergo tot hominum millia interficienda? notat hîc Antonius Fonſeca, quod etiam ſeditionem aduerſus Moyſem excitare voluerint: ſic enim ait, cur ſoli illi qui in vicis reperirentur, iuberentur occidi, cõiectura ducor, quod impij homines illi, qui Deos Aaroni petierunt, cum viderent contritum ſuum vitulum, & pulueres eius in torrentem proiectos, magna ira aduerſus Moſen moti, conciliabula faciebant, publice ſuam impietatem armis defendere parati, & idoli ſui cultum tueri] en vt merito occidi iubentur! qui enim Dei & magiſtratibus rebelles ſunt, ab iis ſeueriſſimè puniri debent. ſic præfat. auctor proſequitur, Antonius Fonſeca. *Moſes animaduertens ſeditioſiſſimam illorum impudentiam eoſque violenter impietatem ſuſtentare paratos, tunc dixit, ſi quis eſt Domini iungatur mihi, hoc eſt qui Deum vult ſequi, mecum iungatur, non iam increpatione vt fecerat, ſed gladio agendum indicans aduerſus ſeditioſos, quos in conciliabulis rebellare tentantes inueniret.*

Mirum ingenium in prælatis & aliis ſuperioribus, ad liberandum conſanguinitate vel amicitia cõiunctos à iuſta punitione.

Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, ponat vir gladium ſuum ſuper femur ſuum, & occidat vnuſquiſque fratrem, amicum, & proximum, quæ iuſſa executioni mandarunt, quibus Moyſes gratias egit pro vltione, zelo Dei facta in filiis, in fratribus, in amicis; ita ergo certum Leuitas gladio & poteſtate Dei armatos, deſæuiſſe in fratres, amicos & proximos, vt in dubium id nullus debeat reuocare. tamen audiẽdum quid dicat Cajet. *Mandat Moyſes omnes occurrentes occidi, nullius neceſſitudinis ratione habita. & cum huiuſmodi executione ſtat, quod nullus occiſus fuerit frater, nulluſque ſocius, nulluſque vicinus, ſi nullus eorũ occurrerit in via*, quid hoc eſt Cajet. videris directe ſacro contextui aduerſari, aſſerenti fratribus, amicis non pepercisse: ſic enim gratias agens Leuitis Moyſes ait, conſecraſtis manus veſtras hodie, vnuſquiſque in filio, & in fratre ſuo, vt detur vobis benedictio: quomodo ergo ais Caietane, quod nullus occiſus fuerit frater, nulluſque ſocius, nulluſq; vicinus? pende quod addiderit, ſi nullus eorum occurrerit in via; forte aliqui ex Leuitis conſanguineos monuerunt, vt in tentoriis manerent, ſic enim illæſi mortem euaſerunt, nec mirarer id ita accidiſſe, quia experientia quotidianâ diſcimus iudices, & præpoſitos beneuolentiæ arte torquere leges, & ingenioſe interpretari iura, ne puniant ſibi familiares, illoſque ſic eximant à rigore ſupplicij, non violato iure alioquî apertiſſimo, tanta eſt ſagacitas ingenioſi affectus ergo fratres & propinquos, vt aliqui Leuitæ propoſiti ad vltionem forte nullum peremerint propinquum. 280. Cajetan.

Ita vtamur miſericordiâ, vt per eam iuſtitia non contemnatur.

Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, ponat vir gladium ſuper femur ſuum, & occidat vnuſquiſque fratrem, amicum, & proximum ſuum, nonne te prædicauimus inſignis miſericordiæ virum, cum Deum iuſte iratum in populũ, & eum delere minantem, ſic precibus tuis flexiſti, 281.

vt ei condonaret? quomodo ergò in illius vltionem armat viros tribus Leuiticæ, eiſque præcipit, vt nemini nec fratri condonent, ſed quotquot occurrerint interficiant? quia ita vtendum eſt miſericordiâ, vt per eam iuſtitia non contemnatur: ſic autem à populo duræ ceruicis pœnas nõ exegiſſet Moyſes, ſi eum nimis miſericordem ludibrio habuiſſet. hinc rectè Auctor operis Imperſ. hom. 46. in Matth. (Auctor operis Imperf. Matth. 23.) pendens ea Domini verba, quæ lachrymis effuſis vrbi Hieruſalem dicebat, Hieruſalem Hieruſalem quæ occidis Prophetas &c. Matthæi 23. ait. *Sicut rex benignus audiens criminoſas perſonas, lego quidem compellente mortis ſententiam dictat aduerſus eos: tamen miſericordia inſtigante lachrymas fundit ſuper illos, & vult eos adiuuare, & non poteſt contradicente ſibi iuſtitia, quoniam miſericordia tunc vere eſt miſericordia ſi ſic facta fuerit, vt iuſtitia per eam non contemnatur, ſi autem contempta iuſtitia miſericordia obſeruetur, ipſa miſericordia non eſt miſericordia ſed fatuitas: nam vt iuſtitia non eſt vera iuſtitia niſi habuerit in ſe, miſericordiam, ſic & miſericordia non eſt vera miſericordia, niſi habuerit in ſe iuſtitiam.* **A** **B**

Prælatus in puniendo non ſit perſonarum acceptor.

282. *Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, ponat vir gladium ſuper femur ſuum, & occidat vnuſquiſque fratrem, amicum, & proximum*, quis in pretio conſanguinitate coniunctos non habet, & præcipuè fratres? quis vinculo amicitiæ ſibi vnitos non eximit à punitione ſi poteſt? quod alios nocentes puniat, non miror, ſed quod omnes in eadem vltione comprehendat, nimis ſeuerus mihi videtur; nec fratri, nec amico, nec proximo peccanti vult condonari, neſcit enim verus Prælatus & princeps, perſonarũ acceptor eſſe: **C**
Arnobius. ſic ſapienter Arnob. lib. 6. aduerſus gentes dicebat, *Magnarum eſt mentium pari pendere cunctos lance, contra vero mali principis & peruerſi prælati eſt, perſonam pro perſona, non pro cauſa vel præmio ſiue ſupplicio afficere*, verè Regia vox Theodohaldi principis apud Caſſiodor.
Caſſiodor. lib. 10. variarum Epiſt. 5. æqualem iuſtamque ſtateram omnibus ſubditis ſuis ſic proponentis, *Poteſtatis noſtræ cenſuram rerum volumus eſſe modeſtiam, in quantum diuina beneficia percepimus tantum æqualia plus amemus, priuata ſiquidem ſtudia à noſtro animo probantur excluſa, quia generalis cuſtos factus ſum Deo auxiliante cunctorum, princeps enim præmia & ſupplicia omnibus æqua lance ſine perſonarum acceptione debet diſcernere.* **D**

Prælati prius in ſe quam in aliis vitia carnis reſecent.

283. *Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, ponat vir gladiũ ſuper femur ſuũ, & occidat vnuſquiſq; fratrẽ, amicũ, & proximũ ſuum*, nonne gladiis armantur, vt noxios idololatras interficiant? cur ergo prius ſuper proprium femur gladium ponere quam aliena capita ferire iubentur? forte vt ſignificaret, prælatos prius in ſe quam in alios, hoc eſt prius ad affectiones proprias, quam alienas amputandas armatos eſſe oportere: vnde illi qui lectulum Salomonis ambiebant, **A** tenebant quidem gladios, ſed vniuſcuiuſque enſis ſuper femur ſuum, Canticor. 3. quaſi prius vellent propriæ carnis illecebras, quam alienæ iugulare. (Cant 3.) quod D. Bernard. tract. de bene viuendo ad ſororem ſerm. 19. de obedient. obſeruans. (S. Bernard.) *Prælati* inquit) *S. Eccleſiæ ſuper femur ſuum enſes tenent, quia prius in ſe & tunc in ſubiectis vitia carnis debent reſecare*, idem Pl (Carpat.) Carpath. expendit.

Religio præferenda eſt ſanguinis neceſſitudini.

Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, ponat vir gladium ſuper femur ſuum, & occidat vnuſquiſque fratrem ſuum, & amicum, & proximum, nonne immanitatem ſapit iubere vt fratres à fratribus, amici ab amicis interficiantur? ſeligantur alij qui eis nequaquam ſint ſanguine coniuncti, à quibus occidantur: nonne agebatur de Religione & à viro ſanctiſſimo plenitudinem poteſtatis à Deo habente? ne dicas ergo immanitatem ſapere, vt frater à fratre occidatur, quia cum religio defendenda & vindicanda, præferenda eſt ſanguinis neceſſitudini. hæc ita interpretatur B. Ambroſ. Epiſt. 56. *Quod occidi fecit à proximis proximos, filios à parentibus, à fratribus fratres, præceptum euidens, quia præferenda eſt Religio neceſſitudini, pietas propinquitati, ea enim eſt vera pietas quæ proponit diuina humanis, perpetua temporalibus.* 284 **B** **5** (Ambr.)

Qui Deum præfert cognatis, quaſi in hoc vno legem obſeruaſſe videtur.

Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, ponat vir gladium ſuper femur ſuum, & occidat vnuſquiſque fratrem ſuum, & amicum, & proximum, Leuitæ ſuorum carnifices eſſe iubentur, quia ſuis neſciunt parcere, qui nihil ſuum norunt; quoniam ſanctis omnia Deus eſt: ſancti enim loco rerum omnium verum habent Deum, ignorant cætera, dummodo Deum non amittant, facile rerum omnium iacturam patiuntur: propter hunc affectum erga Deum: laudauit deinde Moyſes iam moriturus tribum Leuiticam Deuter. 37. (Deuter. 33.) *Qui dixit patri ſuo & matri ſuæ. neſcio vos, & fratribus ſuis ignoro vos, & neſcierunt filios ſuos, hi cuſtodierunt eloquium tuum, & pactum tuum ſeruauerunt*, quid? in hoc quod matri ſuæ, & patri ſuo dixit, neſcio vos, eloquium tuum cuſtodiuit, & pactum tuum ſeruauit? imo in hoc violaſſe videtur, nam eloquium tuum dicit, honora patrẽ tuũ, & matrem tuam, qui autem patri & matri ſuæ dicit neſcio vos, non honorare, ſed contemnere videtur: non contemnit qui propter Deum parentes dereliquit, imo in hoc vno totam legem obſeruaſſe videtur tribus Leuitica, quæ Deum hominibus etiam cognatis prætuliſſet. ſubdit Moyſes, *Benedic Domine fortitudini eius*; non ipſe benedicit ſed Deum precatur vt benedicat, quia licet ad cæteras tribus benedicendas ipſe Moyſes ſibi par eſſe videretur, tamen ad benedicendum eam tribum, quæ tantum Deo honorem detuliſſet, vt eum omnibus etiam parentibus detuliſſet, diuinam auctoritatem requirebat. 285 **C** **D**

Ira licet iuſta, etiam armat manſuetiſſimos gladiis ad occidendum noxios.

186. *Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, ponat vir gladium ſuper femur ſuum, & occidat vnuſquiſque fratrem, amicum, & proximum ſuum*, quis diceret hominem manſuetiſſimum qui per antonomaſiam vir mitiſſimus dicitur, talia dare Leuitis mandata, vt vnuſquiſque eorum fratres, & amicos interficeret? nonne dictum eſt ſuperius, quod videns vitulum, iratus eſt valde? non miror ergo, quod nunc præcipiat noxios gladio perdere, quia ira licet iuſta, etiam armat manſuetiſſimos gladiis aduerſus peccatores. fauet D. Baſil. Magn. ſerm. de ira. *O ira quando oportet & vt oportet ex ratione diſpenſata, fortitudinem patientiamque ac conſtantiam parit, præter vero rectam rationem tractata, furor & inſania efficitur: idcirco vos Pſalmus admonet, iraſcimini & nolite peccare, ipſe namque Dominus in Euangelio illum qui temere fratri iratus fuerat reum iudicij facit, illum vero qui tanquam pharmaco ad ea quæ oportet ira vtitur, minime condemnat: dicit namque hoſtes ſitis Madianitis, docentis verba ſunt vt ira veluti armis vtamur. ideo Moyſes omnium hominum manſuetiſſimus vituli Idololatriam damnans, Leuitarum manus in cædem fratris armauit, vnuſquiſque inquit veſtrum, gladium ad latus teneat & occidat vnuſquiſque fratrem ſuum: quid Phinees iuſtum reddidit? nonne iuſta contra fornicantes ira, qui alioqui mitis & manſuetiſſimus exiſtens, poſtquam ſtuprum Zambri & Scorti Madianitis, palam in populo vidit, adeoque impudenter admiſſum, vt nec tam turpe ſpectaculum occultari vellent, minime tam indignum facinus paſſus ira vt oportebat vſus, protinus vtrumque trucidauit,* deinde concludit, *ſic itaque ſit ira aliquando bonarum actionum miniſtra.*

D. Baſilius Magn.

In prælatis & principibus miſericordia ſit iuſte conſolans, & piè ſæuiens ſeueritas.

187. *Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, ponat vir gladium ſuper femur ſuum, & occidat vnuſquiſque fratrem amicum, & proximum ſuum*, nonne ille eſt Moyſes, qui ſciens Deum ſtatuiſſe populum propter Idololatriam delere, varias ei obiecit rationes quibus ſuaderet, vt populo condonaret, quique vt Deum ad vindictam remittendam prouocaret? dixit enim ei, aut dimitte hanc noxam, aut dele me de libro, quem ſcripſiſti: quomodo qui ita in populum miſericors, vt pro illius incolumitate, te in montē Domino offerre non dubitaſti, tanta in eum ſeueritate armaris, vt præcipias vnumquemque fratrem à fratre occidi, & amicum amicos internecione delere? quia in prælatis & in principibus, miſericordia debet eſſe iuſtè conſolans, & quando neceſſe eſt & piè ſæuiens ſeueritas, & iuſtitia puniens. religio eſſet ſilentio obnoluere D. Gregor. Magn. verba in hanc mentem, ſic autem ait lib. 20. moral. c. 6. Sciendum quod diſciplina vel miſericordia multum deſtituitur, ſi vna ſine altera teneatur, ſed circa ſubditos ſuos ineſſe rectoribus debet, & iuſtè conſolans miſericordia, & piè ſæuiens diſciplina: ſit itaque amor ſed non molliens; ſit rigor, ſed non exaſperans; ſit zelus ſed non immoderate ſæuiens; ſit pietas, ſed non pluſquam expediat parcens. intueri debet in Moyſi pectore miſericordiam cum ſeueritate ſociatam, videamus amantem piè, & diſtrictè ſæuientem: certe cum Iſraeliticus populus ante Dei oculos pœne inueniabilem contraxiſſet offenſam, ita vt eius rector audiret, deſcende peccauit populus tuus, ac ſi ei diuina vox diceret, qui in tali peccato lapſus eſt iam meus non eſt, atque ſubiungens, dimitte me vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam: ille ſemel & iterum pro populo cui præerat, obiecit ſe ad impetum Dei iraſcentis opponens, ait, aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis dele me de libro tuo quem ſcripſiſti: penſemus ergo quibus viſceribus eumdem populum amauit, pro cuius vita de libro vitæ deleri ſe petiit; ſed etiam iſte qui tanto eius populi amore conſtringitur, contra eius culpas penſemus quanto zelo rectitudinis accendatur: mox enim vt petitione prima, ne delerentur, culpæ veniam obtinuit, ad eumdem populum veniens, ait ponat vir gladium ſuper femur ſuum, ite & redite de porta vſque ad portam per medium caſtrorum, & occidat vnuſquiſque fratrem, amicum, & proximum ſuum, cecideruntque in die illa quaſi viginti tria hominum millia. ecce qui vitam omnium etiam cum ſua morte petiit, paucorum vitam gladio extinxit, intus arſit ignibus amoris, foris accenſus eſt zelo ſeueritatis, tanta fuit pietas, vt ſe pro illis coram Domino morti offerre non dubitaret: tanta ſeueritas, vt eos quos diuinitus ferire timuerat, ipſe iudicij gladio feriret: ſic amauit eos quibus præfuit, vt pro eis nec ſibi parceret, & tamen delinquentes ſic perſecutus eſt, quos amauit, vt eos etiam Domino parcente proſterneret, vtrobique legatus, fortis vtrobique mediator admirabilis cauſam populi apud Deum precibus, cauſam Dei apud populum allegauit, intus amans, diuinæ iræ ſupplicando obſtitit, foris ſæuiens culpam feriendo conſumpſit; ſuccurrit citius omnibus, oſtenſa morte paucorum, & idcirco omnipotens Deus fidelem ſuum citius exaudiuit agentem pro populo, quia vidit quid ſuper populum acturus eſſet ipſe pro Deo; in regimine ergo populi vtrumque Moyſes miſcuit, vt nec diſciplina deeſſet miſericordiæ, nec miſericordia diſciplinæ.

D. Greg. Magnus.

Ne ita ſimus pacifici vt cum impiis etiam pacem velimus.

Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, ponat gladium ſuper femur ſuum, & occidat vnuſquiſque fratrem, amicum, & proximum ſuum, 188.
ſi Deus ſummus eſt omnium iudex, illi ſit vindicta de impiis; nonne punitionem debitam ab eis exiget? te gubernatorem à Deo ſibi conſtitutum, vt antea cognoſcent & reuerebuntur, pacem cum omnibus habeas, bellum eis non inferas, à gladiis & ab internecione tempera; nequaquam hoc ita faciendum, æquū iudicat, licet enim ſit pacis amantiſſimus,

Citatus ſummus Pontifex.

pacem tamen cum impiis nequaquam vult habere, ſed eos ſeuere punire. quam vere id aſſerat Gregor Mago. p 3. Paſt. cap. 23. audiamus. Admonendi ſunt pacati, ne dum nimis humanam pacem deſiderant, prauos mores nequaquam redarguant, & cooſentiendo peruerſis, ab auctoris ſui ſe pace diſiungant ne dum humana foras iurgia metuunt, interni fœderis diſcuſſione terreantur: quid eſt enim pax tranſitoria, niſi quoddam veſtigium pacis æternæ? quid eſſe ergo dementius poteſt, quam veſtigia in puluere impreſſa diligere, ſed ipſum à quo impreſſa ſunt non amare? hinc Dauid dum totum ſe ad fœdera pacis internæ cōſtringeret, teſtatur quod cum malis concordiam non teneret dicens, nonne qui oderant te Domine oderam, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam? perfecto odio oderam illos, inimici facti ſunt mihi, inimicos etenim Dei perfecto odio odiſſe eſt, & quod facti ſunt, diligere, & quod faciunt, increpare, mores prauorum premere, & vitæ prodeſſe. penſandum ergo eſt quando ab increpatione quieſcitur, quanta culpa, ſi pax cum peſſimis tenetur: ſi Propheta tantus hoc velut in hoſtiā Deo obtulit, quod contra ſe pro Domino prauorum inimicitias excitauit, hinc eſt quod tribus Leui aſſumptis gladiis per caſtrorum media tranſiens, quia feriendis noluit peccatoribus parcere, Deo manus. dicta eſt conſecraſſe: hinc Phinees peccātium ciuium gratiam ſpernens coeuntes cum Madianitis percutit, & iram Domini iratus placauit, hinc per ſemetipſam veritas dicit, quid putatis? quia pacem veni mittere in terram? non vtique, ſed gladium: malorum namque cum incaute amicitiis iungimur, culpis ligamur: vnde Ioſaphat qui tot de anteacta vita præconiis attollitur, de Achab Regis amicitiis poene periturus increpatur, cui à Domino per Prophetam dicitur, impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum, amicitia iungeris, & idcirco iram quidem Domini merebaris, ſed bona opera inuenta ſunt in te, eo quod abſtuleris lucos de terra Iuda, ab illo enim qui ſummè rectus eſt, eo ipſo iam diſcrepat, quo peruerſorum amicitiis vita noſtra concordat.

(Margin: Pſal. 118. — Matt. 10. — 2. Paralip. 19.)

Quod à iuſto principe iuſte in Dei gloriam præcipitur, Dei ipſius mandatum cenſeri poteſt.

289. *Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, ponat vir gladium ſuper femur ſuum, & occidat vnuſquiſque fratrem, amicum & proximum ſuum*, quandonā ô Moyſes hæc dixit tibi Dominus Deus Iſrael? legimus quid tibi dixerat Deus à tempore quo tibi Idololatriam populi notam fecit, & tamen non repetimus tibi præcepiſſe, vt diceres Leuitis vnumquemque gladiis armari ad fratrem, & amicum interficiendum, quid ergo hoc ſibi vult quod ais hæc dicit Dominus Deus Iſrael? acute noſter Panigarolius in ſpeculo bellorum Sacræ ſcripturæ loco 12. annot. 8. *Quod à iuſto principe iuſte in Dei gloriam præcipitur, Dei ipſiuſmet mandatum cenſeri poteſt, & ab eius ore prolatum.*

(Margin: Noſter Epiſcop.)

A quibus culpa venit, hi præcipuè debent pœnas luere.

Hæc dicit Dominus Deus Iſrael ponat vir gladium ſuper femur ſuum, & occidat vnuſquiſque fratrem, amicum, & proximum ſuum, cur potius præcipit Moyſes Leuitis, quod interficiant fratres ſuos, quam aliarum tribuum viros, cum maior pars populi Deos ſibi fieri popoſcerit, & eos coluerit? reſpondet Oleaſt. eamdem difficultatem proponens, nempe cur plures fuerint occiſi de tribu Leui, *Quia* (inquit) *per eos peccatum venerat maxime culpa Aaron, qui peccatum à populo debuiſſet retrahere*: an autem plures ex tribu Leuiticā quam ex aliis occiſi fuerint, non conſtat, ſi autem plures interfecti, reſponſio Oleaſtri non tenenda. 290.

(Margin: Oleaſt.)

Deus per peccatores, alios punit & caſtigat.

Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, ponat vir gladium ſuper femur ſuum, & occidas vnuſquiſque fratrem, amicum. & proximum ſuum, nonne in opinione omnium, hi etiam ſibi Deos fieri poſtulauerant, eoſque coluerant? quomodo ergo eliguntur, vt in alios Idololatras animaduertant? dicunt aliqui iam doluiſſe de peccato, ſed alij non ita ſentiunt, ab his ergo inquiro, cur Leuitæ tanquam vindices Idololatriæ aſſumuntur, cum ipſi eadem fuerint inquinati? Quia Deus per peccatores alios ſolet punire. ſic Luſitan. *neque huiuſmodi interfectores erant à peccato immunes, ſed ſolet Deus per alios peccatores, alios punire, quemadmodum Iudæos per Caldæos.* 291.

(Margin: Luſitan.)

Non ſatis eſt à prauitate vitæ recedere, niſi & propria vitia gladio mortificationis deleas.

Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, ponat vir gladium ſuum ſuper femur ſuum & occidat vnuſquiſque fratrem, amicum, & proximum ſuum, nonne ſat erat in vindictam tanti ſceleris, vitulum contriuiſſe in pulueres, illoſque ſparſiſſe per aquam? cur adhuc neceſſe, vt vnuſquiſque fratrem ſuum gladio occidat? quis magis alteri coniunctus quam ſibi? quo poſito ſic reſpondet B. Petrus Damianus ſerm. 6. de S. Eleuchadio Epiſcopo. *Moyſes non in hoc metam vltionis fixit, vt idolum duntaxat infringeret. ſed inſuper addidit vt & viginti tria millia hominum trucidaret: myſtice docuit nequaquam ſufficere ſi ab Idololatriæ cultu vel prauitate vitæ quiſque conuertitur, niſi & propria vitia gladio ſpiritus mortificare conetur: vnde & prædicator egregius ad Coloſſ. 3. mortificate inquit membra veſtra quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, luxuriam, concupiſcentiam malam, & auaritiam quæ eſt Idolorum ſeruitus: & notandum quod ſicut hic vitia membra noſtra eſſe dicuntur, ita & illic qui perempti ſunt cum interfectoribus ſuis propinquitatis neceſſitudine iungebantur ſicut per Moyſen dictum eſt*, ſubiungit, *ſi quem ergo delectat in arma conſurgere, quiſquis anhelat aduerſus hoſtium cuneos dimicare, vertat manus in ſe, & illic inueniet plures aduerſarios obtruncandos.* 292.

(Margin: S. Petrus Damian. — Ad Coloſſ.)

Qui legem Dei amat, gladio legis feriet propinquos, ſi id æquum fuerit.

293. *Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, ponat vir gladium ſuum ſuper femur ſuum, & occidat vnuſquiſque fratrem, amicum, & proximum*, quibuſnam id imperat Moyſes? his quibus dixerat, ſi quis eſt Domini iungatur mihi: verum quid hoc ſibi vult, quod hi qui ſunt Domini, gladiis contra fratres & proximos armantur. perſuaſum enim habui, cum audiui quis eſt Domini iungatur mihi, te imperaturum, quod cum proprium ſit Dei parcere & miſereri, vt plebis miſeræ, nudatæ & ornamentis exterioribus & interioribus miſererentur, & condonarent; quæ ergo eſt hæc illatio, ſi quis eſt Domini iungatur mihi? deinde his qui ſe eſſe Domini prædicauerunt, dicere, accipiat vnuſquiſque gladium & occidat fratrem ſuum & proximum? reſpondet S. Greg. Niſſen. lib. 3. de vita Moyſ. *Hæc lex ipſa omnibus edicere videtur, ſi quis Deum amare vult, ut legem amet. iubet deinde in propinquos gladio ferociter uti; dicamus autem omnem hominem qui ad legem ac Deum reſpicit malorum domeſticorum cæde purgari*, non eſt plane diuinæ legi nec propinquitas, nec vllum naturæ ius anteponendum, ſeueritatis ergo gladio præcidendum eſt quidquid legi obſiſtit.

B. Greg. Niſſen.

A *Dei cognati & parentes eſſe videntur qui ab eo puniuntur.*

Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, ponat vir gladium ſuper femur ſuum, & occidat vnuſquiſque fratrem, amicum, & proximum ſuum, quis non aſſeret iam hunc populum Dei non eſſe, tanquam peculium ſuum illud abieciſſe, nec gentem ſuam eſſe electam, imo reprobam, cum iubeat ita grauiter & vſque ad ſanguinis effuſionem & plurimorum internecionẽ animaduertere: ſane ratione peccati Idololatriæ à ſe cõmiſſæ populus Dei nõ cenſendus, ſed an etiã ratione punitionis & vltionis à Deo illatæ? ne tale dixeris, Dei enim cognati, parẽtes & ab eo electi, cenſendi videntur qui ab eo puniuntur. hæc habet Philo Hebr. lib. 2. de congrit. quærend. erudit. gratiâ, *Tam præclare ſiquidem res habetur correptio caſtigatioque, vt hoc ſigno certe dignoſcantur cognati Dei, quæ enim poteſt maior eſſe cognatio quam quæ cum Patre & cum Filio intercedit?* B hinc igitur bellè inferes, verum demonſtrari patrem ac optimum præſulem cum errantem filium aut ſubditum caſtigat, ſignumque eſſe filij, quem pater, quem prælatus amet, ſi ab iſto peccata illius puniantur, ſolatiumque fore magnum his qui pro delictis ſuis in hac vita puniuntur, quod filij ſint & oſtendantur Dei, vt patris filios caſtigantis. 294.

Philo Alexand.

VARIET. LECT. Verſ. 28.

V*ulg.* Feceruntque filij Leui iuxta ſermonem Moyſi, ceciderũtque in die illa quaſi viginti tria millia hominum.

Sept. Et ceciderunt in die illa de populo ad ter mille viros.

C *Cald. & Hebr.* Fecerunt filij Leui iuxta verbum Moyſi, cecideruntque ex populo quaſi tria millia hominum.

S. Ephrem. cit. in margine, habet triginta tria millia.

S. Ephrem c. 9. in illud attende tibi.

CONCORDIA.

VErum eſt Hebr. Cald. Latina Complut. & Regia, exemplarque oblongum & paruum ſancti Germani, cum Tertull. S. Amb. & aliquibus aliis, legere ſolum tria millia; tamen ſequenda eſt noſtra vulg. editio, bibliaque Sixtina, & paſſim antiquiora latina, quorum apud nos maior debet eſſe auctoritas, ſuſpicionemque mendi amouet à noſtro, quod S. Greg. qui è primis fuit, qui vulgatam Hieron. verſionem explicarunt, legerit viginti tria millia 1. Reg. cap. 14. & lib. 20. moral. 6. Rupert. Damian. & omnes pœne poſt S. Hieronym. veteres commentatores, ita quoque legit S. Paulus 1. Corint. 11. ſi huius ſtragis ibi ſit ſermo, neque fornicemur, inquit, ſicut quidam eorum fornicati ſunt, & ceciderunt vna die viginti tria millia: vnde veriſimile eſt & Sept. hos enim ſequi ſolet Paulus, ita legiſſe, videlicet εἴκοσι τρεῖς χιλιάδας pro ὡς τρισχιλίους & certe in tanta turba peccantium pauca eſſent tria millia, præſertim cum alibi vt Numer. 25. ob ſimilem Idololatriam cæſa ſint viginti quatuor millia.

1. Cor. 11.

Sed inquires vndenam hæc varietas & error irrepſit? ſanè incertum eſt; noſter Lyran. arbitratur noſtrum interpretem complexum fuiſſe eos qui verſ. 35. dicuntur à Domino percuſſi eoſque fuiſſe 20. millia; ſed hoc diuinare eſt, nam in illo verſu non recenſetur numerus eorum qui fuerunt à Deo percuſſi, ſolum enim ibi dicitur quod percuſſit Dominus populum pro reatu vituli: tum noſter interpres non hic illum 35. verſum vertit, ſed hunc populum præſentem, in quo Hebræa iam habent tantum tria millia: D itaque probabilius eſt vitium eſſe in numero Græco, Sept. & ad B. Pauli numerum corrigi debere, forte autem in Hebræo primitus inde error accidit, quod ſcriba aliquis pro viginti ſcripſerit per compendium litteram כ caph, quæ eſt nota vicenarij apud Hebr. alij poſtea quaſi notam ſimilitudinis acceperint, pro quaſi, ſic enim habetur Hebraicè כשלשת אלפי איש dixi ergo hanc primam litteram כ caph inſcriptam fuiſſe per compendium viginti à quodam ſcriba, Hebraicè enim pro hoc numero ſumitur: vel ſi hoc admittere nolis, dicam quod cum ipſi Hebræi Talmudiſtæ fateantur Biblia ſua deprauata in pluribus locis, per errorem ſcriptorum, poſſumus dicere, quod cum eſſet in littera quaſi viginti tria

millia, nunc deficit dictio ſignificans viginti, A erat, & ideo legerunt viginti tria millia, & dicitur ſolum quaſi tria millia, ſed quando primi noſtri tranſlatores Hebræorum Biblia deſcripſerunt, minimè locus ille depratuatus erat, & ideo legerunt viginti tria millia, exemplaria quæ habent triginta tria millia neſcio cur numerum decennarium addiderunt.

EXPOSITIO.

Feceruntque filij Leui iuxta ſermonem Moyſi, Hebraiſmus eſt, id eſt vt præceperat Moyſes, *cecideruntque in illa die quaſi viginti tria millia*, quamuis enim multo plures eſſent, qui peccarunt, voluit tamen Deus vt vindicta cum magna miſericordia miſeretur, porro eorum cadauera in medio caſtrorum iactia plebs videns indoluit, vt Philo ait, ſimulque metuens vltricem iram ad hue feruidam, ſtatum reſipuit.

CONCEPTVS.

Peccata parentum in filiis conſeruata, extremam afferunt toti familiæ ruinam.

295. *Fecerunt filij Leui iuxta ſermonem Moyſi, cecideruntque in illa die viginti tria millia hominum*, quid ſeuerius ob adorationem vituli? nonne Iſraelitæ apud Ægyptios, eorum coluere ſimulachra? ſæpe Apis bouem in honore habuerunt, & tamen non ſic ſeuerè occiſi ſunt, ſed multi eorum in pace ſepulti: cur ergo modo magis Deus in eos iraſcitur? cur ita ſeuere ponit? videtur modo parentum idololatria ad filios ſerpere, & ideo Deus qui primos expectauit ad pœnitentiam, his poſterioribus neſcit parcere, nam peccata parentum quæ in filiis videntur ſerpere, dum filij eadem committunt, maioris vindictæ gladium in illos Dominus exerit: hinc Diodor. in catena aurea C ſup. cap. 20. huius libri ait, *Idololatra in Ægypto fuiſtis, id tamen aliquam excuſationem habet, propterea quod illis commiſcebamini, nunc ergo ab illorum erroribus liberati, miranda aduerſus Ægyptios vidiſtis: ſi igitur poſt hac Idola colueritis, patrum veſtrorum peccati pœnas vobis infligam, neque enim peccatum illorum pœnas expendiſtis, ſed in eiſdem peccatis exiſtentes, iuſtas pœnas exoluetis, neque enim par eſt vt vobi quemadmodum & illis parcam*, non equidem Deus ita manſuetè ſe habet erga filios in quibus videt regnare peccata parentum.

Princeps ad inſtar Dei, ne omnia quæ omnino poteſt, exequatur, præſertim in puniendis ſontibus.

296. *Fecerunt filij Leui iuxta ſermonem Moyſi, cecideruntque in illa die quaſi viginti tria millia hominum*, nonne plures longe noxij? nam populos detulit inaures inaures aureas Aaron, vt ex his conflaret vitulum, cur ergo omnes internecione non delentur? nonne eſt perſonas accipere, cum ex omnibus ſontibus, aliquibus condonans alios interficis? verum quidem; ſicut omnes eodem crimine coinquinati, iuſtiſſimæ etiam ab iis pœnæ exigerentur; ſed Deus non omnia quæ poteſt exequitur maxime in puniendis peccatoribus, vt tu ô princeps ab eo edocearis, potentiæ tuæ modum ponere poteſtati terminos præfigere, & iuſtitiæ punitiuæ limites comprimere, non effurètè ſed caſtigata potentia vti; vti de ſe diuinitus inſtituto dice- B bat Syneſius Epiſcop. Epiſt. 57. *Erat quippe hoc mihi diuinitus tributum, vt cum ego auctoritate plurimum poſſem, tunc honeſtiſſima quæque vellem*, quod ſane magno iudicio de ſe expreſſit rex Theodohaldus apud Caſſiodorum lib. 10. Epiſt. 16. Senatum Romanum ſic alloquens, *Imperioſa nimirum res eſt P. C. pietas noſtra, quando propria voluntate vincimur qui alienis conditionibus non tenemur, nam cum Deo præſtante poſſimus omnia, ſola nobis licere credimus laudanda*: nihil melius nihil magis regium dici poteſt, ſed Symmach. expreſſius l. 10. Epiſt. 62. *Alia eſt conditio magiſtratuum* (inquit) *quorum videntur corrupta eſſe ſententiæ, ſi ſint legibus mitiores, alij Dominorum principum poteſtas quam decet acrimoniam ſeueri iudicij inflectere*: preme verbum, *decet*, quod indicat principum poteſtatem non importunè, ſed decenter & ſaluâ iuſtitiâ pro ratione dignitatis, ſeuerum ius inflectere, & eius acrimoniam macerare. Syneſ. Caſſiod. Symmach.

Peccatum ilico pœna ſequitur.

Fecerunt filij Leui iuxta ſermonem Moyſi, cecideruntque in illo die fere 23. millia, quomodo 297. non inquiris, cur puniuntur ilico Idololatræ? cur id quis ſciſcitaretur, cum certo certius ſit, ilico pœnam ſequi peccatum? & licet diuinæ iuſtitiæ gladius non immineret, licet nulla delinquenti pœna præſtituta fuiſſet, adhuc tamen à peccato abſtinere deberet, cum peccatum ipſum dura peccantis pœna debeat eſſe, grauiſſimuſque cruciatus: cum in ſacris literis peccatum & iniquitas ſæpe pœnam ſignificet: vt hinc colligeremus, à culpa fere pœnam non abiungi, vt verti in illam videatur Pſalm. 68. Pſal. 68.
D *Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum*, id eſt ſupplicium ſuper ſupplicium pone, pœnæ pœnam adde: in quæ ſcitè Theodoret. *Irrogabis pœnas pro iniquitate meritas, iniquitatem enim pœna intelligit*, quæ pro peccato irrogatur, & B. Chryſoſt in Pſal. 124. *peccatum in ſe continet pœnam, antequam puniatur.* Theod. B. Chryſ.

Impij in mediis choreis, ſolent plurès miſere perire.

Fecerunt filij Leui iuxta ſermonem Moyſi, & ceciderunt in illa die fere viginti tria millia hominum, cur obſeruat quod in illa die? nonne ad 298. manifeſtationem diuinæ vltionis ſatis fuiſſet

dicere viginti tria millia periſſe? nõne eodem die viderat Moyſes populum choreas ducentem, tripudiantem, ſaltantem? nonne eodem die populus oppipare conuiuatus fuerat? merito ergo tempus eiuſdem diei aſſignatur, cum Iſraelitarum internecione, vt diſcerent impij ab impietate recedere, cum medius in choreis, & in conuiuiis, vitam miſerè finiũt. ſic Nicetas in c. 18. Iob in illa verba decipula illius ſuper ſemitam. ſic ait in cat. Græc. *Irruptiones in ſolitudinibus locisque deſertis fieri ſolent, verum impius non in deſerta regione ſed in media via comprehenditur, hoc eſt in ſummo fortunæ ſplendore cogitur ſuſtinere ſubitam conuerſionem, dum ſaltat in mediis choreis, dum oppiparè & delitioſè conuiuatur è vita repente eripitur.*

Iob 18. Nicetas.

Obedientia non diſcutienda, non procraſtinanda, etiam in difficillimis.

299. *Fecerunt filij Leui iuxta ſermonem Moyſi,* quos vbi vidit Moyſes certatim ad ſe currere, ſtatim apparebit (inquit) num eadem inſit animis alacritas ac corporibus, ſumite gladios, cædite noxios, qui vero Deo relicto, falſos ſibi fecerant, non amicis, non cognatis, non fratribus parcite. quid quæſo difficilius imperari poteſt fratri, quam vt fratrem occidat? amico vt non parcat amico? an Leuitæ exequi mandatum Moyſi diſtulerunt, conſulendi gratiã, vtrum iuſſa illius adimplere deberent? nequaquam ſane, ſed ilico ait Philo lib 3 de vita Moyſis, *Et vix ſermonem compleuerat Moyſes, cum illi exaſperati & infenſi ſceleri, iam inde à principio ruentes in cædem plurimos interemerunt, etiam coniunctiſſimos:* perpende, *vix ſermonem compleuerat Moyſes &c.* vt inde diſcas obedientiam tibi iniunctam etiam in difficillimis procraſtinandam non eſſe, ſed illico executioni mandandam. quod autem non diſcutienda, id habet Ioann. Carpat. Epiſcop. in capitibus hortatoriis numer. 82. *Obedientia eſt perſuaſio, qua non diſcernendo abſque triſtitia, & ratiocinatione iuſſorum impletur officium.*

Philo. Ioann. Carpat.

Cum omnes ratione communis commiſſi delicti vnum efficiuntur corpus, ita etiam omnes quaſi vnus eſſent, puniuntur.

300. *Fecerunt filij Leui iuxta ſermonẽ Moyſi, & ceciderunt in illa die ferme viginti tria millia hominum,* non eſt dubium, quod diuinæ miſericordiæ tribuendum, quod adeo numerus exiguus interfectorum fuerit in tanta delinquentium multitudine, quamuis Leuitæ de porta in portam per medium caſtrorum mediis gladiis diſcurrentes armati, quoſlibet ſine diſcrimine obuios occiderint: cur in omnes, etiam in conſanguineos fratres, amicos, nulla habita perſonarum acceptione & diſcrimino, animaduertunt? quia cum omnes ratione communis commiſſi cenſentur vnum corpus, ita etiam omnes quaſi membra illius indiſcriminatim puniuntur: ſic obſeruat D. Greg. Niſſen. in l. de vita Moyſ. Armauit Leuitas, non in alienigenas, ſed in ſuos ardenter Moyſes, qui ab altera extremitate caſtrorum ad alteram confuſe, vt quiſque obuiam fieret, omnes interfecerunt: ita cum pariter quicumque mucroni incideret occideretur, nemo interficientium quis amicus, aut quis inimicus diſcernebat, quis domeſticus, quis affinis, quis cognatus, aut alienus, nemo proſpiciebat, ſed vnicus atque par aduerſus omnes, in quos inciderant erat impetus: vnde diſcimus idcirco abſque diſpoſitione punitos fuiſſe, quoniam omnes ad malum conſpirantes, ratione vitij quaſi vnus effecti ſunt: & veluti enim quiſpiã vnum hominem peccatis commotus ſuis cædit vehementer, non hoc aut illud ſuum affligit membrum, ſed quo flagellum commode poteſt inferri, illud verberat. bene enim nouit quamcumque partem percuſſerit, ad totum corpus inde ſenſum doloris tranſiturum, ſicque ſine diſpoſitione tunc adhibebatur punitio, omnes qui conſpiratione vitij, quaſi erant in vnum corpus conflati, mirum in modum caſtigabat, quare ſi nonnunquam peccatis hominum iram Dei excitatam, non in omnes, ſed in aliquos ferri videmos, diuinæ clementiæ magnitudinem admirari debemus, qua fit, vt non omnes ſicuti merentur percutiantur, omnes flagellis caſtigentur.

Greg. Niſſ.

Non vnum aut alterum vitium nobis dominans, ſed omnia omnino reſcindenda.

Fecerunt ſibi filij Leui iuxta ſermonem Moyſi, nempe diſcurrentes per medium caſtrorum de porta in portam obuios quoque fratres, propinquos, & amicos interfecerunt. ſane ille Leuita verus vltor & vindex eſt, qui carnem interimit vt ſeruet ſpiritum, qualis erat Apoſtolos qui dicebat 1. Corinth. 9. caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, quid autem tam proximum quam caro animæ? quid tam proximum quam ſunt paſſiones corporis? eas in ſe Leuita bonus interimit ſpirituali gladio, qui eſt verbum Dei bis acutum & validum. verum cur neceſſe eſt vt de porta in portam diſcurrat, vt huiuſmodi gladio interficiat amicum & proximum? acutè Greg. Magn. 3. par. paſt. c 26. *De porta in portam ire, eſt à vitio vſque ad vitium, per quod mors ad mentem ingreditur increpando diſcurrere:* non enim vnum aut alterum vitium nobis dominans, ſed omnia omnino reſcindenda. 301.

1. Cor. 9. S. Greg. Magn.

Ex fornicatione ilico mortis periculum.

Fecerunt filij Leui iuxta ſermonem Moyſi, & ceciderunt in illa die fermè viginti tria millia hominum, an ſolum propter Idololatriam tot hominum ſtrages? an propter cultum aureo vitulo exhibitum tot hominum millia miſere gladiis pereunt? nequaquam, ſed etiam propter fornicationem, cui pluties mortis & vltionis diuinæ imminet periculum. ita ſentit D. Ephr. in ſerm. cuius titulus eſt, attende tibi ipſi, cap. 9. *Fuge fornicationem, vis noſſe quam grauis atque periculoſa eſt fornicatio. quos enim occidere nequiuerunt in eremo ſerpentum morſus, hos Madianitarum fornicatio proſtrauit, & per fornicationem etiam idolorum victimam comedere non recuſarunt: vnde ex populo ceciderunt vno die viginti tria millia;* in margine eſt alias triginta tria millia hominum, quæ Gerardus Voſſius 302.

S. Ephr. Gerardus Voſſius.

Scholiaſtes S. Ephrem, annotans fatetur in ali- quibus exemplaribus triginta tria millium haberi, ſed ad concordiam recurre.

Abſtinentia præcedit eximia opera facienda.

503. *Fecerunt filij Leui iuxta ſermonem Moyſi*, ſe gladiis aduerſus fratres & amicos armarunt, & cum eſſent pauci, ſi cum aliis vndecim tribubus conferantur, tamen tanti zeli & audaciæ fuerunt, vt in tot millia hominum irruere non timuerint? ſane eximium opus, quod Moyſi propter Deum eſt tribuendum. ſic enim dixit, quis eſt Domini iungatur mihi, deinde imperat Leuitis, vt gladiis armati, obuios quoſue de porta in portam caſtrorum interficiant: quomodo id moliri auſus eſt Moyſes ſolus cum Ioſue de monte deſcendens? nonne quadraginta dierum totidemque noctium ieiunus in monte manſerat? ne mireris ergo quo modo ita difficile eximium tamen, & omni laude dignum opus perpetrauerit, abſtinentia enim & ieiunium etiam ferè impoſſibilia in Dei honorem moliri poteſt, mens eſt ſancti Cypriani tract. de ieiunio. *Moyſes in monte quadraginta diebus cum Domino perſeuerans, & Dei familiare colloquium, & legis miniſterium ieiunio promeretur, quotquot viros virtutum vidimus ſine ieiunio non legimus aſcendiſſe nec aliquid magnum moliti ſunt niſi prius abſtinentia præceſſiſſet*, deinde ſubiungit, *rarus hodie Moyſes, qui ſacrilegos occidat.*

S. Cyprian.

Licet in malum procliues, non cogimur tamen malum operari.

504. *Fecerunt filij Leui iuxta ſermonem Moyſi, cecideruntque in illa die viginti tria millia hominum*, mortem non mereri videntur, nam licet in Idololatriam lapſi, hoc eis in culpam tribui non debet, nam tecum ô Moyſes Deus loquens dixit populum eſſe duræ ceruicis, & Aaron quod pronus eſſet in malum: ſi ergo propenſio eſt naturalis, naturalibus autem nec meremur nec demeremur, cur in pœnam peccati, quod liberum non videtur, tot hominum millia interficiuntur? licet in malum procliues tamen hanc peruerſam propenſionem rectificare & ratione & Deo auxiliante, potuerunt, ſicq; ea deuicta libere & bene operari: hoc habet Philipp. Solitarius in dioptra ſiue regula rei Chriſtianæ l. 4. c. 6. qui cuidam ſciſcitanti, improbos & conſceleratos an ab improba & ſtolida mente tales eſſe aſſeremus, nec in his prouidentiæ iudicium nec elementorum miſtionem accuſabimus, num igitur hi qui ad deteriora feruntur peiora melioribus mutare poſſunt? reſpondet, *Poſſunt & mutant, verum ſi mens ſecundum rationem iudicet, ſecum agitando ferventerque cupiendo meliora, & omnia demum in quibus natura verſatur optime: ſi mens & illa alia iudicauerit, adiuuante deſuper diuino auxilio, deteriora in meliora & facillimè conuertentur &c.*

Phillip. Solitarius.

Chriſtum Dominum occidiſſe, peccatum fuit omnium maximum.

505. *Fecerunt filij Leui iuxta ſermonem Moyſi, & ceciderunt in illa die quaſi viginti tria millia hominum*, quid adeo exiguus numerus occiditur propter ita nefandum ſcelus idololatriæ? nonne omnes nullo dempto gladio miſere perire deberēt? deteſtanda prorſus fuit illius populi ſcortatio cum Madianitarum filiabus, & tamen vt habetur num. 25. ſolum occiſa fuere viginti tria millia virorum; grauiſſimum crimen fuit illa communis detractiu populi contra Moyſen & Aaron, vt habetur num. 14. tamen propter hoc immane ſcelus murmurationis & ſummæ ingratitudinis, non amplius quam per quadraginta annos, diuinæ ſeueritatis in eos vindicta deſæuiet: ecce grauiſſima delicta quæ obiicere poſſunt Iudæi propter quæ à Deo grauiter cæſi ſunt: ſed nunne poſt mortem Chriſti Domini, de populo veſtro decies centena millia gladiis exercitus Titi & Veſpaſiani ceciderunt? nonne vndecies centena millia in captiuitatem ducta? nonne ab hoc tempore quotquot à deuorante gladio reſidui, omnium gentium pedibus vt infames conteruntur, & in miſeram ducuntur captiuitatem? quomodo ergo pro grauiſſimis ſceleribus, nempe murmuratione, fornicatione, & Idololatria, adeo leues ſuſtinuere pœnas, poſt mortem Chriſti Domini ab eis illatam adeo graues & quę vix exprimi poſſunt, dederunt? niſi quod inde colligere debent mortem Chriſti Domini, inter omnia ſcelera quæ commiſſa fuere, immaniſſimum & ſceleſtiſſimum crimen & ideo tanquam verum Meſſiam admittere debere & non alium expectare: hæc habet B. Petrus Damian. in dialogo inter Iudæum & Chriſtian. ſiue in Opuſc. 4. Age reſponde mihi, quod quamuis peccatum patres veſtri perpetraſſe noſcuntur, vnde Dei iram magis accenderent, & eius in ſe vindictam acrius prouocarent? murmurationem, Idololatriam, fornicationem, nam & ego hoc tecum ſentio, & hæc tria illa delicta iam nobiliora fuiſſe contendo: verumtamen hæc omnia apud miſericordē Dei iuſtitiam, non irreuocabilem pertulere vindictam, nam propter murmurationis immane delictum, non amplius quam per quadraginta annos, diuinæ ſeueritatis in eos ſæuit vindicta: pro fornicatione quā cum Madianitarum filiabus exercuerunt, non pluſquam viginti tria hominum millia ceciderunt, pro vitulo etiam quem adorauerunt iuxta mōtem Sinaj non amplius quam viginti tria millia nouimus fuiſſe gladiis interempta: quid ergo eſt, quod tam breuem vindictam de peccatis patrum veſtrorum Deus recepiſſe legitur. veſtra autem hæc ſeruitus, & per totum mundum diſperſio, iam per tot ſæcula protelatur? lege etiam Ioſephum tuum, ibi reperies pro vindicta mortis Chriſti, quam cum Veſpaſiano Titus exercuit, de populo Iudæorum decies centena millia gladiis corruiſſe, & vndecies centena millia ducta fuiſſe captiua: & poſt hæc quicumque eſtis gladio deuorante reſidui, omnium gentium pedibus videmini ſeruitute ſubſtrati; nempe patres veſtri, quicumque in captiuitate ducti ſunt in ipſo quoque exilio poſiti nunquam fuerunt Prophetarum conſortio penitus deſtituti, videlicet vt pro peccatis eorum iugiter intercederent, & legem Domini ſemper eis ad memoriā reuocarent; magnūque

S. Petrus Damian.

eis præſentium calamitatum ſolamen afferrét, A dum ſibi certum futuræ reuerſionis ad patriam articulum nunciarent, ſicut per Zachariam dicitur Angelus Domini dixit, Domine exercituum vſquequo non miſereberis Hieruſalem, & vrbium Iuda, quibus iratus es? iſte Septuageſimus annus eſt, & reſpondit Dominus Angelo qui loquebatur in me verba bona, verba conſolatoria: & per Hieremiam: ſeruient inquit, omnes gentes iſtæ Regi Babylonis ſeptuaginta annis: cumque impleti fuerint anni ſeptuaginta, viſitabo ſuper Regem Babylonis, & reliqua; patet igitur, quia patres veſtri licet plerumque fuerint diuina vltione percuſſi, refonebantur tamen aliquando impenſis conſolationibus recreati, vos autem à paſſione Chriſti vſque hodie in tam longiſſimis calamitatibus poſiti, Prophetam inter vos alicubi terrarum non cernitis, ſed & futuræ proſperitatis nuncium diuinitus, vobis miſſum penitus non auditis, quæ eſt ergo tam veſtra inſanabilis culpa? vnde vobis tam irremediabilis pœna? vnde inquam, niſi quia Chriſtum Dei filium occidiſtis, & poſt peractum facinus ad fontem vitæ recurrere noluiſtis: hoc enim profundiſſimum veſtræ iniquitatis barathrum, omnium flagitiorum tranſcendit motum, omnium ſuperat immanitatem criminum.

VARIET. LECT. Verſ. 29.

V*ulg.* Et ait Moyſes, conſecraſtis manus B veſtras hodie Domino, vnuſquiſque in filio & in fratre ſuo, vt detur vobis benedictio.

Sept. Et ait Moyſes impleuiſtis hodie manus veſtras Domino.

Cald. Obtuliſtis hodie oblationes veſtras coram Domino, vnuſquiſque in filio ſuo &c.

Onk. Offerte manibus veſtris oblationem hodie coram Domino, vnuſquiſque pro filio & fratre ſuo, vt dentur vobis benedictiones.

Pag. Conſecraſtis manum veſtram hodie Domino, quia vnuſquiſque veſtrum conſecrauit manum ſuam in filium ſuum, & in fratrem ſuum ad dandum ſuper nos hodie benedictionem.

Mont. Implete hodie manum veſtram Domino, quia vir in filium ſuum &c.

Cajet. Conſecrate hodie manus veſtras Iehoua, quia vir in filio & in fratre ſuo.

CONCORDIA.

QVi legunt in imperatiuo, conſecrate manus veſtras, vel implete, ideo eſt quia arbitrantur hæc verba dicta fuiſſe ante occiſionem: ſed Moyſes hîc prius narrauit factum & poſtea rationem illius, continét enim hæc verba rationem diſcurrendi, & occidendi: adhortantis enim ſunt & manifeſtantis, quod occiſio hæc erit tanquam conſecratio manuum ſuarum Deo, hæc Cajet. verum eſt in Hebræo eſſe מלאו ידכם milla redihem implete; tamen recte etiam interpres cum aliis in præterito imperfecto poſuerunt conſecrauiſtis, quia non in- C frequens in ſacris litteris, vnum pro alio poni, tum quod nihil vrget eum rationem dictorum mutemus, vbi legimus conſecraſtis alij implete habent, reddit rationem Abul. quia conſecratio manuum nihil aliud eſt niſi expletio quarumdam cæremoniarum circa manus ſacerdotales, vt conueniens ad faciendum ſacrificia, ſcilicet tingere eas, & quædam alia, cum vero ſic manus completæ erant, dicebantur conſecratæ, quia omnes cæremoniæ requiſitæ ad conſecrationem expletæ erant in eis.

EXPOSITIO.

ET *ait Moyſes*, filiis Leui à cæde reuerſis, *conſecraſtis manus veſtras hodie Domino*, aliqui ſic exponunt manus Deo placitas & eius voluntati obedientes feciſtis eas per actum iuſtitiæ: alij quod filiorum & fratrum veluti oblatione pia, manus conſecrarunt, quod criminum vindicta & vltio quoddam ſacrificij genus videatur, vt Iſaiæ 34. victima Domini in Boſra: vnde Leuit. 24. præcipitur, vt ſuper blaſphemum impoſitis manibus (velut ſuper ſacrificia imponi ſolent) lapidibus interficiant illum: verum adhuc his verbis aliquid aliud D intelligi arbitror, nempe quod hoc facto etiam meruerint manuum conſecrationem, & vt proinde diuino miniſterio forent deſtinandi, *vnuſquiſque in filio & in fratre*, ex quo apparet etiam aliquos ex tribu Leuitica occiſos fuiſſe, & licet forte plures nec fratrem nec filium occidiſſent, tamen extolluntur, quia parati erant occidere ſi occurriſſent, *vt detur vobis benedictio*, nempe qua conſecrati Deo ſitis, & decimarum primitiarumque prouentus percipiatis, alij vt dona gratiæ dentur, augeantur, & multiplicentur.

CONCEPTVS.

Ingenui auſus in obedientibus, etiamſi exitu excidant non tamen præmio.

306. *Conſecraſtis manus veſtras hodie Domino in filio & in fratre*, quo pacto interfeciſſe Leuitae filios & fratres ſuos verum ſit, cum filios & fratres Leuitrum, ſuperiuſque Leuitas omnes Moyſi adhæſiſſe fuerit atteſtatum? in elegans

ſolutio, cum Moyſes ea verba protulit: ponat vir gladium ſuper femur ſuum, ite & redire de porta vſque ad portam, & occidat vnuſquiſque fratrem, & amicum & proximum ſuum, eum animum illis ingeſſit, vt ſi frater, & filius eis obuiam fuiſſent, gladio confoſſi manerent: ad verba ergo Moyſis, non cogitantes Leuitæ, an omnes ex ſua tribu pœnes Moyſen eſſent; eum generoſum mentis ardorem ebiberunt, vt filios & fratres interimere decreuerint: inclytæ audaciæ effectus non ſucceſſit: cæterum Deus, cum eos ſuperius natura facinus fuiſſe conatos, conſpiceret, cum eis quaſi ſtrenuos auſus perſecerint, agit: ideo Moyſes ait: conſecraſtis manus veſtras hodie Domino vnuſquiſque in filio, & in fratre ſuo, non quos interſeciſtis, ſed quos trucidare ardua ſententia ſtatuiſtis, idcirco benedictio vobis impertienda eſt, non minus cumolatè, quam ſi rem eximiam executioni mandaſſetis: qui enim grandia petit, ſi à re cadat, non tamen à rei partæ nomine, nec à ſtatuta remuneratione. in hanc ſententiam veniſſe videtur Cajetan. *Et iuxta hunc ſenſum non reſtat locus quæſtioni, quomodo verificatur, quod Leuitæ interfecerint fratres ſuos cum Leuitæ omnes iunxerint ſe Moyſi, & fuerint interfectores; non enim eſt ſenſus mandati, vt quiſque interficiat fratrem, ſed quod non habeat rationem fraternitatis in occurrentibus viris.* Cajet.

Peccatoribus non condeſcendendum, ſed prout ratio dictat, arguendi & grauiter puniendi.

Conſecraſtis manus veſtras hodie Domino in
507. *filio & in fratre*, eos ſcilicet occidendo, quis ita inhumanus, qui nec fratri condonet? quis pater ita ſæuus in filium, vt eum gladio interficiat? quomodo ergo Moyſes gratias agit Leuitis, quod manus ſuas filiorum & fratrum ſanguine tinxerint? nonne potius cum eis diſſimulandum? nequaquam eis condeſcendendum credidit, imo gratiſſimum Deo præſtitit obſequium, ſeueriſſimam de eis ſumens vltionem. ſic habet Michael Glycas diſput.
Michael Glycas. 1. verum in peccatum lapſis condeſcendendum vel prout ratio poſtulat increpandi ſunt, ait, *In peccatis ſe volutantibus vir ſanctiſſime* (alloquebatur Ioannem Sinaïten Monachum) *vt in ſtupris & in adulteriis protinus condeſcendere non eſſe fas, ſed tales potius iis increpationibus conſectandos, quibus animæ vulnera ſanari conſueuerant Sacra ſcriptura ſatis ſuperque demonſtrauit: & nihilominus idem corporum medici euidenti documento oſtendunt: vides enim illos ſecare aliquando cum neceſſitas ſectionem flagitat, præterea vſtionis & amara medicamenta adhibent, valetudinem ſæpe deſperant, & ægrotis mortem augurantur, vt tandem eos in tuenda ſanitate in poſterum cautiores efficiant, & ita nihil eis ignorantibus inopinum efficiat: &c.* deinde concludit, *Si talis ac tanta diligentia à corporum medicis præſtatur, neque enim vnquam indulgent ægrotis vbi manifeſtum eſt periculum, multo magis morborum ad animam pertinentium medici curam præcipuam ſuſcipiens, & ſecundum leges ſpiritus male habentium diætam &c. moderabuntur?*

Qui impios debite punit, Deo munera gratiſſima offert.

Conſecraſtis manus veſtras hodie Domino, 508.
vnuſquiſque in filio & in fratre Cald. *obtuliſtis hodie oblationes veſtras Domino, vnuſquiſque in filio ſuo*, nullum munus Deo oblatum video, immo humanum ſanguinem effuſum, & non à quibuſlibet, ſed à fratribus, ſed à parentibus: ſi viri ſanguinum non dimidiabunt dies ſuos, ſi viri ſanguinum Deo omnino exoſi, an ſanguinem effuſum tanquam munus gratiſſimum ipſi offerunt? ſic vertit Cald. nec immerito quidem, quia qui ab impiis debitè pœnas exigit, oblationem Deo acceptam offert. ſic habet Oleaſt. in expoſitione lit. *Impleſtis manus veſtras Domino. id eſt tam gratum eſt Domino opus quod feciſtis, ac ſi impletas muneribus manus Deo offerretis.* Oleaſt.

Ita ſanctum, debite impios punire, vt tales ſacerdotum munere fungi videantur.

Conſecraſtis hodie manus veſtras Domino, vnuſ- 509.
quiſque in filio & in fratre, nonne ſacerdotum eſt conſecrari? quid quæſo commune inter humani ſanguinis effuſionem & conſecrationem? imo quid magis diuerſum? quomodo ergo ſi Leuitæ ſanguinem filiorum & fratrum fuderunt, manus ſuas Domino conſecrarunt? rectè quidem, quia ita ſanctum debite impios punire, vt qui id fecerint, ſacerdotum munere ſacro fungi videantur. annuit præfat. Luſit. Luſit.
Conſecraſtis, ac ſi dicat Moyſes, ita Deo hodie miniſtratis occidendo manibus fratres ac coniunctos, ac ſi eſſetis ſacerdotes, quorum manus Dei miniſteriis conſecrantur

Ita grata Deo impiorum punitio, vt qui eos puniant non ſolum conſecrentur, ſed & filij eorum.

Conſecraſtis hodie manus veſtras Domino vnuſ- 510.
quiſque in filio & in fratre, Cajet. qui vir in filio ſuo & in fratre ſuo: ſi ſecundum aliquos nullus frater nec vllus filius Leuitarum occiſus eſt cum omnes filij Leui ad Moyſem congregati fuerint, ad alios idololatras interficiendos: non poterit ſenſus eſſe quod quilibet conſecrauerit manus ſuas occidendo fratrem ſuũ filium: quomodo ergo conſecrantur manus eorum in aliis interficiendis, & quænam à Deo benedictio eis impertietur? ſingularis eſt Cajetani reſponſio, vt velit conſecrare manus ſuas in filio & in fratre, ſit idem ac promereri miniſterium ſacrum, non ſolum ſibi ſed etiam fratribus & filiis, ita vt in filio ſit idem quod pro filio, verba præf. Card. ſubiicio, *Senſus* Card.
eſt, quia vnuſquiſque in filio & in fratre ſuo erit Cajet.
per hanc actionem conſecratus, hoc eſt dicatus Deo, vltra hoc erit actus iſte meritorius ad dandam ſuper vos hodie benedictionem, hoc eſt vt Deus hodie vobis benedicat: duo itaque bona Leuitis promittit ex hac actione, & quod filij & fratres eorum

rum erunt etiam conſecrati Deo, & quod ſuper eos A *omnes dabitur a Deo benedictio.*

Non ſolum peccata corporis, ſed & animi eradicanda.

Conſecraſtis hodie manus veſtras Domino,
311. *vnuſquiſque in filio & in fratre,* vnuſquiſque in ſe gladium mortificationis in ſe & omnes adoratores quos repererat, interfecerat, nunc autem poſt victoriam, non homicidæ fœdum nomen incurrit, ſed glorioſus potius triumphator apparet, vnde nec ſanctuarij meretur excludi liminibus, ſed conſecratus Domino, ſed diuinæ gratiæ benedictionibus augetur: quomodo talem conſecutus eſt miſericordiam? quomodo tantam comparauit ſibi benedictionem, cum ab eo viginti tria millia occiſa ſunt? B quid refert vtrum viginti tria millia aut viginti quatuor interfecta fuerint? verum ſi ſolum viginti duo aut nouemdecim occidiſſet, nonne etiam conſecraretur, & à Deo benediceretur? nequaquam, cur ergo ex illo determinato numero viginti triũ milliũ benedictio diuina promittitur? ſubtiliter ſane ſatisfacit B. Petr. Damian. ſerm. de S. Eleuch. *Quod autem ij qui caſi*
Petrus Damianus. *ſunt viginti tria millia fuiſſe referuntur, numerus trium millium peremptorum triplicem formam indicat peccatorum; omne quippe peccatum aut facto, aut verbo, aut cogitatione committimus: ſed quoniam illic & denarius numerus geminatur, datur intelligi, quia ſicut decalogum præceptorum culpa carnis ſimul & animæ ſeruare contempſimus, ſic etiam vtriuſque vitia virtutum armis atterere & mortificare debemus.*

Grauiter grauiſſimos peccatores caſtiga, & à Deo benedictionem conſequeris.

312. *Conſecraſtis manus veſtras Domino, vnuſquiſque in filio & in fratre,* nullus quantum in ſe eſt, nec filio nec fratri idololatræ pepercit, ideo vnuſquiſque manus ſuas Domino conſecrauit in vltione ſumpta à conſanguineis: at an præter conſecrationem manuum, electionem ad ſacra miniſteria, aliquid aliud à Deo conſequetur? ampliſſimam benedictionem, nonne homicidæ digni ſunt ſupplicio? ita ſane qui indebite alios interficiunt, et qui iubente Deo, nec etiam proprijs filijs peccatoribus parcunt, ſed ſeuere in eos animaduertunt, æternam à Deo benedictionem conſequentur. id habet præf. S. Cardinal. & Epiſcop. Oſtienſ. Opuſ. 57. c. 2. *Caſis 23. millibus hominum, dixit Moyſes conſecraſtis manus veſtras &c. vt detur vobis benedictio, ſicut enim benedictione digni ſunt qui culpas corrigunt, ita nihilominus maledictioni obnoxij ſunt, qui peccatoribus blandiuntur, ſicut per Hierem. 48. dicitur, maledictus qui prohibet gladium ſuum à ſanguine, à ſanguine quippe gla-*
Hierem 48 *dium ſuum prohibet, qui ſe ab inferenda reprobis digna ſententiæ animaduerſione coercet.*

Religioſi propter Deum omnia carnalia relinquentes, videntur eſſe Leuitæ & ſacerdotes myſtici.

Conſecraſtis manus veſtras Domino, vnuſquiſque in filio & in fratre, ecce vt nihili pendentes nec filios nec fratres, ſecundum Dei mandatum de eis vltionem exigunt, S. Proſper apud Lippom. ait, ſed & tales in his diſcipulos noſtri mediatoris oſtendit, quibus ait ipſe, ſi quis venit ad me, & non odio habet patrem, matrem, fratrem, filios, & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus Luc. 14. ergo ſimiles ſunt Leuitis, qui etiam parentes negligunt & ſancto odio proſequuntur propter Deum: verum nonne Leuitæ in ſuorum vltione manus ſuas conſecrarunt tanquam ſacerdotes effecti? vel ſaltem ſacerdotium promerentes? an idem de B iis qui omnia propter Deum deſpiciunt, dicendum? quid ni? eos ergo appella Deo conſecratos, Leuitas, & ſacerdotes myſticos. non alienus ab hoc ſenſu S. Ambroſ. lib. de fuga ſæculi c. 2. exponens illa verba Chriſti Domini, apud Matth. 12. quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? & extendens manum in Diſcipulos; dixit ecce mater mea, & fratres mei. ait: *Hæc eſt vera fuga ſacerdotis, abdicatio domeſticorum, & quædam alienatio chariſſimorum, vt ſuis ſe abneget qui ſeruire Deo geſtit: recte ergo fugaces fugacibus commendauit, æterna legis ſanctio, vt qui hunc mundum obliti ſunt, eos recipiat, qui peccata ſua condemnantes atque opera, obliuionem vitæ ſuperioris exoptant, & ſæculares quæ fuerint abolere deſiderant, fugitans quippe ſuorum, eſt ſacri altaris miniſter, vnde Dominus quaſi princeps ſacerdotum formam Leuitis dans in euangelio ſuo* C *dixit, quæ eſt mater mea & qui fratres mei?* expende illud, *formam in Euangelio dans Leuitis,* ac ſi dicat, Leuitarum ordini & ſacerdotum, Deo viri ſacri, apud Chriſtianos ſuffecti ſunt, eos igitur imitentur.
313. Lippom. Luc. 14. S. Ambroſ. Matth. 12.

Zelus Dei homines ad maximam euehit dignitatem.

Conſecraſtis manus veſtras Domino, vnuſquiſque in filio, & fratre, vt detur vobis benedictio, quænam benedictio? an augmentum in temporalibus? an filiorum multitudo? an in omnibus proſperitas arridens? imo futurum ſacerdotium? an eo maior dignitas? nequaquam; quomodo ergo ad eam ita euehentur? zelo, quem in honore Dei vindicando, oſtenderunt. profero Philonem lib. 3. de vita Moyſ. ſic dicentem. Philo.
D *Tunc Moyſes publicata horum fortitudine honorem eis decreuit conuenientem, facinori præclariſſimo, vt qui in honorem Dei vltro arma ſumpſerant & impios momento debellauerant, præmium acciperent, ipſius cultum & cæremonias.* 314.

Merita propria benedictioni paternæ præferenda.

Conſecraſtis manus veſtras Domino vnuſquiſque in filio & fratre, vt detur vobis benedictio. diximus hanc benedictionem fuiſſe ſacerdotium, quod zelo Dei in tribu ſua obtinuerunt. 315.

Rupertus. ſed cum tantæ auctoritatis & dignitatis ſit, mirum ſane cum Iacob Geneſ. 49. vnicuique filiorum prædixiſſet quid præclarum in vnaquaque tribu futurum eſſet, omnino ſubticuit de ſacerdotio in benedictione Leui, neque enim prædixit ille futurum vt hæc tribus à Deo ſacerdotio donaretur. ſic enim Rupert. lib. 1. in Geneſ. cap. 40. *Hic quæritur cur illud ſacerdotium in benedictionibus ſuis Pater omiſerit, nullamque Leuitici prædicauerit laudem miniſterij, quomodo ergo hoc factum eſt?* dices quia de nouiſſimis temporibus ſe annuntiare profeſſus eſt Iacob, illud autem ſacerdotium ſiue ille Leuiticus ordo ad iſtos nouiſſimos dies ad iſtos fines ſæculorum non pertinet: recte equidem. ſed addere liceat, quia reliqui filij bona conſecuti ſunt propter paternam benedictionem, at tribus Leui non fuit aſcita ad ſacerdotium ex benedictione Iacobi, ſed ex propriis meritis, quæ Deus prætulit benedictioni paternæ.

VARIET. LECT. Verſ. 30.

VVlg. Facto autem altero die locutus eſt Moyſes ad populum, peccaſtis peccatum maximum, aſcendam ad Dominum, ſi quomodo quiuero eum deprecari pro ſcelere veſtro.

Sept. Et factum eſt poſt craſtinum, nunc aſcendam ad Dominum, vt depropitiem pro peccato veſtro.

Cald. Et factum eſt in die ſequenti, & nunc aſcendam coram Domino ſi forte placabo,

Onk. Nunc aſcendam in conſpectu Domini, ſi forte expiationem obtineam pro peccato veſtro.

Pag. Si forte expiem orando pro peccato veſtro.

Oleaſt. Si forte liniam peccatum veſtrum.

Caiet. Fortaſſe faciam condonare peccatum veſtrum.

CONCORDIA.

IN Hebræo eſt ועתה vehata & nunc, ſed hoc minimum eſt, verbum Hebraicum כפר chapar ſignificat linire, bituminare, pice tegere, & cum hæc linitio peccati vel potius condonatio fieri debeat deprecatione, hinc eſt quod prædictum verbum כפר chapar vulgat. recte reddidit per verbum deprecari, ſenſum attendens, quod prius enim erat expreſſit & alterum ſubintellexit.

EXPOSITIO.

FActo autem die altero, Hebraiſmus nempe ſequenti die, à perſecutione idololatrarum *locutus eſt Dominus ad populum*, vt eum ad condignam pœnitentiam amplius prouocaret, & maiorem cordis contritionem perſuaderet, *peccaſtis peccatum maximum*, vt pote maius quam ſint reliqua peccata, quæ in morum peruerſitate contingunt, *aſcendam ad Dominum*, oraturus pro vobis in monte, *ſi quomodo quiuero deprecari*, propitium reddere pro ſcelere veſtro, licet placatum iam antea Dominum legamus, intelligendum eſt ne ſubito tunc totum deleret populum, ſicut comminatus fuerat, incertus tamen Moyſes manſerat, an interuallo temporis ſiue per partes id efficeret, & probos oraturum ſe ſpondet.

CONCEPTVS.

Patrocinia ſanctorum tunc maximè proſunt, cum piis noſtris operibus ſollicitantur.

316. *Peccaſtis peccatum maximum, aſcendam ad Dominum, ſi quomodo quiuero deprecari eum*, Cald. ſi forte placabo Dominum, Onk. ſi forte expiationem obtineam pro peccato veſtro: aſcendit in montem, deprecatus eſt & veniam obtinuit tanti ſceleris, & in terram promiſſam ei iubetur populum ducere; idem Moyſes Numer. 12. videns ſororem ſuam Mariam leprâ percuſſam pro illa orationem fundit, clamauit

Num. 12. Moyſes ad Dominum dicens, ſana eam, & tamen non vult Deus ſtatim illam ſanare, cur oratio Moyſis efficax fuit pro culpa populi ingratiſſimi, & idololatræ, obtinenda, verum pro ſalute ſororis, quæ ſolum contra eum murmurauerat, obtinenda nequaquam? arbitratur Chryſoſt. quod pœnitentia & clamore populi S. Chryſ. adiutus Moyſes, orauerit ad Dominum pro eorum ſalute. verum pro ſalute ſororis exorandæ, nulla eius fuerit adiutus opera, quippe ait hom. 5. cap. 1. Matth. *Habent quidem vim pro vobis, & quidem maximam orationis ſupplicationeſque ſanctorum, ſed tunc profecto cum nos, quoque id ipſum per pœnitentiã poſtulamus, & ad ſtudia meliora confugimus: alioquin ipſe Moyſes qui & fratrem ſuum & ſexcenta millia armatorum ab imminenti Dei liberauit ira, ſororem tamen ſuam nequiuit liberare.* Pro liberandis nobis neceſſum eſt, vt ſanctorum orationes & patrocinia ex noſtra cooperatione etiam ſumant efficaciam.

Sciat peccator quam graue eſt Deum offendere.

317. *Peccaſtis peccatum maximum, aſcendam ad Dominum, ſi quomodo quiuero eum deprecari,* quid eſt, ſi quiuero? quis te quominus Dominum depreceris, impediet? quid præmiſit? peccaſtis peccatum maximum, quaſi diceret tanta peccati veſtri eſt enormitas, vt non ſufficiat oratio mea ad impetrandam veniam nonne in deſperationem populum adduces? videns enim tot cæſa hominum millia, & ſub dubio te loqui vtrum pro illius venia tua admittatur oratio, quam ſalutem ſperare poterit? tamen hæc omnia ei obiicit, vt quam graue ſit Deum offendere, ſciat. *Oſtendenda eſt peccatori* (inquit Oleaſt.) *peccati ſui grauitas, neque facile venia impetranda, vt ſciat quam graue ſit Deum offendere.* Oleaſt. B

Nimia veniæ obtinendæ facilitas, aliquando peccati incentiuum.

318. *Peccaſtis peccatum maximum, aſcendam ad Dominum, ſi quomodo quiuero eum deprecari,* nonne pro peccati illius remiſſione deprecatus es cum tibi in monte manifeſtam fecit eius idololatriam? nonne veniam conceſſit? cur ergo vt dolorem conceptum ex tot millibus hominum cæſis, reprimerent, remiſſionem quam obtinueras proco manifeſtam non feciſti? quia ſi ſciret ita facile demiſſum peccatum, in alia deinceps facile laberetur. annuit præf. Luſitan. Luſitanus. *Placauerat iam vir ſanctus Deum, veniamque precatus obtinuerat, noluit tamen hoc populo indicare, ne incentiuum peccati fieret poſt modum veniæ facilitas.* C

Cum Deus videt ſcelus punitum, illius reatum facilius dimittit.

319. *Peccaſtis peccatum maximum,* & ideo non mirum ſi grauem à vobis exegerim vindictam, *tamen aſcendam ad Dominum ſi quiuero deprecari,* pro ſcelere veſtro deprecatus eſt, veniam obtinuit. quomodo ita facilis eſt condonando omnium ſcelerum grauiſſimo, qui antea populum omnino delere voluerat? nonne Moyſes vltionem de idololatris ſumpſit? en cur Deus peccatum etiam facile dimittit, cum enim iam ſcelus punitum videt, Deus veniam non differt. ſuffragatur B. Greg. Mag. 3. p. paſt cap. 25. D
S.Greg.Ma *Ideo cum Deus citius audiuit agentem pro populo, quia vidit quid ſuper populum acturus eſſet pro Deo.*

Cum magna demiſſione Deum deprecaturi accedamus.

320. *Peccaſtis peccatum maximum, aſcendam ad Dominum ſi quomodo quiuero eum deprecari,* cur alio modo loquendi non vtitur, dicens Dominum deprecabor? cur ſub conditione loquitur ſi quomodo quiuero deprecari? ſub dubio loquitur ex humilitate, quaſi diceret, quis ſum ego vt pro ſcelere adeo graui veniam impetrare mihi pollicear? faciam tamen quod in me

A erit. vnde Caiet. *Non audet Moyſes promittere impetrationem veniæ, nihil ſibi arrogandum in oratione, ſed cum humilitate deprecandum.* Caiet.

Punitio delictorum in aliquibus, cæteros ad meliorem frugem reuocat.

Peccaſtis peccatum maximum, aſcendam ad Dominũ ſi quomodo quiuero eum deprecari, diximus in primo conceptu, ideo efficacem fuiſſe orationem Moyſis, quia media ſua contritione apud Deum ei cooperatus eſt. quomodo populus ita duræ ceruicis & ad malum pronus ad meliorem mentem rediit? nonne viginti tria millia ex ſuis interfecta conſpexit? en cur de peccato doluit & de eo pœnituit' annuit Philo lib. 3. de vita Moyſ. *Eorum cadauera mediis foris iacentia plebs videns, indoluit, ſimulque metuens vltricem iram adhuc feruidam, ſtatim reſipuit.* 321. Philo. B

Cum omnis exercitus graue delictum commiſit, aliqui eorum ferro puniendi, alij, verbis vt reſipiſcant, demulcendi.

Peccaſtis peccatum maximum, aſcendam ad Dominum ſi quomodo quiuero eum deprecari, cur indulgentiam polliceris? cur pro eis te deprecaturum promiſiſti? cur potius non imminentem eis comminaris perniciem? cur quod etiam gladiis ſicut cæteri interficientur, non prædicis, cum omnes eodem crimine coinquinati fuerint? quia prudentis principis & ducis eſt, cum omnis exercitus in graue ſcelus lapſus fuerit, aliquos eorum gladio percutere, alios vero vt reſipiſcant, verbis demulcere. id obſeruauit Titus Imperator, vt habet Egeſippus lib. 5. c. 7. *Satis in vniuerſos vindicatum eſt iunctionis auctoritate, eo quod animaduerſio in ſingulos vſque ad factum procedere debeat, in multitudinem verbotenus illam vſque ad pœnam, iſtam vſque ad correptionem, ſæpe enim bonis exercitibus præliares lapſus futuræ virtutis cauſas dederunt.* Idem obſeruat noſter Epiſcop. Aſtenſis in ſpeculo bellorum loco duodecimo. 322. Egeſipp. C Fratr. paul.

Grauiſſimum crimen præ timore peccatis non reſiſtere.

Peccaſtis peccatum maximum, aſcendam ad Dominum, ſi quomodo quiuero Deum deprecari, pro ſcelere veſtro. Quos alloquitur Moyſes, cum ait peccatum maximum peccaſtis? dices omnes idololatras ſuperſtites, & rectè quidem, ſed noſter Lyran. arbitratur, ſermonem dirigere ad eos qui cum idololatrantibus potuiſſent reſiſtere, vano metu correpti non reſtiterunt, magis de ſuo periculo quam de illo ſacrilegio formidantes. ſic enim ait, hîc quæritur, quomodo dicit Moyſes populo peccaſtis, cum peccatores eſſent iam exterminati? dicendum quod licet illi qui fuerunt principales idololatrantes ex corde ex eis conſentientes fuiſſent occiſi, non quod tamen omnes conſentientes timore, ac etiam illi qui potuiſſent reſiſtere qui non reſtiterunt, quibus tamen peccatum imputatur] qua de cauſa ſcilicet peccatoribus, 323. D N.Lyranus.

oon reſiſtentiam ex timore, peccatum maximum appellauit, Moyſes]an ita graue peccatum peccatis non teſiſtere? ita aquidem graue, vt plurimis peccatis deterius ſit, iuxta illud Apocal·12.timidis, incredulis, & execratis,& homicidis, & formicatoribus, & venficis & idololatris, & omnibus mendacibus pars illorum erit in ſtagno ardenti, & ſulphure, quod eſt mors ſecunda: ex quo loco Orig. hom. 9. in lib. Ind. colligit hoc timidorum genus deterius eſſe aliis peccatoribus cum ante alios nominetur. ſic autem ait. *Vis videre quanti criminis ſit timidus & formidoloſus in Apocalipſi, vbi numerantur hi qui in ſtagnum ignis mittendi ſunt, ibi ante omnes timidi & formidoloſi ponũtur, cum quibus & infideles, & fornicatores, & vinarij deputantur, ſic inter ingentia & nefanda crimina timoris & formidinis crimen ponitur.* Vbi obiter nota, qui in Vulg. dicuntur venafici, in Orig, vinarios appellari, eſt enim vinum quoddam B veneficium, quo homines dementantur. ſimiliter & Tertulian. lib. aduerſus Gnoſticos ait c. 12. *Inter omnes reprobos, imo ante omnes, timidis particula in ſtagno ignis & ſulphuris eſt, &c.*

Tertull.

Vulgus ſæuire ſolet in ſuæ dementiæ diſſentientes.

324. *Peccaſtis peccatum maximum, aſcendam ad Dominum, ſi quomodo qui uero Deum* deprecari, diximus ex Lyrano Moyſen eos alloqui, qui nimio perculſi metu, idololatras nec coercere nec punire auſi ſunt: ſi Moyſes dixerat quis eſt Domini iungatur mihi; quid vobis timendum in illius comitatu? an cum immaniſſimum Pharaonem conuenit, metuebat Aaron eum comitans? timent ſcientes vulgus crudeliter ſæuire ſua dementia diſſentientes Philo lib. 3. de vita Moyſ. *Si quis nihil manufactum nihil creatum, habet pro Deo, ſed vnum rerum Dominum ad me veniat. Itaque alij qui Ægyptiacum typum prætulerunt edictum contempſerunt, alij fortaſſe metu pœnæ non ſunt auſi propius accedere, ſiue Moyſen timentes, ſiue ſeditionem populi, ſolet* A *enim vulgus ſæuire in diſſentientes à ſua dementia.*

Philo.

Vnius iuſti oratio multorum inſtar eſt.

Peccaſtis peccatum maximum, aſcendam ad Dominum, ſi quomodo quiuero eum deprecari, quomodo non dixerunt idololatræ pro tanti ſceleris remiſſione, vnius non ſufficiet oratio? accedant tecum Leuitæ, qui in ſanguine noſtro manus ſuas conſecrauere, Deum tecum deprecaturi, plurium enim oratio Deum citius flectet quam vnius: Moyſi non contradicunt, ſed ſilentio ſuo aonuunt, vt ſolus aſcendat montem Deum deprecaturus, & merito quæuis vnius iuſti oratio, multorum inſtar eſt. quod obſeruat Rikelius in c. 1. lib. 1. Reg. verſ. 8. in illa verba, dixerunt ad Samuelem ne ceſſes pro nobis clamare ad Dominum Deum noſtrum B ait. *Quaſi dicerent, de propriis meritis non præſumimus nec de viribus noſtris confidimus, ſed te eſſe Dei amicum agnoſcimus, & ideo tu ſolus deprecare.* 315.

1.Reg.1 Riicon.

Idololatriæ peccatum, difficile à Deo condonatur.

Peccaſtis peccatum maximum, aſcendam ad Dominum, ſi quomodo quiuero eum deprecari, cum Deus varias in populum & in Pharaonem plagas immitteret, eis ſuccumbens Pharao, deterioraque formidans, rogauit Moyſen vt hæc oratione ſua remoueret, pollicitus eſt ſe coram Deo orationem ſuſurum, tamen ſub dubio dixit, ſi quomodo vt habent Sept. depropitiem eum, vel vt habet Onk. ſi forte ex- C piationem pro eo obtineam. quomodo ergo hic pro populo ſuo, & non pro Pharaone deprecaturus, dubie loquitur de adoptanda venia? quia populus peccato idololatriæ, quod difficile à Deo condonatur offenderant. hinc recte D. Cyp. in epiſt. ad Donatum de exhortatione ad martyrium ait. *Non facile eſt Deum ignoſcere idololatris, Moyſes pro populo rogat nec impetrat.* 316.

S.Cypr.

VARIET. LECT. Verſ. 31.

VVlg. Reuerſuſque ad Dominum ait, obſecro, peccauit populus iſte peccatum maximum, feceruntque ſibi Deos aureos, aut dimitte hanc noxam.

Sept. Reuertit autem Moyſes ad Dominum, & dixit precor Domine, &c. & nunc ſiquidem eis remittis, peccatum eorum remitte.

Cald. Reuerſus eſt Moyſes ad Domini con- D ſpectum, &c. nunc ſi dimittis peccata eorum.

Onk. Aut nunc aut dimitte peccata eorum.

Pag. Et nunc ſi remittis peccata eorum.

Oleaſt. Et nunc ſi Leuas peccatum eorum.

Mont. Et nunc ſi auferes peccatum eorum, *Plures loco verbi obſecro reddunt*, certe, vtique fateor.

CONCORDIA.

LIcet dictio נא pluries ſit interiectio confitentis, tamen aliquando etiam ſignificat obſecrare, deprecari, ſic Vulg. & Sept. precor Domine, Cald. Pagninus.

EXPOSITIO.

Deut.9. **R**Euerſuſque ad Dominum, montem conſcendens vt veniam impetraret, ſed quantum temporis in hac oratione poſuerit, controuerſia eſt, pleriſque incertum hoc ſpatium eſſe contendentibus, nec tamen potuiſſe eſſe quadraginta dierum, alijs arbitrantibus totos 40. dies rurſus cum Domino in monte manſiſſe: hoc ſecundum mihi certum videtur, ex Deut. 9. id enim ipſemet Moyſes teſtatur, iacui (inquit) coram Domino quadraginta diebus ac noctibus, quibus cum ſuppliciter deprecabar ne deleret vos, vt fuerat comminatus: & Deut. 10. ego autem ſteti in monte ſicut prius 40. diebus ac noctibus, exaudiuitque me Dominus etiam hac vice, & te perdere noluit: vbi vides vnum eumdemque aſcendendi finem & in Deuter. recitari impletum, quid oune in Exodo permittebatur, vides item perſpicue ad A diuturnitatem temporis confirmari, quibus Moyſis verbis vim meo iudicio afferunt, qui hos quadraginta dies poſitos in precibus putant ad obtinendas nouas tabulas: clariora enim verba ſunt, quam vt aliò torqueri poſſint, reſque ipſa docet prius oportuiſſe veniam & vitam obtinere, quam tabulas quæ poſtea ins pari orandi ſtudio & ieiunio diuturnitate obtentæ ſunt, vt habetur infra cap. 34.

Obſecro, cum omni demiſſione & affectu paterno, *peccauit hic populus peccatum magnum*, idololatriæ & infidelitatis, *fecerunt enim ſibi* B *Deos aureos*, cur in plurali dicti ſint Dei aurei, quamuis vnicus eſſet vitulus aureus, ſuperius diximus, aut *dimitte eis hanc noxam*, non ſolum quantum ad culpam, ſed etiam quantum ad pœnam, tanto peccato debitam.

CONCEPTVS.

In tribunali diuino poſt peccatorum confeſſionem, abſolutio & corona.

327. *Peccauit populus iſte peccatum maximum, fecerunt ſibi Deos aureos*, quid à Deo intendis conſequi? veniam pro populo: nonne ais peccaſſe peccatum maximum, deoſque aureos ſibi feciſſe? ergo morte puniendus? reus enim in tribunali forenſi, ſuum confitens peccatum, meritas luit pœnas: ſane apud homines, ſed apud Deum iudicem, qui ſui accuſator eſt, & ſua fatetur delicta, non condemnationem, non vindictam, ſed abſolutionem, ſed coronam obtinet. ſic Chryſoſt. hom. 3. de verbis Iſai. 1. vidi Dominum. *Et cur ſic (inquit) incæpit Moyſes à confeſſione peccati? quia in mundanis ac forenſibus iudiciis poſt accuſationem ac hominum confeſſionem, ſequitur mors: cæterum apud Diuinum tribunal poſt accuſationem & confeſſionem criminum, datur corona, vnde & Salomon dicit, ne iuſtificaueris te ipſum in conſpectu Domini, ſic & alibi dic tu prior peccata tua, vt iuſtificeris.*

S. Chryſ. — Eccleſ.7.

Quo maior culpa, eo ſunt maiora ſuffragia quærenda.

328. *Peccauit populus iſte peccatum maximum, fecerunt ſibi Deos aureos.* Cur tu ô Moyſes quem tanto contemptui habuere, in tot beneficia à te accepta ingrati, qui te abſente ſubſtituere in locum tuum, Deos falſos, voluerunt, cur ergo pro eis deprecaris? alius intercedat ad Deum accedat: nonne peccatum populi grauiſſimum? nonne Moyſes ſanctiſſimus? merito ergo ille & non alius, Deum deprecaturus montem aſcendit, quia quo maior culpa eſt, eo ſunt maiora quærenda ſuffragia. teſtatur D. Ambroſ. lib. 1. de pœnit. cap. 8. *Scriptum eſt ſi peccauerit homo in hominem orabunt pro eo ad Dominum: ſi autem in Dominum peccauerit homo; quis orabit pro eo? hoc eſt ſingularis vitæ aliquis, quia quo maior culpa, eo maiora ſunt quærenda ſuffragia.*

S. Ambroſ.

Oratio pro pluribus, Deo accepta.

C

329. *Peccauit populus iſte peccatum maximum, fecerunt ſibi Deos aureos, aut dimitte eis hanc noxam*, quid ais Moyſes? quid? non metuis Deum offendere, dum exoras miſericordiam pro populo diuinitati iniurio? non pro vno ſane, ſed pro omnibus exorat. & inde non timet Deum offendere quod ſciat multitudini propitium fore. huc ſpectat Ambroſ. c. 8. de pœnit. *Omnium memor ſui, immemor offendere non timebat ipſe, vt plebem ab offenſionis periculo erueret.* Nemini nociua apud Deum eſſe poteſt defenſio multitudinis, quando ipſe Deus ſic ad parcendum multitudini protendit. S. Ambroſ.

Non minuendum peccatum in confeſſione, ſi eius remiſſionem conſequi volueris.

D

330. *Peccauit populus iſte peccatum maximum, fecerunt Deos aureos.* cur criminis veniam poſtulans, crimen auget? nonne ſatis erat dixiſſe, peccauit populus iſte, cur addit peccatum maximum? an non culpæ grauioris recenſio ac commemoratio, magis iuſtitiam Dei excitare poterat? & cur exprimit quod fecerunt Deos aureos? nonne potuiſti referre ſecundum id quod tibi dixerat Aaron, dederunt aurum ei, illud proiecit in ignem, & egreſſus eſt vitulus, ſic enim minueret criminis grauitatē? non extenuat populi crimen Moyſes, non minuit, ſed potius eius magnitudinem fatetur, vt ita Deum facilius placaret, & veniam

criminis confeſſionis integritatem obtineret, nam ſpontanea, integra & humili confeſſione placatur Deus, ſicut è contra qui confitendo diuinæ clementiæ ſinu excipi negligit tacẽdo, diuinæ iuſtitiæ plagam ſentiet. [S. Chryſ.] ſcite B. Chryſoſt. in Pſal 107. *Sic fit (inquit) vt qui confitendo bonum ſentire noluerit, iuſtum ſentiat reticendo.*

A Deo ipſo miſericordiam facere & indulgere diſcimus.

331. *Peccauit populus iſte peccatum maximum, fecerunt ſibi Deos aureos, aut dimitte eis hanc noxam,* nimia ſane erga populũ indulgentia, ô Moyſes, cum à Deo tuo quadam vi miſericordiam velis conſequi. ſcis enim te de libro vitæ non delendum, & tamen eum vrges, vel aut te de libro deleat, vel populo condonet ingratiſſimo. vnde tanta in populum tibi iniurium benignitas? cur erga populũ impium compaſſione duceris? verum recole quid antea Moyſi Deus dixerit, dimitte me vt iraſcatur furor meus cõtra eos. quæ verba ponderans Tertul. [Tertull.] aduerſus Marc. ait. *Sufficit ſi & Moyſi propterea donatus eſt populus ad præſens, quod vt famulus poſtulare poſſet à Domino, id Dominus à ſe poſtulauit, ad hoc enim famulo dixit, ſine me vt diſperdam illos, vt illemet poſtulando, & ſemetipſum offerendo, non fineret;* en vt Deus ipſum Moyſem edocebat miſericordiam conſulens, vt ſe detineret, ne aduerſus populum iraſceretur, ſicque optimus diſcipulus tanti pædagogi Moyſes, miſericordiam populo licet immerito, omni contendit molimine.

Longe Chriſtus Dominus in miſericordia & charitate erga populum, excedit Moyſen.

332. *Peccauit populus iſte peccatum maximum, fecerunt ſibi Deos aureos, aut dimitte eis hanc noxam,* hæreticum Marcionem ſic permouit pulchrum hoc ac nobiliſſimum Moyſis ingenium, vt inſano ac cæco impetu eius lenitatem diuinæ iræ anteponeret: & malum quemdam Deum confingeret in populum excandeſcentem, quo Moyſes illum leniens & placatum efficiens, melior omnino fuerit: ſed huic hæretici inſaniæ, noſtro inſtituto opportune occurrit præfat. Tertulian. docens Moyſem Chriſti vmbram atque figuram fuiſſe, à patre æterno hominibus veniam exorantis, cum enim dixiſſet, vnde meliorem ſoletis Moyſen affirmare, Deo ſuo deprecatorem, imo & prohibitorem iræ? non facies enim, inquit, iſtud, aut & vna cum eis me impende, ſubiungit, miſerandi vos quoque cum populo qui Chriſtum non agnoſcitis in perſona Moyſis figuratam Patris deprecatorem & oblatorem animæ ſuæ pro populi ſalute:] verum obſeruemus quæſo quanto opportunius ipſe Chriſtus Dominus quam Moyſes, & deprecari & Deum iratum lenire nouerit: ſane Moyſes maxime induſtrius & flagrans charitate, at cum Deum hic demulcere ſtudet, enormitatem ſimul peccati populi exaggerat, peccauit iſte populus peccatum maximum, quod ad impetrandam veniam & irati animum placandum, omnino non iuuare videtur: ſed quid Chriſtus Dominus? an ſic augere peccatum Iudæorum voluit, vt Deum patrem æternum placaret? imo perfidorum crimen de ſe inexcuſabile, & omnium atrociſſimum, omni ratione, omni arte attenuare & imminuere curabat. ſic patrem orans, Pater dimitte illis non enim ſciunt quid faciunt Luc. 23. [Luc. 23.] ad quæ verba Vener. Arnold. tract. de ſeptem verbis Domini. [Arnold.] *Quid eſt (inquit) Domine, quod dicis? non accuſas, non quæris vindictam, potius excuſas, & coniurationis illius ſpiſſamentum attenuas, & hereditarium onus ab impiis transferens, crimen malitiæ non apponis; quod ideo dimittendum cenſes, quia admiſſum ignoranter ipſe teſtaris vbi illud eſt, quod dixeras Patri, ſi non veniſſem & locutus eis fuiſſem, peccatum non haberent? nunc enim & viderunt, & oderunt, & me, & Patrem meum.* vnde poſt nonnulla, *nec tamen tanti criminis molem mediatoris auctoritas climaret, obſtinatia illius infidelitatis excuſabilis erat,* ergo ingens & inexcuſabile peccatum optimus mediator, quo poterat colore & modo attenuabat, & ferreum facinus velut inducta excuſationis lima, vnica quaſi ſupererat via, elimabat, ignorationi potius quam malitiæ adſcribens, quod neutiquam fecit Moyſes.

In diuinæ prædeſtinationis libro nec litteratura aliqua nec error.

333. *Peccauit populus peccatum maximum, fecerunt ſibi Deos aureos, aut dimitte eis hanc noxam,* imo non debet dimittere, cum ex tui confeſſione, peccatum maximum peccauerit, Deos aureos fecerit, qui autem idola veneratur, miſere debet perire: ſed ô Moyſes ſi Deus non remiſerit, quid tibi agendum? quid obiicies, vt eum ad condonandum inducas? ſi non facis dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti. quæ quidem vt bene notat Auguſt. [S. Auguſt.] quæſt. 147. in Exod. non diceret, niſi ex fiducia quam de Deo pridem conceptam habebat, ſibi fuiſſet omnino perſuaſum, ò Dei libro minime fuiſſe ipſum delendum: ſecurus quidem hoc dixit inquit Auguſtin. à conſequentibus ratiocinatio concludatur, ideſt, vt quia Deus Moyſem non deleret de libro, ſuo populo peccatum remitteret.] Sed quæ fuerit huius confidentiæ ratio? cur ſecurus id Moyſes diceret quaſi à Deo de libro ſuo non eſt delendus? nimirum tam egregio ingenuoque animi ſenſu de Dei libro exiſtimans, vt lituram aliquam in illum poſſe cadere minime ſibi perſuaderet: ac ſi ſecum hoc mente peruolueret, noui Dei librum nullis litteraturis ſiue erratis eſſe obnoxium, ab illo ergo non delebor, quid igitur reſtat? niſi vt Dominus parcat populo ſuo. ſane eam Dei libri ſiue diuinarum tabularũ naturam eſſe fatemur, vt in ipſas litura ſiue interitus non cadat. ſic affirmabat Greg. Niſſ. [S. Greg. Nyſſen.] aduerſus eos qui differunt baptiſma, Oues ad ſignaculum & ſignum crucis quod malis opem fert, & remedium

feſtinare, date mihi nomina, vt ego ea imprimam libris ſenſilibus, & ſcribam atramento Deus autem ea ſignat in tabulis, in quas non cadit interitus, ſcribens proprio digito, vt olim legem Hebræis.] Expreſſius Philipp. Abbas ſuper Cant. in illa verba, cenni eum nec dimittam, ſic enim ait, *Non noſtro more Deus ſtilum vertit, aut aſemel exaratas tanquam ductus pœnitentia non euertit, quem adſcriptum diuinis ciuibus ſaluare ſuâ gratiâ iam decreuit, non abraſit poſtmodum, & de libro viuentium non deleuit.* (Philippus Abbas.)

Erga iratos prudentia vtere, vt eos demulceas.

334. *Peccauit populus peccatum maximum, feceruntſibi Deos aureos,* Deum aduerſus idololatras non dubitas irâ commotum, nonne vt aiunt in ignem oleum inijcis? motiuum enim ſuæ iracundiæ ei obijcis, nempe populi ſui ingratitudinem, & infidelitatem. Nonne prudentius ageres, ſi ſolum veniam pro eo poſtulares, nulla illius peccati mentione facta? ſed quæſo nonne certiſſimum, quod ſi quempiam iratum videremus, eique diceremus, ſine vlla ratione commoueri in maiorem fertur iracundiam? Quo poſito ſic rectè Oleaſt. *Vſus eſt ſumma prudentia Moyſes, cum enim hominem iratum videris non ei dicas, illam ſine cauſa iratum, ſed paramper eius iræ indulge, & eum maxima ratione iratum prædica, quoniam ſic eum facillimè placabis, quod nequaquam perficies ſi ei obſiſtere velis.* (Oleaſter.)

Oratio peccatorum remiſſionem poſtulans, & ſpiritualia, Deo gratiſſima.

335. *Peccauit populus peccatum maximum, feceruntque ſibi Deos,* In hac oratione quâ Deo culpam populi enuncias, quid à Deo poſtulas? vt dimittat eis hanc noxam, an iniuſſa hæc Deo oratio? imo ita accepta, vt ab omnibus propter eam prædicetur tanquam vir eximiæ charitatis, & cupidus ſuorum ſalutis, non enim ſuum, imo nec commodum temporale populi, ſed peccati illius veniam expoſcit: ex quo ſic erudite Saluian. lib. de Prouid. *Domine non proſperitatem vitæ iſtius petimus, nec pro bonis præſentibus ſupplicamus, ſcimus enim aures tuas his obſecrationibus eſſe clauſas, & auditum ad iſtiuſmodi preces non habere, ſed pro his tantum petimus, quæ ſunt futura poſt mortem.* In oratione quæ ſpiritualia ſunt ſpectanda. (Saluian. lib. 1.)

Fauſtiſſima oratio eius, qui de ſuo aliquid adimit vt Deum exoret.

Peccauit populus peccatum maximum, feceruntque ſibi Deos, aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo. B. Ambroſ. lib. 1. de Pœnit. cap 8. ait, Quid talis affectus non impetraret? verum ſi adeo grauis offenſa, vt per antonomaſiam dicatur maxima, ſic enim Tertull. de Spectacul. ſub initio, quid erit ſummum in quo diabolus & pompæ, & Angeli eius cenſeantur, quam idololatria? ex qua omnis immundus, & nequam ſpiritus, vt ita dixerim, quia nec diutius de hoc.] Si ergo delictum quod commiſit populus, fuit grauiſſimum, & omnium ſceleſtiſſimum, quomodo eum pro eius remiſſione deprecatus Moyſes, dicit Ambroſius, quid talis affectus non impetraret? Verum, an ideo dignus hanc veniam impetrare, quia maximus in eo fuit affectus? nequaquam, ſed quia vt proſequitur præf. Doctor, *Se obiecit pro populo:* Non enim poteſt non eſſe fauſtiſſima deprecatio, quæ ſe ſibi aliquid aufert vt Deo ſatisfaciat. 336. (S. Ambroſ. Tertull.)

VARIET. LECT. Verſ. 32.

Vulg. Aut ſi non facis, dele me de libro tuo quem ſcripſiſti.
Cald. Dele me nunc de libro.
Pag. Et ſi non, dele me nunc.
Arnob. in *Pſal.* Dele me de libro tuo, ſi non parcis eis.
Vatab. Dele me precor de libro tuo.
S. Chryſoſt. Siquidem dimittis illis peccatum dimitte, ſin autem, & me dele, &c.

CONCORDIA.

Verum eſt in Hebr. eſſe dictionem נא, quæ redditur nunc, vel precor, quæ licet deficiat in Vulg. hoc nihil eſt. Verbum מחה machah propriè tergere, radere ſignificat, & ex conſequenti delere, nam quod tergitur, aut raditur, deletur.

EXPOSITIO.

Aut ſi non facis, ſi nolis hanc noxam eis dimittere, *dele me de libro quem ſcripſiſti,* Verba ſane intellectu difficilia, de quibus ſic hic loquitur Rupert. eadem charitate, & hic locutus eſt, & ille nempe D. Paulus, ſed paululum in verbis differunt, dum hic anathema eſſe cupit pro fratribus ſuis, ille autem deleri cupit cum ſuis, ille ſua ſeparatione vult ſalutem fratrum redimere, hic ſi non poſſit ſalutem eorum obtinere, concedit ſe cum eis de libro viuentium deleri, vel anathema exiſtere: vtriuſque dicta magni ponderis ſunt, & vires noſtras excedunt, magni enim viri, hactenus vtramque ſententiam humeris ſuis verſauerunt, & rem ſicuti eſt ſatis verbis exprimere non potuerunt: eſt enim hoc pœne (Rupertus.)

ineffabile, nec niſi aliquid de eiuſdem charitatis habitu habentibus, ſaltem ſenſu perceptibile eſt. Quomodo Deo familiaris, qualicumque cauſa vel ratione, hoc animo ſuo admittere poſſit, vt à Deo anathema eſſe, vel de libro eius concedat ſeipſum deleri, & quomodo in iſta conceſſione, non ſolum in nullam incurrat pœnam, aut culpam, ſed etiam gratiam apud Deum mereatur ampliorem.] Tamen quid nobis probabilius videatur aperiamus.

Cardin. Cajet. Cajet. credit hunc librum eſſe ordinationem diuinæ prouidentiæ, circa eos qui in hoc mundo futuri ſunt Principes, & hunc librum Principatus appellat, ſtatutum enim eſt ait, in mente diuina, & in ipſa tanquam in libro diligentiſſimè exaratum, qui & quot, & quales futuri ſunt in hac vita mortali Principes, Duces, ac Reges: quoniam vero dixerat Deus Moyſi dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra populum, & deleam eos, faciam te in gentem magnam. Intellexerat Moyſes eum ſcripſiſſe in libro Principatus, ex hoc quod etiam ſi deſtrueretur populus ille, Deus nihilominus inſtitueret illum Principem ſuper gentem magnam, ideo petijt, quod aut condonet peccatum, aut deleri ipſum de libro Principatus, ſignificans per hoc quod non vult eſſe Princeps alterius gentis, ſi gens ipſa conſumitur.

Hugo Car. Hugo Carenſis in Pſalm. 134. ait, Geminos eſſe libros vitæ, alterum præſentis iuſtitiæ, & gratiæ, de quo Moyſes maluit deleri quam populum perdi; alterum prædeſtinationis, de quo Moſes non optauit deleri, ſciens quod de eo nemo deleri poſſet: duo enim ſunt libri vitæ, alter in quo ſolum ſcribuntur hi quos Deus ad ſempiternam beatitudinem ex decreto infallibilis, & immutabilis prædeſtinationis deſtinauit, & ex hoc nullus ex conſcriptis deletur. Alter in quo ſcribuntur hi qui ſecundum hanc præſentem iuſtitiam, & temporalis gratiæ diſpoſitionem viuunt, tamdiu in eo ſcripti manentes, quamdiu Dei gratiam exercentes, Deo grati viuunt, delentur tamen ſtatim, vt reiecta Dei gratia iuſte viuere deſierunt.

Abulenſ. Abulenſis docet hoc dictum non eſſe intelligendum iuxta nudam ſimplicemque vocis ſignificationem, ſed ſecundum hyperbolicum tropum, quo ardentiſſimum efflagitatæ rei deſiderium exprimere ſolemus, aut, hoc mihi concede, aut moriar, quem quidem tropum

Geneſ. Rachel vſurpauit, cum ad virum ſuum diceret, da mihi liberos, aut moriar: non quod liberos vitæ præferret hoc dixit, ſed vt vehementiſſimum habendæ prolis deſiderium hac pateticæ locutionis figurâ hyperbolice demonſtraret.

S. Auguſt. S. Auguſt. inquit Moyſen ex ingenti quadam diuinæ familiaritatis ſecuritate, tali Deum ratiocinatione interpellaſſe, aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo, ſed non delebis me de libro tuo, in quo me indelebili charactere conſcripſiſti, dimitte ergo eis hanc noxam. Quod argumentationis genus dialecticorum vulgus deducere ſolet ex illa regula, à tota diſiunctiua affirmatione, cum deſtructione vnius partis, ad alteram

A eius partem valet argumentum: veluti ſi dicamus, neceſſe eſt animum, aut eſſe immortalem, aut mortalem, atqui mortalis non eſt, ergo immortalis.

Rupert. Abb. Quamuis dixiſſet non facilè hac ſolui poſſe difficultatem, ſic tamen contendit eam aperire, ita vt his verbis voluerit Moyſes conuincere Deum, vt ignoſceret populo, eumque tali vſum fuiſſe argumento, ſi non dimittis ei noxam hanc dele me de libro tuo, quare? quia ego homo peccator ſum, ſi ergo peccantibus peccata non dimittis, ſed eos deles de libro vitæ, ſolique apud te permanent iuſti ſcripti, conſequens eſt, vt ego etiam peccator deleat de libro tuo. Senſus igitur eſt (inquit) ſi non dimittis eis hanc noxam delebis eos de libro vitæ, conſequens eſt, vt etiam B de libro tuo deleas. Rupert. Abbas.

S. Hieronym. q. 9. ad Algaziam, & ante eum Orig. dicunt optaſſe mortem corporalem ac de libro vitæ deleri, hoc eſt è numero eorum, qui hac vita perfruuntur, nam & horum liber, ac ſeries in diuina mente ſeruatur. S. Cyrill.

Alij alias in explicanda Moſis mente explicationes in medium adducunt, ſed ſolum præcipuas retuli, quæ autem mihi probabiliores videntur, ſubijciam. Hæc vltima *Hieronymi* difficultatem habet, quod hic liber viuentium in hac vita non potuit abſolute liber dici à Deo ſcriptus, neque liber vitæ, cum apud Deum vita hæc non vitæ quidem nomine cenſeatur. Et in Sacra ſcriptura liber vitæ dica- C tur is, in quo conſcripti ij qui ſupernaturaliter viuunt: addo ſatis indicari huiuſmodi librum hic à Moyſe intellectum, cum à Deo ſubditur, qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo, quibus verbis ſatis indicatur à ſolo peccato hanc deletionem naſci. S Chryſoſt. etiam in lib. de Compunct. cordis, & lib. 2. de Proiud. Dei, & hom. 16. in epiſt. ad Rom. reijcit ſententiam eorum, qui Moyſen & Paulum de temporali morte locutos arbitrantur. S. Hiero.

Mihi ſatis arrideret ſententia Cajetani, niſi quod nuſquam legitur de illo libro Principatuum, & quod ille nequaquam liber Dei abſolute nuncupari poteſt. quodque non ſatis incenſam Moyſis erga populum ſuum charitatem exprimit: neque acuratè reſponſioni Domini quadrat, qua profitetur ſe eos qui peccauerint de libro ſuo deleturum, de quo nemo D poteſt, niſi per peccatum deleri.

Sententia Hugonis ſuam etiam patitur difficultatem, quia cum deleri de libro illo vitæ vt explicat, nihil aliud ſit quam per peccatum amittere gratiam, illicitum autem ſit vllo caſu peccatum deſiderare, & per illud à gratia Dei excidere, impium eſſet id de Moyſe aſſerere. Deinde eſto vel Phyſice vel per præciſionem rationis, poſſit eſſe amiſſio gratiæ citra peccatum, quia tamen amittere Dei gratiam, & ab eius amicitia excidere, repugnat charitati in Deum, non videtur quiſpiam licitè, & prudenti vllo caſu id poſſe deſiderare Ruperti etiam explicatio non ſatis conuenient, quia Deus reſpondere potuiſſet Moyſi, licet ſis peccator, non tamen acta peccatorum infidelitatis commiſiſti, & ſic æquum non eſt te de libro meo delere, ſicut populus meretur propter in-

numera peccata à mea excidere amicitia grauiterque puniri.

Reſtat ergo vt ſententiam B. Auguſtini cum qua coincidit explicatio Abul. ſequamur, ita vt cum eo dicamus, hyperbolicam eſſe locutionem, indicem immenſi deſiderij, quæque rigidè vt verba ſonant, accipi non debent, neque ab audiente, neque à dicente accipi ſoleat:
1. Reg. 20. vt cum Ionathæ dicebat Dauid 1. Reg. 20. Si eſt iniquitas aliqua in me, tu me interfice, & ad patrem tuum ne introducas me: aut cum Iacobo Rachel da mihi liberos alioquin moriar. Quaſi dicerent ſatius eſſe ſibi mori quam carere liberis, aut deduci in conſpectum Saulis, cum tamen mors vtrique grauior ſimpliciter futura eſſet. Ita Moyſes mauult deleri de libro vitæ, quam populum ſuum à Domino exterminari, cum tamen ea recta regula, & ot- B
dine charitatis, maluerit populum ſuum non ſolum à vita præſenti, ſed futura etiam excidere, quam ſeipſum. Securus ait Auguſt. Hoc dixit, vt in conſequentibus ratiocinatio concludatur, id eſt, vt quia Deus Moyſen non deleret de libro ſuo, peccatum illud remitteret: ratiocinatio autem Auguſtini talis eſt, vt dixi- mus, aut deleturus es me de libro tuo, aut populo iſti condonaturus, at non delebis de libro tuo, ergo peccatum iſti populo remittes. Supponit autem iſta ratiocinatio Auguſtini certam habuiſſe Moyſem, aut exploratam diuina reuelatione, prædeſtinationem ſuam, idque illa quoque verba confirmant, dele me de libro tuo quem ſcripſiſti, aut quod eodem redit, in quo me ſcripſiſti, ſine enim diuina reuelatione, nemini mortalium id notum eſſe poteſt.

CONCEPTVS.

Perfecti nolunt ſoli diuina munera poſſidere.

337. *Si non facis, dele me de libro quem ſcripſiſti,* Ecce vt Moyſes Deo in gentem ſuam vehementer irato, reſtitit, ne eam omnino deleret ſe ſolo relicto, dimitte illis hanc noxam, aut dele me de libro tuo, quaſi diceret, inquiunt aliqui, ſi omnes trucidandi ſunt, & ego cum illis trucider. Cur hæc Moyſes? equidem tunc poterat ſibi ſperare promiſſiones cunctas Iſraeli factas, nonne optimum illi, ſi potiretur optimis ſolus regnis, ſi ſolus frueretur, & haberet optimas illas regiones? deſine ergo Moy- C ſes cæteros trucidari, cum id mereantur, & decora & optima ſolus habeto: S. Bernard.
S. Bernard. ſerm. 12. in Cant. *Nec Moyſes vult ſolus introduci in gaudium Domini ſui, ſed genti ſuæ firma charitate cohærens, illam ſaluauit ſecum:* Noluit ſolus terram promiſſam ſibi concedi, quin & cæteri ſuæ gentis eiuſdem etiam eſſent participes. Proſequitur mellifluus Doctor, *O vere hominem vnctum vnctione miſericordiæ, loquitur plane parentis affectu, quem nulla poſſet delectare fælicitas, exortibus quos partariuit; ſi diues quiſpiam mulieruła pauperi dicat ingredere tu ad prandium mecum, ſed quem geſtas infantulam relinque foras, quoniam plorat & moleſtus eſt nobis: numquid faciet? nonne magis eliget ieiunare, quam expoſito pignore charo ſola* D *prandere cum diuite. Sic Moyſes noluit ſolus introduci in bona Domini, foris ſcilicet remanente, imo & excluſo populo.*

Bonus Princeps non aliam ſibi quam ſubditorum ſortem æſtimat.

338. *Si non facis, dele me de libro quem ſcripſiſti,* neſcio cur ipſe deleri volebat, quando ſui delebantur: Nonne ſatius eſſet ſuperſtitem viuere? quid enim emolumenti recepturi ſunt ex
S. Hieron. tuæ vitæ iactura? ait D. Hieronym. epiſt. ad Gaudent. *Vult perire cum pereuntibus, nec propria ſalute contentus eſt:* Bonus Princeps nullum bonum æſtimat, quod non habeant ſui, nec ſupra eorum fortunam vult conſtitui, ſed vel in perditionem temporalem vult ire cum illis, magnum in hoc præbens exemplum Principibus, vt à ſe depellant fortunam quam non habent ſubiecti. De Theodorico Theodomiri filio, ait Iordanus Epiſc. in hiſt. de rebus Geticis, *Inter hæc ergo Theodoricus Zenonis imperio ſociatus, dum ipſe in vrbe bonis omnibus frueretur, gentemque ſuam in Illyrico reſidentem non omnino idoneam, aut refertam audiret, elegit potius ſolito more gentis ſuæ labore quærere cibum, quam ipſe otioſe frui regni Romani bonis, & gentem ſuam mediocriter victitare.* Iordanus Epiſcop.

Ieſus etiam cum omnium bonorum iactura emendus.

Si non facis, dele me de libro quem ſcripſiſti, 339.
Chryſ. hom. 16. in epiſt. ad Rom. arbitratur hæc eodem ſpiritu Moyſen dixiſſe, quo poſtea Paulus hæc verba, optabam, & ego ipſe anathema eſſe pro fratribus meis: quod ſane mihi difficillimum videtur, nam idem Apoſt. c. 8. Rom. 8.
dicebat, Certus ſum quia neque mors, neque vita, neque Angelus, neque Principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque altitudo, neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto. Si ergo tot bona, ſiue mala non poterant Paulum ſeparare à Ieſu, & quomodo fieri poteſt, vt amor fratrum illum à Ieſu ſepararet? an eum optat ſeparari à fratribus tantum tribuit fratrum amori, vt pro illis ſuſtinuerit à Ieſu ſeparari? non longe à vero abeſt qui negat in Paulo tam potentem amorem pro fratribus, ſed pro ipſo Ieſu. Quandoquidem qui bene fratres ſuos Iudæos nouerat in Chriſtum murmuratores, in Deum blaphemos, putabat fore vt Iudæi inſurgerent maledictis in Ieſum, & quod ab illo ſe excluſos viderent, propter quod ſic afficiebatur Paulus, vt vel omnium bonorum cœleſtium, & mundalium iacturâ, imo malorum etiam omnium æternorum ſuſtinentiâ emeret, quod Ieſus nullo in caſu à maledicis Iudæis poſſit vilipendi. Ita S. Theodul. in epiſt. ad Rom. ait, S. Theod.
Optabam anathema fieri, id eſt, cuperem à gloria Chriſti ſeparari, vt Dominus meus non vitupera-

ſolutio, cum Moyſes ea verba protulit: ponat vir gladium ſuper femur ſuum, ite & redite de porta vſque ad portam, & occidat vnuſquiſque fratrem, & amicum & proximum ſuum, cum animum illis ingeſſit, vt ſi frater, & filius eis obuiam fuiſſent, gladio confoſſi manerent: ad verba ergo Moyſis, non cogitantes Leuitæ, an omnes ex ſua tribu pœnes Moyſen eſſent; cum generoſum mentis ardorem ebiberunt, vt filios & fratres interimere decreuerint: inclytæ audaciæ effectus non ſucceſſit: cæterum Deus, cum eos ſuperius natura facinus fuiſſe conatos, conſpiceret, cum eis quaſi ſtrenuos auſus perfecerint, agit: ideo Moyſes ait: conſecraſtis manus veſtras hodie Domino vnuſquiſque in filio, & in fratre ſuo, non quos interfeciſtis, ſed quos trucidare ardua ſententia ſtatuiſtis, idcirco benedictio vobis impertienda eſt, non minus cumularè, quam ſi rem eximiam executioni mandaſſetis: qui enim grandia petit, ſi à re cadat, non tamen à rei partæ nomine, nec à ſtatuta remuneratione. in hanc ſententiam veniſſe videtur Cajetan. *Et iuxta hunc ſenſum non reſtat locus quæſtioni, quomodo verificatur, quod Leuitæ interfecerint fratres ſuos cum Leuitæ omnes iunxerint ſe Moyſi, & fuerint interfectores; non enim eſt ſenſus mandati, vt quiſque interficiat fratrem, ſed quod non habeat rationem fraternitatis in occurrentibus viris.*

Cajet.

Peccatoribus non condeſcendendum, ſed prout ratio dictat, arguendi & grauiter puniendi.

307. *Conſecraſtis manus veſtras hodie Domino in filio & in fratre*, eos ſcilicet occidendo, quis ita inhumanus, qui nec fratri condonet? quis pater ita ſæuus in filium, vt eum gladio interficiat? quomodo ergo Moyſes gratias agit Leuitis, quod manus ſuas filiorum & fratrum ſanguine tinxerint? nonne potius cum eis diſſimulandum? nequaquam eis condeſcendendum credidit, imo gratiſſimum Deo præſtitit obſequium, ſeueriſſimam de eis ſumens vltionem. ſic habet Michael Glycas diſput. 5. vtrum in peccatum lapſis condeſcendendum vel prout ratio poſtulat increpandi ſunt, ait, *In peccatis ſe volutantibus vir ſanctiſſime* (alloquebatur Ioannem Sinaïten Monachum) *vt in ſtupris & in adulteriis protinus condeſcendere non eſſe fas, ſed tales potius iis increpationibus conſectandos, quibus animæ vulnera ſanari conſueuerant Sacra ſcriptura ſatis ſuperque demonſtrauit: & nihilominus idem corporum medici euidenti documento oſtendunt: vides enim illos ſecare aliquando cum neceſſitas ſectionem flagitat, præterea vſtionis & amara medicamenta adhibent, valetudinem ſæpe deſperant, & ægrotis mortem augurantur, vt tandem eos in tuenda ſanitate in poſterum cautiores efficiant, & ita nihil eis ignorantibus inopinum efficiat: &c.* deinde concludit, *Si talis ac tanta diligentia à corporum medicis præſtatur, neque enim vnquam indulgent ægrotis vbi manifeſtum eſt periculum, multo magis morborum ad animam pertinentium medici curam præcipuam ſuſcipient, & ſecundum leges ſpiritus male habentium diætam &c. moderabuntur?*

Michael Glycas.

Qui impios debite punit, Deo munera gratiſſima offert.

Conſecraſtis manus veſtras hodie Domino, vnuſquiſque in filio & in fratre Cald. *obtuliſtis hodie oblationes veſtras Domino, vnuſquiſque in filio ſuo*, nullum munus Deo oblatum video, immo humanum ſanguinem effuſum, & non à quibuſlibet, ſed à fratribus, ſed à parentibus: ſi viri ſanguinum non dimidiabunt dies ſuos, ſi viri ſanguinum Deo omnino exoſi, an ſanguinem effuſum tanquam munus gratiſſimum ipſi offerunt? ſic vertit Cald. nec immerito quidem, quia qui ab impiis debitè pœnas exigit, oblationem Deo acceptam offert. ſic habet Oleaſt. in expoſitione lit. *Impleſtis manus veſtras Domino, id eſt tam gratum eſt Domino opus quod feciſtis, ac ſi impletas muneribus manus Deo offerretis.* 308.

Oleaſt.

Ita ſanctum, debite impios punire, vt tales ſacerdotum munere fungi videantur.

Conſecraſtis hodie manus veſtras Domino, vnuſquiſque in filio & in fratre, nonne ſacerdotum eſt conſecrati? quid quæſo commune inter humani ſanguinis effuſionem & conſecrationem? imo quid magis diuerſum? quomodo ergo ſi Leuitæ ſanguinem filiorum & fratrum fuderunt, manus ſuas Domino conſecrarunt? rectè quidem, quia ita ſanctum debite impios punire, vt qui id fecerint, ſacerdotum munere ſacro fungi videantur. annuit præfat. Luſit. *Conſecraſtis, ac ſi dicat Moyſes, ita Deo hodie miniſtratis occidendo manibus fratres ac coniunctos, ac ſi eſſetis ſacerdotes, quorum manus Dei miniſteriis conſecrantur* 309.

Luſit.

Ita grata Deo impiorum punitio, vt qui eos puniant non ſolum conſecrentur, ſed & filij eorum.

Conſecraſtis hodie manus veſtras Domino vnuſquiſque in filio & in fratre, Cajet. qui vit in filio ſuo & in fratre ſuo: ſi ſecundum aliquos nullus frater nec vllus filius Leuitarum occiſus eſt cum omnes filij Leui ad Moyſem congregati fuerint, ad alios idololatras interficiendos: non poterit ſenſus eſſe quod quilibet conſecrauerit manus ſuas occidendo fratrem aut filium: quomodo ergo conſecrantur manus eorum in aliis interficiendis, & quænam à Deo benedictio eis impertietur? ſingularis eſt Cajetani reſponſio, vt velit conſecrare manus ſuas in filio & in fratre, ſit idem ac promereri miniſterium ſacrum, non ſolum ſibi ſed etiam fratribus & filiis, ita vt in filio ſit idem quod pro filio, verba præf. Card. ſubiicio, *Senſus eſt, quia vnuſquiſque in filio & in fratre ſuo erit per hanc actionem conſecratus, hoc eſt dicatus Deo, vltra hoc erit actus iſte meritorius ad dandam ſuper vos hodie benedictionem, hoc eſt vt Deus hodie vobis benedicat: duo itaque bona Leuitis promittit ex hac actione, & quod filij & fratres eorum* 310.

Card. Cajet.

rum erunt etiam conſecrati Deo, & quod ſuper eos omnes dabitur à Deo benedictio.

Non ſolum peccata corporis, ſed & animæ eradicanda.

311. *Conſecraſtis hodie manus veſtras Domino, vnuſquiſque in filio & in fratre*, vnuſquiſque in ſe gladium mortificationis in ſe & omnes adoratores quos repererat, interfecerat, nunc autem poſt victoriam, non homicidæ fœdum nomen incurrit, ſed glorioſus potius triumphator apparet, vnde nec ſanctuarij meretur excludi liminibus, ſed conſecratus Domino, ſed diuinæ gratiæ benedictionibus augetur: quomodo talem conſecutus eſt miſericordiam? quomodo tantam comparauit ſibi benedictionem, cum ab eo viginti tria millia occiſa ſunt? quid refert vtrum viginti tria millia aut viginti quatuor interfecta fuerint? verum ſi ſolum viginti duo aut nouemdecim occidiſſet, nonne etiam conſecraretur, & à Deo benediceretur? nequaquam, cur ergo ex illo determinato numero viginti trium millium benedictio diuina promittitur? ſubtiliter ſane ſatisfacit B. Petr. Damian. ſerm. de S. Eleuch. *Quod autem ij qui caſi ſunt viginti tria millia fuiſſe referuntur, numerus trium millium peremptorum triplicem formam indicat peccatorum, omne quippe peccatum aut facto, aut verbo, aut cogitatione committimus: ſed quoniam illic & denarius numerus geminatur, datur intelligi, quia ſicut decalogum præceptorum culpa carnis ſimul & animæ ſeruare contempſimus, ſic etiam vtriuſque vitia virtutum armis atterere & mortificare debemus.* […]ras Da-[…]anus.

Grauiter grauiſſimos peccatores caſtiga, & à Deo benedictionem conſequeris.

312 *Conſecraſtis manus veſtras Domino, vnuſquiſque in filio & in fratre*, nullus quantum in ſe eſt, nec filio nec fratri idololatræ pepercit, ideo vnuſquiſque manus ſuas Domino conſecrauit in vltione ſumpta à conſanguineis: at an præter conſecrationem manuum, electionem ad ſacra miniſteria, aliquid aliud à Deo conſequetur? ampliſſimam benedictionem, nonne homicidæ digni ſunt ſupplicio? ita ſane qui indebite alios interficiunt, at qui iubente Deo, nec etiam proprijs filijs peccatoribus parcunt, ſed ſeuere in eos animaduertunt, æternam à Deo benedictionem conſequentur. id habet præf. S. Cardinal. & Epiſcop. Oſtienſ. Opuſ. 17. c. 2. *Caſis 23. millibus hominum, dixit Moyſes conſecraſtis manus veſtras &c. vt detur vobis benedictio, ſicut enim benedictione digni ſunt qui culpas corrigunt, ita nihilominus maledictioni obnoxij ſunt, qui peccatoribus blandiuntur, ſicut per Hierem. 48. dicitur, maledictus qui prohibet gladium ſuum à ſanguine, à ſanguine quippe gladium ſuum prohibet, qui ſe ab inferenda reprobis digna ſententiæ animaduerſione coercet.* Hierem 48

Religioſi propter Deum omnia carnalia relinquentes, videntur eſſe Leuitæ & ſacerdotes myſtici.

Conſecraſtis manus veſtras Domino, vnuſquiſque in filio & in fratre, ecce vt nihili pendentes nec filios nec fratres, ſecundum Dei mandatum de eis vltionem exigunt, S. Proſper apud Lippom. ait, ſed & tales in his diſcipulos noſtri mediatoris oſtendit, quibus ait ipſe, ſi quis venit ad me, & non odio habet patrem, matrem, fratrem, filios, & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus Luc. 14. ergo ſimiles ſunt Leuitis, qui etiam parentes negligunt & ſancto odio proſequuntur propter Deum: verum nonne Leuitæ in ſuorum vltione manus ſuas conſecrarunt tanquam ſacerdotes effecti? vel ſaltem ſacerdotium promerentes? an idem de iis qui omnia propter Deum deſpiciunt, dicendum? quid ni? eos ergo appella Deo conſecratos, Leuitas, & ſacerdotes myſticos. non alienus ab hoc ſenſu S. Ambroſ. lib. de fuga ſæculi c. 2. exponens illa verba Chriſti Domini, apud Matth. 12. quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? & extendens manum in Diſcipulos, dixit ecce mater mea, & fratres mei. ait: *Hæc eſt vera fuga ſacerdotis, abdicatio domeſticorum, & quædam alienatio chariſſimorum, vt ſuis ſe abneget qui ſeruire Deo geſtit: recte ergo fugaces fugacibus commendauit, æternæ legis ſanctio, vt qui hunc mundum obliti ſunt, eos recipiat, qui peccata ſua condemnantes atque opera, obliuionem vitæ ſuperioris exoptant, & ſæculares quæ fuerint abolere deſiderant, fugitans quippe ſuorum, eſt ſacri altaris miniſter, vnde Dominus quaſi princeps ſacerdotum formam Leuitis dans in euangelio ſuo dixit, quæ eſt mater mea & qui fratres mei?* expende illud, *formam in Euangelio dans Leuitis*, ac ſi dicat, Leuitarum ordini & ſacerdotum, Deo viri ſacri, apud Chriſtianos ſuffecti ſunt, eos igitur imitentur.

313. Lippom. Luc. 14. S. Ambroſ. Matth 12.

Zelus Dei homines ad maximam euehit dignitatem.

Conſecraſtis manus veſtras Domino, vnuſquiſque in filio, & fratre, vt detur vobis benedictio, quænam benedictio? an augmentum in temporalibus? an filiorum multitudo? an in omnibus proſperitas arridens? imo futurum ſacerdotium? an eo maior dignitas? nequaquam; quomodo ergo ad eam ita euehentur? zelo, quem in honore Dei vindicando, oſtenderunt. profero Philonem lib. 3. de vita Moyſ. ſic dicentem. *Tunc Moyſes publicata horum fortitudine honorem eis decreuit conuenientem, facinori præclariſſimo, vt qui in honorem Dei vltra arma ſumpſerant & impios momento debellauerant, præmium acciperent, ipſius cultum & cæremonias.* 314. Philo.

Merita propria benedictioni paternæ præferenda.

Conſecraſtis manus veſtras Domino vnuſquiſque in filio & fratre, vt detur vobis benedictio. diximus hanc benedictionem fuiſſe ſacerdotium, quod zelo Dei in tribu ſua obtinuerunt. 315.

ſed eum tantæ auctoritatis & dignitatis ſit, mirum ſane eum Iacob Geneſ. 49. vnicuique filiorum prædixiſſet quid præclarum in vnaquaque tribu futurum eſſet, omnino ſubticuit de ſacerdotio in benedictione Leui, neque enim prædixit ille futurum vt hæc tribus à Deo

Rupertus. ſacerdotio donaretur. ſic enim Rupert. lib. 1. in Geneſ. cap. 40. *Hic quæritur cur illud ſacerdotium in benedictionibus ſuis Pater omiſerit, nullamque Leuitici prædicauerit laudem miniſte-* A *rij, quomodo ergo hoc factum eſt?* dices quia de nouiſſimis temporibus ſe annuntiare profeſſus eſt Iacob, illud autem ſacerdotium ſiue ille Leuiticus ordo ad iſtos nouiſſimos dies ad iſtos fines ſæculorum non pertinet: recte equidem. ſed addere liceat, quia reliqui filij bona conſecuti ſunt propter paternam benedictionem, at tribus Leui non fuit aſcita ad ſacerdotium ex benedictione Iacobi, ſed ex proprijs meritis, quæ Deus prætulit benedictioni paternæ.

VARIET. LECT. Verſ. 30.

VVlg. Facto autem altero die locutus eſt Moyſes ad populum, peccaſtis peccatum maximum, aſcendam ad Dominum, ſi quomodo quiuero eum deprecari pro ſcelere veſtro.

Sept. Et factum eſt poſt craſtinum, nunc aſcendam ad Dominum, vt depropitiem pro peccato veſtro.

Cald. Et factum eſt in die ſequenti, & nunc aſcendam coram Domino ſi forte placabo,

B *Onk.* Nunc aſcendam in conſpectu Domini, ſi forte expiationem obtineam pro peccato veſtro.

Pag. Si forte expiem orando pro peccato veſtro.

Oleaſt. Si forte liniam peccatum veſtrum.

Caiet. Fortaſſe faciam condonare peccatum veſtrum.

CONCORDIA.

IN Hebræo eſt ועתה vehata & nunc, ſed hoc minimum eſt, verbum Hebraicum כפר chapar ſignificat linire, bituminare, pice tegere, & cum hæc linitio peccati vel potius condonatio fieri debeat deprecatione, hinc eſt quod prædi- C ctum verbum כפר chapar vulgat. recte reddidit per verbum deprecari, ſenſum attendens, quod prius enim erat expreſſit & alterum ſubintellexit.

EXPOSITIO.

F*Acto autem die altero*, Hebraiſmus nempe ſequenti die, à perſecutione idololatrarum *locutus eſt Dominus ad populum*, vt eum ad condignam pœnitentiam amplius prouocaret, & maiorem cordis contritionem perſuaderet, *peccaſtis peccatum maximum*, vt pote maius quam ſint reliqua peccata, quæ in morum peruerſitate contingunt, *aſcendam ad Dominum*, oraturus pro vobis in monte, *ſi quomodo quiuero deprecari*, propitium reddere pro ſcelere veſtro, licet placatum iam antea Dominum legamus, intelligendum eſt ne ſubito tunc totum deleret populum, ſicut comminatus fuerat, incertus tamen Moyſes manſerat, an interuallo temporis ſiue per partes id efficeret, & proinde oraturum ſe ſpondet.

CONCEPTVS.

Patrocinia ſanctorum tunc maximè proſunt, cum pijs noſtris operibus ſollicitantur.

316. *Peccaſtis peccatum maximum, aſcendam ad Dominum, ſi quomodo quiuero deprecari eum*, Cald. ſi forte placabo Dominum, Onk. ſi forte expiationem obtineam pro peccato veſtro: aſcendit in montem, deprecatus eſt & veniam obtinuit tanti ſceleris, & in terram promiſſam ei iubetur populum ducere; idem Moyſes Numer. 12. videns ſororem ſuam Mariam leprâ

Num. 12, percuſſam pro illa orationem fundit, clamauit Moyſes ad Dominum dicens, ſana eam, & tamen non vult Deus ſtatim illam ſanare, cur oratio Moyſis efficax fuit pro culpa populi ingratiſſimi, & idololatræ, obtinenda, verum D pro ſalute ſororis, quæ ſolum contra eum murmurauerat, obtinenda nequaquam? arbitratur Chryſoſt. quod pœnitentia & clamore populi adiutus Moyſes, orauerit ad Dominum pro eorum ſalute. verum pro ſalute ſororis exoranda, nulla eius fuerit adiutus opera, quippe ait hom. 5. cap. 1. Matth. *Habent quidem vim pro vobis. & quidem maximam orationes ſupplicationeſque ſanctorum, ſed tunc profecto cum nos, quoque id ipſum per pœnitentiã poſtulamus, & ad ſtudia meliora confugimus: alioquin ipſe Moyſes qui & fratrem ſuum & ſexcenta millia armatorum ab imminenti Dei liberauit ira, ſororem tamen ſuam nequiuit liberare.* Pro liberandis nobis neceſſum eſt, vt ſanctorum orationes & patrocinia ex noſtra cooperatione etiam ſumant efficaciam. S. Chryſ.

Sciat peccator quam graue eſt Deum offendere.

317. *Peccaſtis peccatum maximum, aſcendam ad Dominum, ſi quomodo quiuero eum deprecari,* quid eſt, ſi quiuero? quis te quominus Dominum depreceris, impediet? quid præmiſit? peccaſtis peccatum maximum, quaſi diceret tanta peccati veſtri eſt enormitas, vt non ſufficiat oratio mea ad impetrandam veniam nonne in deſperationem populum adduces? videns enim tot cæſa hominum millia, & ſub dubio te loqui verum pro illius venia tua admittatur oratio, quam ſalutem ſperare poterit? tamen hæc omnia ei obiicit, vt quam graue ſit Deum offendere, ſciat. *Oſtendenda eſt peccatori* (inquit Oleaſt.) *peccati ſui grauitas, neque facile venia* B *impetranda, vt ſciat quam graue ſit Deum offendere.* Oleaſt.

Nimia veniæ obtinendæ facilitas, aliquando peccati incentiuum.

318. *Peccaſtis peccatum maximum, aſcendam ad Dominum, ſi quomodo quiuero eum deprecari,* nonne pro peccati illius remiſſione deprecatus es cum tibi in monte manifeſtam fecit eius idololatriam? nonne veniam conceſſit? cur ergo vt dolorem conceptum ex tot millibus hominum cæſis, reprimerent, remiſſionem quam obtinueras pro eo manifeſtam non feciſti. quia ſi ſciret ita facile dimiſſum peccatum, in alia deinceps facile laberetur. annuit præf. Luſitan. Luſitanus, *Placauerat iam vir ſanctus Deum, veniamque precatus obtinuerat, noluit tamen hoc populo indicare, ne incentiuum peccati fieret poſt modum veniæ facilitas.* C

Cum Deus videt ſcelus punitum, illius reatum facilius dimittit.

319. *Peccaſtis peccatum maximum,* & ideo non mirum ſi grauem à vobis exegerim vindictam, *tamen aſcendam ad Dominum ſi quiuero deprecari,* pro ſcelere veſtro deprecatus eſt, veniam obtinuit. quomodo ita facilis eſt condonando omnium ſcelerum grauiſſimo, qui antea populum omnino delere voluerat? nonne Moyſes vltionem de idololatris ſumpſit? en cur Deus peccatum etiam facile dimittit, cum enim iam ſcelus punitum videt, Deus veniam non differt. ſuffragatur B. Greg. Mag. 3. p. paſt. cap. 23. D S.Greg.Ma *Ideo eum Deus citius audiuit agentem pro populo, quia vidit quid ſuper populum acturus eſſet pro Deo.*

Cum magna demiſſione Deum deprecaturi accedamus.

320. *Peccaſtis peccatum maximum, aſcendam ad Dominum ſi quomodo quiuero eum deprecari,* cur alio modo loquendi non vtitur, dicens Dominum deprecabor? cur ſub conditione loquitur ſi quomodo quiuero deprecari? ſub dubio loquitur ex humilitate, quaſi diceret, quis ſum ego vt pro ſcelere adeo graui veniam impetrare mihi pollicear? faciam tamen quod in me A erit. vnde Caiet. *Non audet Moyſes promittere impetrationem veniæ, nihil ſibi arrogandum in oratione, ſed cum humilitate deprecandum.* Cajet.

Punitio delictorum in aliquibus, cæteros ad meliorem frugem reuocat.

Peccaſtis peccatum maximum, aſcendam ad Dominũ ſi quomodo quiuero eum deprecari, diximus in primo conceptu, ideo efficacem fuiſſe orationem Moyſis, quia media ſua contritione apud Deum ei cooperatus eſt. quomodo populus ita duræ ceruicis & ad malum pronus ad meliorem mentem rediit? nonne viginti tria millia ex ſuis interfecta conſpexit? en cur de peccato doluit & de eo pœnituit! annuit Philo lib. 3. de vita Moyſ. *Eorum cadauera medio foro* B *iacentia plebs videns, indoluit, ſimulque metuens vltricem iram adhuc feruidam, ſtatim reſipuit.* 321. Philo.

Cum omnis exercitus graue delictum commiſit, aliqui eorum ferro puniendi, alij, verbis vt reſipiſcant, demulcendi.

Peccaſtis peccatum maximum, aſcendam ad Dominum ſi quomodo quiuero eum deprecari, cur indulgentiam polliceris? cur pro eis te deprecaturum promiſiſti? cur potius non imminentem eis comminaris perniciem? cur quod etiam gladiis ſicut cæteri interficerentur, non prædicis, cum omnes eodem crimine coinquinati fuerint? quia prudentis principis & ducis eſt, cum omnis exercitus in graue ſcelus lapſus fuerit, aliquos eorum gladio percutere, alios vero vt reſipiſcant, verbis demulcere. id obſeruauit Titus Imperator, vt habet Egeſippus lib. 5. c. 7. *Satis in vniuerſos vindicatum eſt iniectionis auctoritate, eo quod animaduerſio in ſingulos vſque ad factum procedere debeat, in multitudinem verbotenus illam vſque ad pœnam, iſtam vſque ad correptionem, ſæpe enim bonis exercitibus præliares lapſus futuræ virtutis cauſas dederunt.* Idem obſeruat noſter Epiſcop. Aſtenſis in ſpeculo bellorum loco duodecimo. 322. Egeſipp. Franc paul.

Grauiſſimum crimen præ timore peccatis non reſiſtere.

Peccaſtis peccatum maximum, aſcendam ad Dominum, ſi quomodo quiuero Deum deprecari, D *pro ſcelere veſtro.* Quos alloquitur Moyſes, cum ait peccatum maximum peccaſtis? dices omnes idololatras ſuperſtites, & rectè quidem, ſed noſter Lyran. arbitratur, ſermonem dirigere ad eos qui cum idololatrantibus potuiſſent reſiſtere, vano metu correpti non reſtiterunt, magis de ſuo periculo quam de illo ſacrilegio formidantes. ſic enim ait, hic quæritur, quomodo dicit Moyſes populo peccaſtis, cum peccatores eſſent iam exterminati? dicendum quod licet illi qui fuerunt principales idololatrantes ex corde ex eis conſentientes fuiſſent occiſi, non quod tamen omnes conſentientes timore, ac etiam illi qui potuiſſent reſiſtere qui non reſtiterunt, quibus tamen peccatum imputatur) qua de cauſa ſcilicet peccatoribus, 323. N.Lyranus.

nonreſiſtentiam ex timore, peccatum maximum appellauit, Moyſes]an ita graue peccatum peccatis non reſiſtere? ita oquidem graue, vt plurimis peccatis deterius ſit, iuxta illud Apocal. 21. timidis, incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis & idololatris, & omnibus mendacibus pars illorum erit in ſtagno ardenti, & ſulphure, quod eſt mors ſecunda: ex quo loco Orig. hom. 9. in lib. Iud. colligit hoc timidorum genus deterius eſſe aliis peccatoribus cum ante alios nomioetur. ſic autem ait. *Vis videre qnanti criminis ſit timidus & formidoloſus in Apocalipſi, vbi numerantur hi qui in ſtagnum ignis mittendi ſunt, ibi ante omnes timidi & formidoloſi ponũtur, cum quibus & infideles, & fornicatores, & vinarij deputantur, ſic inter ingentia & nefanda crimina timoris & formidinis crimen ponitur.* Vbi obiter nota, qui in Vulg. dicuntur venefici, in Orig.
B vinarios appellari, eſt enim vinum quoddam
Tertull. veneficium, quo homines dementantur. ſimiliter & Tertulian. lib. aduerſus Gnoſticos ait c. 12. *Inter omnes reprobos, imo ante omnes, timidis particula in ſtagno ignis & ſulphuris eſt, &c.*

Vulgus ſæuire ſolet in ſua dementia diſſentientes.

324. *Peccaſtis peccatum maximum, aſcendam ad Dominum, ſi quomodo quiuero Deum deprecari*, diximus ex Lyraoo Moyſen eos alloqui, qui nimio perculſi metu, idololatras nec coercere nec punire auſi ſunt: ſi Moyſes dixerat quis eſt Domini iungator mihi: quid vobis timendum in illius comitatu? an cum immaniſſimum Pharaonem conuenit, metuebat Aaron eum comitans? timent ſcientes vulgus crudeliter ſæuire
Philo. ſua dementia diſſentientes Philo lib. 3. de vita Moyſ. *Si quis nihil manufactum nihil creatum, habet pro Deo, ſed vnum rerum Dominum ad me veniat. Itaque alij qui Ægyptiacum typum prætulerunt edictum contempſerunt, alij fortaſſe metu pœna non ſunt auſi propius accedere, ſiue Moyſen timentes, ſiue ſeditionem populi, ſolet*
A *enim vulgus ſæuire in diſſentientes à ſua dementia.*

Vnius iuſti oratio multorum inſtar eſt.

Peccaſtis peccatum maximum, aſcendam ad Dominum, ſi quomodo quiuero eum deprecari, quomodo non dixerunt idololatræ pro tanti ſceleris remiſſione, vnius non ſufficiet oratio? accedant tecum Leuitæ, qui in ſanguine noſtro manus ſuas conſecrauere, Deum tecum deprecaturi, plurium enim oratio Deum citius flectet quam vnius: Moyſi non contradicunt, ſed ſilentio ſuo annuunt, vt ſolus aſcendat montem Deum deprecaturus, & merito quæuis vnius iuſti oratio, multorum inſtar eſt. quod obſeruat Rikelius in c. 1. lib. 1. Reg. verſ. 8. in illa verba, dixerunt ad Samuelem ne ceſſes pro nobis clamare ad Dominum Deum noſtrum 315. 1.Reg.1 Rikelius
B ait. *Quaſi dicerent, de propriis meritis non præſumimus nec de viribus noſtris confidimus, ſed te eſſe Dei amicum agnoſcimus, & ideo tu ſolus deprecare.*

Idololatriæ peccatum, difficile à Deo condonatur.

Peccaſtis peccatum maximum, aſcendam ad Dominum, ſi quomodo quiuero eum deprecari, 316.
cum Deus varias in populum & in Pharaonem plagas immitteret, eis ſuccumbens Pharao, deterioraque formidans, rogauit Moyſen vt hæc oratione ſua remoueret, pollicitus eſt ſe coram Deo orationem fuſurum, tamen ſub dubio dixit, ſi quomodo vt habent Sept. depropitiem eum, vel vt habet Onk. ſi forte ex-
C piationem pro eo obtineam. quomodo ergo hîc pro populo ſuo, & non pro Pharaone deprecaturus, dubie loquitur de adoptanda venia? quia populus peccato idololatriæ, quod difficile à Deo condonatur offenderant. hinc recte D. Cyp. in epiſt. ad Donatum de exhorta- S.Cypri.
tione ad martyrium ait. *Non facile eſt Deum ignoſcere idololatris, Moyſes pro populo rogat nec impetrat.*

VARIET. LECT. Verſ. 31.

Vulg. Reuerſuſque ad Dominum ait, obſecro, peccauit populus iſte peccatum maximum, feceruntque ſibi Deos aureos, aut dimitte hanc noxam.

Sept. Reuertit autem Moyſes ad Dominum, & dixit precor Domine, &c. & nunc ſiquidem eis remittis, peccatum eorum remitte.

Cald. Reuerſus eſt Moyſes ad Domini con-
D ſpectum, &c. nunc ſi dimittis peccata eorum.

Onk. Aut nunc aut dimitte peccata eorum.

Pag. Et nunc ſi remittis peccata eorum.

Oleaſt. Et nunc ſi Leuas peccatum eorum.

Mont. Et nunc ſi auferes peccatum eorum, *Plures loco verbi obſecro reddunt*, certe, vtique fateor.

CONCORDIA.

Licet dictio [illegible] pluries ſit interiectio confitentis, tamen aliquando etiam ſignificat obſecrare, deprecari, ſic Vulg. & Sept. precor Domine, Cald. Pagninus.

EXPOSITIO.

R*Euerſuſque ad Dominum*, montem conſcendens vt veniam impetraret, ſed quantum temporis in hac oratione poſuerit, controuerſia eſt, pleriſque incertum hoc ſpatium eſſe contendentibus, nec tamen potuiſſe eſſe quadraginta dierum, alijs arbitrantibus totos 40. dies rurſus cum Domino in monte manſiſſe: hoc ſecundum mihi certum videtur, ex Deut. 9. id enim ipſemet Moyſes teſtatur, iacui (inquit) coram Domino quadraginta diebus ac noctibus, quibus eum ſuppliciter deprecabar ne deleret vos, vt fuerat comminatus: & Deut. 10. ego autem ſteti in monte ſicut prius 40. diebus ac noctibus, exaudiuitque me Dominus etiam hac vice, & te perdere noluit: vbi vides vnum eumdemque aſcendendi finem & in Deuteronomio recitari impletum, quid nunc in Exodo promittebatur, vides item perſpicue ad A diuturnitatem temporis confirmari, quibus Moyſis verbis vim meo iudicio afferunt, qui hoc quadraginta dies poſitos in precibus putant ad obtinendas nouas tabulas: clariora enim verba ſunt, quam vt aliò torqueri poſſint, reſque ipſa docet prius oportuiſſe veniam & vitam obtinere, quam tabulas quæ poſterius pari orandi ſtudio & ieiunandi diuturnitate obtentæ ſunt, vt habetur infra cap. 34.

Deut. 9.

Obſecro, cum omni demiſſione & affectu paterno, *peccauit hic populus peccatum magnum*, idololatriæ & infidelitatis, *fecerunt enim ſibi* B *Deos aureos*, cur in plurali dicti ſint Dei aurei, quamuis vnicus eſſet vitulus aureus, ſuperius diximus, *aut dimitte eis hanc noxam*, non ſolum quantum ad culpam, ſed etiam quantum ad pœnam, tanto peccato debitam.

CONCEPTVS.

In tribunali diuino poſt peccatorum confeſſionem, abſolutio & corona.

327. *Peccauit populus iſte peccatum maximum, fecerunt ſibi Deos aureos*, quid à Deo intendis conſequi? veniam pro populo: nonne aïs peccaſſe peccatum maximum, deoſque aureos ſibi feciſſe? ergo morte puniendus? reus enim in C tribunali forenſi, ſuum confitens peccatum, meritas luit pœnas: ſane apud homines, ſed apud Deum iudicem, qui ſui accuſator eſt, & ſua fatetur delicta, non condemnationem, non vindictam, ſed abſolutionem, ſed coronam obtinet. ſic Chryſoſt. hom. 3. de verbis Iſai. 1. vidi Dominum. *Et cur ſic* (inquit) *incœpit Moyſes à confeſſione peccati? quia in mundanis ac forenſibus iudiciis poſt accuſationem ac hominum confeſſionem, ſequitur mors: cæterum apud Diuinum tribunal poſt accuſationem & confeſſionem criminum, datur corona, vnde & Salomon dicit, ne iuſtificaueris te ipſum in conſpectu Domini, ſic & alibi dic tu prior peccata tua, vt iuſtificeris.*

S. Chryſ.

Eccleſ. 7.

Quo maior culpa, eo ſunt maiora ſuffragia quærenda.

328. *Peccauit populus iſte peccatum maximum, fecerunt ſibi Deos aureos.* Cur tu ô Moyſes quem tanto contemptui habuere, in tot beneficia à te accepta ingrati, qui te abſente ſubſtituere in locum tuum, Deos falſos, voluerunt, cur ergo pro eis deprecaris? alius interceſſor ad Deum accedat: nonne peccatum populi grauiſſimum? nonne Moyſes ſanctiſſimus? merito ergo ille & non alius, Deum deprecaturus montem aſcendit, quia quo maior culpa eſt, eo ſunt maiora quærenda ſuffragia. teſtatur D. Ambroſ. lib. 1. de pœnit. cap. 8. *Scriptum eſt ſi peccauerit homo in hominem orabunt pro eo ad Dominum: ſi autem in Dominum peccauerit homo, quis orabit pro eo? hoc eſt ſingularis vitæ aliquis, quia quo maior culpa, eo maiora ſunt quærenda ſuffragia.*

S. Ambr.

Oratio pro pluribus, Deo accepta.

Peccauit populus iſte peccatum maximum, fecerunt ſibi Deos aureos, aut dimitte eis hanc noxam, quid ais Moyſes? quid? non metuis Deum offendere, dum exoras miſericordiam pro populo diuinitati iniurio? non pro vno ſane, ſed pro omnibus exorat. & inde non timet Deum offendere quod ſciat multitudini propitium fore. huc ſpectat Ambroſ. c. 8. de pœnit. *Omnium memor ſui, immemor offendere non timebat ipſe, vt plebem ab offenſionis periculo erueret.* Nemini nociua apud Deum eſſe poteſt defenſio multitudinis, quando ipſe Deus ſic ad parcendum multitudini protendit. 329.

S. Ambroſ.

D *Non minuendum peccatum in confeſſione, ſi eius remiſſionem conſequi volueris.*

Peccauit populus iſte peccatum maximum; fecerunt Deos aureos. cur criminis veniam poſtulans, crimen auget? nonne ſatis erat dixiſſe, peccauit populus iſte, cur addit peccatum maximum? an non culpæ grauioris recenſio ac commemoratio, magis iuſtitiam Dei excitare poterat? & cur exprimit quod fecerunt Deos aureos? nonne potuiſti referre ſecundum id quod tibi dixerat Aaron, dederunt aurum ei, illud proiecit in ignem, & egreſſus eſt vitulus, ſic enim minueret criminis grauitatem? non extenuat populi crimen Moyſes, non minuit, ſed potius eius magnitudinem fatetur, vt ita Deum facilius placaret, & veniam 330.

criminis confeſſionis integritatem obtineret, nam ſpontanea, integra & humili confeſſione placatur Deus, ſicut è contra qui confitendo diuinæ clementiæ ſinu excipi negligit tacẽdo, S. Chryſ. diuinæ iuſtitiæ plagam ſentiet. ſcite B. Chryſoſt. in Pſal 107. *Sic fit (inquit) vt qui confitendo bonum ſentire noluerit, iuſtum ſentiat reticendo.*

A Deo ipſo miſericordiam facere & indulgere diſcimus.

331. *Peccauit populus iſte peccatum maximum, fecerunt ſibi Deos aureos, aut dimitte eis hanc noxam,* nimia ſane erga populũ indulgentia, ô Moyſes, cum à Deo cum quadam vi miſericordiam velis conſequi. ſcis enim te de libro vitæ non delendum, & tamen eum vrges, vel aut te de libro deleat, vel populo condonet ingratiſſimo. vnde tanta in populum tibi iniurium benignitas? cur erga populũ impium compaſſione duceris? verum recole quid antea Moyſi Deus dixerit, dimitte me vt iraſcatur furor meus cõ- Tertull. tra eos. quæ verba ponderans Tertul. aduerſus Marc. ait. *Sufficit ſi & Moyſi propterea donatus eſt populus ad præſens, quod vt famulus poſtulare poſſet à Domino, id Dominus à ſe poſtulauit, ad hoc enim famulo dixit, ſine me vt diſperdam illos, vt illemet poſtulando, & ſemetipſum offerendo, non ſineret;* en vt Deus ipſum Moyſem edocebat miſericordiam conſulens, vt ſe detineret, ne aduerſus populum iraſceretur, ſicque optimus diſcipulus tanti pædagogi Moyſes, miſericordiam populo licet immerito, omni contendit molimine.

Longe Chriſtus Dominus in miſericordia & charitate erga populum, excedit Moyſen.

332. *Peccauit populus iſte peccatum maximum, fecerunt ſibi Deos aureos, aut dimitte eis hanc noxam,* hæreticum Marcionem ſic permouit pulchrum hoc ac nobiliſſimum Moyſis ingenium, vt inſano ac cæco impetu eius lenitatem diuinæ iræ anteponeret: & malum quemdam Deum confingeret in populum excandeſcentem, quo Moyſes illum leniens & placatum efficiens, melior omnino fuerit: ſed huic hæretici inſaniæ, noſtro inſtituto opportune occurrit præfat. Tertulian. docens Moyſem Chriſti vmbram atque figuram fuiſſe, à patre æterno hominibus veniam exorantis, cum enim dixiſſet, vnde meliorem ſoletis Moyſen affirmare, Deo ſuo deprecatorem, imo & prohibitorem iræ? non facies enim, inquit, iſtud, aut & vna cum eis me impende, ſubiungit, miſerandi vos quoque cum populo qui Chriſtum non agnoſcitis in perſona Moyſis figuratum Patris deprecatorem & oblatorem animæ ſuæ pro populi ſalute:] verum obſeruemus quæſo quanto opportunius ipſe Chriſtus Dominus quam Moyſes, & deprecari & Deum iratum lenire nouerit: ſane Moyſes maxime induſtrius & flagrans charitate, at cum Deum hic demulcere ſtudet, enormitatem ſimul peccati populi exaggerat, peccauit iſte populus peccatum maximum, quod ad impetrandam veniam & irati animum placandum, omnino non iuuare videtur: ſed quid Chriſtus Dominus? an ſic augere peccatum Iudæorum voluit, vt Deum patrem æternum placaret? imo perfidorum crimen de ſe inexcuſabile, & omnium atrociſſimum, omni ratione, omni arte attenuare & imminuere curabat. ſic patrem orans, Pater dimitte illis non enim ſciunt quid faciunt Luc. Luc. 23. 23. ad quæ verba Vener. Arnold. tract. de ſeptem verbis Domini. *Quid eſt (inquit) Domine,* Arnold. ab. *quod dicis? non accuſas, non quæris vindictam, potius excuſas, & coniurationis illius ſpiſſamentum attenuas, & hereditarium onus ab impiis transferens, crimen malitia non apponis; quod ideo dimittendum cenſes, quia admiſſum ignoranter ipſe teſtaris vbi illud eſt, quod dixeras Patri, ſi non veniſſem & locutus eis fuiſſem, peccatum non haberent? nunc enim & viderunt, & oderunt, & me, & Patrem meum.* vnde poſt nonnulla, *nec tamen tanti criminis molem mediatoris auctoritas elimaret, obſtinatio illius infidelitatis excuſabilis erat,* ergo ingens & inexcuſabile peccatum optimus mediator, quo poterat colore & modo attenuabat, & ferreum facinus velut inducta excuſationis lima, vnica quaſi ſupererat via, elimabat, ignorationi potius quam malitiæ adſcribens, quod neutiquam fecit Moyſes.

In diuinæ prædeſtinationis libro nec litteratura aliqua nec error.

Peccauit populus peccatum maximum, fecerunt ſibi Deos aureos, aut dimitte eis hanc noxam, imo non debet dimittere, cum ex 333. tui confeſſione, peccatum maximum peccauerit, Deos aureos fecerit, qui autem idola veneratur, miſere debet perire: ſed ô Moyſes ſi Deus non remiſerit, quid tibi agendum? quid obiicies, vt eum ad condonandum inducas? ſi non facis dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti. quæ quidem vt bene notat Auguſt. S. Auguſt. quæſt. 147. in Exod. non diceret, niſi ex fiducia quam de Deo pridem conceptam habebat, ſibi fuiſſet omnino perſuaſum, è Dei libro minime fuiſſe ipſum delendum: ſecurus quidem hoc dixit inquit Auguſtin. à conſequentibus ratiocinatio concludatur, id eſt, vt quia Deus Moyſem non deleret de libro, ſuo populo peccatum remitteret.] Sed quæ fuerit huius confidentiæ ratio? cur ſecurus id Moyſes diceret quaſi à Deo de libro ſuo non eſt delendus? nimirum tam egregio ingenuoque animi ſenſu de Dei libro exiſtimans, vt lituram aliquam in illum poſſe cadere minime ſibi perſuaderet: ac ſi ſecum hoc mente peruolueret, noui Dei librum nullis litteraturis ſiue erratis eſſe obnoxium, ab illo ergo non delebor, quid igitur reſtat? niſi vt Dominus parcat populo ſuo. ſane eam Dei libri ſiue diuinarum tabularũ naturam eſſe fatemur, vt in ipſas litura ſiue interitus non cadat. ſic affirmabat Greg. Niſſ. aduerſus eos qui differunt baptiſma, S. Greg. Niſſen. Oues ad ſignaculum & ſignum crucis quod malis opem fert, & remedium

feſtinato, date mihi nomina, vt ego ea imprimam libris ſenſilibus, & ſcribam atramento Deus autem ea ſignat in tabulis, in quas non cadit interitus, ſcribens proprio digito, vt olim legem Hebræis.] Expreſſius Philipp. Abbas ſuper Cant. in illa verba, tenui eum nec dimittam, ſic enim ait, *Non noſtro more Deus ſtilum vertit, notas ſemel exaratas tanquam ductus pœnitentia non euertit, quem adſcriptum diuinis ciuibus ſaluare ſuâ gratiâ iam decreuit, non abraſit poſt modum, & de libro viuentium non deleuit.*

Philippus Abbas.

Erga iratos prudentia vtere, vt eos demulceas.

334. *Peccauit populus peccatum maximum, feceruntque ſibi Deos aureos*, Deum aduerſus idololatras non dubitas irâ commotum, nonne vt aiunt in ignem oleum injcias? motiuum enim ſuæ iracundiæ ei objicis, nempe populi ſui ingratitudinem, & infidelitatem. Nonne prudentius ageres, ſi ſolum veniam pro eo poſtulares, nulla illius peccati mentione facta? ſed quæſo nonne certiſſimum, quod ſi quempiam iratum viderimus, eique dixerimus, ſine vlla ratione commoueri in maiorem fortuè iracundiam? Quo poſito ſic rectè Oleaſt. *Vſus eſt ſumma prudentia Moyſes, cum enim hominem iratum videris non ei dicas, illum ſine cauſa iratum, ſed parumper eius iræ indulge, & cum maxima ratione iratum prædica, quoniam ſic eum facillime placabis, quod neququam perficies ſi ei obſiſtere velis.*

Oleaſter.

Oratio peccatorum remiſſionem poſtulans, & ſpiritualia, Deo gratiſſima.

335. *Peccauit populus peccatum maximum, feceruntque ſibi Deos*, In hac oratione quâ Deo culpam populi enuncias, quid à Deo poſtulas? vt dimittat eis hanc noxam, an inuiſa hæc Deo oratio? imo ita accepta, vt ab omnibus propter eam prædicetur tanquam vir eximiæ charitatis, & cupidus ſuorum ſalutis, non enim ſuum, imo nec commodum temporale populi, ſed peccati illius veniam expoſcit: ex quo ſic erudite Saluian. lib. de Prouid. *Domine non proſperitatem vitæ iſtius petimus, nec pro bonis præſentibus ſupplicamus, ſcimus enim aures tuas his obſecrationibus eſſe clauſas, & auditum ad iſtiuſmodi preces non habere, ſed pro his tantum petimus, quæ ſunt futura poſt mortem.* In oratione quæ ſpiritualia ſunt ſpectanda.

Saluian. lib. 1.

Fauſtiſſima oratio eius, qui de ſuo aliquid adimit vt Deum exoret.

336. *Peccauit populus peccatum maximum, feceruntque ſibi Deos, aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo.* B. Ambroſ. lib. 1. de Pœnit. cap 8. ait, Quid talis affectus non impetraret? verum ſi adeo grauis offenſa, vt per antonomaſiam dicatur maxima, ſic enim Tertull. de Spectacul. ſub initio, quid erit ſummum in quo diabolus & pompæ, & Angeli eius cenſeantur, quam idololatria? ex qua omnis immundus, & nequam ſpiritus, vt ita dixerim, quia nec diutius de hoc.] Si ergo delictum quod commiſit populus, fuit grauiſſimum, & omnium ſceleſtiſſimum, quomodo cum pro eius remiſſione deprecatur Moyſes, dicit Ambroſius, quid talis affectus non impetraret? Verum, an ideo dignus hanc veniam impetrare, quia maximus in eo fuit affectus? nequaquam, ſed quia vt proſequitur præf. Doctor, *Se obiecit pro populo*: Non enim poteſt non eſſe fauſtiſſima deprecatio, quæ ſe ſibi aliquid aufert vt Deo ſatisfaciat.

S. Ambroſ.

Tertull.

VARIET. LECT. Verſ. 32.

V*Vlg.* Aut ſi non facis, dele me de libro tuo quem ſcripſiſti.

Cald. Dele me nunc de libro.

Pag. Et ſi non, dele me nunc.

Arnob. in Pſal. Dele me de libro tuo, ſi non parcis eis.

Vatab. Dele me precor de libro tuo.

S. Chryſoſt. Siquidem dimittis illis peccatum dimitte, ſin autem, & me dele, &c.

CONCORDIA.

VErum eſt in Hebr. eſſe dictionem נא na, quæ redditur nunc, vel precor, quæ licet deficiat in Vulg. hoc nihil eſt. Verbum מחה machah proprie tergere, radere ſignificat, & ex conſequenti delere, nam quod tergitur, aut raditur, deletur.

EXPOSITIO.

A*Vt ſi non facis*, ſi nolis hanc noxam eis dimittere, *dele me de libro quem ſcripſiſti*, Verba ſane intellectu difficilia, de quibus ſic hîc loquitur Rupert. eadem charitate, & hic locutus eſt, & ille nempe D. Paulus, ſed paululum in verbis differunt, dum hic anathema eſſe cupit pro fratribus ſuis, ille autem deleri cupit cum ſuis, ille ſua ſeparatione vult ſalutem fratrum redimere, hic ſi non poſſit ſalutem eorum obtinere, concedit ſe cum eis de libro viuentium deleri, vel anathema exiſtere: vtriuſque dicta magni ponderis ſunt, & vires noſtras excedunt, magni enim viri, hactenus vtramque ſententiam humeris ſuis verſauerunt, & rem ſicuti eſt ſatis verbis exprimere non potuerunt: eſt enim hoc pœne

Rupertus.

numera peccata à mea excidere amicitia grauiterque puniri.

Reſtat ergo vt ſententiam B. Auguſtini cum qua coincidit explicatio Abul. ſequamur, ita vt cum eo dicamus, hyperbolicam eſſe locutionem, indicem immenſi deſiderij, quæque rigidè vt verba ſonant, accipi non debent, neque ab audiente, neque à dicente accipi ſoleat: vt cum Ionathæ dicebat Dauid 1. Reg. 20. Si eſt iniquitas aliqua in me, tu me interfice, & ad patrem tuum ne introducas me: aut cum Iacobo Rachel da mihi liberos alioquin moriar. Quaſi dicerent ſatius eſſe ſibi mori quam carere liberis, aut deduci in conſpectum Saulis, cum tamen mors vtrique grauior ſimpliciter futura eſſet. Ita Moyſes mauult deleri de libro vitæ, quam populum ſuum à Domino exterminari, cum tamen ex recta regula, & or- B dine charitatis, maluerit populum ſuum non ſolum à vita præſenti, ſed futura etiam excidere, quam ſeipſum. Secundo ait Auguſt. Hoc dixit, vt in conſequentibus ratiocinatio concludatur, id eſt, vt quia Deus Moyſen non deleret de libro ſuo, peccatum illud remitteret: ratiocinatio autem Auguſtini talis eſt, vt diximus, aut deleturus es me de libro tuo, aut populo iſti condonaturus, at non delebis de libro tuo, ergo peccatum iſti populo remittes. Supponit autem iſta ratiocinatio Auguſtini certam habuiſſe Moyſem, aut exploratam diuina reuelatione, prædeſtinationem ſuam, idque illa quoque verba confirmant, dele me de libro tuo quem ſcripſiſti, aut quod eodem redit, in quo me ſcripſiſti, ſine enim diuina reuelatione, nemini mortalium id notum eſſe poteſt.

Reg. 20.

CONCEPTVS.

Perfecti nolunt ſoli diuina munera poßidere.

337. *Si non facis, dele me de libro quem ſcripſiſti,* Ecce vt Moyſes Deo in gentem ſuam vehementer irato, reſtitit, ne eam omnino deleret ſe ſolo relicto, dimitte illis hanc noxam, aut dele me de libro tuo, quaſi diceret, inquiunt aliqui, ſi omnes trucidandi ſunt, & ego cum illis trucider. Cur hæc Moyſes? equidem tunc poterat ſibi ſperare promiſſiones cunctas Iſraeli factas, nonne optimum illi, ſi potiretur optimis ſolus regnis, ſi ſolus frueretur, & haberet optimas illas regiones? ſine ergo Moyſes cæteros trucidari, cum id mereantur, & decora & optima ſolus habeto: S. Bernard. ſerm. 12. in Cant. *Nec Moyſes vult ſolus introduci in gaudium Domini ſui, ſed genti ſuæ firma charitate cohærens, illam ſaluauit ſecum:* Noluit ſolus terram promiſſam ſibi concedi, quin & cæteri ſuæ gentis eiuſdem etiam eſſent participes. Proſequitur mellifluus Doctor, *O vere hominem vnctum vnctione miſericordiæ, loquitur plane parentis affectu, quem nulla poſſet delectare fœlicitas, exortibus quos parturiuit; ſi diues quiſpiam mulierculæ pauperi dicat ingredere tu ad prandium meum, ſed quem geſtas infantulum relinque foras, quoniam plorat & moleſtus eſt nobis: numquid faciet? nonne magis eliget ieiunare, quam expoſito pignore charo ſola prandere cum diuite. Sic Moyſes noluit ſolus introduci in bona Domini, foris ſcilicet remanente, imo & excluſo populo.*

S. Bernard.

Bonus Princeps non aliam ſibi quam ſubditorum ſortem æſtimat.

338. *Si non facis, dele me de libro quem ſcripſiſti,* neſcio cur ipſe deleri volebat, quando ſui delebantur: Nonne ſatius eſſet ſuperſtitem viuere? quid enim emolumenti recepturi ſunt ex tuæ vitæ iactura? ait D. Hieronym. epiſt. ad Gaudent. *Vult perire cum pereuntibus, nec propria ſalute contentus eſt:* Bonus Princeps nullum bonum æſtimat, quod non habeant ſui, nec ſupra eorum fortunam vult conſtitui, ſed vel in perditionem temporalem vult ire cum illis, magnum in hoc præbens exemplum Principibus, vt à ſe depellant fortunam quam non habent ſubiecti. De Theodorico Theodomiri filio, ait Iordanus Epiſc. in hiſt. de rebus Geticis, *Inter hæc ergo Theodoricus Zenonis imperio ſociatus, dum ipſe in vrbe bonis omnibus frueretur, gentemque ſuam in Illyrico reſidentem non omnino idoneam, aut refertam audiret, elegit potius ſolito more gentis ſuæ labore quærere cibum, quam ipſe otioſe frui regni Romani bonis, & gentem ſuam mediocriter viuitare.*

S. Hieron.

Iordanus Epiſcop.

C *Ieſus etiam cum omnium bonorum iactura emendus.*

Si non facis, dele me de libro quem ſcripſiſti, 339. Chryſ. hom. 16. in epiſt. ad Rom. arbitratur hæc eodem ſpiritu Moyſen dixiſſe, quo poſtea Paulus hæc verba, optabam, & ego ipſe anathema eſſe pro fratribus meis: quod ſane mihi difficillimum videtur, nam idem Apoſt. c. 8. Rom. 8. dixerat, Certus ſum quia neque mors, neque vita, neque Angelus, neque Principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque altitudo, neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto. Si ergo tot bona, ſiue mala non poterant Paulum ſeparare à Ieſu, & quomodo D fieri poteſt, vt amor fratrum illum à Ieſu ſepararet? an cum optat ſeparari à fratribus tantum tribuit fratrum amori, vt pro illis ſuſtinuerit à Ieſu ſeparari? non longè à vero abeſt qui negat in Paulo tam potentem amorem pro fratribus, ſed pro ipſo Ieſu. Quandoquidem qui bene fratres ſuos Iudæos nouerat in Chriſtum murmuratores, in Deum blasphemos, putabat forte vt Iudæi inſurgerent maledictis in Ieſum, & quod ab illo ſe excluſos viderent, propter quod ſic afficiebatur Paulus, vt vel omnium bonorum cœleſtium, & mundalium iactura, imo malorum etiam omnium æternorum ſuſtinentiâ emeret, quod Ieſus nullo in caſu à maledicis Iudæis poſſit vilipendi. Ita S. Theodul. in epiſt. ad Rom. ait, S. Theod. *Optabam anathema fieri, id eſt, cuperem à gloria Chriſti ſeparari, vt Dominus meus non vitupera-*

retur, propter quod audiret multos tali Chriſtum maledicentia petere, res ipſa facta ſunt irrita, nam alys promiſis, alys præſtitis, lubens autem nihil non periculorum ſuſtinuiſſem, ne ita oblaquerentur, & maleſentirent de eo, qui eſt deſiderabilis præ filys hominum. Prudentiſſimus qui Ieſum noſcens omnia bona perderet, omnia bona ſuſtineret, dum illi ſolui integer ſuus honos maneret, & à nemine malediceretur. A

Dei honor omnibus alys præponendus.

340. *Si non facis, dele me de libro quem ſcripſiſti:* Quid? vt ſaluus & incolumis fiat populus, qui tamen pœnam mortis ſua infidelitate meretur, à numero beatorum excludi poſtulas, Dei fruitionem, qua nihil optabilius, non poſſidere? nonne charitas incipit à ſeipſo? pereant ergo omnia, dummodo Deum conſequatis: B nonne ab exteris gentibus blaſphemaretur Deus, ſi vniuerſum Iſraelem deleſſet, eum accuſaſſent impotentiæ, vel inuidiæ, quod ſuis promiſſionibus non ſteterat, quod in terram Chanaan non induxerat eum, quod in maximum Dei dedecus ceſſiſſet. En cur Moyſes ait, ſi non ei remiſeris hanc noxam, ſed eum prorſus deleueris, dele etiam me de libro nolo enim ſuperſtes eſſe, nec tuam fruitionem deſidero cum tui honoris iactura, quem omnibus bonis præfero. Sic explicat hunc locum præfat. Chryſoſt. hom. 16. in epiſt. ad Rom. *Ita tatam eorum, (loquitur etiam de Paulo, qui cupiebat anathema fieri pro fratribus) mentem inexplebilis charitatis affectus detinet, vt etiam id quod præ cæteris amabilius erat frui Deo, contemnerent, & cœlorum regno diuinæque fruitioni, quam expectabant harum remunerationem cedere paterentur, vt ſcilicet Deus tantopere ab illis dilectus ab impys irrideretur, blaſphemareturque, quod cum pollicitationes populo ſuo quem elegerat, factas implere non poſſet, illum deſtituiſſet, vt in eius bona, alias gentes quæ nunquam eum agnouerant, introduxiſſet.* C

S. Chryſoſt.

Tanta charitatis Maria, vt eam in vmbra viſidens Moyſes, ardentiſſima feratur in populi protectionem, dilectione.

341. *Si non facis, dele me de libro quem ſcripſiſti:* Quid? an ſolum vita priuari, ſi populus tuus interficiatur, deſideras? nequaquã hoc credit Chryſoſt. imo hanc ſententiam reijcit, tanquam improbabilem. ſic enim cit. loco, qui cum hæc dixiſſet, quomodo optaſſet Paulus à Chriſto anathema fieri, hoc eſt ſeparari per mortem carnis, cum mors ipſa magis ad eum chorum, qui cum Chriſto eſt, coniungat, & ipſius gloria potiri faciat, vermiculorum eſt in luto latitantium iſta ſuſpicio.] proſequitur, Vterque enim, ambo tam Moſes quam Paulus, cum hæc dicerent, non ſolum cogitatione tranſcenderunt omnes præſentis vitæ agones, ac mortem, ſed etiam pro Deo, quem magis quam ſeipſos diligebant, cœlos & Angelos ſupergredientes, omnia inuiſibilia ſpreuerunt, ac pro Dei amore ab ipſa Dei fruitione, & ineffabili gloria excidere non tantum petierunt, ſed quod auctius eſt, etiam optarunt.] An maior charitas excogitari poteſt, vt id quod D præ cæteris amabilius eſt, nempe frui Deo, contemnerent, dummodo populi forent ſuperſtites? Vnde hanc charitatis ineffabilis ſpiritum Moyſes hauſit? ſane à Deo, verum an non etiam à Virgine? D. Method. ſer. de Puriſ. ait, *Moyſi in monte cum Deo ſermonem diu trahenti, futura de Virgine plura, Deum myſteria reuelaſſe.* vt dicemus in conceptu ſequenti. Sed quam mentem à Virgine, per vmbram viſa, quæ maximo affectu erga genus humanum ferri debebat, haurire potuit? Reſpondet Nouarr. tom. 2. elect. Sacrorum n. 1152. *Hanc, vt ſe pro populo Deo obyceret, & delinquentes à Dei ira, his verbis charitatis flammis ardens eximere ſtuduerit, aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis dele me de libro quem feciſti.*

S. Method.

Nouarr.

Quam ſuaue Virginis myſteria audire!

Si non facis, dele me de libro quem ſcripſiſti; 342 Conſcendit montẽ denuo in quo per quadraginta dierũ ſpatiũ manſit, vt Deum pro populi ſalute deprecaretur. Nonne agnouit hanc idololatriam initium ſumpſiſſe ex eo quod nimias in monte cum Deo moras traheret, licet ab eo in illum eſſet euocatus? cur ergo nunc ex iuſſu Dei iterum in eum conſcendit per idem tempus in eo manſurus? nonne ipſo abſente adhuc à fidelitate Deo debita diſcedent; quid ergo te denuo compellit montem aſcendere? an ſuauiſſimum Dei colloquium? an vt alias ab eo tabulas legis obtineas? an vt pro populo apud ipſum preces effundas? nonne manens in caſtris potuiſti Deum, cum vbique præſens ſit, deprecari? cum aduerſus Amalechitas tua deprecatio fuit efficaciſſima, quamuis non exiſteres in monte? hæc omnia ſane ipſum mouere potuerunt, vt ad Deum denuo aſcenderet, ſed addamus eum efficaciſſime traxiſſe Virginis myſteria, quæ illi velut in vmbra prius oſtenſa illic fuerant, & tantum rerum dulcedine affectus, non potuit ipſum à Deo non auocanti denuo montem non aſcendere, vt plura audiret. Teſtem adduco cit. Method. qui ſic Virginem alloquens, ait, *Nonne Moyſes ille magnus propter figuras intellectu difficiles, quæ te Virgo tangebant, diutius in monte commoratus, vt ignota de te caſta ſacramenta edoceretur?* Verum magnitudo & obſcuritas diu Moſem in monte detinuit, detinuit lætitia & ſuauitas, qua auditis Virginis myſterijs afficiebatur, & nunc eum denuo redire compellit, vt eis adhuc recreetur, vt hinc inde perpendamus, quam ſuaue Dei audire myſteria.

Methodius.

Gratiſſima Deo victima, ſi nos ipſos deouemus cum proprio diſcrimine ad alios liberandos.

Si non facis, dele me de libro quem ſcripſiſti, 343 Hæc orat, & vt habet Bernard. epiſt. 73. quia non quærit quæ ſua ſunt, facile obtinet omne quod quærit. Verum quomodo in ſcelere adeo graui remiſſionem pro peccato, nullis Deo oblatis victimis poſtulat? nonne cum deſertum petere, & ab Ægypto egredi poſtulabat à Pharaone, voluit ſecum ducere oues & boues, vt hoſtias Deo immolare poſſet? quo-

modo ergo vt Deus vniuerſo populo propitius reddatur, nullas Deo offert hoſtias quibus ipſe placari ſolet? ne mireris victimis offerendis abſtinere, quia ſeipſum, vt populum liberet, deuouet morti tanquam hoſtiam. Sic Minutius Fœlix in Octa. *Igitur qui conſcientiam colit, Domino ſupplicat, qui iuſtitiam Deo libat, qui fraudibus abſtinet, propitiat Deum, qui hominem periculo ſurripit, optimam victimam cadit.* Hæc Deo grata & accepta victima, ſi nos ipſos deuouemus morti pro alijs liberandis à periculo imminente.

Minutius Fœlix.

Bonus paſtor non timet animam ſuam pro ouibus ponere.

344. *Si non facis, dele me de libro quem ſcripſiſti,* diximus ex aliquorum ſententia hunc librum B à quo deleri poſtulat, eum eſſe in quo vita fruentes deſcripti ſunt: verum ô Moyſes pro vitæ conſeruatione, nihil totentatum relinquimus, cur illius iacturam facere præoptas, ſi populo omni ſupplicio dignus ſuperſtes non manſerit, & à Deo remiſſionem non obtinuerit? Quia Prælatus illius erat, bonus autem teſte Chriſto Domino ponit animam ſuam pro ouibus ſuis. Hoc ita explicat S. Hieron. ad Algaziam, *Si conſideremus vocem Moyſis rogantis pro populo Iudæorum, perſpiciemus eumdem, & Moyſi, & Pauli erga creditam ſibi plebem affectum, paſtor enim bonus ponit animam ſuam pro ouibus, mercenarius cum viderit lupum venientem, fugit, quia non ſunt eius oues, & hoc ipſum eſt dicere, optabam anathema eſſe à Chriſto, & deleri: dele me de libro tuo, quem* C *ſcripſiſti, qui enim delentur de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribuntur, anathema fiunt à Domino: ſimulque cerne Apoſtolum, quantæ charitatis fuerit in Chriſtum, vt pro illo cupiat mori, & ſolus perire, dummodo in illum omne credat hominum genus, perire autem non in perpetuum, ſed impræſentiarum, qui enim perdiderit animam ſuam pro Chriſto, ſaluam eam facit. Sic ergo Moyſes anathema fieri voluit, ne populus deleatur à Domino propter peccatum.* Id etiam habet expreſſe Philotheus Patriarch. Conſtant. in orat. Paneg. SS. Baſilij, Greg. & Chryſoſt. *Quod ſi Moyſes,* inquit, *pro Iſraele irato dicebat ſi dimittis illis peccatū dimitte, &c. ob ardentem gregis ſui amorem cum eo perire non recuſans, ſane etiam hic ſi inquiſieris apud Paſtores, & Legiſlatores nos amplius quidem in-* D *uenies, non enim hi cum ſibi charis etiam interire Moſis exemplo optabant, ſed pro ipſis potius ſubire diſcrimina, & cum Chriſto pro amicis etiam animas ponere, quo illi ſalute potirentur.*

S. Hieron.

Philotheus.

Quem etiam iuſte afflictum videris pro eo Deum deprecare.

345. *Si non facis, dele me de libro quem ſcripſiſti,* Cur Dominum deprecaris pro populo contumaci, infideli, & idololatra, & tanto cum affectu de libro Dei deleri deſideras, vt tam grauis noxa ei remittatur? cur tanta compaſſione erga eum duceris, cum meritas luet pœnas? vt diſcas etiam pro iuſtè afflicto, ardentiſſime Deum deprecari, vt ei condonet. Sic enim habet Chryſoſt. in ſerm. de Aſcenſ. Domini,

S. Chryſoſt.

A *Moyſes poſt idolorū ceremoniam, dicebat Domino, quid hoc eſt, contumaciam vides & pro impiorum ſupplicijs deprecaris? ideo, inquit, doleo, ideo deprecor, quia digne cruciantur, quia ipſi ſunt cauſa ſui ſupplicij, & Ezechiel cum Angelum videret populum inferentem ſumma ſupplicia, cum nimia lamentatione clamauit, dicens, Heu mihi Domine, quoniam deles tu reliquias Iſrael: & Hieremias, caſtiga nos Domine in iudicio tuo, & non in ira tua, ne nos pauciſſimos facias, & cum Moyſes, & Ezechiel, & Hieremias dolent, quanto magis illæ poteſtates, Angelicæ inquam virtutes noſtris calamitatibus commouentur?*

Ezech. 9.

Hierem. 46.

Pro inimicis Dominum deprecare.

Si non facis, dele me de libro quem ſcripſiſti, 346.
B Sane ardentiſſima deprecatio, & tibi tamen nociua videtur, quid enim infœlicius homini contingere poteſt, quam deleri de libro, qui non eſt alius quam vitæ? an honor Dei vt ab aduerſarijs non blaſphemetur, impellit ad hanc fundendam orationem? non id ſolum, ſed etiam amor quo in populum fertur ſibi inimicum. Hoc habet B. Antioch. hom. 72. cuius titulus eſt, quod pro inuicem orandum, & quantumlibet inimicis, ſic autem loquitur, *Ad eum modum inuenire liceat in Scripturis ſacris mandatum hoc opere implere ſanctos omnes, verius multo abſoluiſſe omnia. Et quidem Propheta ille Samuel 1. Reg. 7. pro populo reſpondit, abſit hoc à me, vt recedam à Domino, vt ceſſem clamare, vt deſinam orare pro vobis Dominum, vt hunc admirabilem, & priſtinæ dignita-* C *tis gradum deiecerint Iudæi, imo exinaniuerint petito ſub ſe Rege, nulli arbitror non perſpicuum: ſed Hieremias etiamnum inſignis Propheta per Iudæorum ingratitudinem tanta paſſus pro eiſdem nullo tempore non precabatur, id verum eſſe liquide colligitur, per ea quæ illi dicebat Deus, & tu ne ores pro eis, nequaquam exaudiam te, ad eumdem modum Moyſes dicebat Deo, ſiquidem eis illis peccatum dimitte, quod ſi non, dele me de libro tuo.*

S. Antioch.

1. Reg. 7.

Ierem 10.

Amor quo feruntur in ſuos iuſti, vix poteſt cogitari, aut exprimi.

Si non facis, dele me libro quem ſcripſiſti: 347.
Quid? an ſolum petit ab honore ſibi à Deo promiſſo, quod fieret dux maximi populi, ex-
D cludi, niſi vellet populo ſuo condonare? an ſolum de libro hac vita fungentium deleri? ita tenent aliqui ſancti Patres arbitrantes, dilectionem hominum, etiam iuſtorum ad aliquid ſublimius peruenire non poſſe quam Principatuum, quibus nihil ambitioſius deſideratur, iacturam libenti animo facere, aut vitam ſuam dare pro populo ſibi commiſſo. Verum aliquid amplius in his verbis poſtulat, ſicut & Paulus, cum dixit optabam eſſe anathema pro fratribus meis. Quod vix explicari poteſt, amor enim quo feruntur in ſuos iuſti, vt eos incolumes ſeruent, vix exprimi poteſt, ne dicam cogitari. Sic erudita S. Iſid. Peluſ. lib. 2. epiſt. 18. Videris pro abiecto ac vitioſo animi tui affectu, nec animi magnitudinem omni miraculo ſublimiorem, nec nouam, & ab hominum ſenſibus remotum, ac

Iſid. Pelus.

cœlos omnes ſuperantem Apoſtolicum amorem comprobare, nam ſi nunc quoque obſcurum tibi eſſe videtur, id quod dicturio eſt, illud equidem probe ſcio, fore vt cum apertioribus & dilucidioribus id extulero, tum rurſum incredibile id tibi videatur, quod nunc obſcurum eſſe videtur, quod videlicet ita vitioſe affectus ſis: ille enim abalienationem à Chriſto libenti animo ſe laturum dicebat, dum hac ratione ipſius Chriſti gloriam omnes celebrarent. Tu vero Apoſtolicam exuperantiam vſque adeo deprimere, atque deijcere conaris, vt etiam dicas quædam, quæ etiam meminiſſe me pudet. Neque enim ſe eſſe theſaurum optauit, vt ais (ecquis enim tam ſegnis, atque ignauus eſt, qui hoc in votis non habeat?) nec rurſum corpoream mortem prouocabat, qui quotidie moriebatur, nec tanquam fidem nemini facturus, tot aſſeuerationibus vſus fuiſſet, ſi quod mente conceperat, tenue quiddam & exile fuiſſet. Verum quoniam vim omnem ac robur ſuperabat, idcirco moltos teſtes adhibuit, ne mentiri, ac ſe inſolenter iactare videretur. Veritatem enim dico in Chriſto, inquit, non mentior, teſtimonium mihi perhibente conſcientia in Spiritu ſancto. Cum igitur & veritatem, & Chriſtum, & (Rom 9.) non mentiri, & conſcientiam, & Spiritum ſanctum eorum, quæ dicturus erat, teſtes produxerit, quis illud credat, eum vile quiddam, & animo abiectum agitantem, ad tantam aſſeuerationis magnitudinem progreſſum fuiſſe? Quod ſi abiectum quoddam adhuc ſentis, atque humi prouolutus, nihil magni ac generoſi animo concipere vis, pro viro Moſe miſſo facto, qui vt de diuino libro expungeretur, rogauit, ſi ij qui ſub eius imperio erant, internecione delerentur.

Maiori ſalutis alienæ, quam præmij æterni cupiditate conſequendi iuſti videntur teneri.

348. *Si non facis, dele me de libro quem ſcripſiſti:* Quid? ita ne de præmio æterno ſollicitus? quid? ita ne parum æternæ diuinæ fruitionis cupidus, vt populi ſalutem illi præponas? nam per librum in quo es ſcriptus, diuinam prædeſtinationem intelligis, vt plures ſancti autumant: ita ardentis extitit charitatis, vt maiori ſalutis populi quam proprij præmij æterni cupiditate ferri videatur. Ita ſentit cit. Peluſ. (S. Peluſiot.) lib. 3. epiſt. 366. qui ad Martinianum, Zozimum, &c. ſcribens, poſtquam hæc dixit, deſperatione obſeptas aures, vt audio habere videbimini, vt qui iampridem vos ipſos ſupplicijs deuoueritis aduerſos eos, qui optima conſilia vobis porrigunt, iracundia excitari.] ſubdit, Ego vero vt ex hac dementi emergatis opto, non quod niſi emerſeritis detrimenti quicquam hinc ſubiturus ſim, niſi tamen quiſpiam mœrorem, qui hinc ad me redit, commemores (nam quod ad præmij rationem attinet, nihil damni faciam) verum quod maiore ſalutis veſtræ quam præmij æterni conſequendi cupiditate tenear. Quod quis mihi diffidit, is longe ab amicitiæ habitu remotus eſſe deprehenditur. Quod ſi cum arguitur, ad impudentiam ſe conuertat, ac neminem mortalium hoc ſe vnquam præſtitiſſe contendat, à viro Deo charo Moſe, atque à ſapientiſſimo Paulo refelletur, à quibus alter de diuino libro expungi volebat, niſi Iudæis ignoſceretur: alter hac conditione anathema eſſe cupiebat, vt Iudæi omnes ad vitam accederent. Quod ſi rurſum dicat, quid igitur virisne illis te comparas? illud reſponderem, quod cum in alijs virtutum prærogatiuis cunctis fere hominibus, nedum his duobus inferior ſim, at vnum tamen hoc arcte atque ardenti animo teneo, quod quantum in me ſitum eſt, omnes ſalutem conſequi cupiam. Neque dictis à S. Doctore obſtat, quod qui optat priuari beatitudine æterna, optet, & conſequenti priuari gratia, charitate, amore beatifico. Deſiderare autem eſſe extra gratiam Dei, & amicitiam, Deum non amare, minus illi placere, minus illum laudare, charitati in Deum repugnat, eſtque peccatum: non inquam obſtat, ab his enim omnibus præſcindit charitatis feruor, & tantum beatitudinem conſiderat, prout quoddam bonum eſt proprium, ſuumque ſubiectum perficit, quod vel diuinæ gloriæ, vel ſalutis multorum aliorum, cum maiore diuina gloria coniunctæ ſtudio libenter charitas prodigit, & amittit: Si quid prolixius de hac veritate diſcere velis, conſulat Seraph. Porrect. in ſuo lib. de veritatibus aureis, in hoc cap. Exod. concl. 4.

VARIET. LECT. *Verſ.* 33.

V*ulg.* Cui reſpondit Dominus, qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo.

Cald. & Sept. Qui peccauerit coram me. *Ambroſ.* Ante me.

EXPOSITIO.

Q*Vi peccauerit mihi*, quocumque peccato mortali, *delebo eum de libro meo*, de quo libro hic loquatur Deus, ſciendum quid de eo dicat Angelicus Doctor (Angelicus Doctor.) 1. p. q. 24. art. 3. vtrom aliquis deleatur de libro vitæ ait, eſt liber vitæ, conſcriptio ordinatorum ad vitam æternam, ad quam ordinatur aliquis è duobus, ſcilicet ex prædeſtinatione diuina, & hæc ordinatio nunquam deficit, interdum quis aliqui ordinati ſunt ex gratia habita ad habendam vitam æternam, à qua tamen deficiunt per peccatum mortale: & poſt nonnulla de his agens, ait, & tales poſſunt deleri de libro vitæ, vt deletio non referatur ad notitiam,

tiam, quaſi Deus aliquid præſciat, poſtea oeſciat; ſed ad rem ſeitam, quia Deus ſeit aliquem prius ordioari io vitam æternam, & poſtea non, quod aliqui ſunt ſcripti ſimpliciter, aliqui ſecundum quid, ſunt enim aliqui prædeſtinati à Deo, vt habituri ſimpliciter vitam æternam, & iſti ſunt ſcripti indalebiliter, aliqui vt habeaot vitam æternam, non io ſe, ſed io ſua cauſa, in quantum ordinantur ad iuſtitiam præſentem, & tales dicuntur deleri de libro vitæ, quandu exeedunt à præſenti iuſtitia.

Quando ergo Deus ait Moyſi, qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo, hoc ſe- A eundo modo intelligendum eſt, qui enim hoc modo ſcriptus eſt in libro Dei, committens peccatum mortale, amittit gratiam, & ius ad gloriam, cum Moyſes dixit, dele me de libro quem ſcripſiſti, de primo libro intelligebat, eo modo quo diximos, & quia quod impoſſibile petierat, ſiue ratione præuiſionis, & prædeſtinationis diuinæ, ſiue ordinationis illius, qua neminem ſtatuit priuare vita æterna, niſi per peccatum id fuerit promeritus, ſubdit Deus id quod fieri poterat, & indicat quinam excidere poſſunt de libro vitæ, videlicet ſi qui per peccatum id foetiut demeriti.

CONCEPTVS.

Summa Dei in omnibus æquitas.

349. *Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo:* Ecca Moyſes poſtulat deleri de libro tuo, dummodo noxam populi ſui dimittas, cur ergo eius votis non ſatisfacis? nonne ſunt innumeri, qui nequaquam de tuo vellent libro deleri, & tameo ab eo raduntur? cur ergo illius qoi amplius in eo ſcribi non deſiderat, deſiderijs ſuis non aonuis? Rectè Oleaſt. (Oleaſter.) *Audis hic ſummam Dei æquitatem, vt iuſtum etiam deleri volentem non deleas, nam quemadmodum iuſtitia vix poteſt non punire peccatorem, ita vix iuſtum poteſt delere.*

Deus non ſemper petitionibus iuſtorum indulget cum id non expedit.

350. *Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo:* Nunne ardentiſſimo charitatis affectu à te petijt Moyſes, vt ni velles dimittere culpam populi ſui, eum de libro tuo deletes? quomodo ergo cum ſit vir iuſtus, tibique familiariſſimus, à te oon exauditur? quia Deus non ſemper iuſtorum petitionibus acquieſeit, cum id videt non conuenire. Quod ponderans D. (S. Cyprian.) Cyprianus in ſerm. de Lapſis, ait, Non ſtatim videri poteſt de dioina maieſtate conceſſum, quod fuerit humana pollicitatioue permiſſum: nam & Moyſes pro peccatis populi petit, nec tamen peccantibus veniam cum petiſſet, accepit. Precor ait, Domine, deliquit hîc populus delictum grande, & nunc ſi dimittis eis delictum dimitte, ſin autem, dele me de libro quem ſcripſiſti: & dixit Dominus ad Moyſen, Si quis deliquit ante me, deleam eum de libro meo: ille amicus Dei, ille facie ad faciem locutus cum Deo, quod petijt impetrare non potuit, nec Dei indignantis offenſam ſoa deprecatione placaoit. Hieremiam Deus (Hierem 1.) laudat & prædicat, dicens, Prius quam te formarem in vtero, noui te, & prius quam exires de vulua ſanctificaoi te, & Prophetam in gentibus dedi te: & eidem pro peccaris populi de- (Ibid. 7.) precanti, & frequentius oranti Noli, ait, orare pro populo hoc, & noli poſtulare pro eis in prece, & oratione, quia non exaudiam in tempore in quo inuocabunt me, in tempore afflictionis ſuæ. Quid vero iuſtius Noe, qui cum repleta eſſet terra peccatis, ſolus inoentus eſt iuſtus in terris? Quid glorioſius Daniele? quid

B ad facianda martyria in fidei firmitate robuſtius? in Dei dignatione fœlicius? qui toties & cum confligeret vicit, & cum vinceret ſuperuixit? quid Iob in operibus promptius, io tentationibus fortius, io dolore patientius, in timore ſubmiſſius, in fide verius? nec his tamen ſi rogarent, cooceſſurum ſe Deus dixit. Cum Propheta Ezechiel pro delicto populi deprecaretur, (Ezech, 14) Terra, ioquit, quæcumque peccauerit mihi, vt delinquat delictum, extẽdam manum meam ſuper eam, & obteram ſtabilimentum panis, & immittam in eam famem, & aoſeram ab ea hominem, & pecora. Et ſi fueriot tres viri hi in medio eius Noe, Daniel, & Iob, non liberabunt filios, neque filias, ipſi ſoli ſalui erunt: adeo non omne quod petitur, in præiodicio petentis, ſed in dantis arbitrio eſt, nec quicquam ſibi vſurpat, & vindicat humana ſententia, niſi annuat & cenſura diuina.

Non condemnamur ex præſcientia Dei, ſed ex noſtris peccatis.

Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo, 351. Noone qui ex libro tuo delentur, præſciuiſti eos propter peccatum delendos? cur ergo addidiſti, qui peccauerit mihi delebo eum? ſatis erat ſatiſfeciſſe petitioni Moyſi, ſi diceres delebo quem delere debeo, cum ab æterno præſciuiſti qui delendi erant: rectè præmiſit, qui peccauerit mihi, non enim Deus condemnat ex præſcientia, ſed ex peccatis. Doctrina eſt B. Ambr. in c. 8. ad Rom in illa verba, nam cum (S. Ambroſ. Rom. 8.) nõdum nati fuiſſent, aut aliquid mali egiſſent, ait, *Nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis, ſed hoc propter iuſtitiam, quia hoc eſt iuſtum, vt vnicuique pro merito reſpondeatur: quia enim boni erunt, electi ſunt ad miniſterium, & erant ſcripta nomina illorum in cælo propter iuſtitiam, ſecundum vero præſcientiam erant in numero malorum, de iuſtitia enim Deus iudicat, noo de præſcientia: vnde & Moyſi dixit, ſi quis peccauerit ante me, delebo eum de libro meo, vt ſecundum iuſtitiam iudicis, tunc videatur deleri cum peccat, iuxta præſcientiam vero nunquam in libro vitæ fuiſſe.*

A peccato alienari omnino deberemus, ſcientes Deum omnia conſpicere.

Qui peccauerit mihi, Cald. Sept. *Qui peccauerit coram me.* Ambroſ. *Ante me, delebo eum* 352.

de libro meo, quanta audacia, ne dicam, impudentia coram oculis Domini, tam turpia committere quæ coram hominum oculis, nunquam commiſſurus eſſes, ſed potius quodvis patereris? nonne Deus omnia conſpicit, omnia intuetur, vbique præſens eſt? quomodo ergo coram eo peccatum præſumit committere? ſane omnino à peccatis abalienari debeteremus ſcientes Deum nos peccantes conſpicere. S. Athanaſ. Memorat S. Athanaſ. in vita S. Antonij eum docuiſſe diſcipulos ſuos, vt ſemper cogitarēt ſe ſtare in conſpectu Dei omnia vidētis, hacque cogitatione non ſolum omnis diaboli laqueos euitari, ſed & quaſi fræno appetitum hominis coerceri, ne in varia concupiſcentiæ peccata ſe diffundat. Metaph. Surius. Simon Metaph. & Surius in vita S. Ephrem, referunt hoc modo mulierem peccatricem conuertiſſe, *Interrogans enim quid accipere vellet, vt in conſpectu ciuitatis Niſſenæ in medio foro carnale peccatum cum aliquo committeret: reſpondit ſe non audere præ pudore, cui ſanctus, ſi ito, & ſi peccatum occultiſſimo in loco plane ſemoto ab omni hominum conſpectu perpetras, te tamen à Deo videri, cuius oculis omnia nuda, & aperta ſunt: ſi itaque à peccato te cohibet pudor hominum, cur non pudor coram Deo? quo verbo ſic eius animum perculit, vt relicto peccato monaſterium ingreſſa condignam pœnitentiam egerit.* S. Auguſt. Vnde recte D. Aug. in Soliloq c. 14. ait, *Magna nobis indicta eſt neceſſitas bene viuendi, cuncta facimus ante oculos iudicis omnia cernentis.*

Qui in proximum peccat, ſoli Deo peccare dici poteſt.

352. *Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo*, Ergo non delebitur de eo, qui alteri peccauerit? Quis hoc aſſeret, cum quodlibet peccatum lethiferum indignum vita æterna conſtituat? cur ergo addidit hāc particulam *mihi*? nonne ſatis erat dixiſſe, quicumque peccauerit? recte dixit qui peccauerit mihi, quia qui in proximum peccat, etiam ſoli Deo peccare dici poteſt, vt ait Regius Vates Pſal. 50. Pſalm. 50. Tibi ſoli peccaui, quomodo ait tibi ſoli peccaui? nōne & in Berſabe per adulteriū, & in Vriam per homicidium peccauerat? an quia hominem non habebat ſupra ſe, qui eius peccata dijudicaret, qui eum puniret? Rex enim quia eſt omnibus ſuperior, ideo à ſolo Deo puniendus, & ideo quia Dauid regni Iſrael habenas tenebat, ideo nullum ſuperiorem, qui eum iudicare poſſet habebat. Bredembachius. An vt Bredembachius ait, Quia ſoli Deo ceſſit in occaſionem gloriæ ſuæ, & iuſtitiæ ſuæ peccatum ipſius, vt per ſui peccati iniuſtitiam, Dei iuſtitia pateſiat, atque omnibus innoteſcat? vel vt habet Auguſt. quia ſolus Deus medicinam peccati poterat adhibere? Quemadmodum ſi æger aliquis perito medico dicat, tibi ſoli ægrotaui, vult dicere, ab alio ſanari non poſſum, à te ſolum expecto ſanitatem. Recte quidem, ſed etiam vere Cardinal. Cametac. Petrus de Aliaco. Petrus de Aliaco, *Hoc ideo dixit tibi ſoli peccaui, qui tu ſolus es, qui das legis præceptum, per cuius præuaricationem peccatur.* Bouſſard. & Bouſſard. Cancell. Pariſ. *Qui aliena bona rapuit, qui famam proximi ſui læſit, vere tamen dicit tibi ſoli peccaui, quia tu ſolus legem poſuiſti mihi, quam tranſgrediendo peccaui, ſolus enim tu es qui legem ponere potes ad æternas obligantem pœnas, hanc legem tu tuliſti, & ſolus ferre potuiſti, ideo dico tibi ſoli peccaui.*

Qui proprium agnoſcit peccatum, apud Deum potentiſſimus eſt.

Qui peccauerit mihi, delebo eum, Hæc reſpondit Deus Moyſi dicenti, ſi non dimiſeris eis hanc noxam, dele me de libro tuo. Vult Rupert. vt hæc verba contineant apertam, & omnimodam ſui cognitionem, imo & confeſſionem propriæ fragilitatis, ratione cuius ipſe eſt auſus pro ſupplicijs peccantium rogare, cum ſe fragilem cognoſcat peccatorem. Sic enim ait, aut dimitte eis, aut dele me de libro tuo, quia & ego peccator ſum, ſi non eſt apud te propitiatio, ſi iudicium apud te eſt ſine miſericordia, conſequitur vt me de libro tuo deleas. Ergo ſi tu peccata non dimittis, ſi ſoli apud te iuſti permaneot ſcripti, conſequens eſt vt ego non permaneam in libro tuo.] Verum ſi Moyſes cum cæteris peccator eſt, ſi ſe deliquiſſe fatetur, cur audet contra delinquentes ſæuientem Dominum interpellare? imo inde animus ſurgit, quod proprij caſus ruinam conſpiciat, agnoſcat, & fateatur, inde vires ſumit, quod in medijs Dei furoribus ſuæ fragilitatis immemor non exiſtit, & veluti ad terram & puluerem deiectus, valentior ſurgit & robuſtior, vt in confractione ſtet apud Dominum pro populo, & valeat in conſpectu eius, cui ſumme placet noſtræ fragilitatis cognitio. Sic B. Bernard. ſerm. 27. in Cant. cum ponderat illud Prouerb. 24. Septies in die cadit iuſtus, & reſurgit; vult enim ideo reſurgere iuſtum cadentem, quia nouit caſum, & vbi ceciderit, is enim qui terram videt & lutum contemplatur, ac cænum, facile ab illo ſurgit, etiamſi propter infirmitatem ſæpius cadat: ſic autem ait, *Septies cadit iuſtus, & ſepties reſurgit, ſi tamen cadat, vt ſe cadere videat, & cecidiſſe ſciat, & reſurgere cupiat, & requirat manum adiuuantis.* 353. Rupert. S. Bernard. Prouerb. 24.

Ita Deum in petitionibus noſtris conſtringamus, vt eas reijcere non poſſit.

Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo, 354. Ergo qui non peccauerit, minimè delendus eſt: at Moyſes in vituli adoratione nequaquam te offendit, imo in tuos offenſores deſæuit. Quomodo ergo dixit, vt deleres eum de libro tuo, ni velles populo condonare? & quod auget difficultatem, de libro vitæ, in quo ſoli prædeſtinati deſcribuntur? certum eſt autem nullum ab eo delēdum: quomodo ergo Deum ita deprecatur? Reſpondet Aſcanius Abb. general. Canon. regul. Auguſt. Congr. Later. tom. 1. Gloſſæ Mag. in Geneſ. in illa verba, diuiſit lucem à tenebris. Aſcanius. Geneſ. 1. *Impoſſibile*, inquit, *Deo propoſuit, vt quod exoptabat conſequeretur, ita enim Deum in petitionibus noſtris conſtringere debemus, vt eas reijcere nequeat.*

VARIET. LECT. Verſ. 34. & 35.

V*Vulg.* Tu autem vade, & duc populum iſtum quò locutus ſum tibi, Angelus meus præcedet te, ego autem in die vltionis viſitabo, & hoc peccatum eorum.

Sept. Nunc autem vade, deſcende, ecce Angelus meus præcedet te ante faciem tuam, qua autem die viſitabo inducam in eos peccatum eorum.

Cald. In die viſitationis meæ viſitabo ſuper eos peccata eorum.

Pag. In die qua viſitabo, viſitabo ſuper A eos peccatum eorum.

Cajet. In die viſitaodo viſitabo.

Oleaſt. Ego in die recordationis meæ recordabor ſuper eos peccatum eorum.

Vulg. Percuſſit ergo Dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron.

Sept. Propter facturam vituli.

Cald. Eo qood coluerunt vitulum. *Sic Onk.*

Cajet. Super quod fecerunt vitulum, quem fecit Aaron. *Sic Vatab. Mont.*

CONCORDIA.

OMiſſa eſt ab interprete dictio, ecce eſt enim הנה מלאכי hinne malachi. Ecce Angelos meus. Vulg. in die vltionis, Hebraicè וביומ פקדי in die viſitationis. Oleaſt. in die recordationis: qoia verbum פקד pakad non ſolum recordari, ſed & viſitare ſignificat. Hæc autem recordatio, vel viſitatio, nihil aliud eſt hîc quam vltio per interB pretem tranſlata. Verbum עשה non ſolom facere, ſed colere, & celebrare interpretatur. Hinc vbi aliqui, quem fecerunt, alij quem coluerunt legare, & licet in Hebr. ſit quod fecerunt vitulum, quem fecit Aaron, hi enim fecerunt petendo, Aaron tamen miniſterialiter, ſed rectius. Vulg. pro reatu vituli, qoem fecit Aaron.

EXPOSITIO.

TV *autem*, qui non peccaſti, ſed in me, & in proximum eximia ardes charitate, non deleberis de libro meo, imo, *vade, & duc populum iſtum quo locutus ſum tibi*, ſicut ante ſolebas, populum meum ducere, ita nuoc illius etiam ſis ductor. Duc ergo eum verſus terram C Chanaan, & quaſi Moyſes Deo obijceret, neſcio quo modo populum, in quem iratum te oſtendis, in terram mihi ignotam ducam: ait illi, *Angelus meus præcedet*, in columna nubis & ignis, vt antea.

Ego autem in die vltionis, quam ſumam de peccato, ecce ad tempus indulſit, cum eos decreuiſſet delere. Quod autem aliqui diem viſitatinnis huios putant eſſe, vel extremi iudicij diem, vel Romani exitij, vel Babylonicæ captiuitatis, non adeo placet, nam & alias pro .imiores plagas ſuſtinuerunt, quibus per partes ponitos eſſe dicere poſſumus, maxime quod per deſertum perierint, nec terram pro- D miſſionis ingreſſus fuerit vllus ex his qui deliquerant.

Percuſſit ergo Dominus populum pro reatu populi, Abulenſ. poſt aliquot ab hoc ſermone dies, abſente Moyſe, & populo in Sina duodecima manſiooe commoraote, immiſit Dominus peſtem in caſtra Iſraelitarum, quæ aliquamdiu graſſata, inter eos reliquias idololatra tum ſuſtolit. Vnde Rabbi Salomon aſſerit triplicem pro vitulino illo facinore pœnam Iudæis irrogatam, prima fuit mors inflicta in potu aquarum conſperſatum pulueribus aurei vituli, quia ex eo potu quidam, vt ipſe ait, mox ruptis viſceribus perierunt: altera fuit cædes Leuitica triom & vigioti millium: tertia fuit peſtis, qoam hoc loco Moſas, quaſi parentheſim narrat, ne quis hanc pœnam, & vltionis diem, ad alias referat Domini de populo ſuo animaduerſiones, quæ proprias habent, cognitaſque ſuas cauſas.

CONCEPTVS.

Deus ita ſacerdotes æſtimat, vt nolit apud nos in minori pretio eſſe.

355. *Percuſſit Dominus vitulum pro reatu vituli, quem fecit Aaron*: Potius inuerſo ordine debuerat dici, percuſſit Dominos Aaron pro vitulo, quem coluit populus, Deus enim perſonarum acceptor videtur eſſe, com non oobis ignotum grauiter offendiſſet Aarooem, cum vitulum fecerit, & tamen impunitum manſiſſe: populum tamen pro reato populi pœnas grauies dediſſe: & ſi dixeris punitũ fuiſſe, ſed ſcriptum non eſſe qoo genere punitionis; cur publice ab eo tanti criminis pœnas non exigit; cum corã omnibus offendiſſet? vt ſui ſacerdotis honori cõſuleret, qoẽ ſi populos punitione cõprehendi ſicut alios videret, eum parui penderet, & tanquã vnũ ex alijs popularibus crederet. Hæc habet Scraph. Capp. concl. 5. *Vid́emus Aaron ſacerdotẽ plurimum deliquiſſe, imo* Seraphin. Cappon.
occaſionẽ fuiſſe populo idololatrandi, tum faciendo vitulum, tum ſolemnitatẽ pro ſacrificãdo idolo præconis voce, & vt breuiter dicamus, peccatum maximum in totum populum induxit, & tamen

non videmus quod Aaron non fuerit publice hic à Moyſe, aut à Deo caſtigatus, ſicut de populo publice punito legimus, & acerbe: vnde eſt hoc? inde quia videlicet ſacerdotes in reuerentia à ſacerdotibus haberi Deus optat, ſi autem eos publicè cum reliquis puniret, eos populus tanquam ſibi ſimiles æſtimatos in minori conſideratione haberet: videas quantum Deus voluerit Leuiticos ſacerdotes in reuerentia haberi, vt facta illorum mala etiam publica voluerit publicè, (quod legatur) punire, pnoinit tamen quoniam nullum malum impunitum.

Non nobis adulandum, quod Deus facile peccata grauia remittat.

356. *Percuſſit Dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron:* Quæ percuſſio diuerſa eſt à cæde viginti trium millium interſectorum pro eodem crimine, vt vidimus in expoſitione: ſi tanto charitatis affectu Deum deprecatus eſt Moyſes pro venia populo danda, ſi etiam voluerit de libro illius deleri, vt remitteret ei hanc noxam: quomodo ergo Deus precibus eius ardentiſſimis non flectitur, ſed peccatum hoc vſque ad omnium interitum punit? reſte Anaſtaſio Niſſen. q. 67. in ſacram ſcripturam? qui ait, *Vt nobis non blandiamur de facili peccatorum grauium quoad culpam, & pœnam remiſſione.* Vnde etiam Oleaſt. *Si culpa peccatori remittitur, multa tamen inde incommoda in peccatore relinquit.*

Anaſtaſius Niſſenus.

Oleaſter.

Tempus pœnitendi Deus concedit.

357. *Percuſſit Dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron:* Si pœnam tam graui delicto debitam remittere deberet Deus, cur tamdiu expectat vltimum de eis ſumere ſupplicium? cur cum cæſa fuere viginti tria ex eis millia, omnes internecione non delentur, cum eodem crimine inuoluti tenerentur? vt viſa aliorum cæde cæteri qui ſuperſtites manebant, vere ad Deum conuerterentur, tantique ſceleris pœnitentiam agerent.

Si Deus pœnam peccatis debitam non remittit, non bonitati diuinæ detrahendum, ſed noſtra malitiæ id tribuendum.

358. *Percuſſit Dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron:* Nonne diximus Deo diſtuliſſe pœnam eis debitam irrogare, vt viſa tot hominum cæde ad pœnitentiam reuocarentur? quomodo ergo deinde Deus percuſſit eos pro huiuſmodi reatu vituli? nonne vere ad Deum conuerſi ſunt? imo de die in diem deteriores euaſere, & ſic non mirum ſi adhuc grauiter à Deo percuſſi, non enim diuinæ bonitati derogandum, ſed noſtræ tribuendum malitiæ, ſi pœnas quas delicta merentur, non remiſerit. Annuit B. Hieron. c. 2. in lament. Hierem. *Sæpe Synagoga Iudæorum Dominum irritans, iamdudum iuſtam pœnam promeruiſſet, niſi conditoris ſui bonitas diu toleraſſet, ac pie ac patienter ſufferret: ſed quoniam conuerti noluit, & ceſſare à cœpta nequitia renuit, tandem ſecundum merita ſua condignam vltionem recepit: ſicut olim ad Moyſen famulum ſuum, quando populo ad idololatriam conuerſo orabat, Dominus reſpondit dicens, dimittam iuxta verbum tuum, verum tamen in die vltionis viſitabo, & hoc peccatum eorum, vnde nunc dicit, fecit Dominus quæ cogitauit, compleuit ſermonem ſuum, quem præceperat à diebus antiquis, deſtruxit, & non pepercit, quoniam plagas quas in Prophetis, & lege frequenter comminando prædixerat, tandem ad iracundiam prouocatus ſuper eos inducebat.*

S. Hieron.

Dies vltimi iudicij, dies vltionis per antonomaſiam.

Percuſſit Dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron: Quandonam? in die vltionis inquit viſitabo, & populum, quænam eſt hæc dies viſitationis? nonne pro certo haberi poteſt? An peſtis in eos graſſata? an interitus omnium in deſerto? Anſelm. Laudun. ait viſitauit Dominus peccatum in die vltionis, id eſt Romanæ captiuitatis, ſeu viſitabit in die generalis iudicij. Sed cur diem viſitationis Dei iudicium vltimum appellat? quia per antonomaſiam vltimus ille dies vltionis dies nuncupatur. Fauet Lippom. *Nonnulli in die iudicij puniendum dicunt, quomodo reaſſumptis corporibus impœnitentes in æternum punientur, hæc enim verè dicitur vltio conſummata, & generalis peccatorum, hic interim non ad integrum punitorum.* 359.

Anſelmus Laudun.

Lippom.

Deus ſuorum famæ, & honori conſulit.

Percuſſit Dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron: Aliqui exiſtimant præpoſtere hic ordinem narrationis poſuiſſe, & cædem filiorum Leui, poſt hæc verba, factam fuiſſe, illamque eſſe vltionem, & percuſſionem, de qua hic agitur: verum ſi ita res ſe habet, cur dicitur quod percuſſerit Dominus populum pro reatu vituli? nonne fuit Moyſes, qui præcepit Leuitis, vt nec fratribus, nec amicis parcerent, ſed obuios quoſque interficerent? cur ergo hæc Deo tribuitur percuſſio, cum iuſſu Moyſi facta fuerit? aliqui potuerunt arguere Moyſen de nimia in populum ſeueritate, eumque nuncupare crudelem: merito ergo hic dicitur quod Dominus qui ſummè miſericors, & etiam iuſtiſſimus, populum percuſſerit, vt ſui fideliſſimi famuli famæ, & honori conſuleret. Mens eſt Hugon. Vict. *Hic percuſſit Dominus populum ſuum ſupradicta interfectione, quã fecerunt Leui, vnde apparet hic inſtinctu Dei eſſe factam non maleuolentia Moyſi.* 360.

Hugo Victorinus.

Rigor & iuſtitiæ aſperitas viam miſericordiæ aſtruit.

Percuſſit Dominus populum pro reatu vituli, Hanc percuſſionem factam, vt in præcedenti conceptu vidimus, arbitrantur, quando Leuitæ à porta in portam iuerunt percutientes obuios quoſque, ſed quæ percuſſio hæc pro tanto ſcelere? nonne omnis peccauerat populus? nonne à Domino percuſſio mãdabatur in populum? cur interfectis tamen ſolum his qui obiter veniebãt quieuit? ſane ea eſt ira Dei quæ cum omnia vaſtatura egreditur, tamen in medio itinere ab inceptis deſiſtit, viam miſericordiæ aperiẽs. Saluia. t. lib. da Gubern. ſic ait 361.

Saluianus.

Quod potuit maius, & euidentius de peccatoribus Deus ferre iudicium, quam vt ſtatim conſequeretur pœna peccantes? & tamen cum omnis populus reus factus fuerit, cur non eſt in omnes emiſſa damnatio? quia pius ſcilicet Dominus partem percuſſit ſententiæ ſuæ gladio, vt partem corrigeret exemplis. Quaſi neſciret ira progredi, niſi vt miſericordiæ viam panderet, incipit ira ſæuiens ſic puniens, vt remedia præbeat peccantibus, vt poſſint miſericordiam ſibi comparare.

Iiſdem armis euertuntur impij quibus Dei cultum euertere moliti ſunt.

562. *Percuſſit Dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron*, dixerat enim, *ego in die vltionis viſitabo hos peccatum eorum.* Oleaſt. *Ego in die vltionis recordabor huius peccati.* Sed de qua vltionis die peragendæ hic ſit ſermo, vide in expoſitione: tamen non reſpuenda D. Hieronym. citati in cap. 2. lament. Hiarem. dicentis, hanc diem vltionis fuiſſe diem deuaſtationis à Romanis in Hebræos inuectæ, & ſic iuxta illius mentem, quæ cogitauit Dominus contra populum pro vituli reatu, in deuaſtatione à Romanis inducta perfecit. Sed operæ pretium eſt examinare, quale in hoc vltimo Hebræorum excidio ſignum Deus extulerit, quo vituli ſacrilegij ſe non oblitum manifeſtet, non quidem erit obſcurum, ſi ab
Iſaiæ 17. Iſaia illud petamus, qui cap. 17. 10. ait, *Ciuitas munita deſolata erit, ſpecioſa relinquetur, & dimittetur quaſi deſertum, ibi paſcetur vitulus, & ibi accubabit, ibi conſumet ſummitates eius.* Quo loco vatem Iudæorum Ieroſolymæque euerſionem præſagiſſe, nemini eſt dubium. Sed quorum tropo Spiritus ſanctus functus, vt ſolo æquandam Ieroſolymam vaticinetur? *Ibi paſcetur vitulus, & ibi accubabit, ibi conſumet ſummitates eius.* Cum enim nulla durior fuit calamitas, nulla magis miſeranda ruina, quam quæ tunc in Iudæos fuit inuecta, nonne acriori ſimilitudine, & acerbiori debuit ſermone præmonſtrari? quorumdam re-
Procopius. fert Procopius ſententiam, cui ipſe etiam adſtipulati videtur: *Neque vero deſunt*, inquit, *qui paſcuorum nomine imperatam per hoſtes tributi penſionem ſignificari dicant.* Cuius ſententiæ vis, vt clarius eluceat, ſupponendus eſt Romanorum mos erga nummorum excuſſionem: quiquidem in prima aurei facie, Principis formam, in oppoſita vero bouis effigiem excidebant. Quapropter nummi vel aurei boues appellabantur, ſed quoniam quilibet Imperator pro libito, modo vnam imaginem, modo alteram aureis pecunijs, ſeu argenteis ſculpebat, fortunatis temporibus Octauij Auguſti, cuius fœliciſſimum proſperauit imperium dies ille, quo diuinum apparuit Verbum mortalitatis noſtræ nuditate contectum, in pecunijs incidi iuſſit vituli, ſeu tauri effigiem, hac inſcriptione ſupra ceruicem exciſa, Auguſtus. Quo emblemate Octauius (cum fuerit ipſe prior Auguſtus nuncupatus) Imperij ſui dignitatem maieſtatemque deſignabat. Vituli quoque effigie incidit argenteum, alia tamen inſcriptione Tyberius Cæſar, quo imperante humani generis vita vitam emiſit: poſtea autem Veſpaſianus, qui vltimam ſtragem populo Hebræo intulit, numiſma argenteum iuſſit incudi, quod vitulos duos oſtendebat, puerumque deſuper pedibus eorum ceruicibus innitentem, quod poſtea filius eius Titus imperio iam obtento circumferri imperauit. Hinc iam Iſaiæ loco lux ſpargitur, *Ibi paſcetur vitulus, ibi accubabit, ibi conſumet ſummitates eius*, opulentiſſimæ ciuitatis vberrima paſcua vitulus conſumet, hoc eſt dilapidabitur Romanorum tributis. Nam quemadmodum vitulus paulatim camporum corrodit herbas atteritque, ſic vitulus Romanis pecunijs inciſus, quem quotannis tenebantur pendere, ad ſupremam illos paupertiem redigebat. Hoc enim nummo grauabantur Hebræi, vt ex Matth. conſtat cap. 22. 20. Matth. 22.
Principis imaginem ex vna fronte, ex altera vitulum, vt probatum reliquimus, referente, nam cum Phariſæorum diſcipuli præſtigioſè ſciſcitarentur à Chriſto Domino, an cenſum Cæſari ſolui liceret, ſapientia diuina reſpondit: *Oſtendite mihi nummiſma cenſus, at illi obtulerunt ei denarium: & ait illis Ieſus, cuius eſt imago hæc & ſuperſcriptio? dicunt ei Cæſaris.* Ergo denarium non quemcumque, ſed qui & imperatoris faciem, & vitulum excuſum indicabat: hoc ergo vitulo paulatim fuerunt depaſti, & conſumpti miſeri Hebræi. Ideoque teſte Procopio ait Iſaias, ibi paſcetur vitulus: en quomodo in die vltionis vitulo depaſcente, & depopulante omnia, viſitet Dominus vituli peccatum, vt vitulum vitulo opponat, & eiſdem impios Iudæos armis euertat, quibus ipſi cœleſtem cultum demoliri conati ſunt? vitulus qui eorum exſiccabat virorem, vitulum quidem illorum obijciebat animis, quo aduerſus Deum ipſorum proaui rebelles Dei cultum euertere moliti ſunt.

Idem conceptus confirmatur.

Percuſſit Dominus populum pro reatu vituli, 565.
Quem tamen arripiens Moyſes vitulum, quem fecerant combuſſit & contriuit vſque ad puluerem, quem ſparſit in aquam, &c. Iam inquiſitum à nobis cur Moyſes aureum vitulum in cineres redegerit, cineresque aquis diſſoluerit, quas potandas ſtatim populo propinauit. Diximus ex Oleaſtro, vt eis idololatriæ nauſeam induceret. Sed hac ſolutione nondum mens ſedatur, vt quid enim ſaginando vitulos contenderet Moyſes, qui Leuitarum erant iam carnificinæ, ſeu mactationi deſtinati? vt quid idoli voluptate erant explendi, quos iam deuorandos expectabat vindex gladius? potius cenſuerim Moyſen intendiſſe aliqua impios inficere macula, ſeu nota, qua ab inſontibus ſontes diſcernerentur, ne qui ab idoli abſtinuerant cultu, cum Leuitarum enſis nudus in populum graſſaretur, pœnas confusè, & indiſtinctè ſubirent, atque per hoc illis infigendo ſigno vituli eos potauerit cineribus diſperſis aqua. Sic Abulens.
Abul. *Sparſit puluerem in aqua ad faciendũ expe-*

rimentum ſceleris inueniendi. Sed nunc opus & labor in ſigno quo iuſſit iniquos adoratores vituli inueſtigando. Vult Rabbi Abraham, Abenezra & ſacrilegij participes aquæ potum haurientes, in eam ægritudinem incidiſſe, quæ eos criminis manifeſte conuinceret; inſontibus autem aquas dulces ſe præbuiſſe, ad inſtar zelotypiæ ceremoniæ, in qua propinabatur aqua mixta puluere pauimenti ſanctuarij. Aiunt alij ſacrilegos barbaris aureia inſigniri, ſed hoc diſcrimine, vt qui plus minuſve deliquerant, minus magiſque aurea illa tinctura ſignarentur, & in hanc ſententiam propendere videtur Rupert. quam ſupra diximus: ſed quid inde? vt quam ſibi auerſum, & infeſtum Deum populus ille elegerit, con- A templaremur, quem vt vlciſcatur Deus pro tam inexplicando flagitio non aliud tentat acerbius, cruentiuſque ſupplicium, quam Deum illum in eorum pectora immittere, vere idolum, quod aduerſus Deum effinxerunt, de illis vltor euaſit, infœlices proprio ingenio perierunt, & cuius cornibus diuinum ventilarant honorem, iacuerunt ipſi proſtrati: falſum illud numen ſacrilegos mortis nota ſignabat, & ad interitum diſcernebat. Egregiè Abulenſis, *Rectè autem, inquit, & hoc* Abulens. *Domino monente factum eſt, vt in eo ſceleris pateret indicium, in quo ſcelus patratum fue-* B *rat, ſcilicet ipſi peccauerant cognoſcentes vitulum, ergo in vitulo indicandi erant deliquiſſe.*

SYNOPSIS CAPITIS XXXIII.

Inchoatam ſuperiori capite comminarionem proſequitur Deus, iubetque Iſraelitas caſtra mouere ſolo Angeli comitatu cõtentos: Moyſes inſtat pro peccati venia, eamque tãdem impetrare videtur, ac Deus populum ſuum rurſus comitatum ſpondet, ſed pro peccati agnirione & pœnirentia, iubentur Iſraelitæ veſtes cultiores deponere, vt ſe diuinæ miſericordiæ permittant: Moſes ad eos reuerſus ſecedit extra caſtra, vt cæremonia hac exteriori intelligerent Deum propter idololatriam ab ipſis vere receſſiſſe, atque ad maiorem peccati deteſtationem & cautelam prouocarentur, in tabernaculo fœderis Deus coram omni populo Moyſi loquitur, eique ſuam dare gloriam pollicetur, & ante illius fruitionem, promittit poſteriora ſua ſe viſurum.

VARIET. LECT. Verſ. 1 & 2.

Vlg. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen dicans, vade, aſcenda de loco iſto, tu & populus tuus quem eduxiſti de terra Ægypti, in terram quam iorauı Abraham, Iſaac, & Iacob, dicens ſemini tuo dabo terram hanc.

Sept. Procede, aſceode hinc tu & populus quos eduxiſti.

Cald. Vade, aſcende hinc tu & populus quem

A aſcendere feciſti de terra Ægypti, filiis tuis dabo eam terram fluentem melle & lacte.

Vulg. Et mittam præcurſorem tui Angelum, vt eiiciam Chananæum, & Amorrhæum, & Hetthæum, & Pherezæum, & Hettheum, & Iebuſæum.

Sept. Et ſimul mittam Angelum meum ante faciem tuam, & eiiciet Amorrhæum, &c.

Alia exemplar. Eiicies.

Caiet. Mittam faciebus tuis Angelum.

CONCORDIA.

HOc participium *dicens* ab interprete poſitum, non eſt in Hebræo, nec in aliquibus vetuſtioribus Latinis exemplaribus, quale eſt S. Germani, ſed ad maiorem emphaſim bene additur, Vulg. vade aſcende, ſic etiam antiqua exemplaria legunt, nec non in Heb. ita habetur לך עלה & apud Sept. tamen Cald. habet vade deſcende, & aliqua exemplaria Latina, ſed contrarietas non eſt, nam verum eſt Moyſem de monte deſcendiſſe, & verum eſt quod habet

B Vulg. vade aſcende, cuius ſenſus eſt hinc deſcendendo vade, vt aſcendas, quia pars Septentrionalis eſt editior Meridionali, à qua deſcendere debet, vt Septemtrionalem aſcenderet, Vulg. habet *populus tuus*, pronomen *tuus* nec in Heb. nec in Caldæo eſt, ſed ſolum apud Sept. legentes ὁ λαός σου Vulg. habet, eiiciam vt Hebraice וגרשת vegeraſti ſed Sep. hæc ad Angelũ referont, καὶ ἐκβαλεῖ eiiciet, alia autem exemplaria ad populum καὶ ἐκβαλεῖς eiicies, in quibus

tameo oon eſt contrarietas, popolus eoim belligerans eiecit, Aogelus dirigens & adiuuaos, A Deus tanquam cauſa principalis eiectionis.

EXPOSITIO.

Locutus eſt Dominus ad Moyſen, exiſtentem in monte Sinai, quem conſeenderat vt Deum deprecaretur pro reatu populi dimittẽdo, *vade & aſcende*, quaſi diceret poſtquam deſcenderis aſcendes ad terram promiſſionis, quæ altior eſt deſerto per quod iter faciebant Iſraelitæ: ſic dicitur deſcẽdiſſe Abraham in Ægyptum, Geneſ.12. *& populus tuus*, hoc pronomen additum ioſinuat S. Auguſt. quod populus antea dixerat, Moyſi viro qui nos eduxit de terra Ægypti, neſcimus quid accidit, quaſi illi noo Deo egreſſum tribuentes, ideo Deus ad hæc illorum verba allodens, vocat popolum iſtum ſuum.

Et mittam præcurſorem tui Angelum, cum in ſuperioribus verba ad Moyſen direxiſſet continuo, tanquam ad ipſummet adhuc loquatur occulta conuerſione, inquit Auguſt. quæ dicitur apoſtrophe ad populom, his verbis loquitur, *in terram quam iuraui Abraham, Iſaac & Iacob*, ſoli Abraham expreſſe iurauit Deus ſe daturum ei Chaoaan, Iſaac vero & Iacob taotum eam promiſit, ſed ſimili forma qua Abrahamo, ſeo remittendo ſe ad id qood cum Abrahamo geſtum erat: ergo promittendo eis idem qaod Abrahæ promiſerat, illudque ratificando & confirmando iurabat eis, idem quod iurauerat Abrahamo. de populis autem eiiciendis Iſraelitis pluries iam diximus. B

CONCEPTVS.

Licet Deus ſuos graui tentatione vrgeat, tamen vt non deficiant, corroborat.

1. *Vade aſcende tu & populus tuus in terram, quã iuraui Abraham, Iſaac & Iacob*, me daturum filiis eorum. quid ô Deus! nonoe deprecãti Moyſi veniam pro populo, non integre indulſiſti, ſed te in die vltionis viſitaturom illios peccatum comminatus eſt? cur ergo nunc quaſi illios immemor comminationis, polliceris Angelum ductorem populi Iſrael in terram Chanaan ab ipſo poſſidendam, eiectis illius incolis? nonne graui tentatiooe probauit Deus Moyſen, cum ardentiſſimam & vehementiſſimam deprecationem pro popoli venia, abſolute non admiſit? quid miraris ergo, ſi nunc eum conſolatur de deducendo populo in terram, lacte & melle fluentem Patriarchis iam ante promiſſam? quia Deus ſuos graui tentatione vrget, vt eos probet, tamen vt noo deficiant corroborat. ita hæc verba iotellexit auctor Carenæ. *Tentatur* C

Lippom. *grauiter fidelis paſtor Eccleſiæ à clementiſſimo Deo, vt appareat qua charitate & zelo fidei feratur in populum ſibi commiſſum, tanta iam ingratitudine notatum in Deum ipſum & prælatum Moyſen, ſubinde tamen eum commonefacit verbi diuini infallibilis & promiſſionum, quas irritari ſit impoſſibile, vt in tentatione conſiſtat & firmetur; verbum enim Dei eſt in tentatione ſolatium fideli.* D

Deus ſcit iniuriam ſibi factam exprobrare.

2. *Vade aſcende tu & populus tuus in terram, quã iuraui Abraham, Iſaac & Iacob*, cur dixit *tuus*? an ſibi arrogauit Moyſes eductionem populi Iſrael de Ægypto? quis hoc ſeotiet de ſaoctiſſimo viro? cur ergo hoc prooomen *tuus* adiecit? per contemptum Dei beoefactoris ſui & liberatoris dixeruot Iſraelitæ, neſcimos quid viro huic Moyſi qui eduxit nos de terra Ægypti, accidit, vt ergo exprobraret Iſraelitis ioiuriam ſibi factam, dixit Moyſi populus tuus &c. fa-

S. Auguſt. uet S. Auguſt. q.149. in Exod. *Videtur Deus iratus, cum ait, tu & populus tuus quem eduxiſti, alioquin dixiſſet tu & populus meus quem eduxi de terra Ægypti: ſed illi quando idolum popoſcerunt, ita locuti ſunt; Moyſes enim hic homo qui eduxit nos de terra Ægypti neſcimus, quid factum ſit ei, liberationem ſuam in hominem conſtituendo defecerant. hoc eis modo replicatur cum dicitur tu & populus tuus, quem eduxiſti, quod illius eſt criminis & non Moyſi, non enim aliud volebat Moyſes, niſi vt non in illo ſed in Domino ſpem ponerent, & Domini miſericordia, ſe cum gratiarum actione crederent ab illa ſeruitute liberatos.*

Peccatores ex pœnitentia lapſos ad maiora dona reſurgont quam antea.

Vade aſcende tu & populus tuus in terram, quã iuraui Abraham, Iſaac & Iacob, deinde ſubdit, *mittam præcurſorem Angelum, & eiiciam Chananæum*. ſi percurrere velis auctoritates in quibus terram Chanaan pollicetur Deus daturum Iſraelitis, nullam reperies in quo eos ita vrget ad eam inquirendam & poſſidendam ſicut nunc. quid? nonne poſt tantum ſcelus, ſua promiſſa reuocare deberet? vel ſi non reuocare, ſaltem differre? cur ergo ounc in eos ita liberalis? multi tenent quod viſis tot millibus interfectis, qui ſuperſtites fuerunt, pœnitentiam egiſſe de tanto ſcelere commiſſo: oe miteris ergo ſi Deus ita ſe cum eis habuerit, quia peccatores ex pœnitentia ſæpius ad maiora dona reſurgunt quam aote peccatom. hanc veritatem late expendit Veoerab. Ruricius lib. 2. epiſt. 22. loqoens de filio prodigo ad patrem reuerſo, ſic enim ait. *Non ſolum ipſe eſt pater tuus, qui male prodigo filio, & paternæ ſubſtantiæ decoctori, ad ſe non ſero redeunti, non ſolum crimina commiſſa anteriora non imputat, verum etiam præmia amiſſa multiplicat, ulnis fouet, oſculis permulcet, muneribus ditat, doctrina confirmat, non tantũ indignatus ad eius abſceſſum quantum lætatus ad reditum*, & S. Maxim. ſerm. de pœnitentia Petri & oſtiaria ancilla. *vides ergo quantum fletus profuerit Petro, antequam fleret lapſus eſt, poſtquam*

fleuit lapſus non eſt, & qui ante lachrymas præuaricator extitit poſt eas paſtor aſſumptus eſt, & alios regendos accepit qui ſeipſum non rexit.

Ex diuinis beneficiis acceptis, hominum ſcelera grauiora cenſentur.

4. *Vade aſcende tu & populus tuus in terram, quã iuraui Abraham, mittam præcurſorem, tui Angelum,* ſi daturus eis hanc terram deſiderabilẽ, eos præcurre, vt illius poſſeſſores eiicere valeãt: eiiciam eos, inquit Deus, cum eis ſaltem *aſcende,* non aſcendam inquit, qua de cauſa? ne forte diſperdam eos in via: cur dicitur populus diſperdendus à Deo, ſi ab eo ducatur, non vero ab Angelo? an ad miſericordiam pronior eſt Angelus quam ipſe Deus? minime quidem, qua de cauſa igitur non vult cum populo *aſcende*re? B optima ratio eſt quam reddit noſter Lyran. N.Lyranus. *Non eſt per hoc intelligendum* (inquit) *quod Angelus de quo dixerat quod eſſet eis ductor, eſſet miſericordior ipſo Deo; ſed quod ſi adeſſet Dei præſentia modo prædicto, hoc eſt peculiaribus beneficiis exhibita, ex hoc rebellio populi eſſet grauior, & per conſequens grauius punienda.* Vides vt ex diuinis beneficiis hominum ſcelera grauiora cenſeantur!

Qui peccator fuit, non torpeat, ſed ad perfectionem currat.

5. *Vade aſcende tu & populus tuus in terram, quã iuraui Abraham, Iſaac, &c.* dignum eſt vt expendatur, cur Deus ita ad terræ promiſſæ poſſeſſionem populum excitet, præterea cum non facile ſit reperire antea id eum præſtitiſſe: vade C ait aſcende, Cald. deſcende. cur nunc magis ad profectionem populum vrget poſtquam tam fœde grauiterque peccauerit quam ante peccatum fecerit? an vt ita ſignificaretur expeditius, & velocius ad perfectionem currere debere qui iniquitate relicta rectam iuſtitiæ viam vult perficere? non longe ab hac mente abit Oleaſt. Oleaſt. dum hæc Dei verba expendit. *Nunquam* (inquit) *huc vſque legimus Deum feſtinaſſe & vrſiſſe ſic Iudeos ad terram promiſſam, quemadmodum nunc poſt peccatum.* Poſt culpam nemo torpeat, nemo iaceat, ſed magis iter vrgeat, velocius currat, vt deleta peccata per pœnitentiam calcaris vice deſeruiant, frænum non iniiciant; etiam fontes frigore conglaciati, ſolis radiis percuſſi, ſolutiſque viribus degelaſcunt vehementius.

Deus oratione iuſtorum iram deponit, clementiam aſſumit.

6. *Vade aſcende tu & populus tuus quem eduxiſti de terra Ægypti, in terram quam iuraui Abraham &c.* Antea dixerat, vade, duc populũ quo dixi tibi, non aſſignans ſpecialiter quo ducturus eum eſſet: nũc autem terram nominat, prius dixerat duc populum: cur nunc ſimiliter non ait, ſed addit tu: cum eo, & quem de terra Ægypti eduxiſti, quamque patribus iuraui daturum: quæ omnia benignitatis ſunt argumenta, vnde qui furore excãdoit in populum, nunc in eum clementior factus? ſane Moyſis deprecatione: ſic autem Cardinal. Caiet. Caiet. *Prius tanquam iratus in genere dixerat, vade duc populum* A *quo dixi tibi, modo tanquam magis placatus dicit in ſpecie, aſcende: & prius duc populum, modo clementior erga populum, dicit vt ipſe populus cum Moyſe aſcendat quem eduxiſti de terra Ægypti: ratio tangitur clementiæ quia promiſerat Moyſes populo in Ægypto educere eum, ad hoc vt poſſideret terram promiſſionis, in terram quam iuraui Abraham, prius dixerat quo dixi tibi, modo explicat terram, & rationem clementiæ ex parte diuinæ veritatis, quia iurauerat & ex parte meritorum Abrahæ, Iſaac, & Iacob.*

Vrgemur vt promiſſis, & debitis noſtris ſatisfaciamus, Deus autem nos vrget, vt ſua in nobis adimpleat.

B *Vade aſcende tu & populus tuus in terram, quã iuraui Abraham &c.* Quid hoc eſt? expecta ô Deus, quouſque te Moyſes & populus humiliter deprecentur, vt eis terram promiſſam tandem concedas, vt ab ea Chananæum, & alios illius poſſeſſores eiicias: cur eos vrges vt in eam proficiſcantur? nonne cum aliquid promiſſimus ea adimplere procraſtinamus, cum debitores ſumus, calcaria nobis adhibenda, vt debita ſoluamus? quomodo ergo Deus etiam offenſus, vrget vt promiſſa accipiat populus? quia Deus eſt, cuius viæ diuerſæ ſunt à noſtris, vrgemur vſque ad carcerem aliquando, vt promiſſis & debitis ſatisfaciamus, Deus autem nos vrget & quaſi conſtringit, vt promiſſa in nobis adimpleat. ſic acute Luſitan. *Diſcimus hic quam iuſtus & verax Dominus qui vrget eum cui debet,* Luſitanus. *vt à ſe promiſſa accipiat: nos conſueuimus pauperes ad debita ſoluenda* C *vrgere: Deus vero videtur nos cogere vt det quæ nobis promiſit, ſic & apud Ezechielem legis, quam ſollicitus ſit vt ſoluat Nabuchodonoſor miniſteria, quibus aduerſus Tyrum exercitum ſuum fecerat ſeruire. vnde in præmium illi datur Ægyptus; quis mihi daret, Deus mi, ſic feſtinare quæ promiſi ſoluere? quemadmodum tu laboras mihi promiſſa complere?*

7.

Superbia, aliis expulſis vitiis, ſæpius in nobis remanet.

8. *Vade aſcende tu & populus tuus, quem eduxiſti &c. & eiiciam Chananæum, Amorrhæum, &c.* Quatuor alios populos nominat, nulla mentione facta Gergezæi, qui tamen terram Chanaan incolebat: cur? nonne etiam eiiciendus ſicut & D cæteri? cur ergo non nominat? an quia ſponte ceſſit? an quia exiguus reſpectu aliorum? ſed moraliter ſcrutemur quid ſignificet. interpretatur colonum eiiciens, quod ſane ſuperbiæ competit, quæ primum colonum de paradiſo eiecit: ſed cur populis denotantibus ſex præcipua vitiorum genera expulſis, non dicitur quod Gergezæus eiiciatur? quia ſuperbia aliis deuictis vitiis ſæpius in nobis remanet. hæc moralitas eſt Iacobi Lauſanenſis Epiſc. hîc, *Iſta nempe, ſuperbia non eiicietur cum vitiis, imo cum* Epiſ. Lauſ. *alia expelluntur ipſa ſubintrat, ſicut eo ipſo quod vinum vel aqua de vaſe eiicitur, ventus ſubintrat: ſic quando homo purgatur ab aliis peccatis, incipit* Luc. 18. *ſuperbire, Luc. 18. non ſum ſicut cæteri hominum, ſecundum Auguſt. ſuperbia bonis operibus inſidiatur vt pereant.*

Prælaturam noli ambire, res enim periculis plena.

Non aſcendam tecum, quia populus duræ cer-
15. *uicis es*, diſperdam eos, nonne tui proprium eſt miſereri & parcere? licet ergo populi curam gereres, & non per Angelum regeres, cur eum diſperderes. quia peccatis illius offenſus & prouocatus iram non continerem: quid tu ô ſumme omnium Deus, qui vniuſcuiuſque propenſionem notam habes, qui nulla paſſione moueris, dicis tamen quod ſi cum populo Iſraelitico deſcanderes propter ſuam ingratitudinem, te eum deleturum? quomodo ergo tot ſunt qui variis artibus prælaturam ambiunt? quia ratione carent, vel nimia præſumptione feruntur, cum Deo renuente regimen populi, ipſi quodlibet etiam difficillimum amplectuntur. recto
Oleaſt. Oleaſt. *Admonentur hic non debere velle prælaturam accipere qui non poteſt, aut vix poteſt ferre peccata ſuorum ſubditorum, non vult Dominus populum ducere, quia tanta maieſtas & ſanctitas, nec facile feret eorum errores, & tu qui vix iram continere potes, audes prælaturam ſubire?*

Deum capit humilitas & pietas.

16. *Non aſcendam tecum*, nonne vbique præſens tanquam ſumme immenſus? quomodo ergo in terram promiſſam aſcendere poſſunt te non aſcendente tum, cur hoc beneficium ei denegas? quia populus duræ ceruicis es, quis ergo tuo dignus comitatu? ſane humilis & pius, neſcit enim Deus duræ ceruicis & infractæ frontis hominibus adeſſe, pios quærit & humiles. hoc habet Auguſt. quæſt. 150. *Quid ergo ſignificat ſcilicet nolle aſcendere cum eis? niſi forte ideo non eſſe cum eis quia dura ceruice ſunt, quia non eum propitium & ſalubrem niſi humilitas & pietas capit.* S. Aug.

Deus licet omnibus ſit præſens, diuerſimode tamen iuſtis adeſt & iniuſtis.

Non aſcendam tecum, quia populus duræ cer- 17.
uicis es, quid optabilius tua præſentia, cum ex ea omnia emanent bona? cur ergo in terram Chanaan tuo iuſſu populum tuum proficiſcentem, tenuis comitatu, & cum eo aſcendere? nonne conſolaris? nonne mederis? nonne eos protegis, qui in tuo ſunt comitatu? non hoc ait Deus, ſed forte ne diſperdam te, & hoc verum eſt, Deus enim licet præſans omnibus ſit, diuerſimode tamen ſe habet erga impios & iuſtos, prioribus enim adeſt vlciſcendo, aliis miſerendo & præmiando. *Deus* (inquit Lippom.) *ſolet* Lippom.
adeſſe iuſtis viſitando, miſerendo, confortando, impiis autem puniendo & vlciſcendo: ex eſt ſenſus, cum his non poſſum eſſe propter te vt vindicem & puniam, & propter eos, vt viſitem & confortem, mittam Angelum meum ſaltem

VARIET. LECT. Verſ. 4.

VVlg. Audieſque populus ſermonem hunc peſſimum luxit, & nullus ex more indutus eſt cultu ſuo.

Sept. Audiens populus verbum malum hoc, luxit in lugubribus.

Caiet. Luxerunt, & nullus poſuit ornatum cultus ſui ſuper ſe.

Onk. Nec poſuerunt quiſque ornatum armorum ſuorum ſuper ſe.

Mont. Et non poſuerunt vnuſquiſque ornamentum ſuum ſuper ſe.

Oleaſt. Non poſuerunt vir mutatorium ſuum ſuper ſe.

CON. CORDIA.

SEpt. ſolum habent luxit in lugubribus, ſed eorumdem ſenſus eſt cum Vulg. legente luxit, & nullus ex more indutus eſt cultu ſuo; ſignificant enim nullo ſolemni indutos ornamento, ſed pullis amictos fleuiſſe; Onk. refert hoc ornamentum ad arma bellica, quæ deponere iubentur, vt facilius præcipites in hoſtes ruant, ſignificat verbum עדה hadah onerare, & hadi ornamentum, addunt Hebræi ſignificare verbum adah tranſire, propter illud Iob. 28. non adah id eſt tranſiuit ſuper eum Leo: quod ſi verum eſt, (inquit Oleaſt.) poſſemus dicere adi ſignificare indumentum, tranſitorium ſeu mutatorium.

EXPOSITIO.

AVdienſque populus ſermonem hunc peſſimum, adiectiuum *peſſimus*, ponitur pro triſtiſſimo, quæ enim triſtia ſunt cenſentur mala, ſicut quæ læta ſunt bona, vel peſſimum dixit, quod eo ſumma calamitas prænuntietur, *luxit* dolore interiori, *nulluſque indutus eſt ex more cultu ſuo*, vt exteriori veſte inculta etiam animi triſtitiam teſtaretur: porro Iudæorum tunc luctus ſeu publica pœnitentia erat, vt non tantum à cibo, ſed vt ab omnibus corporis delitiis abſtinerent, luctui & fletibus & precationibus indulgentes, vt animi afflictionem teſtarentur, ſcindebant veſtes, induebantur ſaccis, puluere capita conſpergebant, & incurui gradiebantur.

CONCEP-

CONCEPTVS.

Nihil intolerabilius & lugubrius nobis eſſe debet quam Dei abſentia.

18. *Audiens populus ſermonem hunc peſſimum, luxit*, quid luges qui paulo ante tripudiabas? quid ploras, qui ante choreas ducebas? imo occaſio lætitiæ vobis exhibetur, pollicetur enim Deus vobis daturum terram lacte & melle manantem, omnibus bonis refertam, Angelum veſtri itineris ducem promittit, imo & Moyſen adhuc gubernatorem veſtrum: an hic ſermo peſſimus? an ideo in lachrymas prorumpere debes? non hac de cauſa, ſed quia dixit non aſcendam tecum, minatur ſuæ præſentiæ ſubſtractionem, cur hunc non dicerent ſermonem peſſimum? cur amare non flerent? nihil enim intolerabilius, & lugubrius nobis eſſe debet, quam Dei ex peccatis noſtris abſentia: hoc doctiſſime pondarat D. Greg. Nazian. orat. 3. (S. Greg. Nazianz.) qui expendens impiorum pœnas ait. *Quidam extremas eorum plagas pœnaſque in hoc ſæculo perſolutas deplorant, nimirum ij qui huius tantum vitæ rationem habent, neque ad futura ſupplicia mente penetrant, nec vllam rerum in hac vita, geſtarum cenſuram atque mercedem fore arbitrantur, ſed brutorum animantium ritu in diem atque in præſens ſemper viuunt: mihi vero eos grauius lugere eos ſubit ob ſequentis cruciatum vitæ, eaque quæ improbos & ſceleratos manent ſupplicia, nondum enim quod maximum dico, nempe hoc ipſum à Deo eiici, quam dura & acerba illis pœna ſit*, hæc poſtrema verba pende, & colliges Dei abſentiam ex noſtris peccatis, quid intolerabile eſſe, & maxime lugubre, cum enim præſentis vitæ cruciatus, futura tormenta dixerat quibos afficiendi ſunt improbi, concludit maximam & duriſſimam omnium pœnarum eſſe, Deum nos deſerere, abiicere, & à nobis ſuam ſubſtrahere præſentiam.

Ex abſentia Dei quodnam malum non pullulat?

19. *Audiens populus ſermonem hunc peſſimum luxit*, & indicia ſuæ triſtitiæ teſtatus eſt ex aſſumpto lugubri veſtitu: licet vos deſerat, à vobis per ſpecialem præſentiæ ſuæ ſubſtractionem recedat, itane vobiſcum haberi peſſime creditis? itane lugendum, præcipue cum terra promiſſionis vobis concedatur? merito lugent, (Oleaſt.) merito deponunt veſtimenta lætitiæ, ſciunt enim ex abſentia Dei quodlibet malum inde pullulare. *Quantum debeat* (inquit Oleaſt.) *ſentire receſſum & abſentiam Dei pulchre docet locus iſte, vt quid Domine receßiſti longe Pſalm. 9.* (Pſal. 9.) *nam quemadmodum omnes aduerſus viduam conſurgere ſolent, quia non habet qui eam poßit defendere, ita & aduerſus animam cum eam viderint præſidio deſtitutam, qui cuſtodiebant inquit, Pſalm. 70.* (Pſal. 70.) *animam meam conſilium fecerunt in vnum, dicentes, Deus dereliquit eum, perſequimini & comprehendite eum, quoniam non eſt qui eripiat.*

Quod bene egimus, confirmemus.

20. *Audiens populus ſermonem hunc peßimum luxit, & nullus ex more indutus eſt cultu ſuo*, Cald. *depoſuit ornatum cultus ſui*, veſtes illas ſplendidas quibus in illa feſtiuitate legis diuinitus accipiendæ ornabatur, depoſuit populus, imo vt addunt Hebræi, torques, coronas, monilia, cæteraque ornamenta quibus in illius diei celeberrimi gratiam ſe excoluerat, abiecit: ſic exutum & pœnitentium ritu deformatum iterum Deus alloquitur, iam nunc depone ornatum, & ſtatim, depoſuerunt ergo filij Iſrael ornatum ſuum: difficultas occurrit, quorſum monet Deus vt populus iam exutus exuatur, iam denudatus denudetur? optime Burgenſis addit. 3. reſpondet: non inculcari à Deo nouam ſpoliationem, iam enim omnes ſe ſpoliauerant, ſed nouam ſpoliationis præteritæ approbationem, vt quod bene fecerant feciſſe ſe, gauderent, ac de ſuo ſibi facto complacentes exultarent, ſic autem ait Paulus à ſancta Maria. *Hoc intelligitur per modum cuiuſdam approbationis.* (Epiſt. Burg.)

Pœnitentia efficacem reddit orationem.

21. *Audiens populus ſermonem hunc peßimum, luxit & nullus ex more indutus eſt.* Quid hoc eſt quod nullus ex more indutus ſit? quod ornamenta ſua vnuſquiſque depoſuerit? ait Anſelm. Laudun. (Anſelm. Laudun.) vt habitu quoque ſuo pœnitentiam demonſtraret: lugebat autem ex dolore peccati commiſſi: ſed ad quidnam dolor de peccato? ad quid pœnitentia? vt ea mediante deprecatio Moyſis pro eis apud Deum fieret efficacior. fauet Lippom. (Lippom.) *Ne preces Moyſi incaſſum coram Domino effunderentur, ſed eius miſericordiam efficaciter impetrarent, & ipſe populus pœnitentium habitum ſumit, ac Dei derelictionem humiliter deflet, & à ſolito corporis ornatu abſtinet, hocque tandem modo conuertendum, putat benignißimum Dominum ab ira furoris ſui, & indulturum peccata eorum, ſeque non interituros.*

Pœnitentia intus & externe exhibenda.

22. *Audiens populus ſermonem hunc peßimum, luxit & nullus ex more indutus eſt*, Cald. *depoſuit ornatum ſuum*, nonne ſatis eſt dolorem internum habuiſſe de tanto ſcelere commiſſo, quem per fletum indicant? cur adhuc depoſitis monilibus & ornamentis, ſplendidiſque veſtibus viles & abiectas aſſumunt? reddunt enim Sept. luxerunt in lugubribus. quia pœnitentia interne & externe exhibenda. monuit Card. Caiet. (Cajet.) *Interna triſtitia in luctu, externa vero in abdicatione exterioris ornatus in propriis perſonis ſignificatur, intus enim & extra ſtatum pœnitentiæ aſſumpſerunt.*

non videmus quod Aaron non fuerit publicè hic à Moyſe, aut à Deo caſtigatus, ſicut de populo publicè punito legimus, & acerbe: vnde eſt hoc? iudo quia videlicet ſacerdotes in reuerentia à ſacerdotibus haberi Deus optat, ſi autem eos publicè cum reliquis puniret, eos populus tanquam ſibi ſimiles æſtimatos in minori conſideratione haberet: videas quantum Deus voluerit Leuiticos ſacerdotes in reuerentia haberi, vt facta illorum mala etiam publica voluerit publicè, (quod legatur) punire, puniit tamen quoniam nullum malum impunitum. A

Non nobis adulandum, quod Deus facile peccata grauia remittat.

356. *Percuſſit Dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron:* Quæ percuſſio diuerſa B eſt à cæde viginti trium millium interfectorum pro eodem crimine, vt vidimus in expoſitione: ſi tanto charitatis affectu Deum deprecatus eſt Moyſes pro venia populo danda, ſi etiam voluerit de libro illius deleri, vt remitteret ei hanc noxam: quomodo ergo Deus precibus eius ardentiſſimis non flectitur, ſed peccatum hoc vſque ad omnium interitum punit? reſte Anaſtaſio Niſſen. q. 67. in ſacram ſcripturam? qui ait, *Vt nobis non blandiamur de facili peccatorum grauium quoad culpam, & pœnam remiſſione.* Vnde etiam Oleaſt. *Si culpa peccatori remittitur, multa tamen inde incommoda in peccatore relinquit.*

Anaſtaſius Niſſenus.

Oleaſter.

Tempus pœnitendi Deus concedit.

357. *Percuſſit Dominus populum pro reatu vituli,* C *quem fecerat Aaron:* Si pœnam tam graui delicto debitam remittere deberet Deus, cur tamdiu expectat vltimum de eis ſumere ſupplicium? cur cum cæſa fuere viginti tria ex eis millia, omnes internecione non delentur, cum eodem crimine inuoluti tenerentur? vt viſa aliorum cæde cæteri qui ſuperſtites manebant, vere ad Deum conuerterentur, tantique ſceleris pœnitentiam agerent.

Si Deus pœnam peccatis debitam non remittit, non bonitati diuinæ detrahendum, ſed noſtræ malitiæ id tribuendum.

358. *Percuſſit Dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron:* Nonne diximus Deo diſtuliſſe pœnam eis debitam irrogare, vt viſa D tot hominum cæde ad pœnitentiam reuocarentur? quomodo ergo deinde Deus percuſſit eos pro huiuſmodi reatu vituli? nonne vere ad Deum conuerſi ſunt? imo de die in diem deteriores euaſere, & ſic non mirum ſi adhuc grauiter à Deo percuſſi, non enim diuinæ bonitati derogandum, ſed noſtræ tribuendum malitiæ, ſi pœnas quas delicta merentur, non remiſerit. Annuit B. Hieron. c. 2. in lament. Hierem. *Sæpe Synagoga Iudæorum Dominum irritans, iamdudum iuſtam pœnam promeruiſſet, niſi conditoris ſui bonitas diu toleraſſet, ac pie ac patienter ſufferret: ſed quoniam conuerti noluit, & ceſſare à cœpta nequitia renuit, tandem ſecundum merita ſua condignam vltionem recepit: ſicut olim ad Moyſen famulum ſuum, quando populo ad idololatriam conuerſo orabat, Dominus reſpondit dicens, dimittam iuxta verbum tuum, verum tamen in die vltionis viſitabo, & hoc peccatum eorum, vnde nunc dicit, fecit Dominus quæ cogitauit, compleuit ſermonem ſuum, quem præceperat à diebus antiquis, deſtruxit, & non pepercit, quoniam plagas quas in Prophetis, & lege frequenter comminando prædixerat, tandem ad iracundiam prouocatus ſuper eos inducebat.*

S. Hieron.

Dies vltimi iudicij, dies vltionis per antonomaſiam.

Percuſſit Dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron: Quandonam? in die vltionis inquit viſitabo, & populum, quænam eſt hæc dies viſitationis? nonne pro certo haberi poteſt? An peſtis in eos graſſata? an interitus omnium in deſerto? B Anſelm. Laudun. ait viſitauit Dominus peccatum in die vltionis, id eſt Romanæ captiuitatis, ſeu viſitabit in die generalis iudicij. Sed cur diem viſitationis Dei iudicium vltimum appellat? quia per antonomaſiam vltimus ille dies vltionis dies nuncupatur. Fauet Lippom. *Nonnulli in die iudicij puniendum dicunt, quomodo reaſſumptis corporibus impœnitentes in æternum punientur, hæc enim verè dicitur vltio conſummata, & generalis peccatorum, hic interim non ad integrum punitorum.* 359.

Anſelmus Laudun.

Lippom.

Deus ſuorum famæ, & honori conſulit.

Percuſſit Dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron: Aliqui exiſtimant præpoſtere hic ordinem narrationis poſuiſſe, & C cædem filiorum Leui, poſt hæc verba, factam fuiſſe, illamque eſſe vltionem, & percuſſionem, de qua hic agitur: verum ſi ita res ſe habet, cur dicitur quod percuſſerit Dominus populum pro reatu vituli? nonne fuit Moyſes, qui præcepit Leuitis, vt nec fratribus, nec amicis parcerent, ſed obuios quoſque interficerent? cur ergo hæc Deo tribuitur percuſſio, cum iuſſu Moyſi facta fuerit? aliqui potuerunt arguere Moyſen de nimia in populum ſeueritate, eumque nuncupare crudelem: merito ergo hîc dicitur quod Dominus qui ſummè miſericors, & etiam iuſtiſſimus, populum percuſſerit, vt ſui fideliſſimi famuli famæ, & honori conſuleret. Mens eſt Hugon. Vict. *Hic percuſſit Dominus populum ſuum ſupradicta interfectione,* D *quã fecerant Leui, vnde apparet hic inſtinctu Dei eſſe factam non maleuolentia Moyſi.* 360.

Hugo Victorinus.

Rigor & iuſtitiæ aſperitas viam miſericordiæ aſtruit.

Percuſſit Dominus populum pro reatu vituli, Hanc percuſſionem factam, vt in præcedenti conceptu vidimus, arbitrantur, quando Leuitæ à porta in portam iuerunt percutientes obuios quoſque, ſed quæ percuſſio hæc pro tanto ſcelere? nonne omnis peccauerat populus? nonne à Domino percuſſio mãdabatur in populum? cur interfectis tamen ſolum his qui obiter veniebãt quieuit? ſane ea eſt ira Dei quæ cum omnia vaſtatura egreditur, tamen in medio itinere ab incœptis deſiſtit, viam miſericordiæ aperiẽs. Saluia. 2. lib. de Gubern. ſic ait 361.

Saluianus.

Quod potuit maius, & euidentius de peccatoribus Deus ferre iudicium, quam vt ſtatim conſequeretur pœna peccantes? & tamen cum omnis populus reus factus fuerit, cur non eſt in omnes emiſſa damnatio? quia pius ſcilicet Dominus partem percuſſit ſententia ſua gladio, vt partem corrigeret exemplis. Quaſi neſciret ira progredi, niſi vt miſericordiæ viam panderet, incipit ira ſæuiens ſic puniens, vt remedia præbeat peccantibus, vt poſſint miſericordiam ſibi comparare.

Iiſdem armis euertuntur impij quibus Dei cultum euertere moliti ſunt.

362. *Percuſſit Dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron*, dixerat enim, *ego in die vltionis viſitabo hoc peccatum eorum.* Oleaſt. *Ego in die vltionis recordabor huius peccati.* Sed de qua vltionis die peragendæ hic fit ſermo, vide in expoſitione: tamen non reſpuenda D. Hieronym. citati in cap. 2. lament. Hierem. dicentis, hanc diem vltionis fuiſſe diem deuaſtationis à Romanis in Hebræos inuectæ, & ſic iuxta illius mentem, quæ cogitauit Dominus contra populum pro vituli reatu, in deuaſtatione à Romanis inducta perfecit. Sed operæ pretium eſt examinare, quale in hoc vltimo Hebræorum excidio ſignum Deus extulerit, quo vituli ſacrilegij ſe non oblitum manifeſtet, non quidem erit obſcurum, ſi ab [Isaiæ 27.] Iſaia illud petamus, qui cap. 27. 10. ait, *Ciuitas munita deſolata erit, ſpecioſa relinquetur, & dimittetur quaſi deſertum, ibi paſcetur vitulus, & ibi accubabit, ibi conſumet ſummitates eius.* Quo loco vatem Iudæorum Ieroſolymæque euerſionem præſagiſſe, nemini eſt dubium. Sed quorum tropo Spiritus ſanctus functus, vt ſolo æquandam Ieroſolymam vaticinetur? *Ibi paſcetur vitulus, & ibi accubabit, ibi conſumet ſummitates eius.* Cum enim nulla durior fuit calamitas, nulla magis miſeranda ruina, quam quæ tunc in Iudæos fuit inuecta, nonne acriori ſimilitudine, & acerbiori debuit ſermone præmonſtrari? quorumdam re- [Procopius.] fert Procopius ſententiam, cui ipſe etiam adſtipulari videtur: *Neque vero deſunt*, inquit, *qui paſcuorum nomine imperatam per hoſtes tributi penſionem ſignificari dicant.* Cuius ſententiæ vis, vt clarius eluceat, ſupponendus eſt Romanorum mos erga nummorum excuſſionem: quiquidem in prima aurei facie, Principis formam, in oppoſita vero bouis effigiem excidebant. Quapropter nummi vel aurei boues appellabantur, ſed quoniam quilibet Imperator pro libito, modo vnam imaginem, modo alteram aureis pecunijs, ſeu argenteis ſculpebat, fortunatis temporibus Octauij Auguſti, cuius fœliciſſimum proſperauit imperium dies ille, quo diuinum apparuit Verbum mortalitatis noſtræ nuditate contectum, in pecunijs incidi iuſſit vituli, ſeu tauri effigiem, hac inſcriptione ſupra ceruicem exciſa, Auguſtus. Quo emblemata Octauius (cum fuerit ipſe prior Auguſtus nuncupatus) Imperij ſui dignitatem maieſtatemque deſignabat. Vituli quoque effigie incidit argenteum, alia tamen inſcriptione Tyberius Cæſar, quo imperante humani generis vita vitam emiſit: poſtea autem Veſpaſianus, qui vltimam ſtragem populo Hebræo intulit, numiſma argenteum iuſſit incendi, quod vitulos duos oſtendebat, puerumque deſuper pedibus eorum ceruicibus innitentem, quod poſtea filius eius Titus imperio iam obtento circumferri imperauit. Hinc iam Iſaiæ loco lux ſpargitur, *Ibi paſcetur vitulus, ibi accubabit, ibi conſumet ſummitates eius*, opulentiſſimæ ciuitatis vberrima paſcua vitulus conſumet, hoc eſt dilapidabitur Romanorum tributis. Nam quemadmodum vitulus paulatim camporum corrodit herbas atteritque, ſic vitulus Romanis pecunijs inciſus, quem quotannis tenebantur pendere, ad ſupremam illos pauperiam redigebat. Hoc enim nummo grauabantur Hebræi, vt ex Matth. conſtat cap. 22. 20. [Matth. 22] Principis imaginem ex vna fronte, ex altera vitulum, vt probatum reliquimus, referente, nam cum Phariſæorum diſcipuli præſtigioſè ſciſcitarentur à Chriſto Domino, an cenſum Cæſari ſolui liceret, ſapientia diuina reſpondit: *Oſtendite mihi nummiſma cenſus, at illi obtulerunt ei denarium: & ait illis Ieſus, cuius eſt imago hæc & ſuperſcriptio? dicunt ei Cæſaris.* Ergo denarium non quemcumque, ſed qui & imperatoris faciem, & vitulum excuſum indicabat: hoc ergo vitulo paulatim fuerunt depaſti, & conſumpti miſeri Hebræi. Ideoque teſte Procopio ait Iſaias, ibi paſcetur vitulus: en quomodo in die vltionis vitulo depaſcente, & depopulante omnia, viſitet Dominus vituli peccatum, vt vitulum vitulo opponat, & eiſdem impios Iudæos armis euertat, quibus ipſi cœleſtem cultum demoliri conati ſunt? vitulus qui eorum exſiccabat vigorem, vitulum quidem illorum obijciebat animis, quo aduerſus Deum ipſorum proaui rebelles Dei cultum euertere moliti ſunt.

Idem conceptus confirmatur.

Percuſſit Dominus populum pro reatu vituli, 363.
Quem tamen arripiens Moyſes vitulum, quem fecerant combuſſit & contriuit vſque ad puluerem, quem ſparſit in aquam, &c. Iam inquiſitum à nobis cur Moyſes aureum vitulum in cineres redegerit, cineresque aquis diſſoluerit, quas potandas ſtatim populo propinauit. Diximus ex Oleaſtro, vt eis idololatriæ nauſeam induceret. Sed hac ſolutione nondum mens ſedatur, vt quid enim ſaginando vitulos contenderet Moyſes, qui Leuitarum erant iam carnificinæ, ſeu mactationi deſtinati? vt quid idoli voluptate erant explendi, quos iam deuorandos expectabat vindex gladius? potius cenſuerim Moyſen intendiſſe aliqua impios inficere macula, ſeu nota, qua ab inſontibus ſontes diſcernerentur, ne qui ab idoli abſtinuerant cultu, cum Leuitarum enſis nudus in populum graſſaretur, pœnas confuſè, & indiſtinctè ſubirent, atque per hoc illis infigendo ſigno vituli eos potauerit cineribus diſperſis aqua. Sic [Abulens.] Abul. *Sparſit puluerem in aqua ad faciendũ expe-*

rimentum ſceleris inueniendi. Sed nunc opus & labor in ſigno quo iuſſit iniquos adoratores vituli inueſtigando. Vult Rabbi Abraham, Abenezra & ſacrilegij participes aquæ potum haurientes, in eam ægritudinem incidiſſe, quæ eos criminis manifeſte conuinceret; inſontibus autem aquas dulces ſe præbuiſſe, adinſtar zelotypiæ ceremoniæ, in qua propinabatur aqua mixta puluere pauimenti ſanctuarij. Aiunt alij ſacrilegos barbaria aurea inſigniri, ſed hoc diſcrimine, vt qui plus minuſve deliquerant, minus magiſque aurea illa tinctura ſignarentur, & in hanc ſententiam propendere videtur Rupert. quam ſupra diximus: ſed quid inde? vt quam ſibi auerſum, & infeſtum Deum populus ille elegerit, con-

A templatemur, quem vt vlciſcatur Deus pro tam inexplicando flagitio non aliud tentat acerbius, cruentiuſque ſupplicium, quam Deum illum in eorum pectora immutere, vere idolum, quod aduerſus Deum effinxerunt, de illis vltor euaſit, infœlices proprio ingenio perierunt, & cuius cornibus diuinum ventilarant honorem, iacuerunt ipſi proſtrati: falſum illud numen ſacrilegos mortis nota ſignabat, & ad interitum diſcernebat. Egregiè Abulenſis, *Rectè autem*, inquit, *& hoc Domino monente factum eſt, vt in eo ſceleris pateret indicium, in quo ſcelus patratum fuerat,* Abulen.
B *ſcilicet ipſi peccauerant cognoſcentes vitulum, ergo in vitulo iudicandi erant deliquiſſe.*

SYNOPSIS CAPITIS XXXIII.

Inchoatam ſuperiori capite comminationem proſequitur Deus, iubetque Iſraelitas caſtra mouere ſolo Angeli comitatu cõtentos: Moyſes inſtat pro peccati venia, eamque tãdem impetrare videtur, ac Deus populum ſuum rurſus comitatum ſpondet, ſed pro peccati agnitione & pœnitentia, iubentur Iſraelitæ veſtes cultiores deponere, vt ſe diuinæ miſericordiæ permittant: Moſes ad eos reuerſus ſecedit extra caſtra, vt cæremonia hac exteriori intelligerent Deum propter idololatriam ab ipſis vere receſſiſſe, atque ad maiorem peccati deteſtationem & cautelam prouocarentur, in tabernaculo fœderis Deus coram omni populo Moyſi loquitur, eique ſuam dare gloriam pollicetur, & ante illius fruitionem, promittit poſteriora ſua ſe viſurum.

VARIET. LECT. Verſ. 1 & 2.

Vulg. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen dicens, vade, aſcende de loco iſto, tu & populus tuus quem eduxiſti de terra Ægypti, in terram quam iuraui Abraham, Iſaac, & Iacob, dicens ſemini tuo dabo terram hanc.

Sept. Procede, aſcende hinc tu & populus quos eduxiſti.

Cald. Vade, aſcende hinc tu & populus quem A aſcendere feciſti de terra Ægypti, filiis tuis dabo eam terram fluentem melle & lacte.

Vulg. Et mittam præcurſorem tui Angelum, vt eiiciam Chananæum, & Amorrhæum, & Hetthæum, & Pherezæum, & Hettheum, & Iebuſæum.

Sept. Et ſimul mittam Angelum meum ante faciem tuam, & eiiciet Amorrhæum, &c.

Alia exemplar. Eiicies.

Caiet. Mittam faciebus tuis Angelum.

CONCORDIA.

HOc participium *dicens* ab interprete poſitum, non eſt in Hebræo, nec in aliquibus vetuſtioribus Latinis exemplaribus, quale eſt S. Germam, ſed ad maiorem emphaſim bene additur, Vulg. vade aſcende, ſic etiam antiqua exemplaria legunt, nec non in Heb. ita habetur עלה לך & apud Sept. tamen Cald. habet vade deſcende, & aliqua exemplaria Latina, ſed contrarietas non eſt, nam verum eſt Moyſem de monte deſcendiſſe, & verum eſt quod habet B Vulg. vade aſcende, cuius ſenſus eſt hinc deſcendendo vade, vt aſcendas, quia pars Septentrionalis eſt editior Meridionali, à qua deſcendere debet, vt Septemtrionalem aſcenderet, Vulg. habet *populus tuus*, pronomen *tuus* nec in Heb. nec in Caldæo eſt, ſed ſolum apud Sept. legentes ὁ λαός σου Vulg. habet, eiiciam vt Hebraice וגרשתי vegeraſti ſed Sep. hæc ad Angelũ referunt, καὶ ἐκβαλεῖ eiiciet, alia autem exemplaria ad populum καὶ ἐκβαλεῖς eiicies, in quibus

tamen non eſt contrarietas, populus enim bel- A Deus tanquam cauſa principalis erectionis. ligerans eiecit, Angelus dirigens & adiuuans,

EXPOSITIO.

Locutus eſt Dominus ad Moyſen, exiſtentem in monte Sinai, quem conſcenderat vt Deum deprecaretur pro reatu populi dimittẽdo, *vade & aſcende*, quaſi diceret poſtquam deſcenderis aſcendes ad terram promiſſionis, quæ altior eſt deſertu per quod iter faciebant Iſraelitæ: ſic dicitur deſcẽdiſſe Abraham in Ægyptum, Geneſ. 12. *& populus tuus*, hoc pronomen additum inſinuat S. Auguſt. quod populus antea dixerat, Moyſi viro qui nos eduxit de terra Ægypti, neſcimus quid accidit, quaſi illi non Deo egreſſum tribuentes, ideo Deus ad hæc illorum verba alludens, vocat populum iſtum ſuum.

Et mittam præcurſorem tui Angelum, cum in ſuperioribus verba ad Moyſen direxiſſet continuo, tanquam ad ipſum mea adhuc loquatur occulta conuerſione, inquit Auguſt. quæ dicitur apoſtrophe ad populum, his verbis loquitur, *in terram quam iuraui Abraham, Iſaac & Iacob*, ſoli Abraham expreſſe iurauit Deus ſe daturum ei Chanaan, Iſaac vero & Iacob tantum eam promiſit, ſed ſimili forma qua Abrahamo, ſeu remittendo ſe ad id quod cum Abrahamo geſtum erat: ergo promittendo eis idem quod Abrahæ promiſerat, illudque ratificando & confirmando iurabat eis, idem quod iurauerat Abrahamo. de populis autem eiciendis Iſrae- B litis pluries iam diximus.

CONCEPTVS.

Licet Deus ſuos graui tentatione vrgeat, tamen vt non deficiant, corroborat.

1. *Vade aſcende tu & populus tuus in terram, quã iuraui Abraham, Iſaac & Iacob*, me daturum filiis eorum. quid ô Deus! nonne deprecãti Moyſi veniam pro populo, non integre indulſiſti, ſed te in die vltionis viſitaturum illius peccatum comminatus eſt? cur ergo nunc quaſi illius immemor comminationis, polliceris Angelum ductorem populi Iſrael in terram Chanaan ab ipſo poſſidendam, eiectis illius incolis? nonne graui tentatione probauit Deus Moyſen, cum ardentiſſimam & vehementiſſimam deprecationem pro populi venia, abſolute non admiſit? quid miraris ergo, ſi nunc eum conſolatur de deducendo populo in terram, lacte & melle fluentem Patriarchis iam ante promiſſam? quia Deus ſuos graui tentatione vrget, vt eos probet, tamen vt non deficiant corroborat. ita hæc verba intellexit auctor Catenæ. *Tentatur*

Lippom. *grauiter fidelis paſtor Eccleſiæ à clementiſſimo Deo, vt appareat qua charitate & zelo fidei feratur in populum ſibi commiſſum, tanta iam ingratitudine notatum in Deum ipſum & prælatum Moyſen, ſubinde tamen eum commonefacit verbi diuini infallibilis & promiſſionum, quas irritari ſit impoſſibile, vt in tentatione conſiſtat & firmetur; verbum enim Dei eſt in tentatione ſolatium fideli.*

Deus ſcit iniuriam ſibi factam exprobrare.

2. *Vade aſcende tu & populus tuus in terram, quã iuraui Abraham, Iſaac & Iacob*, cur dixit *tuus*? an ſibi arrogauit Moyſes eductionem populi Iſrael de Ægypto? quis hoc ſentiet de ſanctiſſimo viro? cur ergo hoc pronomen *tuus* adiecit? per contemptum Dei benefactoris ſui & liberatoris dixerunt Iſraelitæ, neſcimus quid viro huic Moyſi qui eduxit nos de terra Ægypti, accidit, vt ergo exprobraret Iſraelitis iniuriam ſibi factam, dixit Moyſi populus tuus &c. fa-

S. Auguſt. uet S. Auguſt. q. 149. in Exod. *Videtur Deus iratus, cum ait, tu & populus tuus quem eduxiſti, alioquin dixiſſet tu & populus meus quem eduxi de terra Ægypti: ſed illi quando idolum popoſcerunt, ita locuti ſunt; Moyſes enim hic homo qui eduxit nos de terra Ægypti neſcimus, quid factum ſit ei, liberationem ſuam in hominem conſtituendo deſeruerant. hoc eis modo replicatur cum dicitur tu & populus tuus, quem eduxiſti, quod illud eſt criminis & non Moyſi, non enim aliud volebat Moyſes, niſi vt non in illo ſed in Domino ſpem ponerent, & Domini miſericordia, ſi cum gratiarum actione crederent ab illa ſeruitute liberatos.* C

Peccatores ex pœnitentia ſæpius ad maiora dona reſurgunt quam ante.

3. *Vade aſcende tu & populus tuus in terram, quã iuraui Abraham, Iſaac & Iacob*, deinde ſubdit, *mittam præcurſorem Angelum, & eiiciam Chananæum*. ſi percurrere velis auctoritates in quibus terram Chenaan pollicetur Deus daturum Iſraelitis, nullam reperies in quo eos ita vrget ad eam inquirẽdam & poſſidendam ſicut nunc. quid? nonne poſt tantum ſcelus, ſua promiſſa reuocare deberet? vel ſi non reuocare, ſaltem differre? cur ergo nunc in eos ita liberalis? multi tenent quod viſis tot millibus interfectis, qui ſuperſtites fuerunt, pœnitentiam egiſſe D de tanto ſcelere commiſſo: ne mireris ergo ſi Deus ita ſe cum eis habuerit, quia peccatores ex pœnitentia ſæpius ad maiora dona reſurgunt quam ante peccatum. hanc veritatem late expendit Venerab. Ruricius lib. 2. epiſt. 11. lo- Ruricius quens de filio prodigo ad patrem reuerſo, ſic enim ait. *Non ſolum ipſe eſt pater tuus, qui male prodigo filio, & paternæ ſubſtantiæ decoctori, ad ſe non ſero redeunti, non ſolum crimina commiſſa anteriora non imputat, verum etiam præmia amiſſa multiplicat, illũ vlnis fouet, oſculis permulcet, muneribus ditat, doctrina confirmat, non tantũ indignatus ad eius abſceſſum quantum lætatus ad reditum*, & S. Maxim. ſerm. de pœnitentia Petri S. Maxim. & oſtiaria ancilla. *vides ergo quantum fletus profuerit Petro, antequam fleret lapſus eſt, poſtquam*

flenis lapſus non eſt, & qui ante lachrymas præuaricator extitit poſt eas paſtor aſſumptus eſt, & alios regendos accepit qui ſeipſum non rexit.

Ex diuinis beneficiis acceptis, hominum ſcelera grauiora cenſentur.

4. *Vade aſcende tu & populus tuus in terram, quā iuraui Abraham, mittam præcurſorem, tuū Angelum*, ſi daturus eis hanc terram deſiderabilē, eos præcurrere, vt illius poſſeſſores eiicere valeāt: eiiciam eos, inquit Deus, cum eis ſaltem aſcende, non aſcendam inquit, qua de cauſa? ne forte diſperdam eos in via: cur dicitur populus diſperdendus à Deo, ſi ab eo ducatur, non vero ab Angelo? an ad miſericordiam pronior eſt Angelus quam ipſe Deus? minime quidem, qua de cauſa igitur non vult cum populo aſcende- B re? optima ratio eſt quam reddit noſter Lyran.

N. Lyranus. *Non eſt per hoc intelligendum* (inquit) *quod Angelus de quo dixerat quod eſſet eis ductor, eſſet miſericordior ipſo Deo; ſed quod ſi adeſſet Dei præſentia modo prædicto, hoc eſt peculiaribus beneficiis exhibita, ex hoc rebellio populi eſſet grauior, & per conſequens grauius punienda.* Vides vt ex diuinis beneficiis hominum ſcelera grauiora cenſeantur!

Qui peccator fuit, non torpeat, ſed ad perfectionem currat.

5. *Vade aſcende tu & populus tuus in terram, quā iuraui Abraham, Iſaac, &c.* dignum eſt vt expendatur, cur Deus ita ad terræ promiſſæ poſſeſſionem populum excitet, præterea cum non facile ſit reperire antea id eum præſtitiſſe: vade C ait aſcende, Cald. deſcende. cur nunc magis ad profectionem populum vrget poſtquam tam fœde grauiterque peccauerit quam ante peccatum fecerit? an vt ita ſignificaretur expeditius, & velocius ad perfectionem currere debere qui iniquitate relicta rectam iuſtitiæ viam vult perficere? non longe ab hac mente abit

Oleaſt. Oleaſt. dum hæc Dei verba expendit. *Nunquam* (inquit) *huc vſque legimus Deum feſtinaſſe & vrſiſſe ſic Iudeos ad terram promiſſam, quemadmodum nunc poſt peccatum.* Poſt culpam nemo torpeat, nemo iaceat, ſed magis iter vrgeat, velocius currat, vt deleta peccata per pœnitentiam calcaris vice deſeruiant, frænum non iniiciant; etiam fontes frigore conglaciati, ſolis radiis percuſſi, ſolutiſque viribus degelaſcunt vehementius.

Deus oratione iuſtorum iram deponit, clementiam aſſumit.

6. *Vade aſcende tu & populus tuus quem eduxiſti de terra Ægypti, in terram quam iuraui Abraham &c.* Antea dixerat, vade, duc populū quo dixi tibi, non aſſignans ſpecialiter quo ducturus eum eſſet: nūc autem terram nominat, prius dixerat duc populum: cur nunc ſimiliter non ait, ſed addit tuum? tu cum eo, & quem de terra Ægypti eduxiſti, quamque patribus iuraui daturum: quæ omnia benignitatis ſunt argumenta, vnde qui furore exarſduit in populum, nunc in eum clementior factus? ſane Moyſis deprecatione: ſic autem Cardinal. Caiet. *Prius tan-*

Cajet. A *quam iratus in genere dixerat, vade duc populum quo dixi tibi, modo tanquam magis placatus dicit in ſpecie, aſcende: prius duc populum, modo clementior erga populum, dicit vt ipſe populus cum Moyſe aſcendat quem eduxiſti de terra Ægypti; ratio tangitur clementiæ quia promiſerat Moyſes populo in Ægypto educere eum, ad hoc vt poſſideret terram promiſſionis, in terram quam iuraui Abraham, prius dixerat quo dixi tibi, modo explicat terram, & rationem clementiæ ex parte diuinæ veritatis, quia iurauerat & ex parte meritorum Abrahæ, Iſaac, & Iacob.*

Vrgemur vt promiſſis, & debitis noſtris ſatisfaciamus, Deus autem nos vrget, vt ſua in nobis adimpleat.

Vade aſcende tu & populus tuus in terram, quā iuraui Abraham &c. Quid hoc eſt? expecta 7. Deus, quouſque te Moyſes & populus humiliter deprecentur, vt eis terram promiſſam tandem concedas, ve ab ea Chananæum, & alios illius poſſeſſores eiicias: cur eos vrgeat vt in eam proficiſcantur? nonne cum aliquid promiſſimus ea adimplere procraſtinamus, cum debitores ſumus, calcaria nobis adhibenda, vt debita ſoluamus? quomodo ergo Deus etiam offenſus, vrget vt promiſſa accipiat populus? quia Deus eſt, cuius viæ diuerſæ ſunt à noſtris, vrgemur vſque ad carcerem aliquando, vt promiſſis & debitis ſatisfaciamus, Deus autem nos vrget & quaſi conſtringit, vt promiſſa in nobis adimpleat. ſic acute Luſitan. *Diſcimus hic quam iuſtus & verax Dominus qui vrget eum cui debet,* Luſitanus.
vt à ſe promiſſa accipiat: nos conſueuimus paupe- C *res ad debita ſoluenda vrgeres Deus vero videtur nos cogere vt det quæ nobis promiſit, ſic & apud Ezechielem legis, quam ſollicitus ſit vt ſoluat Nabuchodonoſor miniſteria, quibus aduerſus Tyrum exercitum ſuum fecerat ſeruire. vnde in præmium illi datur Ægyptus; quis mihi daret, Deus mi, ſic feſtinare quæ promiſi ſoluere? quemadmodum tu laboras mihi promiſſa complere?*

Superbia, aliis expulſis vitiis, ſæpius in nobis remanet.

8. *Vade aſcende tu & populus tuus, quem eduxiſti &c. & eiiciam Chananæum, Amorrhæum, &c.* Quatuor alios populos nominat, nulla mentione facta Gergeſæi, qui tamen terram Chanaan incolebat: cur? nonne etiam eiiciendus ſicut & D cæteri? cur ergo non nominat? an quia ſponte ceſſit? an quia exiguus reſpectu aliorum? ſed moraliter ſcrutemur quid ſignificet. interpretatur colonum eiiciens, quod ſane ſuperbiæ competit, quæ primum colonum de paradiſo eiecit: ſed cur populis denotantibus ſex præcipua vitiorum genera expulſis, non dicitur quod Gergeſæus eiiciatur? quia ſuperbia aliis deuictis vitiis ſæpius in nobis remanet. hæc moralitas eſt Iacobi Lauſanenſis Epiſc. hic, *Iſta nempe, ſuperbia non eiicietur cum vitiis, imo cum* Epiſc. Lauſ.
alia expelluntur ipſa ſubintrat, ſicut eo ipſo quod vinum vel aqua de vaſe eiicitur, ventus ſubintrat: ſic quando homo purgatur ab aliis peccatis, incipit Luc. 18.
ſuperbire, Luc. 18. non ſum ſicut cæteri hominum, ſecundum Auguſt. ſuperbia bonis operibus inſidiatur vt pereant.

VARIET. LECT. Verſ. 3.

Vulg. Et intres in terram fluentem lacte & melle, non enim aſcendam tecum, quia populus duræ ceruicis es, ne forte diſperdam te in via.

Sept. Et introducam te in terram fluentem lac & mel, &c. vt non deleam te in via.

Cald. Non enim aſcendere faciam maieſtatem meam in medio tui.

Exemplar venetianum. Non enim auferam A maieſtatem de medio tui, &c. forte perderem te in via.

Pag. Quia non aſcendam in medium tui, ne forte confundam te in via.

Mont. Non aſcendam in interius tuum, quia populus durus ceruice.

Caiet. Nun aſcendam in intra te, ne forte denorem te in via.

CONCORDIA.

NOn ſatis capio ſenſum exemplatis venetiani, nam contrarium lectioni noſtræ videtur, forte fieri poteſt, vt ex אשיק quod aſcendere faciam ſignificat, factum ſit אשליק id B eſt auferam: non aſcendam tecum Hebraice eſt בקרבך bekirbecha legitur, hoc eſt in medio tui, cuius loco etiam Sept. μετὰ σοῦ hoc eſt tecum dixerunt.

EXPOSITIO.

I*Ntres in terram fluentem lacte & melle,* Hebraiſmus, omnibus ſuauibus plenam, per lac autem omnes neceſſarias res intelligit ad victũ pertinentes: *non enim aſcendam tecum*, quidam hanc Dei aſſiſtentiam quam hic denegat, ad miraculorum patrationem referũt, ac tot gentium eiectionem & deuaſtationem, quia non referet ad diuinam virturem? negat igitur quod in ſuperioribus promiſerat, quod ſcilicet in medio eorum habitaret, id eſt inter eos, & referetur ad tabernaculum, & quæ in eo eſſent, maxime ad propitiatorium, vnde reſponſa ederet. hanc igitur familiaritatem verbis prædictis denegat illis, quæ tanti æſtimanda erat, vt cuncti dicerent, non eſt natio quæ habeat Deos appropinquantes ſibi ſicut adeſt nobis Deus noſter, placatus eſt, ergo Dominus quantum ad columnam, & Angeli directionem, & ingreſſum terræ promiſſæ, non quantum tamen ad tabernaculi erectionem, & propitiatorij inſtitutionem vnde reſponſa daret.

Quia populus duræ ceruicis es, nec emolliri C ſoles beneficiis meis, non igitur ea in poſterum exhibebo, ne forte ſi pro libertate arbitrij beneficia mea contempſeris, *diſperdam te in via*, propter tuam non ferendam ingratitudinem.

CONCEPTVS.

Angeli maxime hominibus ſalutares.

9 *Non aſcendam tecum, quia populus duræ ceruicis es:* nonne enim vis Angelo committere? dixiſti enim, mittam præcurſorem tui Angelum, ſi ergo hoc non rennis, cur cum ſis maxime beneficus ciatuam negas præſentiam? ne forte (inquit) diſperdam eos in via: cur diſper- D dea? nonne etiam Angelus diſperdere poteſt? cur magis à te quam ab Angelo times? aduerte quod vt in Deo eſt patris leniendo, ſic & in eo eſt iudicis ſeueritas, quam non habet Angelus. en cur potius ducatum populi vult committere Angelo? ſcit enim nihil niſi ſalutare hominibus meditari vere ſicut pie, ſic diſſerebat Tri-

Trit. abb. temius comm. in cap. 7. regulæ S. Benedicti de Angelo nobis propitio. *Vnuſquiſque hominum habet Angelum ad cuſtodiam ſibi deputatum, mediante quo ad ortum producitur ſine ſuffocatione, in vita conſeruatur ſine moleſtatione, & tandem finem imponit homini ſua ſedula viſitatione, ſeu fraterna de hoc mundo ad futurum ſæculum deductione; cum ſimus ergo homines fragiles & mortales, ex magna pietate ſua Deus omnipotens vnicuique noſtrum iugiter ad cuſtodiam vnum deputauit Angelorum, qui nos cuſtodiat, foueat, protegat.*

Deus vitat puniendi occaſionem.

Non aſcendam tecum, quia populus duræ ceruicis es, licet duriſſimæ eſſet, nonne iugu ei imponere potes? nonne etiam tauri feroces hominum induſtria domeſtici redduntur? ne forte 10.
(inquit) diſperdam eos, Pag. ne forte conſumam te in via, ſi digna punitione committant, ſi beneficiorum immemores: quid refert verum eos diſperdas, cum ſic meritas luent pœnas? timuit eorum comitatum, ne ſi forte contingeret eos offendere, cogeretur eos punire. & ſic hoc modo occaſionem puniendi fugere conatur. quod ſatis indicat Malach. 4. *Ecce ego mittam* Malach. *vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies magnus, & horribilis, & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad Patres eorum, ne forte veniam & percutiam terram anathemate,* hoc eſt mittam Heliam, vt conuertat cor patrum ad filiorum, & cor filiorum, ad Patres eorum, vt qui increduli fuerint, eamdem

fidem accipiant quam antiqui Patres habuerunt, & ita patres & filij diligant ſe mutuo, ne percutiam eos anathemate, id eſt ſeparatione ſempiterna. an etiam Dei miſericordiam eo ſpectare, vt ne cogatur impios punire, idcirco ſe pollicetur Heliam miſſurum, vt homines ſua prædicatione ſimul cum Henoch conuertat, & iræ ſubtrahat diuinæ. ſed Caiet. vnico verbo id exprimit. *Vide clementiam Dei ideo negat ſe iturum cum eis, ne eis noceat.*

Mira eſt Dei benignitas, ſicut miranda iuſti in Deum confidentia.

11. *Non aſcendam tecum, quia populus duræ ceruicis es*, nolebat omnino, vt videbatur Deus aſcendere cum populo, nolebat cum ipſo iter agere, ab ipſo offenſus, at quid eius fidelis ſeruus? an id permiſit? dixit Moyſes, ſi non tu ipſe nos præcedas, ne educas nos de loco iſto. nonne melius eſt Angelum ductorem habere ad terram Chanaan poſſidendam, quam in deſerto omnibus deſtitutos vitam finire? quid ergo Deum deprecaris? nonne importuna tua oratio? an Deus eam exaudiet? ait textus, & verbum iſtud quod locutus es faciam, ô mira benignitas, miraque affabilitas! quis Deum crederet tanta benignitate, & familiaritate cum homine vti, vt quod ſemel decreuit ſaltemque decreuiſſe videtur non faciat? hominemque ad tantam cum Domino deuenire familiaritatem ne dicam audaciam, vt ſumat animum contraque eius decretum audens & ſperans vincere, vincat. merito ergo exclamat Chryſoſt. lib. 1. de
S. Chryſ. prouid. *Omnes nos Dei benignitatem, neque cogitatione comprehendere, neque narrare poſſibile eſt.*

Ita mali Deo inuiſi, vt iuſtis nolit loqui cum inter eos fuerint.

12. *Non aſcendam tecum, quia populus duræ ceruicis es*, ſi ergo tibi rebellis, contumax, perfricatæ frontis, ita vt non tuam vereatur præſentiam, & ideo cum eo aſcendere nolis, cur cum Moyſes in medio caſtrorum futurus eſt, poſtquam è monte deſcenderit, ſeorſum te illi exhibes, vt nolis cum eo Palæſtinam aſcendere, tamen poſtquam à populo receſſit, & tabernaculum ſuum procul tetendit, loqueris ad eum de facie ad faciem, ſicut homo ſolet ad amicum ſuum? cur cum extra caſtra Iſraelitarum eſt, loquitur ad eum facie ad faciem, & cum in medio caſtrorum, nec ſuo comitatu
Lippom. eum dignatur? ait Lippom. *Moyſes extra caſtra ſeorſum habitabat ſecum, vt commodius viſitatione diuina doceretur*, quaſi Deus cum amico ſuo non loquatur, cui improbi ſodales & contubernales obloquuntur.

Leuius multo eſt Deum neſcire, quam cognitum offendere.

13. *Non aſcendam tecum, quia duræ es ceruicis populus*, nolo tibi adeſſe, loquitur autem populum, nam licet tunc Deus cum Moyſe colloqueretur, tamen hæc à Deo ei dicebantur, vt ea populo referret, ait ergo Deus, non aſcendam tecum, quaſi diceret tibi adeſſe nolo: cur à populo, ne doceas vias quibus in Palæſtinam tendendum eſt, abeſſe minaris? vt potius eum abſentem ignoret quam præſentem, & bene cognitum offendat. nam vt bene Rupert. lib. 4. Rupertus.
c. 31. *Leuius multo eſt Deum neſcire quam cognitum irritare*, vnde D. Hieronym. in cap. 3. S. Hieron.
Malach. agens de multiplici Iudæorum peccato dixit, *ſuffeciſſet eis vnum crimen ad pœnam, quod non timuerint Dominum, quem tamen non ignorarent.*

A ſubditis ægrè ferenda boni paſtoris abſentia, licet in locum eius bonus ſubſtituatur vicarius.

Non aſcendam tecum, quia populus duræ ceruicis es, ſubſtituerat autem vicarium nempe Angelum, vt eum comitaretur. quid vero populus? an ſcilicet hoc audito, intelligens proprij paſtoris præſentiam ne tanto quidem vicario poſſe compenſari, hanc ægerrime tulit compenſationem, ſequitur enim ibi, audiens populus ſermone hunc peſſimum, luxit & nullus ex more indutus eſt cultu ſuo: peſſimum hunc appellat ſermonem, hoc eſt hanc commutationem, peſſima namque agitur cum populo, à quo proprius paſtor remouetur, licet optimus vicarius ſubſtituatur. ſed hunc dolorem an aliquo ſigno teſtatus eſt? non ſolum lachrymis prodidit, ſed etiam lugubri habitu manifeſtauit, quippe qui ex abſentia proprij paſtoris licet ſub optimi vicarij præſentia conſtitutus, futuras ſibi clades damna exitia non temere augurabatur: nec ſine myſterio cultiorem illum cultum, coronas, torques, armillas, ac pretioſas veſtes quibus ſe paulo ante, vt dicunt Hebræi, ad diuinam legem ſuſcipiendam exornauerat, abiecit, & cum lugubri ſacco, cinere & cilicio, aliiſque feralibus indumentis commutauit, vt ex diſcrimine inter hos cultus, quid diſcriminis eſſet inter proprium Prælatum, & Vicarium teſtaretur. nam vt optime D. Athan. S. Athanas.
epiſt. 1. ad epiſc. Cretenſem. *Perinde eſſe videtur gregem abeſſe à paſtore vt cæcum duce carere*, vtinam à præſulibus legeretur liber alterius Athanaſij Patriarch. Conſtant. octo continens epiſt. & omnes de neceſſaria Epiſcoporum reſidentia, in ſeptima autem ſic ait. *Verum eſt quod dici ſolet, qui gregem Paſtore priuat, vtrique periculum creare, profecto graue ſupplicium manet eum qui paſtorem arcet ab ouili, debetque qui paſtor eſt vſque ad ſanguinem pro grege Chriſti non relinquendo, labores perferre, niſi cum opus fuerit in Synodo ſingulis annis ad agendum de rebus neceſſariis pauliſper abeſſe, quibus conclusis celeriter redeundum illi ſit, ſi credit ſe redditurum rationem ſummo paſtori Chriſto, & ſi dignus eſt nomine paſtoris: niſi forte etiam propter neceſſitatem ad vtilitatem animarum pertinentem ab Imperatore aut à Patriarcha ſtatim rediturus vocetur ſi aliter fiat non aſſentior, neque enim rationem habebit Deus cauſationum noſtrarum & cupiditatum, ſed rationes repoſcet de veritate iuſtitiæ, diuiniſque legibus ac ſtatutis.* 14.

Anaſta. Patriarch.

Prælaturam noli ambire, res enim periculis plena.

Non aſcendam tecum, quia populus duræ cer-
15. *nicis es*, diſperdam eos, nonne tui proprium eſt
miſereri & parcere ? licet ergo populi curam gereres, & non per Angelum regeres, cur eum diſperderes. quia peccatis illius offenſus & prouocatus iram non continerem : quid tu ô ſumme omnium Deus, qui vniuſcuiuſque propenſionem notam habes, qui nulla paſſione moueris, dicis tamen quod ſi cum populo Iſraelitico deſcenderes propter ſuam ingratitudinem, te eum deleturum? quomodo ergo tot ſunt qui variis artibus prælaturam ambiunt? quia ratione carent, vel nimia præſumptione feruntur, cum Deo renuente regimen populi, ipſi quodlibet etiam difficillimum amplectuntur. B recte
Oleaſt, Oleaſt. *Admonemur hic non debere velle prælaturam accipere qui non poteſt, aut vix poteſt ferre peccata ſuorum ſubditorum, non vult Dominus populum ducere, quia tanta maieſtas & ſanctitas, nec facile feret eorum errores, & tu qui vix iram continere potes, audes prælaturam ſubire?*

Deum capit humilitas & pietas.

16. *Non aſcendam tecum*, nonne vbique præſens tanquam ſumme immenſus? quomodo ergo in terram promiſſam aſcendere poſſunt te non aſcendente? tum, cur hoc beneficium ei A denegas? quia populus duræ ceruicis es, quis ergo tuo dignus comitatu ? ſane humilis & pius, neſcit enim Deus duræ ceruicis & infractæ frontis hominibus adeſſe, pios quærit & humiles. hoc habet Auguſt. quæſt. 150. *Quid ergo ſignificat ſcilicet nolle aſcendere cum eis? niſi forte ideo non eſſe eam eis quia dura ceruice ſunt, quia non enim propitium & ſalubrem niſi humilitas & pietas capit.* S. Aug.

Deus licet omnibus ſit præſens, diuerſimode tamen iuſtis adeſt & iniuſtis.

Non aſcendam tecum, quia populus duræ cer- 17.
nicis es, quid optabilius tua præſentia, cum ex ea omnia emanent bona ? cur ergo in terram B Chanaan tuo iuſſu populum tuum proficiſcentem, renuis comitari, & cum eo aſcendere? nonne conſolaris? nonne mederis? nonne eos protegis, qui in tuo ſunt comitatu? non hoc ait Deus, ſed forte ne diſperdam te, & hoc verum eſt, Deus enim licet præſens omnibus ſit, diuerſimode tamen ſe habet erga impios & iuſtos, prioribus enim adeſt vlciſcendo, aliis miſerendo & præmiando. *Deus* (inquit Lippom. *ſolet* Lippom.
adeſſe iuſtis viſitando, miſerendo, confortando, impiis autem puniendo & vlciſcendo : en eſt ſenſus, cum his non poſſum eſſe propterea vt vindicem & puniam, & propter eos, vt viſitem & confortem, mittam Angelum meum ſultem

VARIET. LECT. Verſ. 4.

V*Vlg.* Audieſque populus ſermonem hunc peſſimum luxit, & nullus ex more indutus eſt cultu ſuo.

Sept. Audiens populus verbum malum hoc, luxit in lugubribus.

Cniet. Luxerunt, & nullus poſuit ornatum cultus ſui ſuper ſe.

C *Onk.* Nec poſuerunt quiſque ornatum armorum ſuorum ſuper ſe.

Mont. Et non poſuerunt vnuſquiſque ornamentum ſuum ſuper ſe.

Oleaſt, Non poſuerunt vir mutatorium ſuum ſuper ſe.

CON. CORDIA.

SEpt. ſolum habent luxit in lugubribus, ſed eorumdem ſenſus eſt eum Vulg. legente luxit, & nullus ex more indutus eſt cultu ſuo; ſignificant enim nullo ſolemni indutos ornamento, ſed pullis amictos fleuiſſe; Onk. refert hoc ornamentum ad arma bellica, quæ deponere iubentur, vt facilius præcipites in hoſtes D ruant, ſignificat verbum עדה hadah ornare, & hadi ornamentum, addunt Hebræi ſignificare verbum adah tranſire, propter illud Iob. 28. non adah id eſt tranſiuit ſuper eum Leo: quod ſi verum eſt, (inquit Oleaſt.) poſſemus dicere adi ſignificare indumentum, tranſitorium ſeu mutatorium.

EXPOSITIO.

A*Vdienſque populus ſermonem hunc peſſimum*, adiectiuum *peſſimus*, ponitur pro triſtiſſimo, quæ enim triſtia ſunt cenſentur mala, ſicut quæ læta ſunt bona, vel peſſimum dixit, quod eo ſumma calamitas prænuntietur, *luxit* dolore interiori, *nulluſque indutus eſt ex more cultu ſuo*, vt exteriori veſte inculta etiam animi triſtitiam teſtaretur : porro Iudæorum tunc luctus ſeu publica pœnitentia erat, vt non tantum à cibo, ſed vt ab omnibus corporis delitiis abſtinerent, luctui & fletibus & precationibus indulgentes, vt animi afflictionem teſtarentur, ſcindebant veſtes, induebantur ſaccis, puluere capita conſpergebant, & inculti gradiebantur.

CONCEPTVS.

Nihil intolerabilius & lugubrius nobis eſſe debet quam Dei abſentia.

18. *Audiens populus ſermonem hunc peſſimum, luxit*, quid luges qui paulo ante tripudiabas? quid ploras, qui ante choreas ducebas? imo occaſio lætitiæ vobis exhibetur, pollicetur enim Deus vobis daturum terram lacte & melle manantem, omnibus bonis refertam, Angelum veſtri itineris ducem promittit, imo & Moyſen adhuc gubernatorem veſtrum: an hic ſermo peſſimus? an ideo in lachrymas prorumpere debes? non hac de cauſa, ſed quia dixit non aſcendam tecum, minatur ſuæ præſentiæ ſubſtractionem, cur hunc non dicerent ſermonem peſſimum? cur amare non flerent? nihil enim intolerabilius, & lugubrius nobis eſſe debet, quam Dei ex peccatis noſtris abſentia: hoc

S Greg. Nazianz. doctiſſime ponderat D. Greg. Nazian. orat. 3. qui expendens impiorum pœnas ait. *Quidam extremas eorum plagas pœnaſque in hoc ſæculo perſolutas deplorant, nimirum ij qui huius tantum vitæ rationem habent, neque ad futura ſupplicia mente penetrant, nec vllam rerum in hac vita, geſtarum cenſuram atque mercedem fore arbitrantur, ſed brutorum animantium ritu in diem atque in præſens ſemper viuunt: mihi vero eos grauius lugere eos ſubit ob ſequentis cruciatum vitæ, eaque quæ improbos & ſceleratos manent ſupplicia, nondum enim quod maximum dico, nempe hoc ipſum à Deo eiici, quam dura & acerba illis pœnæ ſit*, hæc poſtrema verba pende, & colliges Dei abſentiam ex noſtris peccatis, quid intolerabile eſſe, & maxime lugubre, cum enim præſentia vitæ cruciatus, futuræ tormenta dixerat quibus afficiendi ſunt improbi, concludit maximam & duriſſimam omnium pœnarum eſſe, Deum nos deſerere, abiicere, & à nobis ſuam ſubſtrahere præſentiam.

Ex abſentia Dei quodnam malum non pullulat?

19. *Audiens populus ſermonem hunc peſſimum luxit*, & indicia ſuæ triſtitiæ teſtatus eſt ex aſſumpto lugubri veſtitu: licet vos deſerat, à vobis per ſpecialem præſentiæ ſuæ ſubſtractionem recedat, itane vobiſcum haberi peſſime creditis? itane lugendum, præcipue cum terra

Oleaſt. promiſſionis vobis concedatur? merito lugent, merito deponunt veſtimenta lætitiæ, ſciunt enim ex abſentia Dei quodlibet malum inde pullulare. *Quantum debeat* (inquit Oleaſt.) *ſen-*

Pſal 9. *tire receſſum & abſentiam Dei pulchre docet locus iſte, vt quid Domine receſſiſti longe Pſalm. 9. nam quemadmodum omnes aduerſus viduam conſurgere ſolent, quia non habet qui eam poſſit defendere, ita & aduerſus animam cum eam viderint præſidio deſtitutam, qui cuſtodiebant inquit,*

Pſal. 70. *Pſalm. 70. animam meam conſilium fecerunt in vnum, dicentes, Deus dereliquit eum, perſequimini & comprehendite eum, quoniam non eſt qui eripiat.*

Quod bene egimus, confirmemus.

Audiens populus ſermonem hunc peſſimum luxit, & nullus ex more indutus eſt cultu ſuo, 20. Cald. *depoſuit ornatum cultus ſui*, veſtes illas ſplendidas quibus in illa feſtiuitate legis diuinitus accipiendæ ornabatur, depoſuit populus, imo vt addunt Hebræi, torques, coronas, monilia, cæteraque ornamenta quibus in illius diei celeberrimi gratiam ſe exoluerat, abiecit: ſic exutum & pœnitentium ritu deformatum iterum Deus alloquitur, iam nunc depone ornatum, & ſtatim, depoſuerunt ergo filij Iſrael ornatum ſuum: difficultas occurrit, quorſum monet Deus vt populus iam exutus exuatur, iam denudatus denudetur? optime Burgenſis addit.

Epiſ. Burg. 3. reſpondet: non inculcari à Deo nouam ſpoliationem, iam enim omnes ſe ſpoliauerant, ſed nouam ſpoliationis præteritæ approbationem, vt quod bene fecerant feciſſe ſe, gauderent, ac de ſuo ſibi facto complacentes exultarent, ſic autem ait Paulus à ſancta Maria. *Hoc intelligitur per modum cuiuſdam approbationis.*

Pœnitentia efficacem reddit orationem.

Audiens populus ſermonem hunc peſſimum, luxit & nullus ex more indutus eſt. 21. Quid hoc eſt quod nullus ex more indutus ſit? quod orna- Anſelm. menta ſua vnuſquiſque depoſuerit? ait Anſelm. Laudun. Lauduo. vt habitu quoque ſuo pœnitentiam demonſtraret: lugebat autem ex dolore peccati commiſſi: ſed ad quidnam dolor de peccato? ad quid pœnitentia? vt ea mediante deprecatio Moyſis pro eis apud Deum fieret efficacior. fauet Lippom. *Ne preces Moyſi incaſſum coram* Lippom. *Domino effunderentur, ſed eius miſericordiam efficaciter impetrarent, & ipſe populus pœnitentium habitum ſumit, ac Dei derelictionem humiliter deflet, & à ſolito corporis ornatu abſtinet, hocque tandem modo conuertendum, putat benigniſſimum Dominum ab ira furoris ſui, & indulturum peccata eorum, ſeque non interituros.*

Pœnitentia intus & externe exhibenda.

Audiens populus ſermonem hunc peſſimum, luxit & nullus ex more indutus eſt, 22. Cald. *depoſuit ornatum ſuum*, nonne ſatis eſt dolorem internum habuiſſe de tanto ſcelere commiſſo, quem per fletum indicant? cur adhuc depoſitis monilibus & ornamentis, ſplendidiſque veſtibus viles & abiectas aſſumunt? reddunt enim Sept. luxerunt in lugubribus. quia pœnitentia interne & externe exhibenda. annuit Card. Caiet. Cajet. *Interna triſtitia in luctu, externa vero in abdicatione exterioris ornatus in propriis perſonis ſignificatur, intus enim & extra ſtatum pœnitentiæ aſſumpſerunt.*

VARIET. LECT. Verſ. 5.&6.

*Vlg.*Dixit Dominus ad Moyſen, loquere filiis Iſrael, populus duræ ceruicis es, ſemel aſcendam in medio tui delebo te, iam nunc depone ornatum tuum, vt ſciam quid faciam tibi.

Sept. Vos populus duræ ceruicis, videte ne plagam aliam inducam ego ſuper vos, & deleam vos, nunc igitur deponite ſtolas gloriarum veſtrarum, & cultum, & oſtendam tibi quæ faciam tibi.

Cald. Si vna hora abſtulero maieſtatem meam à te, diſperdam te, & nunc aufat ornatum cultus tui à te, notum eſt enim coram me, quod facturus ſum tibi.

Onk. Nunc autem aufer apparatum armorum tuorum.

Pag. Momento vno aſcendam in medium tui, & cunſumam te, & nunc deſcendare fac or- B

A natum tuum à te.

Mont. Momento vno aſcendam in interius tuum, *Caiet.* in intra te.

Alij. Vno impetu, repente, ſubito.

Oleaſt. Sciſſione, vna aſcendam in medio tui & conſumam te.

Vulg. Depoſuerunt ergo filij Iſrael ornatum ſuum à monte Horeb.

Sept. Cultum ſuum & ornatum ſtolæ.

Cald. Ornatum cultus ſui de monte Oreb.

Onk. Depoſuerunt filij Iſrael ornatum armorum ſuorum.

Pag. Spoliauerunt ſe filij Iſrael ornamentis ſuis.

Arias. Detraxerunt filij Iſrael ornamenta ſua.

Paraphr. Ieroſolym. Et depoſuerunt coronam auream, quæ erat in capitibus ſuis in quibus & nomen hamphoraſch inſculptum erat.

CONCORDIA.

VVlg. ſemel aſcendam in medio tui רגע אחד אעלה בקרבך regaha echad ehele bekerbecha, regaha autem omnes interpretantur vel ſemel, vel momento vno, vel impetu, aut vna hora, ſolus Oleaſt. reddit ſciſſione vna. ſed quem ſenſum hoc reddere poſſit neſcio, ſic autem ait, incerta & varia eſt ſignificatio verbi raga, à quo rega, vel vt alij Regaha id eſt momentum. dicunt autem Hebræi ſignificare ſcindere, transfigere, quieſcere, & conterere, ſed meo iudicio ſolum ſignificat ſcindere & di-
Iob 7, & 17. uidere, Iob 7. caro mea raga, id eſt ſciſſa eſt, ſcilicet propter vlcera, & c. 27. potentia ſua raga id eſt diuiſit mare: de ſecunda ſignificatione habes exemplum Ierem. 50. 10 hatgia, id eſt ſiſtere faciat terram, & Iſai. 24. ibi hirgia, id eſt diuiſum, nomen vero rega iuxta hanc ſignificationem videtur ſignificare ſciſſionem, aut ſciſſuram. vnde poteſt hîc verti, ſciſſione vna aſcendam in medio tui, rem autem non auſim deffinire, quoniam coniecturis ducor, ſunt tamen multi in ſcripturis loci, quibus videtur dictio momentum ſignificare, hæc Oleaſt. Vulg. ſemel aſcendam in medio tui & delebo te, Sept. videte ne plagam etiam aliam inducam ego ſuper vos, & deleam vos, Eugub. mordicus ſemper inuehens in Sept. ait ſententia ſcilicet interpretis penitus deprauatur in alium ſenſum à Sept. toto cœlo à veritate abhorrent, ſed non ita rigidus in eas Lippom. ait enim ſententia hæc paulo diuerſa redditur à Sept. & ſane recte ſi conſiderentur, ſolum innuunt quod nos, ſcilicet populum terreri, vt vel ſeruili timore ſaltē retraherentur à malo, & formidine pœnæ ad meliorem frugem reuocarentur, Onk. aufer apparatum armorum tuorum, quia credit hunc ornatum non ſolum monilium, ſed & armorū, Paraph. Hieroſ. habens & depoſuerunt coronā C auream arbitratur cum aliis Rabbinis ornatum iſtum intelligi quaſdam coronas, quas filij Iſrael ſibi impoſuerant ad inſtar ſponſæ, quando legem à Deo acceperant, per quam ſe illi deſponſaſſe intelligebant, quas ante non depoſuerant, quaſi oſtendentes ſe adhuc legibus Dei ſubiectos, & velut ſi fida ſponſa eſſet ornatum deſponſationis deferre, ſed cum legis tabulæ confractæ ſunt propter idololatriam, has coronas iubet Deus deponere, ſed hæc figmenta: Vulg. habet vt ſciam, nempe quid faciā tibi, ſed Sept. καὶ δείξω, & oſtendam, adhuc Eugub. in Sept. male ab eis redditur, ſed videtur ij D in Heb. legiſſe non אדעה edha ſed אדיעה odiha.

EXPOSITIO.

P*Opulus duræ ceruicis es*, iugum legis meæ nequaquam ferens ſed excutiens, *ſemel aſcendam in medio tui delebo te*, quaſi diceret tam proni eſtis in Dei contemptum, vt ſi vobiſcum aſcenderem vel paruiſſimo tempore, vos me ſtatim contemneretis, quaſi in faciem meam, ac proinde vt conſumerem vos, ſcelera veſtra me compellerent & cogerent: alij ſic interpretantur vt videatur reſpondere phraſibus iſtis, quæ Deum vltorem introducunt, per modum Imperatoris bellico currui inſidentis, ita vt verbum aſcendere, hîc ad currum Dei pertineat, ea phraſo qua Abacuc dixit qui aſcendes ſuper equos tuos, & quadrigæ tuæ ſaluatio, nempe ſi comparentur ad amicos tuos, nam ſi ad inimicos comparentur prout hîc comparat quadrigas Dei, deletio & conſummatio eorum ſunt.

Iam nunc depone ornatum tuum, multa dicuntur de depositione huius ornatus, vt videre eſt in concordia. ſed ſenſus verborum clarus eſt, iam nunc depone omnino ornatum quem cœpiſti aliquantulum deponere, illum ſcilicet quo in honorem vituli Ægyptiorum more te exornaſti: alij vero prædictis verbis, volunt prædictam veſtium depoſitionem approbari, quaſi diceret Deus, perſeuerate in luctu & externis mæſtitiæ ſignis & doloris, non aſſumptis veſtibus pretioſis, & monilibus quibus ornati legem meam ſuſcipere debuiſtis.

Vt ſciam quid faciam tibi, Deus loquitur more humano, ſciebat enim quid facturus eſſet, ſicut quid facturi eſſent Iſraelitæ, ſed ſic loqui-

A tur, vt ex hac Phraſi intelligerent Iudæi pro qualitate morum ſuorum, etiam formaturum Deum ſuam ſententiam, habebo ergo me ad modum eius, qui ex manifeſta rerum mutatione agnoſcit ſe debere mutare conſilia, quod antea conceperat, ita & ego ſi depoſueris prauam vitam tuam, & ad me ex toto corde conuerſus fueris, aliter etiam tecum agam quam peccata tua huc vſque exigebant.

Depoſuerunt ergo filij Iſrael ornatum ſuum, fecerunt quod Deus iuſſerat, manentes in ſuo luctu, *à monte Oreb*. id eſt ad montem Horeb, eſt enallage præpoſitionis puta conſiſtentes iuxta Horeb vel Sinai, vbi Deus propter vituli adorationem offenſus apparebat.

CONCEPTVS.

Oratio hominis peccatoris iungatur mortificationi.

25. *Iam nunc depone ornatum tuum, vt ſciam quid faciam tibi*, an tibi aliquid ignotum? nonne ab æterno quæcumque futura ſunt clariſſime vidiſti? quid ergo ais, poſtquam depoſueris ornatũ tuum videbo quid ſum tibi facturus? orabant iſti peccatores ſub nullo humilitatis afflictioniſque habitu, ſub ſplendenti ornatu fulgẽtes, habebant quidem thura quæ Deo litabãt, myrrhæ autem inſigne non habebant, quare Deus ſic ſe oſtendit illis, quaſi neſciat qua viã ad illos accedat, qua via ad illos miſericordiæ ſuæ dirigat fluenta: & admonet orantes vt adiungant mortificationis inſigne, tollant ornatum corporis, & in ſacco & in cinere orent ſi velint à Deo acceptam eſſe ſuam orationem, vt aditus inde pateat diuinis miſericordiæ fluentis. ait

Rupertus. Rupert. lib. 4. in Oſeam. *Quamdiu peccator ornatus incedit, quamdam pulchram ceruicem erigit complacendo ſibi lætabundus, quod maleſecerit & exultans in rebus peſſimis, quodam modo neſcit Deus quid faciat illi, neſcit miſericordia quali aditu ad illum veniat, idcirco conſilium offerens iam nunc ait, depone ornatum tuum vt ſciam quid faciam tibi, id eſt humiliare pœnitẽdo vt miſerear tui*, dum enim peccator humiliationis & afflictionis indicia non prætendit, quaſi neſcit Deus vnde ad illum immittat beneficiorum ſuorum fluenta.

Vult Deus nos paratos eſſe, ad pœnam pro peccatis luendam.

24. *Iam nunc depone ornatum tuum, vt ſciam quid faciam tibi*, cur vult Deus, vt populus ornatum ſuum deponat, vt inde ſciat quid ei facturus ſit? ſua ne ſcientia à depoſitione veſtium dependet? ſenſus poteſt eſſe, flagellaturus adſum, tu quoque paratus in verbera mihi nudus adſis flagellandus, quo illæ tendunt minæ? volebat Deus, vt Iſrael nudum & ſpoliatum veſtibus ſe illi verberandum obiectaret, vt videns eum ſic paratum, miſericordia motus condonaret pec-

Oleaſt. catum: ſic enim ait Oleaſt. *Nudum ſi fieri poteſt coram Deo te exhibe, vt ipſe quantum placuerit*

Pſalm 50. *verbera multiplicet, audi qualem ſe exhibeat Domino ſuo ſanctus Dauid, ecce ego inquit in flagella*

Tom. II.

B *paratus ſum Pſal. 50. & dolor meus in conſpectu meo ſemper, ſic ſeſe Domino exhibet, vt nudum Dominus ſeruum quantum placuerit, verberet.*

Non decet peccatorem miſericordiam implorantem feſtiuis veſtibus indutum & ornatu pretioſo excultum eſſe.

Iam nunc depone ornatum tuum, vt ſciam quid faciam tibi, nonne volebas miſereri? nonne populo condonare? nonne iam diuina tua protectione ſpoliatus & nudatus apparuit? cur etiam veſtimentis melioribus vis exutum? nonne Dei miſericordiam implorabant? bene ergo iubentur ornamenta cultiora deponere, quia non decet peccatorem miſericordiam implorantem pretioſis veſtibus indutum, & ornatu exculto fulgentem eſſe; vnde ſic recte proſequitur Lu- 25.

C ſitan. *Non libenter videt Dominus peccatorem feſtiuis veſtimentis indutum, ſed quemadmodum decent iuſtum veſtimenta lugubria, ita & peccatorem indumenta iucunditatis: neſcio vnde hæc peſſima conſuetudo inoleuit, vt exomologeſim peccatorum ſuorum faciendam ad Eccleſiam euntes, ornant ſe melioribus indumentis, ac ſi ad nuptias irent? non ſic ſic ſorores meæ edoctæ à Chriſto Domino eſtis, conſiderate quaſo peccatricem illam cuius ſacra meminit hiſtoria, qualiter ad Saluatorem non ornata, ſed ſolutis crinibus venit verecunda, vt non fuerit auſa Chriſto faciem oſtendere, ſed eam capillis ſuis operuerit & retro ſteterit.* Luſitanus.

D *Mirum eſt quod peccator promptiſſimus ſit ad Deum offendendum.*

Iam nunc depone ornatum tuum, ſed antequam hunc deponi iuſſerat, dixerat populus duræ ceruicis es. ſi ſemel aſcendam in medio tui delebo te, Pag. Mont. *ſi momento vno*, quid? itane præceps in iram, vt nec eam comprimere vno momento poteris? non hoc ſignificatur; ſed quod populus ita duræ ceruicis, & in malum pronus, vt ſi Deus cum eo eſſet vel per vnum momẽtum, in eodem ipſum grauiter offenderet. hũc ſenſũ habet Card. Caiet. *Prædicit illis, quod tam proni ſunt ad contemptum Dei, vt ſi Deus cum ipſis aſcendentibus in terram promiſſionis aſcenderet, inter eos paruiſſimo tempore* 26. Cajet.

tanquam momento vno perſeueraret hic aſcenſus, quoniam ipſi contemnerent Deum, quaſi in faciem eius, & Deus conſumeret eos.

Qui Deum negat, principatus pluries iacturam facit tanquam eo indignus.

27. *Iam nunc depone ornatum tuum*, paraphraſ. Ieroſol. depone coronam auream, Rabbi enim Salomon hic non arbitratur per huiuſmodi depoſitionẽ ornatus veſtimentis pretioſis exui, quia iam depoſuerant, vt prædictum eſt. ſed intelligit depoſitas coronas, quas ſibi principales populi impoſuerant, cum ſibi data eſt lex, tunc enim populus Deo fuit deſponſatus per ſuſceptionem legis, & ideo fuere coronati ad modum ſponſæ, & has non depoſuerunt indicantes ſe velle legi ſubiectos eſſe. cur nunc iubet ergo Deus eas deponi? nonne verum Deum negauerant effecti idololatræ? quid mirum igitur ſi hoc à Deo iubetur? indigni enim ſunt dominatu, qui Deum infidelitate reiiciunt. ſic

Rabbi Salo. enim proſequitur præf. auctor. *Quia peccauerãt per idololatriam & tabulæ legis fractæ erant, ideo ad eorum confuſionem, & humiliationem præcipit Dominus coronas deponi.*

Nihil magis exacerbare Deum videtur, quam pretioſarum veſtium abuſus, neque ita eum demulceret, quam earum depoſitio.

28. *Iam nunc depone ornatum tuum*, Sept. nunc igitur deponite ſtolas gloriarum veſtrarum, & cultum, iubet Deus populo vt facturus pœnitentiam & cultum corporis deponat, & habitu lugubri & abiecto incedat, quo oſtenderet ſe teneri dolore commiſſi criminis, ſed cur addit, vt ſciam quid faciam tibi? id eſt pone ſolemnes cultus, vt ſciam, an vere pœnitueris, & an indulgentiam ſum tibi conceſſurus, an vero vniuerſum populum neci daturus: Deus qui præcipuo animi dolore placatur, cultum corporis ſordidum, & veſtes pullas expectat, vt inde rimetur an vere populus pœnituerit: ſcilicet pretioſos amictus abieciſſe ſignum eſt, quo facile dinoſcuntur intimi animi ſenſus mentiſque latebræ, & receſſus. audiamus hîc Rupert.

Rupertus. *Hæc iuxta hiſtoriam lectorem ædificant, quia niſi ambulet peccator demiſſo capite, nondum ſe ſcire fatetur, quid ei faciat, nullam enim materiam extruendæ miſericordiæ, niſi habitus vel ambitio pœnitentiæ*, nota verba Ruperti nullam enim materiam, habet extruendæ miſericordiæ niſi habitus vel pœnitentiæ ambitio præcedat, ô Ruperte, nonne ieiunia, humicubationes, flagella, &c à Deo veniã extorquent? quomodo ergo hæc à te dicta ſunt? ſane per exceſſum locutus eſt, vt indicet nullum aditũ Dei miſericordiam inueniſſe, niſi prius veſtium elegantia depoſitã. non alienum ab hoc inſtituto, ſi conſideremus verba Concilij Mediolanenſis quinti, quod cum ageret de baptiſmo ait. *Quãtum*

in baptiſmo vnuſquiſque pie ac religioſe pollicetur operibus ſatanæ renunciare, eiuſque pompas deſerere, id parochus tum vſu venerit populũ doceat, præſertimque baptiſmi tẽpore permoneat, non modo quomodo, & quam ſimplici amictu ad illum infans deferendus ſit, ſed quam religioſa in Deum pietate, quam humili ſpiritu, quanta etiam veſtium moderatione compatres commatreſque eſſe debẽt; nec vero illum vel ornatum, vel aliquid quidpiam quod mundi huius pompam præferat adhiberi patitur. Conc. Med. quintum.

Itaque concilium exponens, quid ſibi velint verba illa, quibus baptizandi interrogantur, abrenuntias operibus ſatanæ, abrenuntias põpis diaboli, ait per verba hæc ſignificari, vt qui Chriſtianæ fidei nomen dat, prius polliceatur, ſe vſurũ ſimplici amictu, ſicut enim qui familiam aliquam religioſorum ingrediuntur, in ipſo ingreſſu pollicentur ſe vſuros ſimplici amictu, ſicut perpetuo geſtaturos habitum illius Religionis. ita Chriſtiani in ingreſſu fidei, nempe in baptiſmo promittunt fore, vt abiiciant pretioſas veſtes, quibus Deum exacerbamus, & ſimplici vtantur amictu, quo Deum etiam iratum demulcere poſſent.

Deus occaſionem quærit miſerendi non puniendi.

Iam nunc depone ornatum tuum, vt ſciam quid 19.
faciã tibi, ſed antea dixerat, ſi ſemel aſcẽdam in medio tui, delebo te, Sept. videte ne plagã aliã inducam ſuper vos, quis hæc à Deo audiẽs verbera iam infligenda non arbitretur? quis cum Deum audit præcipiẽtem, vt veſtes abiiciat, nõ credat iam flagellandum populum? ſed falleris, hæ enim minæ præcipuè tendunt, vt populus ipſum Deum humili & abiecto veſtitu ad miſericordiam prouocaret. quod admirans Euſeb. Euſeb. Emiſſ.
Emiſſ. hom. de Litaniis ait exclamans. *Quæ hoc manus agit quod magnificus Dominus rerum, cum à nobis ad iracundiam viſibiliter prouocatur, inuiſibiliter ad clementiam temperatur? quis hoc miſeris tribuit, quod furor neſcit iraſci, & nouo genere fit victor, ſine interceſſione miſereri?* ſed huic admirationi facilis ſolutio, ſi dixerimus intus habere vnde miſereatur, diuitias ſcilicet bonitatis ſuæ & dilectionis, quæ inopes quærit, vt eos ditet; exterius vero iram aduenire, quam quærit deponere vt non ſæuiat, quia illi extrinſeca eſt.

VARIET. LECT. Verſ. 7.

Vulg. Moyſes quoque tollens tabernaculum, tetendit extra caſtra procul, vocauitque nomen loci eius tabernaculum fœderis, & omnis populus qui habebat aliquam quæſtionem, egrediebatur ad tabernaculum fœderis extra caſtra.

Sept. Et ſumens Moyſes tabernaculum ſuum, fixit extra caſtra longe à caſtris, & vocatum eſt tabernaculum teſtimonij, & factum eſt, omnis qui quærebat Dominum.

Cald. Et vocauit illud tabernaculum domus doctrinæ, & omnis qui quærebat doctrinam à facie Domini, egrediebatur ad tabernaculum domus doctrinæ, *ſic Onk.*

Mont. Et Moſes accipiet tabernaculum, & extendet ſibi extra caſtrametarionem, elongando à caſttametatione, & vocauit illud ohed Mobed, & erat omnis quærens Dominom, exibit ad tabernaculum conuentus, quod extra caſtra metationem.

Vatab. Vocauit illud tabernaculum Eccleſiæ, & quicumque requirebat Iehouam egredie- A batur ad tabernaculum Eccleſiæ

Oleaſt. Vocauit illud tabernaculum ornamenti.

Caiet. Vocauit tabernaculum parationis, *alij*, adiunctionis.

Alij. Vocauit tabernaculum exaltationis, ſeu erectionis.

CONCORDIA.

VVlg. tetendit extra caſtta procul, ex Hebreo addendum eſſet à caſtris, eſt enim mim hamacha me, ſed interptes putauit dictionem procul etiam ſufficere pro prædictis verbis, Vulg. vocauit tabernaculum fœderis, ſed aduertendum dictionem מועד mohed non eſſe certæ ſignificationis apud Hebræos, hinc orta lectionum varietas, eſt enim radicis à qua deriuatur, incertitudo. nam ſi eſt à iaad quod eſt congregare, & conuenire maxime ad certum tempus, tunc mohed ſignificabit congregationem, adunationem, hinc aliqui tabernaculum Eccleſiæ ſeu congregationis dixere: poteſt ſecũdo eſſe à radice quod eſt teſtificari, & tunc ſignificat teſtimoniũ: tertio poteſt eſſe à themate B adah, quod eſt ornare, & ſic vertitur ab aliis tabernaculum ornamenti ſeu parationis. quarto poteſt eſſe ab adad, quod eſt erigere, & ſic dicitur tabernaculum erectionis, quia quondam erigebatur & deponebatur, Cald. vocauit autem illud tabernaculum domus doctrinæ, quod ibi populus doceretur de negotiis ſuis, & cauſis de quibus Dominum conſulebat.

EXPOSITIO.

M*Oyſes quoque tollens tabernaculum*, non illud magnum cuius ideam acceperat à Deo in mõte, ſed aliud paruum quod erat quaſi publicum ſacrarium quo & Moyſes & cæteri orationis cauſâ conueniebant, vbi & Moyſes Deum conſolebat, & ipſe dabat reſponſa. quod autem non fuerit illud maximum, Sept. inouere videntur, cum reddunt ſumens Moyſes tabernaculum ſuum, ſcilicet ſpeciale, *extra caſtra*, quia ea erant immunda propter cultum vituli idoli, hanc diſtantiam aliqui ſolum extendunt vſque ad duodecim cubitos, alij vſque ad bis mille, ſed nihil certi habemus.

Vocauitque nomen loci illius tabernaculum fœderis, vt pote in quo Deus oſtenſurus erat an reconciliatus eſſet necne: alij ſic dictum arbitrantur, quod in eo deciderentur cauſæ & contentiones, parteſque inter ſe conciliarentur, hinc apparet hoc paruum tabernaculum habuiſſe idem nomen quod poſtea maius illud habuit, imo ab hoc illud nomen deſumpſiſſe, non quod tempore fœderis initi illud extiterit, ſed vel quod in locum prioris ſucceſſerit, quod temC pore fœderis erat, tum quod legis vel fœderis tabulas in arca aſſeruaret, quæ tabulæ etiam tantiſper (vt veriſimile eſt) in hoc priore tabernaculo fuerunt aſſeruatæ.

Et omnis populus qui habebat aliquam quæſtionem, egrediebatur, ex variis lectionibus conſtat vſus huius tabernaculi, quod extra caſtra tetendit Moyſes, vt ſcilicet prædicaretur verbũ Dei, exoraretur Deus, & cauſæ forenſes cognoſcerentur, ac iuxta ſentẽtiam verbi Dei deciderẽtur, in grauioribus per Moyſen, in leuioribus per iudices ordinarios, tenet enim Abul. quod in eo cõuentus ſeniorũ & concilia cogebantur.

CONCEPTVS.

Fructu contemplationis ſiue orationis frui deſiderans, a tumultu ſegregetur.

Moyſes tollens tabernaculum tetendit extra
30. *caſtra*, cur vt populum innumerum regeret, non eo loci tabernaculum cõſtituit, quo facile multitudo recurrere poſſet? neque enim magiſtratus ſolitudinem quærere debet quem ſubditi frequenter deſiderent. ſed ſi attendamus, quod inferius dicitur, nempe quod Moyſes loqui ſolebat ad Dominum, ſicut amicus ad amicũ, facile deducemus orationi deditum, & excelſiori contemplationi donatũ. dicamus ergo præclare tabernaculum in quo preces fundebat, vbi mente excedere conſueuerat procul à caſtris, in quibus à multitudine ſtrepitus, collocaſſe. quãdo ſane oporteat eum, qui orationis ſtudio eminere aueat negotioſa & inquieta omnia declinare. hinc recte D. Amb. epiſt. 82. ad Vercel.
S. Ambr. Eccleſiam ait. *Moyſes ſolus qui Deum videbat, ex-* D *tra caſtra habebat tabernaculum, quando loquebatur cum Deo.*

Magiſtratus in dirimendis quæſtionibus & difficultatibus, à tumultu bellico recedat.

Moyſes tollens tabernaculum tetendit extra ca- 31.
ſtra procul, cur ita procul? nam nimio populi labori parcere deberet, qui pluries eum conuenitet pro quæſtionibus ſoluendis, difficultatibus aperiendis & litibus dirimendis: maneat ergo in caſtris cum ſuis? tabernacula tetendit extra caſtra remote, magiſtratus enim à tumultu bellico longe recedere debet, dum ſuo muneri ſatisfacere tenetur. ſic conſulit B. Nilus in aſcetico. *Moyſes extra caſtra figens tabernaculum,* Nilus.
oſtendit à tumultu bellico quam longiſsime abeſſe magiſtratum oportere, & qui pacificum & quietum ducis vitæ genus, debere caſtris cruentis eſſe remotiſsimum.

Si Deum quæris, longe à tumultibus ſecede.

32. *Moyſes tollens tabernaculum tetendit extra caſtra, & omnis populus qui habebat quæſtionem egrediebatur,* Sept. *omnis qui quærebat Dominum.* Nonne vbique eſt Deus? cur ergo extra caſtra egredi debet pupulus, vt eum quærat & inueniat? quia ſi Deum inuenire deſideras, longe à tumultibus ſecedendum. hinc rectè Philo Alex. lib. de mig. Abrah. (Philo.) *Nam ſi ô anima quæris Deum, à te ipſa egreſſa illum quære, donec enim manes in mollibus corporeis, aut mentis opinionibus, non es apta ad quærendas res diuinas, etiamſi præ te feras quærendi ſtudium.*

Deus nihil ſuum apud peccatores vult habere.

33. *Moyſes tollens tabernaculum, tetendit extra caſtra,* mane in caſtris cum tabernaculo Dei, vt in deſperationẽ populus non prolabatur, videt enim Deum abeſſe, nec velle in eius comitatu eſſe ſaltem in caſtris; ergo relinque tabernaculum, vt ad illud confugiens Dei miſericordiam poſſit precibus implorare. Moyſes tabernaculum tollit & illud extra caſtra tetendit, quia cum eſſet populus peccato idololatriæ fœdatus, noluit aliquid quod ſuum erat cum eo manere. annuit Oleaſt. (Oleaſt.) *Nihil ſuum vult Dominus habere apud peccatorem, omnia ſua cupit ab eo auferre, vt ſcias quantum malum ſit peccatum, quo non ſolum Deum ipſum, ſed cuncta dona eius perdit, theſaurum vult perdere, qui in loco non ſecuro illum deponit: ſic qui bona ſua collocat apud peccatorem, ei continuo Dominum ruinam minatur.*

Deus apparet terrena relinquentibus.

34. *Moyſes tollens tabernaculum tetendit extra caſtra,* quid inde factum? an hoc Deo ingratum, qui in medio pupuli ſui vult in veneratione haberi & coli? imo textus ait, loquebatur Dominus ad Moyſen facie ad faciem: quomodo Deus ita familiariter ei apparet, vt eum eo tanquam cum amico ſermones miſceat? quia Moyſes tabernaculum extra caſtra tendens, à tumultu quaſi omnia terrena reliquit. hanc veritatem optime expendit Philo lib. 2. de gigantibus. (Philo Alexand.) *Dei Spiritus vni tantum generi præſens eſt, quod exutum natiuis affectibus intra velum quo opiniones excluduntur, penetrat ad Deum expeditis nudiſque cogitationibus, ſic & Moyſes extra caſtra totius corporalis exercitus, fixo ſibi tentorio adeſt, mente erecta & in nullam partem* D *proclinante adorare Deum incipit, ingreſſuſque* A *caliginem loci non conſpicui, manet illic & initiatur myſteriis diuinis.*

Verum prælatus non ſolum quæ Dei, ſed etiam quæ populi attendere debet.

Moyſes tollens tabernaculum tetendit extra caſtra, ad quid; ô Moyſes à caſtris recedis, cum tabernaculo? an vt in eo ab omni tumultu ſegregatus maiori cum tranquillitate coram Deo preces fundere poſſis? quidni? ſed quid amplius? an ſolum precibus deditus? omnis populus, inquit textus, qui habebat aliquam quæſtionem egrediebatur ad tabernaculum, & ſane omnes populi difficultates ſoluebat, & merito, prælatus enim non ſolum quæ Dei, ſed etiam quæ populi attendere debet. Antonius Fonſeca hîc ait. *Hoc tentorium cuius hic mentio* (Anto. Fonſ.) *fit, ante erectionem veri tabernaculi factum fuit,* B *vt in eo Moſes vocem Dei exciperet & cauſas forenſes.* 35.

Deus procul à peccatoribus.

Moyſes tollens tabernaculum tetendit extra caſtra procul, nonne ſatis erat dixiſſe tabernaculum extra caſtra tetendiſſe? cur additum *procul?* in tabernaculo Deus præſens aderat vt in eo exoraretur, caſtris autem intelliguntur Iſraelitæ peccatores. bene ergo dicitur quod tetendit Moyſes tabernaculum extra caſtra procul, vt innueretur quod Deus longe eſt à peccatoribus. ſic canit Petrus Riga. 36.

(Petrus R. ſ.)
Inde tabernaculum procul extra caſtra rependit
Legiſer, oſtendens hinc procul eſſe Deum.
Nam velut in Pſalmo princeps cytariſta locutus
A peccante procul dicitur eſſe ſalus.
Culpa quidem longe facit eſſe Deum, prope virtus
C
Diſplicet iſta Deo, placat & illa Deum.

Qui Dei Eccleſia caret, ſine honore eſt.

Moyſes tollens tabernaculum tetendit extra caſtra, procul: nonne populi mediator erga Deum? nonne in diſcrimen ſe pro illius ſalute oppoſuit? cur ergo commune oratorium in quod ad Deum precibus ſuis recurrere poſſet, adimit? nonne cum in honore eſſet, peccato, comparatus deinde iumentis inſipientibus, & eis ſimilis factus? en forte tollens tabernaculum tetendit illud extra caſtra, vt ſuum ſentiret dedecus & infamiam: qui enim ſine Eccleſia Dei eſt (ſic enim vocat Vatab. tabernaculum Eccleſiæ) ſine honore eſt. mens eſt Abul. (Abulenſ.) *Ablato iſto tabernaculo è caſtris fiebat magna dehonoratio caſtrorum.* 37.

VARIET. LECT. Verſ. 8.

VVlg. Cumque egrederetur Moyſes ad tabernaculum fœderis ſurgebat vniuerſa plebs, & ſtabat vnuſquiſque in atrio papilionis ſui, aſpiciebantque tergum Moyſi donec ingrederetur tentorium.

Sept. Stabat omnis populus conſiderantes vnuſquiſque apud ianuas tabernaculi ſui, & aſpiciebant abeuntem Muyſen, quoad ille intraret in tabernaculum.

Cald. Stabat vnuſquiſque in oſtia tabernaculi ſui ac reſpiciebant poſt Moyſen.

CONCORDIA.

VVlg. aſpiciebant tergum Moyſi, in Hebræo eſt אחרי משה achare Muſe, id eſt poſt Moyſen, ſed quis non videt vtriuſque lectionis eumdem ſenſum, hoc eſt obſeruabant Moyſen abeuntem, donec intraret tabernaculum?

EXPOSITIO.

CVmque egrederetur Moyſes in tabernaculum fœderis, Qui tenent Moyſen noctibus, & diebus in caſtris manſiſſe, habuiſſeque ibi locum commorationis ſuæ, hunc egreſſum accipiunt è caſtris ad tabernaculum, quod extra ea tetenderit. Sed pluribus minus hoc probabile videtur, indecorum enim erat tabernaculum extra caſtra ſolum manere: alij ergo dicunt egredi Moyſen ad tabernaculum, nihil aliud quam poſt auditas cauſas, & reddita reſponſa apud populum in caſtris, redire ad tabernaculum illud paruum, quod tetenderat, *ſurgebat vniuerſa plebs*: Surgebat in reuerentiam Moyſi, quo mediante perfectam Dei reconciliationem expectabat. Terminus *vniuerſa* debet accipi accommodè, non pro omni populo abſolute, ſed pro eis qui erant præſentes in ſuis tabernaculis, eo tempore quo Moyſes egreſſurus eſſet tabernaculum fœderis, & vt hæc aſſurrectio ſolemnior eſſet, probabile eſt Moyſen certo tempore ſemper ingreſſum fuiſſe, aut tempus ingreſſus eius indicatum fuiſſe omnibus aliquo ſigno.

Aſpiciebantque tergum Moyſi, tanquam hominis Dei, qui apud Deum tanti haberetur, & in quo ſpem veniæ conſtituerant, non eſt cur fingamus iam hoc tempore cornutam fuiſſe faciem Moyſi, & ideo tantam reuerentiam ei exhibuiſſe, ſed cum nondum ſecundas accepiſſet tabulas, ideo nec cornutam aut ſplendidam tunc faciem habuit, *donec ingrederetur ten torium*, nec antea audebant aſſidere.

CONCEPTVS.

Debitus honor impendendus eſt Prælatis etiam in nos ſeueris.

38. *Cum egrederetur Moyſes ad tabernaculum, ſurgebat vniuerſa plebs*: Quid aſſurgit? nonne ille eſt cuius iuſſu, viginti tria millia ex vobis interfecta fuere? qui in maius veſtrũ dedecus, & ignominiam tetendit tabernaculum fœderis extra caſtra? qui veſtis pretioſioribus ornamentis vos exuit? nolite ergo aſſurgere, imo nec reſpicere præ contemptu: merito aſſurgunt, & ſtant donec tranſierit, imo donec tabernaculum ingreſſus fuerit, quia Prælatis etiam in nos ſeueris, debita impendenda reuerentia. *Aſſurgebat omnis populus*, inquit Abulenſ. (Abulenſ.) *vt ſcilicet illi debitum honorem impenderent, & rogarent, vt ageret cauſam illorum apud Deum.*

Tanta confuſione premuntur rei, vt nec faciem iudicum conſpicere audeant.

39. *Cum egrederetur Moyſes ad tabernaculum, ſurgebat vniuerſa plebs*, & quid amplius? *aſpiciebantque tergum Moyſi*: Cur non dicitur quod intuebantur faciem eius? nam licet dum egrederetur, & extra caſtra iam eſſet, non potuerint, niſi tergum illius aſpicere: tamen cum è tabernaculo ad caſtra pergebat, cum eum ex aduerſo haberent, potuerunt faciem eius intueri, imo cum tranſiret, & eſſet è regione eorum. Cur ergo potius hoc non obſeruatur, ſed quod ſolum illius tergum reſpexerunt? nonne propter vituli adorationem rei tenebantur? nonne Moyſes eorum iudex à Deo conſtitutus? ne miremur igitur ſi non faciem eius, ſed ſolum tergum intuentur, quia præ confuſione criminis rei nocenteſque faciem iudicum conſpicere non audent. Annuit Luſitan. (Luſitan.) *Aſpiciebant poſt eum tanquam rei expectantes ſententiam Domini, quæ per Moſeh erat promulganda.*

Medijs in preſſuris non iaceas, ſed ſtes erectus.

Cum egrederetur Moyſes ad tabernaculum, ſurgebat vniuerſa plebs, & ſtabat. Quid noui, ſi ſupremo Principe per aliquã viam tranſeunte, vnuſquiſque aſſurgeret, vt ei debitum honorẽ impenderet? nonne & reprehenſione, tanquam inurbanus, imo tanquam impudẽs verberibus dignus eſſet qui ſic non ageret? ergo mirum, ſi redeunte ad tabernaculũ Moyſe, totius populi ſupremo à Deo conſtituto gubernatore, ille non aſſurgeret? nonne populus ille plurimas clades exceperat? nonne ſub gladio plurima illius millia ceciderunt? nonne ornamento exutus? nonne veſtibus denudatus? nonne minas à Deo ſeueriſſimas audiuit? mirum eſt ergo valde, quod ſurgens ſtet, quod non & ærumnis oppreſſus, quaſi ſub grauiſſimo onere iaceat exanimis: mirandæ enim virtutis ſub grauiſſimis preſſuris, & afflictionibus non iacere. 40.

Quod eruditè expendit D. Baſil. in Catena (S. Baſilius.) Græca in Iob expendens hæc verba, audiens Iob, nempe iacturam bonorum, cladem ſeruorum, & mortem filiorum, tunc ſurrexit, ait autem, (Iob 2.) *Mala quibuſcum conflictabatur, nequaquam illi perſuadere poterant, vt cogitaret vel diceret nullam rebus noſtris conſulere prouidentiam; ſummi Imperatoris iudicium, & rerum diſpenſationem non accuſauit; verum in ſingulis certaminibus deinceps ſtrenuè pugnauit, multiſque à diabolo petitus ſagittis, nullam tamen læthalem plagam accepit. Nimirum cum domeſticorum feli-*

citate ſpolianit, crebris maiorum rumoribus ac nuncijs illam obruere per inſidias conatus eſt: nam priori nuntio, calamitatem narranti, poſterior ſuperueniebat, qui acerbiorum rerum ægritudinem, mœroremque adferret: calamitas calamitati iuncta erat, atque ærumna vudarum concurſum imitabantur; nec dum prior lacbryma exaruerat, quin ſubſequens altera prænuntiaretur, iuſtus autem quaſi ſcopulus conſiſtebat, ac vim tempeſtatis excipiens, fluctuum violentam incurſionem redigebat in ſpumam; nihilque eorum quæ contigerunt, dignum lachrymis exiſtimauit. Pende, iuſtos autem quaſi ſcopulos conſiſtebat, tot calamitatibus impugnatus non iacuit, noo concidit, ſed magno animo ſurrexit.

A

Vnuſquiſque vltra vires arcana Dei non ſcrutetur.

41. *Cum egrederetur Moyſes ad tabernaculum, ſurgebat vniuerſa plebs, aſpiciebantque poſt tergum Moyſi:* Nonne Moyſes loqoebatur Deo facie ad faciem? quomodo ergo populus non faciem, ſed ſolum tergum Moyſis intuebatur? non eſt dubium quin Moyſe perfectiores, & ſapientiores deſignentur, ſicut populo hebetiores, & imperfectiores: bene ergo Moyſes Deo loquitur facie ad faciem: alij autem ſolum venerabundi tergum Moyſis conſpiciunt, quia oportet vt vnuſquiſque pro captu ſuo abdita contempletur, neque modum excedat, ſublimiores quidem arcana, inferiores vero captu faciliora. Hæc habet Rupert. lib. 4. c. 34. *Quia cum ſanctus quiſque prædicator alta de Deo loquitur, & ſupernæ habitationis iam vtcumque habitaculum ingreditur, eius terga populus aſpicit, cuius prædicationis infirmi quique, & ſi virtutem plene penſare non poſſunt, tamen velut terga aſpiciunt, quia poſtrema quæ præbebant per intellectum ſequuntur, ſed in ipſis quoque minimis quæ capere ſufficiunt iam de ſuis papilionibus quaſi exeunt, atque in oſtijs ſtant, quia & habitacula carnis relinquere, & ad illa æternæ vitæ gaudia, quæ audiunt progredi conantur.*

Rupert. Abbas.

C

Qui Sacræ ſcripturæ difficultates vult ſoluere, ad Chriſtum Dominum recurrat.

42. *Cumque egrederetur Moyſes ad tabernaculum,* D

ſurgebat vniuerſa plebs: Quæ aliquam habens difficultatem egrediebatur ad huiuſmodi fœderis tabernaculum, cur vt ſoluantur illius difficultates, enodentur dubia, ad tabernaculum recurritur? magnum ſane myſterium, magna & mira diſpenſatio cœleſtium arcanorum, interim dum tabernaculum conſtituitur, inimicitiæ ſunt inter Deum, & populum pro reatu populi, & non ante ſoluuntur eædem inimicitiæ, niſi prius tendatur, quod & proinde vocatur tabernaculum fœderi. Quid igitur eſt hoc? niſi quia dum eſſent inimicitiæ inter Deum & homines, propter ſoluendas eaſdem inimicitias, tabernaculum verum quod fixit Deus, & non homo, ab Incarnatione Filij

B

Dei fieri cœptum eſt. Quo poſito, quid eſt quod omnis populus, habens aliquam quæſtionem egrediebatur ad tabernaculum fœderis? Reſpondet hic Rupert. *Quia omnis qui ſcripturarum quærit veritatem, oportet vt egrediatur ad hæc ſancta Chriſti ſacramenta, per quæ ſumus Deo reconciliati velamen quippe quod ſuper cor Iudæorum poſitum eſt in ſ[.]o Chriſto reuelatur.* Abbas Tuitienſ.

Infirmi licet virtutem ſanctæ prædicationis plene capere non poſſint, tamen ad æterna gaudia quæ annuntiantur, iam peruenire deſiderant.

Cumque egrederetur Moyſes ad tabernaculum, ſurgebat vniuerſa plebs, & ſtabat vnuſquiſque in papilionis ſui, aſpiciebantque tergum Moyſi: 43.
Quid refert, vtrum tergum Moyſis reſpiciat necne? & quod cum illud reſpicit ſtet in oſtio papilionis, Moyſes autem tabernaculum ingrediatur? myſterium tamen ſic aperit B. Gregor. Magn. hom. 13. in Ezech. qui poſtquam eadem met verba ab eo à Ruperto deſumpta, & poſita concep. 41. protulit, ſubiungit, *Hinc eſt quod Elias cum vocem Domini ſecum loquentis audiret in ſpelunca ſuæ oſtio ſtetiſſe deſcribitur, & faciem velaſſe. quia cum per contemplationis gratiam, vox ſupernæ intelligentiæ fit in mente, totus homo iam intra ſpeluncam non eſt, quia animam cura carnis non poſſidet, ſed ſtat in oſtio, quia mortalitatis anguſtias exire meditatur.* S. Gregor. Magn.

VARIET. LECT. Verſ. 9. & 10.

V*Vulg.* Ingreſſo autem illo tabernaculo fœderis, deſcendebat columna nubis, & ſtabat ad oſtium, loquebaturque cum Moyſe.

Sept. Vt autem intrauerat Moyſes in tabernaculum, deſcendebat colomna nubis, & loquebatur Moyſi.

Oleaſt. Deſcendebat columna nubeculæ,
Bib. aliqua antiq. Loquebatur Dominus cum Moyſe.

Vulg. Cernentibus vniuerſis quod columna nubis ſtabat ad oſtium tabernaculi, ſtabantque ipſi, & adorabant per fores tabernaculorum ſuorum.

Sept. Et videbat omnis populus columnam nubis ſtantem ſuper oſtium tabernaculi, & ſtantes omnis populus adorabant, vnuſquiſque ab oſtio tabernaculi ſui.

Pag. Incuruat ſe vnuſquiſque ad oſtium.

CONCORDIA.

VVlg. legens adorabant per fores tabernaculi, non diſcrepat ab Hebræo habente vehiſtaebanu is pethack aholo adorabant, ſeu incuruabant ſe ad oſtium taberna-

culi, neſcio cur Oleaſt. dicat quod melius vertitur עב nubecula quam nubes, cum non ſolum à Vulg. ſed à Sept. Cald. & alijs Hebraizantibus nubes reddatur. Verum eſt in aliqui- A bus antiquis biblijs eſſe, loquebatur Dominus cum Moyſe, ſed in correctioribus non habetur, *Dominus*.

EXPOSITIO.

I*Ngreſſo autem illo*, nempe Moyſo, *tabernaculũ fœderis*, nempe paruum, *deſcendebat columna nubis*, ſolita enim erat ſtare ſuper tabernaculum, & nunc deſcendit ad illius oſtium tabernaculi, *loquebaturque cum Moyſe*, non columna nubis, ſed Deus vel Angelus in columna, *Cernentibus vniuerſis*, quod columna nubis ſtabat ad oſtium tabernaculi; in quo erat Moyſes, *ſtabant*, vt gratitudinem, imo & reuerentiam aliquo modo teſtarentur, *adorabantque per fores*, tabernaculorum ſuorum Dominum in ſigno viſibili apparentem.

CONCEPTVS:

Deus vult ſuos ſeruos honorari.

44. *Deſcendebat columna nubis, & ſtabat ad oſtium tabernaculi, loquebaturque cum Moyſe.* Biblia antiq. *loquebatur Dominus cum Moyſe cernentibus vniuerſis*, an etiam audientibus diuinum colloquium, hoc non refertur: cur ergo notatur quod ipſi intuerentur Deum in columna nubis loquentem cum Moyſe? vt ipſum Moyſen maximo honore proſequerentur, cum etiam Deum ad ipſum deſcendentem, ipſumque familiariter alloquentem conſpicerent. *Loquebatur Dominus cum Moyſe*, inquit Oleaſt. *ad oſtium tabernaculi, vt videret omnis populus, quam ſibi familiaris eſſet Moſes, & ei deferrent.* Oleaſt.

Ab impiorum cœtu, & ſocietate ſegregatos viſitat Deus.

45. *Deſcendebat columna nubis, & ſtabat ad oſtium, loquebaturque*, nempe Deus, *cum Moyſe*, Quandonã tanto donatur beneficio Moyſes, vt dignetur Deus ad eius colloquium deſcendere? an cum inter media morabatur caſtra? nequaquam ſane, ſed cum procul ab eis tetendit tabernaculum, nec miror, ab impiorum enim cœtu & ſocietate ſegregatos viſitat Deus. Suffragatur D. Hieron. in illud Ezech. 3. vade & ingredere ad domum Iſrael, ait enim, *Oſtenditur non fuiſſe cum populo peccatore, licet in eiſdem videretur finibus ſuper flumen Chobar commorari, ſcriptum eſt enim, & ego eram in medio transmigrationis iuxta flumen Chobar, ſeparata enim erat Prophetæ ſeparatio, & iniquorum offendebatur aſpectu, hoc idem faciebat Moyſes, procul à caſtris multitudinis figens tabernaculum, quod cum eſſet ingreſſus deſcendebat columna nubis, ante oſtium tabernaculi.* S Hieron. Ezechiel. 3.

Diſcordias relinque, Deus pacificus tibi aderit.

46. *Deſcendebat columna nubis, & ſtabat, loquebaturque*, nempe Dominus, *cum Moyſe*: Quid? anà tempore quo in caſtra deſcendiſti? nequaquam legimus Deum te conueniſſe, vt ſermones miſceret. Quomodo ergo te nunc conuenit? nonne dictum eſt ſuperius quod Moyſes tollens tabernaculum extra caſtra? nonne caſtra bellum indicant, contentiones B & rixas? non miror ergo, ſi Deus Moyſi ea deſerenti apparuerit, ſi enim diſcordias reliqueris, Deus ibi pacificus aderit. Non longe ab hac mente eſt Philo lib. de Temul. ante medium dicens, *Caſtra ad bellum nata videntur, vbi enim aliàs rixæ ſunt, & pugnæ contentioneſque, hæc caſtra ſolet intellectus relinquere, quando numine correptus, ad eum qui eſt accedit, contemplaturus ideas incorporeas: tollens*, inquit, *Moyſes tabernaculum tetendit extra caſtra non prope, ſed procul, qua figura ſubindicatur ſapientem migraſſe à bello ad pacem, à mortali confuſoque exercitu ad pacatam rationalium fœlicioremque diuinam vitam animarum.* Philo.

Deus nos ſibi, & Prælatis noſtris obſequentiſſimos vult eſſe.

C *Deſcendebat columna nubis, & ſtabat ad oſtiũ, loquebaturque*, nempe Dominus, *cum Moyſe*, cernente ſcilicet vniuerſo populo. Cur vniuerſa plebe conſpiciente colloquitur Deus Moyſi? quo ſpectabat tanta Domini dignatio, vt deſcendens homini loqueretur? an vt hoc modo ſenſibili teſtans Dominus dignitatem Moyſi, auctoritate grauior ab omnibus haberetur? recte quidem, ſed addere liceat, ideo Deum præſente populo, Moyſi locutum, vt cum quid ei præciperet, non tam ſuum, quam Dei mandatum crederet, ſicque obedientiſſimum ſe exhiberet. Annuit Auctor Caten. *Viſibili ſpectro ſe illi inſinuat aſpiciente tota Eccleſia, ſicque cerneret populus verbum Moyſi, non tam eius eſſe quam Domini, vt tanto promptius, & humilius* D *obſequeretur mandatis.* 47. Lippom.

Oratio quodammodo à corpore, & à terrena concretione ſeparat ad beatitudinem tamquam perducens.

Deſcendebat columna nubis, & ſtabat ad oſtiũ, loquebaturque, nempe Dominus, *cum Moyſe*: 48.
Quid tum Iſraelitæ hoc colloquium in oſtio tabernaculi videntes? adorabant, inquit textus, per fores tabernaculorum ſuorum. In hac adoratione non eſt dubium, quin interius Deũ deprecarentur, vt ſibi propitius foret, noxamque pro reatu populi condonaret. Sed cur obſeruatur à contextu, quod adorabant per fores tabernaculorum? nonne ſatis erat dixiſſe ipſos Deum adoraſſe, non addito, quod hæc

adoratio facta fuerit per fores huiuſmodi? A certiſſimum tabernaculis noſtra corpora denotari; aptè igitur dum orant, dum adorant Hebræi, non ſe continent intra tabernacula, ſed ea egrediuntur, quia quodammodo oratio à corpore, & à terrena concretione homines extrahit, ſpirituales reddit, & ad beatitudinis

Rupert. ianuam perducit. In mentem noſtram propendit Rupert. lib. 7. c. 34. *Iuxta hiſtoriam, moralē ſenſū legētibus hæc ipſa res ædificat; quid eſt enim populum columnā nubis aſpicere, & tabernaculi ſui foribus ſtare atque adorare? niſi quod humana mens cum ſuperiora illa atque cœleſtia virumque in ænigmate conſpicit, iam clauſtra habitationis corporea per ſubleuatam cogitationem exijt, atque illum humiliter adorat cultu, etſi videre ſubſtantiam non habet, iam tamen eius potentiam per illuminationem ſpiritus miratur.*

Mira Dei bonitas, quod ſe noſtræ accommodet infirmitati.

49. *Deſcendebat columna nubis, & ſtabat ad oſtiū, loquebaturque*, nempe Dominus, *cum Moyſe*: Quis videt Reges ita ſe demittere, vt cum aliquem ex ſubditis ſunt allocuturi, ad eos deſcendant? nonne eos ad ſe auocant? quomodo ergo Deus de cœlo deſcendit, ſtatque ad oſtiū tabernaculi Moyſis ibique cum eo loquitur? quis in hoc diuinam bonitatem non miratur & adorat? quæ etiam ſe deprimit, & à maieſtate ſua quodammodo deſcendit, vt noſtræ ſe accommodet infirmitati. Id Abulenſ. expendit quæſt. 10. *Deus eſt quoddam intelligibile nobis improportionatum ſi conſideretur ſecundum puritatē naturæ ſuæ ſimpliciſſimæ, ideo non poſſumus ſic eum intelligere: ſi ergo eum ſaltem, quantum ad aliquid debemus intelligere neceſſe eſt, vt* Abulenſ. *inclinetur ad nos deſcendendo ab illa puritate, altitudine, & inducat modum corporei intellectualis, ſcilicet quod per vocem ſe repræſentet, aut* B *per viſum, loqui autem non pertinet ad diuinam naturam, aut Angelicam, nec eſt iſte modus quo ſeipſas cognoſci faciunt: quia tamen humani ſumus, tranſeuntes aliter apprehendere non valent aliquid de illis, niſi modo ſuo, cum Deus, aut Angelus iſtos modos accipiunt deſcendere dicuntur, ſcilicet à ſua altitudine cognoſcibilitatis inducentes modum imperfectiorem, nec tamen in hoc in eis eſt aliqua imperfectio.*

VARIET. LECT. Verſ. 11.

VVlg. Loquebatur autem Dominus ad Moyſen facie ad faciem, ſicut ſolet homo loqui ad amicum, cumque ille reuerteretur in caſtra, miniſter eius Ioſue filius Nun puer non recedebat de tabernaculo.

Sept. Et reuertebatur ad caſtra, miniſter autem eius Ieſus filius nauæ iouenis, non egrediebatur de tabernaculo.

Onk. Et locutus eſt Dominus cum Moſe verbo ad verbum, & Ioſue adoleſcens.

Cald. Loquebatur Dominus cum Moſe, verbum ad verbum, ſicut loquitur vir cum proximo ſuo.

C *Mont.* Et loquebatur Dominus ad Moſeh facies ad facies, & miniſter eius Iehoſuah filius Nun, puer non recedebat de medio tabernaculi.

Aliqui, Loquebatur præſens præſenti, *Alij*, Locutione ad locutionem.

Cajet. Et ſeruitorem ſuum Iehoſuah filium Nun, puerum non facies recedere à tabernaculo.

CONCORDIA.

VVlg. Facie ad faciem, eodem modo ſonant Hebræa, aliqui ἐνώπιος ἐνωπίῳ præſens præſenti, Caldæus paraphraſtes, מַמְלַל עִם מַמְלַל mamlal him mamlal, verbum ad verbum, quæ omnia idem ſignificant Deum, vel Angelum, vice Dei familiariſſime eum Moyſe collocutum, quaſi iunctis oribus ac faciebus. Vulg. & Ioſue puer, quæ verba parumper Onk. explicans ait, adoleſcens, vel iuuenis: & vt Hebræa vox עַלְמָה halma virginem abſconditam, vel incognitam viro D ſignificat, Iſai. 7. vbi interpres noſter vertit, ecce Virgo concipiet, ita עלמא hullema Caldaicum ab eadem radice halam: de medio tabernaculi, id eſt, de tabernaculo.

EXPOSITIO.

LOquebatur autem Dominus facie ad faciem, vel per ſeipſum abſque aliquo internuntio, vel familiariſſime cum illo loquebatur, nam facies quandoque fauorem, amicitiam, & gratiam importat, quæ maximè ex facie dinoſcuntur: S. Auguſt. Symb. ad Catechum.

S. Auguſt. Angelicus Doctor. lib. 4. c. 5. ſic hoc dictum explicat, quod lux illa perpetua quæ Deus eſt, plus eum quam cæteros illuſtrauerat, quaſi diceret plus omnibus manifeſtatus eſt illi. Cui conſentit B. Thom. 1. 2. q. 8. art. 3. ad 2. cum ait, per viſionem faciei, intelligitur quædam eminens contemplatio, & familiaritas infra eſſentiæ diuinæ viſionem, ſicut homo ſolet loqui ad amicum ſuum, ſibi charum à quo conſilium non abſcondit, & ſecretorum ſuorum conſcium facit: an vero Moyſes Deum intuitiuè viderit, poſtea dicemus.

Cumque ille reuerteretur in caſtra, poſt collocutionem cum Deo, *miniſter eius Ioſue*, ſibi fideliſſimus, *puer non recedat de tabernaculo*, puerum dicit, id eſt iuuenem, iam enim quadrageſimum quartum, aut quintum attigerat, vnctus autem ſecundum aliquos ad hanc vſque

ætatem prouehitur, maxime eo ſæculo, quo cum hominum vita eſſet productior iuuentus ad plures annos quam æuo poſteriore extendebatur, vide aliam ſolutionem in concordia, *non* A *recedebat de tabernaculo:* curam illius habens, velut æditũus aliquis qui inuigilat, vt omnia ſint munda & nitida.

CONCEPTVS.

Prælatus commune bonum particulari anteponens, Deum familiariſſimum habebit amicum.

50\. *Loquebatur Dominus facie ad faciem ad Moyſen, ſicut ſolet homo loqui ad amicum:* Nonne ſatis erat ad exprimendum Dei erga Moyſen ſingulare beneficium, dixiſſe ipſum facie ad faciem locutum? cur ergo addit, ſicut homo ſolet loqui ad amicum ſuum? aduerte verũ amicum eum eſſe qui proſperitatem amici ſuæ anteponit, quin potius illius fortunæ cõſulit quã ſuæ: En vt recte additum eſt, Deum locutum fuiſſe facie ad faciem Moyſi, ſicut ſolet homo loqui ad amicum ſuum, vt innueretur quod ſi Moyſes tanta à Deo beneficia accepit, quod eum præſentem habuerit, quod ſibi familiariter colloquentem audierit, ideo etiam eſt, quia tanquam verus amicus, & optimus Prælatus ſubditorum bonum ſuo antepoſuit, eorumque vitam etiam ſuæ prætulit. Mens fuit S. Hieron. B. Hieron. cum dixit c. 7. in Michæam, Nolite credere amicis, ait ſanctus Propheta Hierem. Hier. 9. c. 9. quia omnis amicus ſupplantatione ſupplantat, & qui propter aliquid eſt amicus, non tam amicus eius eſt quem amare ſe ſimulat (ab amare quippe amicus dicitur) quam eius rei quam diligit. Interrogatus quidam quid eſſet amicus reſpondit, alter ego. Quod ſi Pythagoræorum nobis opponitur exemplum, qui ſe vades inuicem tyranno dederunt, dicemus non generaliter aduerſum omnes amicos, & charitatis affectus ſententiã à Deo prolatam, nec cõtra omne tẽpus, ſed Deo ſuper quo Apoſtolus ait, in nouiſſimis diebus adueniẽt tempora periculoſa, erũt enim homines ſeipſos amãtes, cupidi, faſtidioſi, ſuperbi, blaſphemi, parentibus nõ obediẽtes, ingrati ſceleſti ſine affectione, pactũ non cuſtodiẽtes, delatores, incontinẽtes, immites ſine benignitate proditores, proterui, inflati voluptatũ amatores, magis quam Dei, &c. tunc enim tradet frater fratrem, & pater filium, & mater filiam, & inimici hominis domeſtici eius. Sed & nunc rara fides eſt, enim aliud in labijs, aliud in corde verſatus, venenum animi linguæ mella tegunt, amici diuitum multi, à papauperibus autẽm etiam qui videntur eſſe, diſcedunt. Vnde dicitur, ſi ſi habes amicum in tentatione poſſide eum: legi in cuiuſdã controuerſia, amicus diu quæritur, vix inuenitur, difficile ſeruatur. Scripſit Theophraſtus tria de amicitia volumina, omni eam præferens charitati, & tamen raram in rebus humanis eſſe cõteſtatus eſt. Eſt & Ciceronis de amicitia liber, quem Lælium inſcripſit, in quo illud quod apud noſtros præcipitur. Vt ſit nobis amicus, quaſi vinum vetus, & in ſuauitate bibamus illud, pene eiſdem verbis poſitum eſt amicitia pares, aut accipit, aut facit, vbi inæqualitas eſt, & alterius eminentia, alterius ſubiectio ibi non amicitia, quam adulatio eſt. Vnde & alibi legimus, ſit amicus eadem anima? & Lyricus pro amico precans, ſerues, inquit, animæ dimidium meæ. Nolite ergo credere in amicis, id eſt, his hominibus qui de amicitijs ſectantur lucra. Si vis vera amicitia delectari, eſto amicus Dei, ſicut Moyſes, qui loquebatur Deo quaſi amicus ad amicum, eſto amicus vt Apoſtoli, ad quos Saluator ait, iam non dicam vos ſeruos, quoniam ſeruus neſcit, quid velit Dominus ſuus, ſed dicam vos amicos, quoniam iſtiuſmodi B homines non mihi videntur amicos, ſed ſeipſos diligere.

Magna dignitas ſeruum Dei eſſe, ſed longe maior, eius amicum dici.

Loquebatur Dominus facie ad faciem ad Moyſen, ſicut homo ſolet loqui ad amicum. Cur potius non ait, ſicut Dominus ad famulum? vt enim ſit vera amicitia inter aliquos, debet etiã eſſe inter eos æqualitas. At quis dicet hominem eſſe Deo æqualem, ne dicam infinitè inferiorem? dixit ſicut homo ſolet loqui ad amicum, ſic Deus Moyſi facie ad faciem loquebatur, vt indicaret quod ſi magna dignitas eſt ſeruum Dei eſſe, longe maiorem eſſe, amicum Dei nuncupari. Sic autem ait præfat. Hieron. Pſalm. 133. *Putaſne parum eſſe,* inquit, *quod di-* C *citur, ego ſeruus Domini ſum? ſumma virtus eſt hoc mereri, quomodo quaſi dignitatem vendicat, qui dicit ego ſeruus Imperatoris ſum, & nemo audet accedere ad ſeruum Imperatoris: ſic infinita dignitas ſe dicere eſſe ſeruum Domini. Vnde & Apoſtolus de ſeruitute Domini gloriatur, & ſcribit, in principio Epiſtolarum ſuarum Paulus ſeruus Chriſti, & de Moyſe dicitur, & non ſicut Moyſes famulus meus, cui locutus ſum facie ad faciem, ponamus exemplum, dicamus eſſe aliquem Dominum ditiſſimum, iſte habet familiam, & ſeruos qui ſibi miniſtrant, numquid tantam fiduciam habent ſerui qui in villis ſunt, quantum illi qui quotidie miniſtrant? illis magna dignitas eſt faciem Domini videre.* Sed B. Cyrill. in illa verba Domini, iam non dicam vos ſeruos, vos autem D dixi amicos Ioann. 15. ſic expreſſius loquitur, *Quid illuſtrius quam amicum Chriſti eſſe, & obſeruari? obſerua enim quantum hæc dignitas naturæ humanæ terminos excedit, omnia enim ſeruiunt creatori, ſubiectis autem omnibus, ad ſupernaturalem gloriam ſeruantes mandata ſua Dominus erigit.* 51. S. Hieron. S. Cyrillus Ioan. 15.

Deus amicos ſuos conſiliorum ſuorum facit conſortes.

Loquebatur Dominus ad Moyſen facie ad faciem, ſicut homo ſolet loqui ad amicum: Si nullus Deum videt, quomodo locutus eſt Dominus facie ad faciem ad Moyſen? ſed hoc poteſt intelligi, non enim dicitur, & videbatur Deus facie ad faciem, ſed quod loquebatur, fiat autem loqui facie ad faciem, & non vide- 52.

ri faciem loquentis, vt patet de colloquentibus in tenebris; loquens enim Deus facie ad faciem non manifeſtat ſeipſum, niſi ſermone; nec percipitur, niſi per modum auditus. Si ergo à Moyſe Deus non videtur, quod præter cæteros Prophetas, quibus etiam Deus loque- Rupert. batur, ſpeciale beneficium accepit? ait Rupert. *Quia ſuum ab illo conſilium non abſcondebat, & ſecretorum ſuorum faciebat eſſe conſcium. Quomodo enim ſolet homo ad amicum ſuum aperiendo, illi vtique conſilium ſuum, non celando illi quæ facturus ſit, eo quod ſit cuſtos animi, vnde & amici vocabulum originem ſumpſit, & ſcimus quia maximus Prophetarum extitit, ſicut Dominus de illo teſtimonium perhibet, cum dicit* Num. 12. *ad Aaronem, & Mariam, Num. 12. Si quis fuerit inter vos Propheta, in viſione apparebo, & vel per ſomnium loquar ei, ac non talis ſeruus meus Moyſes, qui in omni domo mea fideliſſimus, ore enim ad os loquar ei, & palam non per ænigmata, & figuras Dominum videt.*

Ieiunium præſentem nobis Deum efficit.

53. *Loquebatur Dominus facie ad faciem, ſicut homo ſolet loqui ad amicum ſuum:* Cur tanta familiaritas Dei cum homine? quid in Moyſe, quod Dei ſic rapiebat affectum, vt deſcenderet ei locuturos non per ænigmata, ſed facie ad faciem? nonne quadraginta dies totidemque noctes in monte ieiunauit Moyſes, nec bibens nec comedens? en cur Deus ita familiaritet, ita amice ad Deum accedit? ieiunium enim præſentem nobis Deum exhibet. Sic ex- S. Ambroſ. preſsè B. Ambroſ. ſerm. 27. *Quadraginta dierum noctiumque ieiunio Moyſes ſanctus meruit cum Deo colloqui, ſtare, & conſiſtere, & de manu eius legis præcepta ſuſcipere, quamuis enim illum ab obtutibus Dei conditio humana ſubtraheret, ieiuniorum tamen gratia proximum illum diuinitatis conſortio faciebat, hæc enim Dei nobis virtutum portio Dei eſt, & vt ieiunemus frequenter, quoniam ſemper Deus ipſe ieiunat.*

In quo Deus plus de operibus ſuis reſpexerit ineſſe, maiori in eum feretur amore & familiaritate.

54. *Loquebatur Dominus ad Moyſen facie ad faciem, ſicut homo ſolet loqui ad amicum ſuum:* Quid aliud in Moyſe, quam in alijs viris ſanctis, quod ita Deum ſuæ dignitatis immemorem efficit, & ad eum deſcendit, cum eo tanta familiaritate, tot indicijs ſtrictiſſimæ amicitiæ, facie ad faciē loquutus? nonne Patriarchæ eius progenitores, & anteceſſores Deo dilectiſſimi? quomodo Deus eis tot ſigna amicitiæ non exhibuit? nonne clementiſſimus Moyſes? nonne ſuis aduerſarijs facile condonans, quod proprium ſane Dei? nonne propter Deum terrena omnia contemptui habuit? nonne illius honorem ſanctiſſimo, & ardentiſſimo affectu zelans? &c. ne miremur ergo Deo ita acceptú, ita familiariter apud eum ſe habere. Annuit Præfat. S. Doctor. præfat. S. Doctor, *In quocumque plus operum ſuorum ineſſe perſpexerit, ipſi magis familiaris intimus, & amicus eſt, hoc etiam inſtinctu diuina naturæ, vt in quo plura ſua noſcit, magis ad eum afficitur.*

Cum Deus à ſe videt aliquos recedere, tunc fidelibus ſeruis maiora confert beneficia, vt illi magis crucientur.

Loquebatur Dominus facie ad faciem Moyſi, ſicut ſolet homo loqui ad amicum ſuum: Sane quamuis propter eum plura operatus fuiſſet Moyſes, aut quamuis diadema contemptui habuiſſet, nihilominus nequaquam tanto donatus eſt fauore, minime Deus tam eximium contulit beneficium: quó modo ei ergo Deus nunc ore ad os loquitur, tanquam amico ſibi chariſſimo? nonne Iſraelitæ ſibi nunc infideles? exaltetur ergo etiam Moyſes, & ſuper omne mundanum efferatur, Deus enim cum videt aliquos à ſe recedere, tunc fidelibus ſeruis maiora confert beneficia, vt illi dolore torqueantur. *Nunquam ante hac,* inquit O laſt. Olaſt. *audiuimus facta Moſech, nunquam Dominus lætiorem vultum, ac plures fauores iuſtis oſtendit, quam cum viderit alios peccatores à ſe recedere; quod facere ſolet, vt eos ad inuidiam prouocet, cum enim Dominus peccatorem caſtigare diſponit coram eo extollit iuſtum, quia enim nouerat diabolum inuidum, commendat iuſtitiam Iob coram* Iob 5. *eo, quod non ſit ei ſimilis in terra, ſolent Principes tunc maxime miſites diligere & extollere, cum omnes alios viderint infideles.* 55.

Semper nouo ac maiori deſiderio ad gratiam Dei poſſidendam ferri debemus.

Loquebatur Dominus facie ad faciem Moyſi, ſicut ſolet homo loqui ad amicum ſuum. Tamen 56. ſtatim ſic Deum deprecatur, oſtende mihi faciem tuam, vt ſciam te, & inueniam gratiam ante oculos tuos: Dominus loquebatur Moyſi facie ad faciem illique innoteſcebat, ſicut amicus amico, quid eſt ergo quod denuo poſtulat ſibi Dei faciem reuelari, vt Dei gratiam inueniat, quam prædicta amicitia comparatam iam ſupponit? Recte ſatisfacit D. Gregor. Niſſen. S. Gregor. Niſſenus. in lib. de vita Moyſ. dicens, *Tot ſanctiſque ſublimationibus elatus adhuc ardet deſiderio, adhuc tanquam fameſcens, ac ſitiens nunquam eo caritus, quo ſemper fruebatur orat, vt videat; quocirca ſupremæ pulchritudinis amator, quod iam viderat, tanquam imaginem eius quod non viderat, credens ipſo frui primitiuo deſiderabat.* Quod etiam dixit Theod. oratione 3. de Charitate, Theod. his verbis, *Diuinus amor ſatietatis legum neſcius eſt:* Si autem quæras cur iuſtus accepta gratia ampliori minime ceſſat, ſed ſemper vlterius vult progredi: ea profecto penitus eſt ex virtutis gratiæ perfectione, enimvero cum gratia quædam participatio diuinæ perfectionis ſit, imo & iuxta illius quantitatem, Deus debeat participari à nobis, cum ille infinitæ perfectionis ſit, inde eſt quod gratia quædam veluti infinitatem participet, in eo quod nuſquam ad ſatietatem, & faſtidium vltimoque terminatam quiſquam illam accipiat, ſed quantumuis maxime eam lucretur, multum adhuc illius acquirendum ſupereſt, proindeque in maius illius deſidarium ſemper accendi debet.

Qui

Qui futuri ſunt magni principes & reipublicæ gubernatores, religioni ac pietati ſint dediti.

57\. *Loquebatur Dominus Moyſi facie ad faciem*, quid autem Ioſue non recedebat de tabernaculo, quid in eo agebat? nihil prorſus inueniet quam cum Deo aſſidue verſari, iuges et preces offerendo, diuinam eius maieſtatem contemplando, & ſeſe, totumque populum valde commendando, iam enim pridem ex aſſiduo cum Moyſe conuictu, & nuper in monte Sinai, didicerat quemadmodum noctes & dies in hiſce pietatis exercitationibus verſari poſſet, deinde eum eò venirent aliqui, eos benigne accipiebat, præparabat, dirigebat, ipſius tabernaculi curam habebat, vt eius nihil à quoquam violaretur, munda ac nitida eſſent omnia, portam aperiret ac claoderet, ita vt verus eſſet in iſto tabernaculo ædituus: cur his officiis & operibus exercebatur? quia populi poſt Moyſen princeps futurus erat & ita præ omnibus religionem colebat: ſed cur ab illo tabernaculo non recedebat? reſpondet Serarius lib. 1. in Ioſue c. 6. q. 4. *Vt omnibus eſſet exemplo qui magnas aliquando dignitates & principatus habituri ſunt, non Eccleſiaſticos tantum ſed politicos, etiam iacerent hoc ſolidum pietatis fundamentum, precibus libenter vacarent, multum ſacris ædibus honoris & curæ impenderent.*

Serarius.

Etiam pluriuma ætatis vir puer dicitur, ſi fuerit vitæ inculpatæ.

58\. *Loquebatur Dominus Moyſi facie ad faciem*, qui cum abeſſet à tabernaculo, *miniſter Ioſue filius Nun puer non recedebat ab eo*, quomodo puer qui paulo ante præfectus fuerat bello difficili contra Amalechitas? qui anno ſequenti deſtinatus eſt vnus exploratorum terræ promiſſæ? an puer dicendus, qui ſecundum Abul. hoc tempore habebat triginta nouem annos, ſecundum Maſium, annos quadraginta, ſecundum Auguſt. quadraginta? non deſunt qui plures annos quinquaginta tres duos vel 53. ei hoc tempore adſcribant, quomodo igitur vir tot annorum puer poteſt nuncupari? dices puerum hîc pro miniſtro poſitum, quod non infrequens eſt apud Græcos, Hebræos, Latinos, ſed ſi ita eſſet, inepta ſane hic eſſet tautologia, ſi vox *puer* famulum ſignificet, quandoquidem iam præceſſerat miniſter eius, ſeu vt habet Cajet. ſeruitor: ſed conſule concordiam, & nunc addemus, ideo dici puerum, quia innocens & vitæ fuit inculpatæ, profecto verba Cajetani Cardin. *Appellatur Iehoſuah puer à qualitate innocentiæ qualis eſt in pueris, non enim ætate erat puer qui fuerat dux belli in prælio contra Amalechitas, ſed eius innocentia inſinuatur, dicendo ſeruitorem ſuum.*

Maſius. Cardin. Cajetan.

Licet Dei fruamur colloquio, non in eo ſiſtamus, ſed ſalutem noſtram ab eo poſtulemus.

59\. *Loquebatur Dominus Moyſi facie ad faciem, ſicut ſolet loqui homo ad amicum ſuum*, notanda hæc vltima verba, aliquid enim peculiare innuere videntur, poterat enim dicere loquebatur facie ad faciem, ſicut ſolet homo loqui ad ſocium, ſed non ſic, ſed ſicut ſolet homo loqui ad amicum ſuum. quomodo loquitur amicus amico? amanter, benigne, affabiliter, ſic Deus loquebatur cum Moyſe, quod aliæ innuunt verſiones, Cald. loquebatur verbum ad verbum, proponendo, reſpondendo, ſicut aſſolet inter amicos: an vt intimo fruebatur diuino colloquio? an ita eo abſorptus, vt in eo ſiſteret, nihil aliud cogitaret, nihil de alio ſollicitus? accipe D. Paulinum Epiſt. 20. ad Adamandum, *Ille diuini colloquij particeps, non ſalutis ſuæ negligens*, diuinum colloquium æſtimandum tanquam ſingulare beneficium; ſed nequaquam in eo ſiſtendum, ſed vlterius progrediendum ſalutis noſtræ ſemper memores, quam à Deo ſemper feruentiſſimis precibus poſtulare debemus.

S. Paulin.

Fælix qui in morte retinet quidquid virtutis habuit in principio vitæ.

60\. *Loquebatur Dominus facie ad faciem Moyſi, Ioſue autem filius Nun puer, non recedebat à tabernaculo*, pluries ita vocatur Ioſue filius Nun, imo & in morte eamdem retinet appellationem, poſt hæc mortuus eſt Ioſue filius Non cap. 24. Ioſue; & cur nunc poſtremo adhuc dicitur filius Nun? cur in morte ea appellatio non omittitur? nônne ſatis erat ſi dictum fuiſſet poſt hæc mortuus eſt Ioſue? retinet eamdem appellationem quam in vita habuit, vt oſtendatur quam ſimilis ſit Ioſue in principio & in fine vitæ, & quam illi conueniant mortuo omnes nobilitates & virtutes, quæ illum in progreſſu vitæ comitabantur: de Ieſu cuius fuerat Ioſue figura idem obſeruauit, D. Epiphan. orat. de eius ſepult. *Faſciæ illius exortum ſuſceperunt, & hic quoque faſciæ quibus inuolueretur non defuere: myrrham ſuſcepit natus, myrrham rurſus & aloe ſuſcepit in ſepulchrum illatus, ibi adfuit Ioſeph Mariæ maritus, hic etiam Ioſeph ab Arimatia deſideratus non fuit. partus in Bethleem editus, in præſepio depoſitus: fuit in ſepulchro itidem ac in quodam præſepio collocatus Chriſtus.*

Ioſue 14. D. Epiph.

VARIET. LECT. Verſ. 12.

V*Vlg.* Dixit autem Moyſes ad Dominum, præcipis vt educam populum iſtum, & non indicas mihi quem miſſurus es mecum, præſertim cum dixeris, noui te ex nomine, & inueniſti gratiam coram me.

Sept. Ecce tu mihi dicis, deduc populum hunc, tu autem non demonſtraſti mihi quem ſimul mittas mecum, tu autem dixiſti mihi, ſcio te præ omnibus, & gratiam habes apud me.

Cald. Tu dicis, aſcendere fac populum iſtum, tu dixiſti, vocaui te ex nomine.

Oleaſt. Noui te cum nomine.

Mont. In nomine.

CONCORDIA.

VVlg. præcipis vt educam populum iſtum, Sept. ecce tu mihi dicis Cald. vide quod dicis, ſed hæ lectiones non alium ſenſum habent quam Vulg. noui te ex nomine, Hebraicè A ידעתיך בשם noui te in nomine, cum nomine Hebraiſmus eſt, rectè redditus à Sept. [illegible] præ omnibus.

EXPOSITIO.

DIxit Moyſes ad Dominum, qui ei præceperat vt educeret populum ſolo Angelico ductu munitum, *& non indicas mihi quem miſſurus es*, quia licet comitatum Angeli promiſeris, ſed non determinate quiſnam is futurus ſit, an idem is qui hactenus, an alius; ſed aliqui hunc genuinum non eſſe ſenſum autumant, quaſi curæ non fuiſſet Moyſi, quiſnam Angelus eſſet dux viæ: & ſic hunc aſſignant, nempe quia Deus ſupra aſſeruerat ſe nolle cum eo aſcendere, ſed dumtaxat miſſurum Angelum ſuum præcurſorem, quæ res Moyſi nullo modo arridebat, amice cum Deo quæritur Moyſes, non eſſe deſiderio ſuo ſatisfactum, nec ſibi aſſignatum ducem, quem cupiebat; petit ergo an perſtet in ſententia, miſſuruſne ſit Angelum ſecum, an vero ipſemet Deus tabernaculo ei in caſtris conſtructo, ſit eos comitaturus, & dux in terram promiſſam futurus.

B *Noui te ex nomine*, Hebræi verbum *noui* magnam præ ſe ferre diuinæ maieſtati dignationem aſſerunt, quod hic inſinuatur, & cum ad Ieremiam dictum fuit priuſquam te fo[illegible]marem in vtero noui te, ego notitia approbationis ſpeciali, charum præ cæteris te habens, Ierem. 1. *& inueniſti gratiam coram me*, Hebraiſmus eſt frequens, gratiamque & fauorem indicat, quaſi dicat, mihi gratiſſimus es, vel inueniſti gratiam coram me, vt faciam quæ [illegible] me petieris.

CONCEPTVS.

Nomen Dei veneratum, præſtantiſſimum hominis bonum.

61. *Præcipis vt educam populum iſtum, & non indicas mihi quem miſſurus es mecum, præſertim cum mihi dixeris noui te ex nomine*, tantine ducendum quod te ex nomine nouerit, ad hoc vt tibi indicet quem tecum miſſurus eſt? quæ enim connexio, nouiſti me ex nomine & ideo tua ſecreta mihi aperire deberes, arcana reuelare, & indicare quis me deducentem populum in terram Chanaan comitabitur? quid enim magnum quod Deus te noſcat ex nomine? nonne ei omnia ſunt notiſſima? quid ſingulare quod ſit notus ex nomine? crediderim non inde oſtendi Moyſis præſtantiam ſingularem, quod ſit notus ex nomine proprio, ſed quod ſit notus Deo ex inuocatione nominis diuini, qui enim ita venerabiliter curat in ſe vocari & inuocari nomen Domini, vt ex hac inuocatione notus is in numero videtur intrantium æternam poſſeſſionem, Rupertus lib. 4. cap. 39. *Igitur cum dicit teipſum noui ex nomine, ſubauditum eſt Dei, quod innocatum eſt ſuper te, ex hoc enim nomine Deus notus eſt amicis qui ſcriptus eſt in libro vitæ*, ecce vt nomen Dei veneratum, ſit quid maximum, & in eo rectè petiit Moyſes à Deo, vt ſibi arcana ſua reuelaret. Rupert.

Maxima Dei erga ſuos fideles ſeruos beneuolentia.

62. *Præcipis vt educam populum iſtum, & non indicas mihi quem miſſurus es, præſertim cum mihi dixeris noui te ex nomine*, ex quo deducis ô Moyſes, quod quia Deus te ex nomine nouerit, ideo tibi indicet quē tecum miſſurus eſt? recte ſane id colligit, quod qui à Deo notus eſt ex nomine, nam ſic cognoſcere ſingulare eſt diuinæ bonitatis & beneuolentiæ indicium, quaſi ei diceret Moyſes, ita tibi familiaris arcanorum tuorum conſcios, vt me nominatim agnoſcas, & nihilominus non mihi aperis, quis me in Chanaan, cūtem comitabitur [illegible] hunc ſenſum fulcit Oleaſt. *Noſcere aliquem ex nomine eſt illum familiari & quaſique familiarem agnoſcere, miniſtros vero frequentius nobis miniſtrantes nouimus ex nomine, quoniam oportet eos frequentius vocare nominando, & forte hoc voluit Dominus ſignificare cum dicis noui te ex nomine, id eſt noui te quaſi miniſtrum quo frequenter vtor, quem per nomen ſæpius vocare oportet.* Oleaſt.

Electionem Dei non meremur.

63. *Præcipis vt educam populum iſtum &c. cum præſertim mihi dixeris noui te ex nomine, & inueniſti gratiam coram me*, ſane inuenire gratiam apud aliquem communi Hebraiſmo & trita ſacrarum litterarum phraſi, nihil aliud eſt quam gratum alicui eſſe, & præ cæteris alicuius inuenire gratiam, qua ſuper cæteros quis conſtituatur, cæteris præferatur: vt cum ſanctiſſimæ Virgini dicitur, inueniſti gratiā apud Dominum, id eſt ita Deo accepta & chara, vt te in matrem ſuā eligeret: ſic etiam de Moyſe hæc dicta, inueniſti gratiam coram me, id eſt præ cæteris charus & dilectus: ſed non deſunt qui perpendant, quare dictum eſt inueniſti gratiam, cum ſatis eſſet dicere & verbis cl[illegible]ionibus, mihi charus: non ſine myſterio id dictum aſſerunt, nempe electionem Dei nos non mereri, ſed à Deo tantum theſaurum nos inuenire. *Sic præfat.* Luſitan. *inuenire gratiam alicuius, eſt illi gratus eſſe, & dicitur gratiam inue*[illegible] Luc. 1. Luſit.

quoniam gratia vt Paulus ait, non eſt volentis neque currentis ſed Dei miſerentis, & homo dicitur eam inuenire, quia eam quaſi theſaurum caſu inuenit non ſua induſtria aut labore.

Ieiunio & abſtinentia Dei gratiam inuenimus.

64. *Præcipis vt educam populum iſtum &c. præſertim cum mihi dixeris noui te ex nomine, & inueniſti gratiam coram me*, cur Moyſi potius id dictum quam aliis præcedentibus Patriarchis, qui Deo etiam chariſſimi fuere? an aliquis per tot dies noctesque ieiunus ab omni cibo & potu permanſit ac Moyſes? merito ergo ei dicitur à Deo, inueniſti gratiam coram me, quia abſtinentiâ & ieiunio, Dei gratiam nobis comparamus, huc opportunè accerſendus noſter Doct. Seraphicus lect. 4. in ſpeculo, vbi hæc verba
S. Bonau. explicans de Deipara inueniſti gratiam apud me, ait, *Nota quod dicitur inueniſti gratiam, nunquam Maria tantam gratiam inueniſſet niſi gratia Mariam in cibo & potu temperantiſſimã inueniſſet: non enim ſe compatiuntur gratia & gula: bonum eſt ergo quærere gratiam & fugere gulam, dicit enim Paulus, optimum eſt gratia cor ſtabilire non eſcis quæ non profuerunt ambulantibus in eis.* adapta hanc auctoritatem abſtinentiæ Moyſi tanquam ei conſentaneam non ambulauit in eſcis Moyſes, ab epularum intemperantia longiſſime abfuit, imo præcipuus ieiunij & abſtinentiæ cultor.

Qui Deo ſpecialiter placet, ab eo cognitus ex nomine dicitur.

65. *Præcipis vt educam populum iſtum &c. præſertim cum mihi dixeris noui te ex nomine*, quaſi diceret, vt notat D. Greg. Magn. hom. 25. in
S. Greg. Magnus. Euang. non te generaliter vt cæteros ſed ſpecialiter ſcio, quid deinde ſubdit? & inueniſti gratiam coram me, quaſi non ſit aliud à Deo ex nomine cognoſci, & gratiam coram Deo
B. Auguſt. inuenire, nam vt recte B. Auguſt. quæſt. 153. in Exod. *Præ omnibus Moyſen Deus ſciebat, quia Deo præ omnibus placebat.*

Fere implicat quod aliquem diligamus, & ei aliquid negemus, & arcana noſtra ei non aperiamus.

66. *Præcipis vt educam populum iſtum &c. præſertim cum mihi dixeris noui te ex nomine*, hoc vltimum notandum, querela quidem amantis eſt, præcipere quod amans non deſiderat, & ſimul amare: verba enim illa noui te ex nomi-
B. Chryſ. ne, magnum indicant amorem, nam vt rectè D. Chryſoſt. obſeruat hom. 7. in Geneſ. in illa
Geneſ. 3. verba; Adam vbi es, ex ſuo (inquit) eum nomine appellans, & dicens Adam vbi es, amorem ſuum, & multã circa eum curam oſtendit, iam enim noſtis quod hoc eſt legitimæ amicitiæ iudicium: ſic & mortuos reuocantes facere conſueuerunt, continuo ipſorum nomina verſantes, ſicut viciſſim odio habentes & inimicè erga quoſpiam affecti, nec nomina eorum qui ſe læſerunt ferunt commemorare] quod etiam
B. Greg. eleganter locutus obſeruauit Gregor. hom. 25. in Euang. in dulciſſima illa Chriſti D. Magdalenæ poſt reſurrectionem apparitione, in qua dum primo communi vocabulo mulierem appellaſſet, nec eum cognouiſſet, amantius poſtea eam nomine appellans proprio, illico eum agnouit, *Poſtquam eam* (inquit S. Pontifex) *communi vocabulo mulierem appellaſſet ex ſexu, & agnitus non eſt, vocat eam ex nomine, ac ſi ei apertè dicat, recognoſce eum à quo recognoſceris, Maria ergo quia vocatur ex nomine, recognouit auctorem*, quid ergo ex hoc colligemus? niſi quod ſanctus Moyſes obiiciens Domino, quod eum agnouiſſet ex nomine & tamen ei non indicaret quem miſſurus eſſet in ſuo comitatu, quaſi implicaret quod eum diligeret, & ei hoc arcanum non aperiret.

Deus humiles approbat, ſuperbos non agnoſcit.

Præcipis vt educam populum iſtum &c. præſertim cum mihi dixeris noui te ex nomine, nonne omnes agnoſcis ex nomine? quid enim tibi ignotum cui omnia etiam occultiſſima patent? quid ergo ſingulare reſpectu Moyſis, quod eũ ex nomine noueris? nonne quibuſdam alios aſpernantibus & inflatis dixit Dominus, neſcio vos? nonne autem Moyſes in omnibus humillimus? ne dixeris ergo nihil ſpecialiter innuere Deum cum ait Moyſi noui te ex nomine, nam eum tanquam humilem commendat & approbat. ſic Præſ. ſummus Pontifex hom. 40. *Deus humiles nouit atque approbat, ſuperbos autem ignorat: vnde & quibuſdam miraculorum de virtute ſuperbientibus in fine dicturus eſt, neſcio vos, vnde ſitis, & contra Moyſi dicitur, noui te ex nomine.* 67.
S. Gregor. Magnus.

Summo deſiderio in aduentum Meſſiæ ſancti patres ferebantur.

Præcipis vt educam populum iſtum & non indicas mihi quem miſſurus es mecum, an ita labilis memoriæ, ô Moyſes, vt pauloante dicta tibi à Deo iam oblitus fueris? non recordaris tibi dixiſſe, vade aſcende de loco iſtu tu & populus tuus, in terram quam iuraui Abraham, Iſaac & Iacob, & mittam præcurſorem tui Angelum, & eiiciam Chananæum &c.? ecce mittendus eſt tecum Angelus: quomodo ergo ais, non indicas mihi quem miſſurus es mecum? non loquitur de hoc ſpiritu beato ſed de magni conſilij Angelo nempe Chriſto Domino, cuius aduentum ardentiſſime optabat, & vt ſuo ſancto ſatisfaceret deſiderio, ei obiicit, quod præ omnibus ab eo ſit dilectus, ipſique chariſſimus, & ideo ſuæ acquieſcere petitioni debere: mens eſt Lippom. *Moyſes cauſatur differri aduentum eius quem ſemper Dominus miſſendum promittebat, is autem ſine dubio Chriſtus Dominus à ſæculis promiſſus Abrahæ filiis, redemptor, & perfectus Saluator; hunc vero mitti nunc & ſæpè precatur Moyſes, ob amorem & gratiam qua ſe gratis amari à Deo gratus fatebatur: quaſi diceret, per bonitatem tuam quamuis indignum, & nihil meritum tantopere amas, & nominatim me tibi ſeruum elegiſti, oro Meſſiam non differas nimium, ſed nunc iam mittat quem miſſurus, ne imbecillis ego eam rebellis populi habenas moderari compellar, & oſtendas eum mihi quem miſſurus es.* 68.
Lippom.

Prælati in regimine ſubditorum non nimis præſumant.

69. *Præcipis vt educam populum, & non indicas mihi quem miſſurus es mecum*, nonne ſufficit tibi præcepiſſe, vt edoceres populum eius habenas modetans? tum, nonne etiam ſatis, quod tibi Angelum cōductorem pollicitus fuerit? perge ergo de nullo alio ſollicitus? hoc tenuit, quod A equidem miror, cum tanta polleret ſcientia, cum ita in rebus difficillimis expertus, cum à Deo ſpecialiter dilectus & electus in populi regimen, renuat tamen illud admittere: vt ex illo diſcant prælati in regendis ſubditis, nimium non præſumere, cum ipſe Moyſes vir ſapientiſſimus ſpeciali amore à Deo dilectus, non ſibi ſatis fidat, *Conſidera bene Prælate* (inquit Luſitanus) *quam timidus eſſe debes, cum videas Moſeh adiutorem expectare ad ducatum populi.* Luſita.

VARIET. LECT. Verſ. 13.

V*Vlg.* Si ergo inueni gratiam in conſpectu tuo, oſtende mihi faciem tuam, vt ſciam te, & inueniam gratiam ante oculos tuos, reſpice populum tuum, gentem hanc.

Sept. Oſtende mihi temetipſum manifeſte, vt videam te, vt ſim inueniens gratiam ante te, & vt ſciam quia populus tuus gens magna hæc.

S. Auguſt. Oſtende temetipſum mihi vt ſcientem videam te.

Cald. Oſtende mihi viam bonitatis tuæ, vt cognoſcam miſericordiam tuam, vt inueniam B gratiam in conſpectu tuo, notumq; eſt coram te quod populus iſte populus tuus eſt.

Onk. Nunc ergo ſi quæſo inueni gratiam coram te, oſtende mihi obſecro viam bonitatis tuæ.

Mont. Si inueni gratiam in oculis tuis, ſcire fac nunc me viam tuam, & ſciam te, vt inueniam gratiam in oculis tuis, & vide quia populus tuus gens hæc.

S. Antioch homil. 12. Oſtende mihi faciem tuam perſpicuè vt videam te.

CONCORDIA.

LEctiones inter ſe diuerſæ videntur, noſter enim Vulg. legit oſtende mihi faciē tuam, Hebr. ſcire fac me viam tuam. Sept. oſtende mihi temetipſum manifeſtè. Eugub. ait, ecce non poſtulat videre eius faciem aut ſubſtantiam, ſed vt oſtenderet viam qua ituri eſſent, ne in aliquem miſerabilem errorem inciderent; ſubiungit, ſed peius tranſtulerunt Sept. & maiorem errandi occaſionem præbuerunt, ἐμφάνισόν μοι σεαυτόν oſtende mihi teipſum, quod plurimum abeſt à vero: ſed ſalua pace Eugubini, nec male Vulg. nec peius tranſtulerunt Sept. nam facies ex Hebraiſmo poteſt poni pro perſona, vt ſit idem oſtende mihi faciem tuam, quod oſtende mihi teipſum, oſtenſio autem Dei non præciſe ad viſum aut conſpectum perſonæ pertinet, ſed ad realem exhibitionem beneficiorum, ponitur enim in ſcriptura oſtēdere aliquando pro reipſa aliquid exhibere, iuxta illud Apoſtoli 1. Timoth 4. Demetrius argentarius multa verba oſtendit mihi, & Dauidis Pſalm. 85. oſtende mihi Domine miſericordiam tuam, & ita ſenſus poteſt eſſe, ſpopondiſti Domine ductum Angeli, quæſo tu ipſe ducas nos, huic ſenſui fauet etiam lectio Hebraica הודיעני נא את דרכך hodieni na eth derachecha, fac me videre quæſo faciem tuam, C ſeu fac vt videam quod tu vir noſtræ ſis dux: quodque facies hoc modo frequenter accipiatur, vide quod dicit Dauid Pſal. 27. 45. & 105. quæſiui vultum tuum, vultum tuum Domine requiram: item, ne auertas faciem tuam à me, quærite Dominum & confirmamini, quærite faciem eius ſemper, idem ac ſi dixiſſet, quærite vel quærite auxilium Dei, & gubernationem, vel protectionē illius, & licet Sept. ab Eugub. reprehandantur, ſed male, nam ſenſu cum Hebræo & Latino conueniunt, vt velint dicere tu ipſe ducas nos. vide penultimum conceptum.

1. Tim 4. — Pſal. 85. — Pſal. 27. 45. & 105.

Vulg. reſpice populum tuum gentem hanc. Sept. vt ſciam quod populus tuus gens magna eſt. Cald. notumque eſt coram te, quod populus iſte eſt populus tuus: in qua lectione forſan intelligendum, quod in Vulg. exprimitur, reſ-D pice in eum, notum namque coram te quod populus iſte populus tuus eſt, tamen huiuſmodi lectiones non ſibi aduerſantur, ſed quid ſubintelligendum in ſingulis indicant Vulg. orationem pro populo exprimit, Cald. cauſam, quod ſcilicet eius populus ſit. Sept. effectum, vt ſcilicet ſciant & experiantur gentes vicinæ quod magna gens ſit, quæ tantum Deum in medio ſui habeat appropinquantem ſibi.

EXPOSITIO.

SI *ergo inueni gratiam in conſpectu tuo*, ſi tibi adeo charus & dilectus, *oſtende mihi faciem tuam*, aliqui trahūt hanc petitionē ad viſionem eſſentiæ diuinæ, per quam Deus proprie ſcire ac cognoſci poteſt, ſicut homines per faciem ſuam, quod pleriq; ſanctorū, quos refert Lipp. videntur ſenſiſſe, verū non petiſſe Moſem illis verbis viſionē intuitiuā Dei ex eo intelligi poteſt, quod cum Deus Moſis petitioni aſſentiretur, dixit facies mea præcedet te, explicans illam oſtenſionem per verbum præcedendi, cum alioqui dictum oportuiſſet faciem meam oſtēdam tibi, quod ſi hic petit viſionē illam, cum mox audierit verbum illud quod locutus es faciam, quid eſt quod iam voti compos, & promiſſione Dei firmatus rurſum petit Propheta oſtēdi ſibi gloriam Dei, & audit, faciem meam videre non poteris? facies ergo quæ hic negatur gloria eſt, quæ illic promittitur præſentia atque viæ ſocietas.

Nam qui priuilegium hoc Moyſi tribount, conituntur loco, loquebatur Dominus facia ad faciem ſicut ſolet loqui homo ad amicũ ſuum, quod expreſſius repetitur num. 12. ore ad os loquor ei & palam, & non per ænigmata, & figuras, non ſatis firmum habent fundamentum, vt Moyſen ab illa generali regula excipiant, quam Dominus promulgauit & Moyſi applicauit dicens, non poteris videre faciem meam, non enim videbit me homo & viuet: quod ſi ea phraſis viſionem Dei inferret, vidiſſet etiam Iacob, cuius illud eſt teſtimonium, vidi Dominum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea, Geneſ. 32. vtrobique enim eadem verba repetuntur, neque conſequens eſt Moyſen ad diuinam eſſentiam admiſſum ex eo quod dicitur palam, & non per ænigmata, & figuras colloqui ſolitus fuiſſe cum Deo, & non agnouiſſe diuina, more cæterorum Prophetarum, in viſione imaginaria, aut per ſomnium; nam citra diuinæ eſſentiæ viſionẽ, habuit præ cæteris Prophetis, vt ore ad os loqueretur præſeos cum præſente familiariter, poſſetque notas audire & reddera voces: quoniam Angelus qui eum alloquebatur, & Dei perſonam agebat, corpoream ſpeciem aſpectabilem eximia ſpecia decoram, ei frequenter exhibebat, præſertim ex quo in ſina petiit videre huiuſmodi glorioſam figuram, qui illum hactenus vel in igne rubi vel in caligine nubis audiuerat.

[margin: Num. 12.] [margin: Geneſ. 32.]

Tum ea quæ hîc agit Moyſes, aliud videotur exigera quam viſionem eſſentiæ diuinæ, ſiquidem totus erat vt Deum demereretur populo, vtque is non alium quam ſeipſum itineris comitem vellet conſtituere, vti & ipſa reſponſio Dei mox indicat: videretur igitur nimis abruptum, ſi Moyſes hîc dum in alia re totus eſt, peteret Dei conſpectum: ſane huic ſententiæ fauet veneranda Patrum vetuſtas, qui huiuſmodi viſionem negãt omnibus mortalibus, imo etiam ipſi Moyſi: ſic Euariſtus Papa in Epiſt. 1. decretali, S. Dionyſ. Areopag. cap. 4 de cœleſti Hierarch. & apertius in myſtica Theolog. cap. 1. S. Irinæus lib. 4. aduerſus hæreſ. cap. 37. Tertull. lib. 4. contra Marcion. cap. 22. prope finem & aduerſus Praxeam cap. 14. Orig. in 2. Periarch cap. 4. verſus finem Chryſoſt. hom. 14. in ea verba Ioan. Deum nemo vidit vnquam, vbi ait, aliqui docent Moſem pleroſque alios vidiſſe Deum, id tamen à Ioanne negatur, vt oſtẽdat illa omnia demiſſionis & condeſcenſionis fuiſſe per corpoream ſcilicet aliquam ſpeciem, non ipſius puræ ſubſtantiæ, quæ latius diſputata reperies in homil. 1. 3. & 4. de incomprehenſibili Dei natura.

[margin: Euariſtus Papa] [margin: S. Dionyſ. Areopag.] [margin: Irinæus] [margin: Origenes.] [margin: B. Chryſ.]

Quid ergo ſi his verbis oſtende mihi faciem tuam, non diuinæ eſſentiæ viſionem petit? qui ex Hebr. ſic legunt, fac me oſtendere viam tuá, varie exponunt. Cajet. oſtende mihi viam & ordinem gubernandi quem decreuiſti ſeruare cum populo tuo. Oleaſt. oſtende viam tuam hoc eſt voluntatem, quâ ita ſciat quid Deo beneplacitum ſit opere exequatur. Vatab. oſtende mihi faciem tuam per quam ſcilicet ducam populũ tuum in terram promiſſionis. Qui autem cum Vulg. legunt oſtẽnda mihi faciem tuam, diuerſe ſentiunt, nam plures diuinæ eſſentiæ viſionem à Moyſe poſtulari contendunt, noſter tamen Lyran. ita exponit, oſtende te mihi familiarem ſicut ſolebas ante formationem vituli: dico tamen cum aliquibus aliis non à Moyſe peti ſibi quoquomodo oſtendi clare eſſentiam diuinam, nec tam viam, quam vt per ſeipſum Deus eum eis manendo, viam oſtendat, vt eos fælicitet dirigat, hoc enim omnia & præcedentia, & ſubſequentia ſpectant, & ſic hæc verba oſtende mihi faciem toam, nihil aliud denotare videntur, quam teipſum mihi ducem & comitem exhibe, cum facies alicuius pro ipſa perſona ſomator frequenter.

Ut ſciam te, vt perfectius cognoſcam te, *& inueniam gratiam ante oculos tuos*, vt magis tuam gratiam demerear, vtrumque enim ex Dei ductu, profectione, beneficiis conſecuturum erat, & ſpetabat futurum Moyſes, vt in Dei amore & cognitione proficeret, & conſequenter vt à Deo magis amaretur, *reſpice ergo populum tuum gentem hanc*, vt ipſius rationem habens, & curam ſpecialem, eam tu ducas & gubernes, ſingulari illa præſentia, nec non & miraculorum oſtenſione, quâ ante peccatum Idololatriæ gubernabas.

CONCEPTVS.

Si prælatus aliquid à Deo beneficium poſtulat, includat regimen bonum ſubditorum & illorum vtilitatem.

70. *Oſtende mihi faciem tuam vt ſciam te, & inueniam gratiam in oculis tuis, reſpice populum tuum gentem hanc*, ſi rem difficillimam petis, nempe Dei videre faciem, quoquomodo intelligatur, ne ad alia petenda inſorgas, ſiſte orationem tuam, cur loqueris de populo cui Deus offenſus? cur rogas vt eum reſpiciat? recte in petitione ſua nõ excludit, ſed includit populum, quia optimus prælatus, ſi à Deo aliquod beneficium ſibi à Deo poſtulat, includat etiam bonum regimen ſubditorum, nec non illorum vtilitatem & profectum. ita S. Auguſt. lib. 2. de Trinitate c. 17. *Oſtende mihi faciem tuam, & continuo propter dilectionem etiam proximi ſubiecit, vt ſciam quia populus tuus eſt gens hac, ſi vis oſtendere mihi faciem tuam, ideo ſit, vt proſim populo, vt illius vtilitati conſulam.* ſic Oleaſt. *vere vir iuſtus qui ſuam non propter ſe, ſed propter populum gratiam requirebat. ad hoc debet prælatus velle gratus eſſe Deo vt ſubditos Deo gratos faciat.*

[margin: B. Auguſt.] [margin: Oleaſt.]

Cum Deus magna conceſſit, plura ab eo poſtulemus.

71. *Oſtende mihi faciem tuã*, qua ſecundũ aliquos viſionem claram diuinæ eſſentiæ poſtulabat, vel præſentiam ipſiuſmet Dei in via comitantis, & ducis. nonne Angelũ pollicitus eſt Deus? quid? gratia adeone exigua Angelum habere deducentem? quid? poſt multam Domini orationem, ſolum Angelus miſſus eſt confortans eum: nonne (vt ait Sophronius, in ſanctorum Angelorum encomio) diuinam auctoritatem ſuo munere exprimunt? vnde profunde

[margin: Sophron.]

Tertull. Tertull. lib. de anima cap. 37. vos (inquit) officia diuina Angelos credimus: ſcilicet parum erat Angelicam naturam vocari diuinæ voluntatis adminiſtram, ſeu officialem, niſi etiam adderetur Angelos eſſe ipſa diuina officia, quaſi Dei munia præſtent, & exequantur Angeli quod attinet ad res humanas, Angelo ergo ductore contentus, nihil aliud poſtules: poſtulat etiam diuinam faciem, nam cum Deus magna conceſſit, plura ſemper ab eo poſtolare debemus: menſeſt B. Ambroſ. in Pſalm. 118. ſerm. 8. *Pereas* (nempe viſiones Angelorum) *magis accenſus, vt videret Dominum Angelorum, irritus quidem poſtulationis effectus erat, ſed affectus probabilis ſerui qui vltra naturam ſuam deuotione progreſſus de Domini Angelis æſtimabat, quantum in Domini vultu plus deſideraret quo cupiditatem geſtiret explere.*

S. Ambr. Pſal. 118.

Admonemur Deum non præire ſed ſequi.

72. *Oſtende mihi faciem tuam*, ſed quid hæc poſtulanti reſpondet Deus? videbis poſteriora mea, ſed faciem meã non videbis: quid ô Deus! loqueris cum eo facie ad faciem, os ad os ſicut amicus amico, coram te inuenit gratiam, vt tu ipſemet teſtaris, hoc ergo adhuc beneficiũ nẽpe faciei tuæ viſionẽ cõcede; nequaquã annuit, ſed ſolum poſteriora ſua ſe viſurum pollicetur. quid hoc eſt? audiamus Petrum Chryſol. ſerm. 113. ſatisfacientem. *Dei faciem quærit ſed non inuenit, petit ſed non accipit, & vt poſteriora tantum Dei videat admonetur, quatenus homo Deum ſciat ſequi non præcedere*, pulchrè ſequi ſed non præcedere, vt videlicet ſeſe applicet poſt Deũ, eius fauorem reuerentius excipiens, ideoque nolit in ipſammet faciem audacius irrumpere: vt quẽadmodum Seraphim propriis alis gloriæ radium excludat. pergit Chryſol. *Neque ante Deum quæ ſunt quærere præſumat, ſed quæ per Deum ſunt omnia adorator agnoſcat.*

S. Petrus Chryſol.

Inſatiabili amore ardemus, vt dilectum intuitiue videamus.

73. *Oſtende mihi faciem tuam*, Sept. *oſtende mihi temetipſum manifeſtè*, nonne locutus eſt tibi Dominus facie ad faciem? nonne coram eo inueniſti gratiam? nonne præ cæteris ab eo dilectus & notus ex nomine? quid ergo ipſum intuitiue videre deſideras? quia inſatiabili amore ardemus vt dilectum intuitiue videamus. annuit Theodor. q. 68. *Obſecrauit Deum ne conſeruus pro duce daretur illis, ſed Dominus ipſe dux eorum eſſet: cum autem optimas hanc illi gratiam ſe facturum promiſiſſet, Moyſes veluti amore quodam probo inebriatus: rogauit Deum quod humanum captum ſuperabat, nempe vt naturam & ſubſtantiam diuinam intueretur*, amor impatiens neſciens ferre dilecti abſentiam, ſedni eum clare & intuitiue viderit, licet plurima ab eo beneficia acceperit, ſe nullum accepiſſe credit.

Theod.

Sancti ita corporalium immemores, vt nec corpus habere recordentur.

74. *Oſtende mihi faciem tuam*, quomodo fieri potuit vt tantus Propheta, ita Deo charus & familiaris, rem expoſcat, quæ neque rudi homini in mentem venire poſſet? nouerunt omnes etiam rudes & idiotæ, Deum omnis figuræ corporeæ expertem eſſe, atque adeo neque faciem habere, neque os, neque oculos &c. neque alia corporis membra: quid ergo eſt quod ait, oſtende mihi faciem tuam? ſane nouerat hoc Moyſes Deum oculo corporis videri non poſſe, ſed oculo animæ, nempe mente & intellectu: cæterum ſancti viri ita immemores ſunt corporalium, vt neque ſui corporis meminerint, quapropter Moyſes oblitus corporis, quo circumdabatur, ac ſi iam corpoream molem exuiſſet, & liber animus terreſtri ſarcina ad Deum poſſet aſcendere, & illum liberè intueri, petit Dei cognitionem intuitiuam: ergo Moyſes cum ſe liberum omni terreſtri affectione vidiſſet, non quamcumque cognitionem expetit (ſecundum aliquos) ſed certiſſimam & clariſſimam, quæ per viſionem faciei exprimitur; tunc certius & expreſſius hominem intuemur, cum de facie eum agnoſcimus. Ita Diuus Ambroſ. Pſalm. 118 in illa verba, deprecatus ſum faciem tuam, ait ergo, *Ideo cum ſciret quia Angeli puſillorum quotidie viderent faciem patris, qui in cælis eſt, putauit quodam eum videre deberet, tanquam corporis oblitus, & carne depoſita, ſicut ille qui in carne adhuc poſitus, cum raperetur in paradiſum, vtrum in corpore ſiue extra corpus raptus eſſet ad tertium cælum, aiuit ſe neſcire: ſancti enim etiam cum gerant corpus, non ſunt tamen in carne, ſed in ſpiritu, quoniam qui in cupiditate & conuerſatione ſunt carnali, Deum videre non poſſunt.*

S. Ambr. Pſal. 118.

Labor & afflictio ad cæleſtia nos inflammat.

Oſtende mihi faciem tuam, quid ô Moyſes! quietem ſempiternam deprecaris, quod quidem eſt videre faciem Dei: nonne ad iter capeſſendum, ad laborandum, & ad eiiciendum populos Chanaan è regionibus ſuis, à Deo mitteris? hunc laborem non renuit, non recuſat, ſed licet ſibi gratus, tamen eum ad cæleſtia poſſidẽda inflammat. quod obſeruat B. Greg. Magn. in Pſalm. 31. *Vt diuinæ claritatis contemplatione electorum mentes, quanto grauiores rerum temporalium tumultus tolerant, tanto in meditatione futuræ in perpetuum fœlicitatis ſuauius exultant.* 75.

S. Greg. Magn.

Deum videre cupiamus, ſed à peccatis liberi.

Oſtende mihi faciem tuam, notum habes, ô vates, inuiſibilem Deum facie ad faciem videri hîc non poſſe, quid ergo hæc petitio? ſane ſancta deuotio menſuram ſupergreditur: verum an vituperio dignus Moyſes, quod Dei vultum videre petierit, cum hoc ei nequaquam poſſibile? imo in laudem eius cedere debet, omnes enim laudabiliter Deum videre cupimus ſed debite, ſi à peccatis liberi, & innocentes fuerimus. hæc habet præfat. S. Ambroſ. in eumdem Pſalm. Homines qui ſunt & ſi quem nobilem, & ſi quem fortem, ſi quem ſapientem eſſe audiant, tanquam ſupra hominem arbitrantes, videre concupiſcunt, procedit Imperator cuius regiæ poteſtati cõmiſſa 76.

S. Ambr.

paſs eſt orbis terrarum, concurrunt omnes, & A in tanta multitudine illum ſolum aſpicere geſtiunt, & à fulgore purpuræ, plus quiddam omne in vultu Imperatoris exiſtimant: mireris, ſi Dei deſiderabilis vultus eſt, cum conformem ſui hominem humanus omnes miratur affectus: hinc datur intelligi etiam illud, quod imperatori vnuſquiſque nullius reus criminis geſtit occurrere, nam & ſi crimen habeat conſcientia, tegunt illud tamen cordis occulta, dummodo publico non ſit inuolutus reatu, nec ſit aliquod eius crimen expreſſum. denique vbi rei aliqui fuerint aduocati, & imperatori ſe &c. ipſis iudicibus offerre prohibentur, quemadmodum turpes lenonum meretricumque perſonæ, à conſpectu vel Iudicis vel Imperatoris arcentur, ne turpiſſimorum viſus offendat vultus Regij claritatem: qui autem bene ſibi conſcius eſt, nullius criminis reus, quaſi innocens procedit in medium: ex his ergo ſancti Moyſi comprehendamus affectum, videre Dei vultum quaſi innocens volebat, velut quodam vultu conſcientiæ deſiderabat aperire ei faciem mentis internæ.

Voluntatem Dei ſcire deſideremus vt eam adimpleamus.

77. *Oſtende mihi faciem tuam*, & Hebr. fac nunc ſcire me viam tuam, quam quæſo ſcire deſideras? nam ſi de via qua in terram promiſſionis eundum loqueris, de hac minime ſollicitus eſſe debes, cum Angelus dux viæ tibi, & populo conceſſus ſit: nonne ait Dauid? notas fecit vias ſuas Moyſi, filiis Iſrael volontates ſuas? dic ergo cum Agellio, his verbis, Fac me nunc ſcire viam tuam, petiiſſe notitiam voluntatis diuinæ, non nude ſed vt eam poſſet adimplere: ſic autem Epiſcop. Accerniis explicans præfata verba Pſalm. 102. notas fecit Iſrael. per Moyſen voluntates ſuas, *Quid ipſe velit? quid animo erat, quid aliud nonnunquam ſpectet quam agere videatur, quem ſibi finem propoſitum habeat? quid procuret? he ſunt via quas enixe rogauerat Moyſes, vt ſibi oſtenderet, ſic namque ait Exodi oſtende mihi viam tuam.*

Agellius. Pſalm 102.

Nulla ſcientia vtilior, quam ſcire modum quo Deum placare, & nobis reconciliare poſſimus.

78. *Oſtende mihi faciem tuam*, Oleaſt. ſcire me fac viam tuam, ſi Deo ita familiaris & charus vt ipſemet teſtatur, te apud eum gratiam inueniſſe, te ex nomine tibi notũ, nõne pluries tibi D aperta & cognita via? quid ergo amplius ſcire deſideras? nonne cum tibi facie ad faciem, ore ad os loquutus eſt, tanquam amicus amico, plurima & hæc abſcondita aperuit? quid ergo amplius ſcire concupiſcis? viam tuam inquit oſtende mihi, quænam eſt hæc via? reſpondet Oleaſter qua placari poſſit, & populo ſuo reconciliari. hæc enim omnium vtiliſſima eſt. ſubiicio verba Oleaſt. *Expertus fuerat vir ſanctus Deum ſe precibus placaſſe. cupiens autem modum cognoſcere quo eum poſtea placare poſſet, orat vt illi vias ſuas oſtendat, quibus cognitis poſſit eum de cætero placare: qui enim nouit mores & conditiones principis, quæ velit & diligat, & à* A *quibus abhorreat, facile poteſt eum iratum placare*: & in minor. morali ait, *Docet nos hic ſanctus Moyſes quid præcipuè à Domino petamus, nempe modum ſcire quo apud eum gratiam inueniamus, cum enim in multis omnes frequenter offendamus, nulla ſcientia eſt homini vtilior quam ſcire, qua ſe via poſſit Deo reconciliari aut Deum ſibi.*

Oleaſter.

Prælatus licet ſit ſapientiſſimus & ſanctiſſimus, Deum tamen enixe precari debet vt modum quo ſubditos debitè regere poſſit, oſtendat.

Oſtende mihi faciem tuam, Hebr. *fac me ſcire viam tuam*, nonne tua poteſt ſcientia expleri? an ſpiritualis hydropicus, quo plura agnoſcis, B plura ſcire deſideras? nuſquam ſatiatus tot myſteriorum, & arcanorum Dei cognitione, viam Dei vult ſibi cognitam fieri, & quamnam quæſo? ordinem gubernandi populum, inquit Cajet. appellat viam, nec immerito hoc petit, quia prælatus licet ſit ſanctiſſimus & ſapientiſſimus, Deum tamen enixe deprecari debet, vt modum quo ſubditos debite regere poſſit, oſtendat. ſubiicio verba præf. Cardinalis. *Intelligo viam tuam ait Moyſes ſeu ordinem quem expoſuiſti ſecundum te, ordinem enim gubernandi populum, appellat viam, & quia alius erat ordo gubernationis relatiue ad merita, alius relatiue ad definitionem diuinam, abſolute & iſte appellatur à Moyſe via tua, vt pote à te ſolo pendens, non noſtris meritis reſpondens, ideo hunc ordinem petit ſcire.* 79.

Cajetan.

Princeps in hoc ſibi conſulit cum ſubditorum curam gerit.

C *Oſtende mihi faciem tuam vt ſciam te, & inueniam gratiam in oculis tuis, reſpice populum tuum gentem hanc*, Mont. & vide quis populus tuus gens hæc: cur vt obtineat à Deo cognitionis modum, quo populus ei reconcilietur, obiicit quod gens ſua eſt? nonne Dei ſunt omnia? quæ ergo hæc petitio? quæ deprecatio? ſane efficaciſſima, vult enim Deum compellere, vt populo omnino reatum ex vituli adoratione contractum remittat, & ſic ei obiicit, populus hic pro quo deprecor, gens tua eſt, & ideo ſi ei condonas, tibi conſulis, aliàs non leue detrimentum accipies, tui enim peculij iacturam facies. ſic Cajet. *Secunda petitio eſt, vt Deus libret quod gens iſta non eſt gens alicuius regis, non eſt gens noua Deo, ſed eſt populus tuus, vt tui ipſius rationem habeas, ducendo & gubernando gentem hanc, optimo ad impetrandum loco vtitur.* 80.

Cardin. Cajetan.

Cognitione creaturarum, ad Dei notitiam peruenimus.

Oſtende mihi faciem tuam, ex Hebræo, *fac me ſcire viam tuam*, ſed Sept. aliud omnino innuere videntur, nam ita reddunt, *oſtende mihi temetipſum*, quid enim commune inter viam & ipſummet Deum? nam Deus eſt terminus ad quem, via autem eſt medium quo ad eum tendimus, non eſt autem idem terminus ad quem, & medium quo: cur ergo quod Hebraicè habetur, oſtende viam tuam, verterunt, oſtende 81.

mihi temetipſum? aliqui ſunt qui hæc verba Pſalm. 24. vias tuas Domine demonſtra mihi, (Pſalm. 24.) dicta à Dauide opinentur quaſi Deum deprecante, vt liceret ſibi ex perueſtigatione creaturarum ac naturali cognitione, ipſum agnoſcere, eiuſque prouidentiam in gubernandis creaturis, ita vt per vias Dei intelligant creaturas, quod non eſt inſolens in ſcripturis ita appellari, vt Prouerb. 8. verſ. 22. (Prou. 8. Iob 40.) Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, id eſt creaturarum, & Iob cap. 40. Behemoth dicitur principium viarũ Dei, id eſt creaturarum, vaſtiſſimus corpore, mole cæteris animantibus præſtans: en vt iuxta hanc expoſitionem recte inter ſe concordant huiuſmodi verſiones, nempe viam tuam fac me ſcire, & oſtende mihi temetipſum! quaſi diceret fac me ſcire vias tuas, & cognitionem creaturarum tuarum fac me habere, & tuoe agnoſcam te ipſum, quia à cognitione creaturarum ad Dei notitiam peruenimus. (Agellius.) ſic Agell. ex aliorum ſententia in Pſal. 24. *Ad hanc rationem exponendi* (inquit) *perducti ſunt, ſicut ex eo quod ferme eadem ſint verba* (Roman. 1.) *Moyſis in Exod rogantis Deum, ſi inueni gratiam in oculis tuis oſtende mihi viam tuam, quod Sept. dixerunt oſtende mihi temetipſum cognoſcibiliter, quod ipſum dixit Apoſtol. Rom. 1. inuiſibilia ipſius à creatura mundi per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur.*

Chriſtus Dominus via nobis fuit ad Deum patrem agnoſcendum.

82. *Oſtende mihi faciem tuam*, Hebr. *Fac me ſcire viam tuam*, Sept. *oſtende mihi temetipſum*, licet agnoſceres viam Dei, cognoſceres ne ipſummet Deum? aliud enim cognoſcere viam Dei, aliud cognoſcere ipſummet Deum: ſed ſi per A faciem Dei cum aliquibus Chriſtum Dominum intelligimus, quem ſummopere venturum exoptabat Moyſes; recte connectuntur hæ duæ verſiones, fac me ſcire viam tuam, & oſtẽde mihi temetipſum, quia Chriſtus Dominus via nobis fuit ad Deum patrem agnoſcendum, patrem enim nonniſi per filium & eius verbum cognoſcimus, qui ideo via vocatur, quia per ipſum ad patris cognitionem peruenimus: ideoque in Euang, cum ſe dixiſſet viã, & non intelligens Philippus, petiſſet vt patrem oſtenderet, nam illo cognito nihil fore quod præterea requireret, dixit, ſi cognouiſſetis me & patrem meum vtique cognouiſſetis, Ioann. 14. & qui videt me videt & patrem (Ioan. 14.) meum, hoc eſt qui cognoſcit viam cognoſcit illum à quo eſt via. hæc habet Lippom. *Dum Latinus* (ait) *interpres faciem Dei nominat ea*, B *dem filij Dei diuinitatem deſignat, dum Hebraica veritas viam Dei appellat, eius ſanctiſſimam humanitatem ſignificat, per quam via nobis factus eſt ad patrem, qui de ſeipſo dixit Ioann. 14. ego ſum via, veritas & vita* ſed expreſſius S. Cyrill. (S. Cyril.) Alex. Dial. 3. de ſancta Trinit. *Sacrorũ Antiſtes Moyſes precabatur, idque frequenter, vt certam & vmbra expertem eius qui eſt, cognitionem acciperet, adeoque ipſum omnium ſeruatorem Deum compellabat, oſtende mihi teipſum, aperte videam te*, deinde ſubiungit, *Cognito enim filio credimus natũ eſſe & proceſſiſſe à patre tanquam radice & geniminis gloria genitoris naturam velut in tabula depingens efficit, vt mentis oculus rei intellectu & cognitione ſuperiores aſſequatur, proindeque ad patrem ac Deum qui in cælis eſt aubar*, C *manifeſtaui nomen tuum hominibus Ioann. 17. & Ioan.* (Ioan. 17.) *ad Iudæos, neque me ſcitis, neque patrem meum, ſi me ſciretis, forſitan & patrem meum ſciretis.*

VARIET. LECT. Verſ. 14.

VVlg. Dixitque Dominus, facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi.

Sept. Ipſe antecedam te.

Onk. Et ait, maieſtas mea ibit, & requieſcere te faciam.

Oleaſt. Facies mea ibit, & requieſcere te feci.

Mont. Facies meæ ibunt.

Alij. Paraphr Cald. Gloria mea præcedet te.

Procop. Ad quietem adducam.

CONCORDIA.

FAcies mea præcedet te Heb. פני ילכו והנחתי לך panai lechu vahanichoti lecha facies mea ibit, ſeu vt habet Mont. facies meæ ibũt, quod quomodo intelligeretur, Sept. expreſſerunt, αὐτὸς προπορεύσομαί σου præcedam te, imo etiam Cald. maieſtas mea præcedet te, ego ipſe præcedam te, Vulg. requiem dabo tibi Hebr. והנחתי לך requieſcere faciam te, Oleaſter requieſcere te feci, & ait, omnes noſtri hîc per præteritum futurum vertunt, vt ſit ſenſus & requieſcere faciam te, id eſt faciam, quod non D ſis ſollicitus de euentibus, timens mala quæ populo occurrere poſſunt, cum me ductorem habueris; ſed in Heb. præteritum eſt, ſcilicet & requiem dedi tibi, quod ſi ad verbum interpretari velis, ſenſus erit quieſcere feci te, ſcilicet à precibus, vt amplius me his non vrgeas hæc Oleaſt. ſed recte à vulgato redditum, requiem dabo tibi, quia de futuro ait facies mea præcedet te, ex quo requiem ſane habiturus eſt, quam ante ex ſuarum precum dilatione non habuerat.

EXPOSITIO.

D*Ixit Dominus facies mea præcedet te*, aliqui per faciem intelligunt notitiam, quaſi diceret Deus, notitia mea tibi præbebit ducatum, alij, per faciem fauorem diuinum

interpretantur, quaſi eſſet ſenſus, non tibi in neceſſitatibus tuis deero, opportune auxilium præbebo, ſed cum Moyſes à Domino, verſu ptæcedenti, non ſolum notitiam qua poſſet populum Iſrael in Chanaan deducere, nec ſolum ſuum in periculis ſpeciale auxilium petierit, ſed ipſiuſmet Dei faciem præeuntem, deducentem, protegentem, ac mirabilia in gratiam populi ſui pattantem: hinc horum verborum facies mea præcedet te, germanus ſenſus eſt, ego ipſe præcedam, quod ipſemet Moyſes fatetut, cum verſu ſubſequenti ait, ſi tu ipſe non præcedas, & ita idem eſt faciem Dei præcedere, etiam ſecundum noſtrum interpretem, & Deum ipſum præcedere: & ſic non admittendi qui ſic hæc verba exponunt, facies mea ſuo tempore, nempe poſt hanc vitam, & poſt huius legis ſtatum, ptæcedet te, ita vt eam valeas intueti, ſicut petiiſti, & requiem dabo tibi per æternæ beatitudinis adeptionem, nam vt ptobauimus ſuperius, uequaquam in his verbis oſteode mihi faciem tuam, diuinæ eſſentiæ viſionem iotuitiuam petiit.

Et requiem dabo tibi, aliqui ſic hæc verba interptetantur, promitto fore, vt medios inter hoſtes tutus futurus ſis, requiemque iu terra promiſſa, his ſubiugatis & deuictis, obtenturus: alij, ſuo tempore tu in pace tequieſces, ego autem gratiam meam à populo hoc non auertam, ſed complebo promiſſa multo auguſtius quam quiſque cogitare poſſit, ſed hic ſenſus clatiot & magis litteralis, nempe requiem dabo tibi, hoc eſt auferam à te omnem ſollicitudinem populum deducendi, meipſum ducem exhibendo.

CONCEPTVS.

Decreta Dei de nobis, precibus & diligentia iuuare debemus, vt executioni mandentur.

83. *Facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi,* ecce vt voti compos fit Moyſes, petierat enim à Deo, vt ſibi faciem ſuam oſtenderet, nempe ſeipſum populo Iſrael ductorem ſe præberet, nihilominus quaſi de promiſſis Dei dubius, quaſi non ſatis ipſi fidens videtur, illico enim ait, ſi tu ipſe non iueris, vel vt eſt Hebr. ſi facies tua non iuerit, nou educes nos de loco iſto: inſtatque precibus, vt ipſemet præcedat: noune indecens eſſet ſi quid ptinceps in ſuis promiſſis verax aliquid fideli famulo pollicitus eſſet, precibus enim vrgere, vt quod decreuerat perficeret? nonne tanquam importunus & incredulus repulſam pati mereretur? ecce ô Moyſes, Deus decreuit te in via ptæcedere, faciem ſuam oſtendere, id eſt in comitatu populi ſe præſentem exhibere, cur ergo poſt decretum hoc tibi notum, cum promiſſa Dei nullo modo in dubium reuocare debeas, adhuc rationibus & precibus inſtas? ſcit Deum in verbis ſuis infallibilem eſſe, & eius decreta immutabilia, tamen adhuc precibos vrget, vt illud de ſua præſentia populo exhibenda ad optatum finem perducat: quia decreta de nobis adiuuandis, precibus & diligentia iuuare debemus, vt compleantut & executioni mandentut: non dormiendum, non otio indulgendum, cum Deus decreuerit aliqua dona conferte, & ideo date pollicitus fuerit, imo inuigilare, inſtare, & vrgere debemus, vt ea adimpleat: quod acute obſeruauit D. Ioann. Damaſcen. orat. de transfig. qui Dei promiſſum de Petro principatu Eccleſiæ conferendo, aduerſus quam nec portæ inferi ptæualereot, otationem ſuam ad Petrum dirigens, vt illius executionem ptecibus obtineret ſic ait, *Hanc Petre Eccleſiam tuis precibus ita conſerua, vt ab omni perturbatione & fluctibus immunis ſit, nam quod nunquam futurum ſit vt euertatur, labefactetur, aut expugnetur, planè confidimus, cum Chriſtus id affirmauerit: id vero ab eo pete vt tempeſtas ſedetur, impetus comprimatur, paxque tranquilla nobis concedatur, hoc inquam à Chriſto ſupplex contende.* S.Ioannes Damaſ.

Cum quis à Deo adiuuatur, laborare non videtur.

Facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi, ſi Chananæi bellicoſiſſimi, armis à poſſeſſionibus ſuis eiiciendi, ſi populus duræ ceruicis & ad malum pronus deducendus & regendus, ſi plurimi labores exantlandi, ſi plurimæ difficultates ſuperandæ, quam tequiem expectare debet? & ſi verſio Oleaſtri admittatur, reqoiem dedi tibi, uonne difficilis intellectu videtur huiuſmodi promiſſio? ne difficiliorem credideris, ſi ptæcedentia verba attenderis, facies mea præcedet te, Sept. ipſe antecedam te. Cald maieſtas mea ibit, cum enim nobiſcum Deus eſt, cum nos in laboribus præcedit, cum in periculis adiuuat, nequaquam laborare ſed requiem habere videmur. *Poſſumus ſic interpretari* (inquit Oleaſt.) *quieſcere faciam te adiuuando te in ducatu, minus enim laborat dux, & vtrumque quieſcere videtur cum adiutorem habet in labore, præſertim Deum*, deinde in annotat. morali ſic concludit, *Beatus Prælatus qui Deum habet adiutorem & qui ſuper cuſtodiam Domini requieſcit, ſciat tamen quod niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam.* 84. Oleaſter. Pſalm.

Noſtra ſollicitudo de futuris contingentibus in Deum etiam reiicienda.

Facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi, licet ei tantam gratiam conferas, quod uon ſolum Angelum ducem populi conſtitues, ſed tu ipſemet habenas illius moderaberis, præſenſque & iu omnibus aderis: quid eſt quod requiem mihi daturus es? nonne ſolicitus de periculis quæ incuttere poteſt populus, tot in eum aduerſariis inſurgentibus? noone anxius de victoria obtinenda? noli anxius eſſe inquit, requiem dabo tibi, nolo enim vt de futuris euentibus nimis ſis ſollicitus, in me enim omnis tua cura recumbit, hunc locum hac expoſitione donat Cardinal. Cajetanus. *Moyſes* 85. Cardin. Cajetan.

quieſcet, hoc eſt non erit ſollicitas de euentibus me aſſumente prouinciam eundi.

Cognitio Dei & eius dilectio per contemplationem, animæ requies.

86. *Facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi,* Oleaſt. *requieſcere te feci*, in quonam requieuit Moyſes? ſi per hanc petitionem oſtende mihi faciem tuam, cum aliquibus probabiliter intelligere velis diuinæ eſſentiæ viſionem, vel ſaltem, vt habet D. Thom. 1. 2. q. 98. art. 3. ad 2. per viſionem faciei intellexiſſe quamdam eminentem contemplationem, & familiarem, tamen infra diuinæ eſſentiæ viſionem, ſi inquam ſic velis intelligere hanc petitionem Moyſi, merito poſtquam dixit Deus facies mea præcedet te, ſubiunxit, requiem dabo tibi, vel requieſcere te feci, quia cognitio Dei etiam per contemplationem animæ noſtræ requies eſt. ſuffragatur noſter Seraphic. Doctor c. 1. de cœleſti Hierarch. *Tertia gratia eſt cõtemplationis ſiue ſpiritualis dilectionis, quæ ex plenitudine diuinæ dilectionis & cognitionis in anima generatur, de hac dicitur in Exod. Domine ſi inueni gratiam coram te oſtende mihi faciem tuam &c. & in Eccleſ. 40. Gratiam & ſpeciem deſiderabit oculus, & ſuper hoc virides ſationes. hæc gratia mentem quietat & pacificat, & velut ſedem quietiſſimam ad diuini ſuperaduentus ſuſceptionem præparat & coaptat.*

Angelicus Doctor.

Seraphicus Doctor.

Eccleſ. 40.

Mitium, cœlorum eſt poſſeſſio.

87. *Facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi,* Gloſſa Interl. quod & requiem Moyſi promittit, vitam æternam intellige: ſcio multis virtutibus decoratum Moyſen, quarum intuitu, hæc merces ſibi promitti potuit, hæc dari requies: ſed cur nunc potius hoc ei præmium pollicetur? aduerte nunc animum mitiſſimum indicaſſe, licet enim pluries Deus votis ſuis de remiſſo reatu populi non annuerit, nequaquam impatientiæ ſigna exhibuit: vnde hæc verba explicans, loquebatur Moyſi facie ad faciem, noſter Seraphic. Doctor, cauſa inquit inter alias erat, quia mitiſſimus erat: en cur nunc requiem ei, nempe vitam æternã pollicetur: quia mitiũ, cœlorũ eſt poſſeſſio, quod ſic proſequitur Sanctus Doctor l. de diæta ſalutis titu 7. de beatitud. cap. 2. Habet homo mitis hæreditatem in cœlo, vt dicitur Matth. 5. quoniam ipſi poſſidebunt terram ſcilicet viuentium, huius autẽ poſſeſſionis triplicem rationem aſſignat, quæ congruè poteſt Moyſi adaptari, ſic autem ait, nota quod triplex eſt ratio quare mites &c. poſſident cœlum; prima eſt, quia ipſi poſſidentur à Deo & ideo lege viciſſitudinis poſſidebunt Deum in cœlo, quia dicit Auguſt. nullius erit Dei poſſeſſio, niſi eius quem ipſe prius poſſederit. Secunda ratio eſt, quia mites poſſident corda ſua, & dominantur ſibi ipſis, quod non faciunt iracundi, immo ira dominatur eis, ideo dicit ſapiens: melior eſt qui dominatur animo expugnatore vrbium. Tertia ratio eſt quia mites poſſident hic bona ſua, mites autem hic ſciunt bona ſpiritualia optime poſſidere, quia nulla aduerſitas poteſt eis ipſa auferre, quod iracundi facere neſciunt, immo bona ſpiritualia, ſi quæ habent, per impatientiam perdunt vt dicitur in Prouerbis 19. qui impatiens eſt ſuſtinebit damnum, ſ[illegible] cet non ſolum boni exterioris quod perdit in via, ſed etiam boni interioris quod ipſe effundit. mites etiam bona temporalia poſſidere ſciunt, quia ſibi dominari non permittunt, quod neſciunt facere auari & cupidi, quia diuitiarum virum neſciunt eſſe domini, ſed potius ſerui, quia dicitur Pſalm. 75. viri diuitiarum non diuitiæ virorum: quia igitur mites vt dictum eſt te & ſua poſſidere ſciunt, merito terram viuentium poſſidebunt.

S. Bon.

Matth. 5.

Pſal. 75.

Oratio perſeuerans tandem difficillima obtinet.

88. *Facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi,* nonne dixeras ô Deus non aſcendam tecum quia populus duræ ceruicis es? nonne ſtatueras ſolum Angelum & ducem ei præbere? an duritiem ceruicis dimiſit populus? quomodo ergo non ſolum Angelum polliceris, ſed te eum deducturum? pendite quoties Deum deprecatus eſt Moyſes pro tanti beneficij conſecutione: ne mireris ergo nunc tandem illud conſecutum, oratio enim perſeuerans tandem obtinet difficillima, Cajet. *Facies mea ibit, ecce maior gratia, ecce reuocatio ſententiæ qua dixerat ſe non iturum, ſed Angelum dumtaxat miſſurum, ecce manifeſtatio via eius, quod ipſe ſecundam propriam faciem ibit.*

VARIET. LECT. Verſ. 15. & 16.

Vulg. Et ait Moyſes, ſi tu non ipſe præcedas, ne educas nos de loco iſto.

Sept. Si tu ipſe non ſimul veneris, ne me educas hinc.

Cald. Si non perrexerit maieſtas tua nobiſcum, ne aſcendere facias nos hinc.

Onk. Si maieſtas tua non ambulauerit inter nos.

Arias. Si non facies tuæ euntes.

Pagn. Niſi facies tua ambulauerit.

Vulg. In quo enim ſcire poterimus ego & populus tuus, inueniſſe gratiam in conſpectu tuo, niſi ambulaueris nobiſcum, vt glorificemur ab omnibus populis qui habitant ſuper terram?

Sept. Et quomodo notum erit verè quia inueni gratiam coram te, ego & populus tuus, niſi ſimul incedente te nobiſcum, & glorificabor ego, & populus tuus præter omnes gentes quæcumque ſuper terram ſunt?

Cal. In quo enim ſcietur hîc, quod inuenimus gratiam coram te ego & populus tuus, niſi cum ambulauerit maieſtas tua nobiſcum, vt fiant nobis miracula, & diuidamur ego & populus tuus ab omni populo qui eſt ſuper faciem terræ?

Oek. In quo enim hîc cognoſcetur? numquid cum perrexerit maieſtas tua nobiſcum, vt fiant nobis miracula mihi & populo too, & mirificemur præ omni populo, qoi eſt in ſoperficie terræ? A

Pagn. Nonne cum ambulauerit nobiſcum, diuiſi erimus ego & populus tuoi, ab omni populo qui eſt io ſuperficie terræ?

Ment. Nonne & eundo nobiſcum diuiſi erimus?

Vatab. Et ſeparabimur nos & populus tuus.

Cajet. Si non in ire too nobiſcum, & ſeparati erimus.

Olī Et mirificemur ego, & popolus tuus ſiue eximij erimus.

C O N C O R D I A.

HViuſmodi Hebraiſmū אם אין פנך הלכים im in paneha holichim, reddidit noſter interpres, ſi tu non ipſe præcedas, hoc enim ſignificat ſi non facies tua iuerit: hæc verba, vt glorificemur ab omnibus populis, aliter haberi videntur in Hebræo ונפלינו אני ועמך venipbilinu ani vehamniecha, diuiſi erimus ego & populus tuos, ſed hæc varietas orta eſt à verbo phala, quod æquiuocæ eſt ſignificationis, nam interpretatur ſeparate, ſeu diuidere, mirificare, vel glorificate, interpres in ſecunda ſignificatione accepit, alij autem Hebraizantes in prima: vtramque lectionem comprahendit Cald. dicens, vt fiant nobis miracula, & diuidamur ego & populus tuus, conſule expoſitionem & inuenies eumdem ſenſum Hebr. nobiſcum habere. B

E X P O S I T I O.

SI tu non ipſe præcedas, ne educas nos de loco iſto, qooniam verba antecedentia facies mea præcedet te, Deum populo ſuo reconciliatum oſtendebaot, adeoque paratum ad eadem erga populum beneficia, miracula, præſentiam, prouidentiam ſpecialem, eadem ſibi Moſes confirmari deſiderans, iterat petitionem ſuam, ne forte oomine faciei aliquid aliud in Domini promiſſione intelligeretur, ait, ſi tu non ipſe præcedas ne educas nos de loco iſto, ſatius enim eſſet in hac horribili ſolitudine ætatem agere tua prouidentia, ac protectione munitos, quam ea deſtitotos in terra lacte & melle manante barbarorum telis obiui atque interneciooe deleri. vel dicere poſſumus, quod cum ſuperiora verba hunc ſenſum poſſent habere qoaſi Deus ſolum ipſum præcedere deberet, ideo hæc verba, ſi tu non ipſe præcedas, videntur aliquid amplius petere, nempe vt non ſolum ſe, ſed & populum præcederet.

In quo enim ſcire poterimus ego & populus tuus, inueniſſe gratiam in conſpectu tuo? cum ſine te nulla ſit gratia, niſi ambulaueris nobiſcum in tabernaculo tuo, vel in ſacrario per ſpecialem gratiam, *vt glorificemur ab omnibus populis*, præpoſitio *ab* duplicem ſenſum habere poteſt, vnum cauſæ efficientis, alterum comparatiuum, priori modo ſenſus erit, vt glorificemur ab omnibus gentibus, id eſt vt omnes gentes nos glorificent: poſteriori, vt ſimus glorificati, & glorioſi pluſquam omnes gentes, quod & Hebræi indicant, cum dicunt, vt diuidamur ego & populus tuus ab omni populo, loqountur de diuiſione, quæ in hoc conſiſtit, vt Iudæi accipiant à Deo maiorem benedictionem, & fœlicitatem ex ſua ſpeciali præſentia. C

Aduerte quod Moſes notat hîc populum ſuom glorificari præ aliis populis, non ad ambitionem illius, ſed ad honorem & gloriam; cum enim Deus aſſumpſiſſet Iſraelitas præ cæteris gentibus in populum ſuum, aut hæc aſſumptio futura erat contemptui apud alios, vti & Deus, qui eos dicebatur aſſumpſiſſe: aut debebat à Deo per ſingularia beneficia, quæ populo illi magis quam aliis ipſe præſtaret, honorari, vt ſic etiam apud homines honoraretur, & glorificaretur, æſtimant enim homines rem vnamquamque iuxta ea quæ vident & experiuntur.

C O N C E P T V S.

59. *Vix Dominus ambulare nobiſcum poteſt, quin dona ſua largiatur.*

Si tu non ipſe præcedas, Cald. ſi maieſtas tua non ambulauerit inter nos, Pagn. niſi facies toa ambulauerit, nempe nobiſcum, deinde proſequitur Moyſes, in qoo enim ſcire poterimus, ego & populus tuus, coram te inueniſſe gratiam, niſi ambulaueris nobiſcum? inquiris in qoo tu & populus tuus ſciret ſe coram Deo inueniſſe gratiam niſi ambulauerit vobiſcum, an nullum beneficium, ductorem habere Angelom, columnam viam oſtendentem? terræ promiſſæ futuram poſſeſſionem? da Chananæis victoriam? quid? nulla eſt hæc gratia, nullum doonm? hæc nihil ducit ſi non cum eis ambulaoerit, quaſi vix aliud ſignum maneat gratiæ faciendæ, beneficij diuini conferendi, nequaquam enim Dominoa ambulare nobiſcum poteſt, quin innumera largiatur dona. B. Thomas in illa verba Apocal. cap. 2: *Qui ambulat in medio ſeptem candelabrorum aureorum ait: ambulat ergo per effectum, quia omnibus ſe præſentem offert ad dandum ac ſi ambularet hinc inde, ſi ſit qui recipiat, quia communiter ſua dona diſtribuit quantum eſt de ſe*, ecce cur Deus inambulet, nimirum ad dandum. D [a] Thom. Apoc. 2.

Prælati vſque ad importunitatem inſiſtant Deum cum ſuis ſubditis eſſe, vt potè condonantem peccata.

90\. *Si tu non ipſe præcedat*, Sept. *ſi tu ipſe ſimul non veneris, non educas nos de loco iſto*, quid hoc eſt? nonne Deum viuentium, populum præcedere, enixe deprecatus es, vt eum comitaretur dicens, oſtende mihi faciem tuam, reſpice populum tuum? nonne votis tuis annuit Deus, dicens facies mea præcedet te? non Angelum pollicetur præceſſurum, ſed ſeipſum, cur ergo adhuc eum vrges dicens, ſi tu non ipſe præcedas, ſi tu ipſe nobiſcum non veneris? quia prælati vſque ad importunitatem apud Deum inſiſtere debent, vt cum ſuis ſubditis maneat, quia illius eſt miſereri & parcere. ſcitè & eruditè D. Baſil. Magn. orat. 17. *Moſes quod populus eſſet ſceleſtus, & opus haberet eo qui continere delictis, & peccata remittere poſſet, id quod ipſi Angeli efficere nequeunt, ſiquidem illi vlciſcuntur eos qui ſe vitiis inquinarunt, veniam autem concedere iis qui ſceleribus ſe obſtrinxere nequaquam poſſunt: veniat igitur verus legiſlator potens ille ſeruator qui ſolus remittendi peccata habet poteſtatem*: eadem habet S. Cyrill. Alex. lib. 6. in Ioan. cap. 1. *Bonum & hominum amantem & vniuerſi Regem ac Dominum verſari potius orabat eum proclinibus ad peccandum: ſciebat enim non ſemel eis ſed ſæpe numero veniam daturum, & miſericordiam eorum peccatis impertiturum.*

S. Baſil. Magn.

S. Cyrill. Alexand.

Ira diuina omnibus velis fugienda,

91\. *Si tu ipſe non præcedas*, Sept. *ſi tu ipſe ſimul non veneris*, an dubius diuinæ promiſſionis? nonne certior factus de præſentia eius tibi futura? ipſe enim dixit facies mea præcedet te, cur ergo eum adhuc vrges, vt te præcedat? aliqui per faciem Dei quam promiſerat præceſſuram, intelligunt vnum è primariis Angelis, qui dicitur facies Dei, quia ſemper aſſiſtit faciei Dei, vel quia eſt in eo nobilior diuinæ maieſtatis ſeu faciei ſeu eſſentiæ repræſentatio, ex phraſe qua apud Ezechielē de Lucifero ſub typo regis Tyri ob eamdem hanc perfectionem Dei repræſentationem, & dona & ante lapſum collata, dicitur Ezech. 18. tu ſignaculum ſimilitudinis: ſi autem per faciem ſuam intellexiſſet primarium etiam Angelum, non autem ſeipſum, indicium ſane manifeſtum fuiſſet nondum Deum, ſuam aduerſus populum, propter vituli adorationem, iram depoſuiſſe: en ergo cur iteratis precibus inſiſtit, vrget Deum, vt ipſemet præcedat, ira enim Dei omnibus velis fugienda, inquit Præfat. Archiepiſcop. Alex. eodem loco, *Grauiter ferebat Moyſes, & ex eo quod nollet Deus aſcendere vna cum populo perquam recte coniiciebat diuinam iram nondum perfecte quieuiſſe, ac denuo precabatur enixe vt vna Dominus incederet.*

Ezech. 18.

Præfatus Epiſcop.

Dei eſt triumphum dare abſque effuſo ſanguine.

92\. *Si tu non ipſe præcedat, non educas nos de loco iſto*, nonne ſatius eſt Angelum comitem habere in terra promiſſa armis comparandā, quam in deſerto perire? cur ergo Deum tanto affectu deprecatur, vt ipſemet præcedat, alias non educat eos ex horribili ſolitudine? ſine virum prudētiſſimum Moyſen mirare; vis enim noſſe quanti ſteterit, nonniſi ſub Deo imperatore præſente militaſſe ipſum, & non aliom quamuis Angelum legionibus præfuiſſe, audi per Chryſolog. ſerm. 69. *Miro contubernio Iſraelitis Deus conuerſatus in caſtris, numeroſas gentes nunc ferit fulmine, nunc tangit grandine, nunc ſolo tubarum clangore proſternit vt ſine conflictu ſine vulnere, Deus ducat victrices acies quas præcedit*, luculenta poſtrema verba, nam quidem & alius duceret ſiue homo ſiue Angelus, ſed non abſque ſanguine, non abſque vulneribus deſiderata potirentur tellure promiſſa, Dei eſt triumphum addidiſſe abſque effuſo cruore ſine milite percuſſo.

Chryſol.

Deo abſente licet plurima poſſideamus, in mœrore ſumus, & nihil poſſidere credimus

9[illegible]. *Si tu non ipſe præcedas non educas nos de loco iſto.* nonne præ omnibus elegit te, [illegible] te ex nomine nouiſſe? nonne dixit, inueniſti eorum in gratia mea? nonne plurimis aliis beneficiis ditauit, fauoribuſque cumulauit? cur ergo adhuc vrges, vt te præcedat, vel vt habet Cald. vt maieſtas eius tecum pergat? quia Deo abſente, licet plurima poſſideamus in mœrore lumus & nihil nos poſſidere credimus teſte Adamant. hoc expendit hom. 1. ex quatuor in Cantic. explicans illa verba ſponſæ oſculetur me oſculo oris ſui ait, *Hac ergo Eccleſia ſit quaſi omnium vna perſona quæ loquatur, & dicat omnia habeo, repleta ſum omnibus muneribus, quæ ſponſaliorum & dotis titulo ante nuptias ſumpſi; ſed quoniam ſæculum iam pen[illegible] eſt, & ipſius quidem præſentia non datur mei, ſolos autem eius miniſtros video aſcendentes & deſcendentes a[illegible] me. propter hoc ad te Patrem ſponſi mei precem fundo & obſecro, vt tandem miſeratus amorem noſtrum, mittas eum, vt non iam mihi per miniſtros ſuos Angelos dumtaxat & Prophetas loquatur, ſed ipſe per ſemetipſum veniat & oſculetur me oſculo oris ſui, ipſum audiam ſequentem, ipſum videam docentem*, certe vt ſponſa fateatur omnia ſe poſſidere, & repletam eſſe muneribus, & tamen quia dilectus abeſt, nihil eſt quod recreare ipſam poſſit, nec ſibi ſatisfacere: ſane hoc ſummum ſubinnuit Moyſes, ſi Deo præſente careant, dies noctesque ſub triſtitia agent, & nunquam lætæ affulſura ſit eis lux: at quorſum dolori ſuccumbent Iſraelitæ? nonne ſpoliis Ægyptiorum locupletes, cum auro & argento profecti ſunt de domo ſeruitutis, & non erat in tribubus eorum infirmus? nonne pane de cœlo immiſſo ſaturati? nonne tympana & ſiſtra habuerunt quæ pulſarent choreas ducentes, quibus & ſubmerſum Pharaonem cantarunt, Maria Moyſis & Aaronis ſorore præcinente? quid igitur triſtentur & lugeant? quoniam ſane ſi Deus non comitetur, omnia iſta haud valent recreare prudentiſſime igitur Moyſes haud paſſus eſt, vt Deus ſe ſubduceret exercitibus, quoniam illo recedente, quamuis plurima poſſiderent bona, nih

nihil ſe habere crederent, quamuis tantis muniti præſidijs quæ releuare & recreare poſſent, triſtitiæ tamen abſorberentur barathro.

Prælati ſollicitiſint, ne ſui derelicto creatore, ſeruiant creaturæ.

94. *Si tu non ipſe præcedas, ne educas nos de loco iſto:* Melius eſt habere comitem Angelum, & terram omnibus bonis fertiliſſimam poſſidere, quam in vaſta ſolitudine vitam miſeram ducere: Quid ergo toties Deum vrges, vt te ipſemet præcedat, aliàs vt non te, nec populum educat è deſerto? ſume Angelum tibi libenter à Deo aſſignatum, anteſignanum. Au-
S. Athanaſ. diamus ſatisfacientem B. Athanaſ. ad Serapionem, ſic reſpondentem, *Moyſes recuſauit ducatum Angeli, nolebat enim creaturam ducem populi eſſe, ne omiſſo creatore creaturæ inciperent ſeruire.* En vt Prælati maximè ſolliciti debent eſſe, ne ſubditi creatore derelicto, creaturis præſtent obſequium.

Quacumque hora Deus adiri poteſt, nulli aditum occludens.

95. *Si tu non ipſe præcedas, ne educas nos de loco iſto:* Dixerat enim antea etiam ei Moyſes, oſtende mihi faciem tuam. Quid regem ſæculorum terribilem, & formidandum ante quem cœli columnæ etiam contremiſcunt, adit, & à nemine rogatâ veniâ, nullius implorato auxilio, ſed nec verborum interpoſitis aſſentamentis, poſtulat ſecundum aliquos, quo maius non habeat, nempe viſionem eſſentiæ diuinæ? qualem nominabimus Moyſen? nimiumne præſumptuoſum, an nimium ſimplicem? ſane in hoc noſtrum pædagogum, qui nos inſtruat, quod Deus quacumque hora adiri poteſt, nulli aditum occludens. Scite B. Bernard. ſerm. 7. in
S. Bernard. Cantica, loquens de ſponſa petente à ſponſo oris oſculum ait, *Vide quale præcipiat ſermoris exordium, magnum quid à magno petitura, nullo tamen vt aſſolet vtitur blanditiarum fuco, nullis circumlocutionibus, ad id quod deſiderat ambit, non facit præmium, non captat beneuolentiam, ſed ex abundantia cordis repente prorumpens, dicit, vnde ſatis oſculetur me oſculo oris ſui.* Maieſtatis ſane inſcia eſt charitas, præſumit de dilecto, & culpam putat voluiſſe per blanditias, per adulantia labia extorquere, quod impetrare poſſet.

Infamia quam ex peccato incurrimus, delenda eſt conuerſione ad Deum.

96. *Si tu non ipſe præcedas, ne educas nos de loco iſto, in quo enim cognoſcere poſſumus? &c.* Hebr. in quo enim cognoſcetur hîc inueniſſe gratiam in conſpectu tuo, vt glorificemur ab omnibus populis? nonne tanquam ambitioſus cenſeberis, velle coram omnibus gentibus glorificari? quid tibi curæ de gloria apud alios populos conſequenda? aduerte populum Iſraelem, infamiam incurriſſe ex vituli adoratione, contempto vero numine, à quo tot beneficia acceperat, peſſimeque apud exteras gentes nominari: merito ergo petit Moyſes, vt cognoſcatur ab omnibus ſe cum populo gratiam inueniſſe apud Deum; media populi ad eum per pœnitentiam, conuerſione, & ſic infamiam mali nominis deleuiſſe, gloriamque & honorem obtinuiſſe. Hunc ſenſum habet
Oleaſt. Oleaſt. *Confirmat locus iſte interpretationem ſuperius hoc eodem capite poſitam, quod ſcilicet Aaron ſuo facto diffamauerit populum eum, ſcilicet eſſe idololatram, & à ſuo vero Deum receſſiſſe, qua de cauſa hoſtes in eum conſurgerent, ſcientes Deum eos ob vituli adorationem dereliquiſſe: quam ob cauſam Moſeh nunc dicit, infamiam idololatriæ nihil eis nocituram, cum ſcinerint in omni loco Deum ad eos rediſſe, ac eſſe inter eos, cuius virtutem maximè formidabant.*

Glorificamur ſi Deum nobiſcum habuerimus.

Si tu non ipſe præcedas, &c. in quo ſcire poterimus, inueniſſe gratiam in conſpectu tuo, vt & glorificemur ab omnibus populis. Hebraic. *& ſeparabimur,* Oleaſt. *& diuiſi erimus.* Quid commune inter glorificationem, & diuiſionem? tum ex quo ô Moyſes cum populo glorificaberis? ſi ambulaueris nobiſcum: & merito, ſi enim Deum nobiſcum habuerimus glorificabimur, & diuidemur ab alijs populis eum non agnoſcentibus. *Audis hîc,* inquit Lu- 97.
ſitan. *in quo populus à populo ſuperatur, & quod illud ſit in quo gens gentem aliam excedit, nempe in hoc quod eſt Deum ſecum habere.* Luſitan.

Solius Dei eſt non dimidiatè, ſed integrè ſe communicare.

Si tu non ipſe præcedas non educas nos de loco iſto: Nonne tibi dixerat Deus, facies mea præcedet te? ſi ergo faciei ſuæ præſentiam promiſerat, an dubius de diuino verbo adimplendo? cur ergo eum adhuc precibus vrges, vt ipſemet præcedat? nonne quando dicit faciem ſuam te præceſſuram, ipſe etiam intelligitur præceſſurus? ſapienter dubitare potuit, quod antecedet ipſe quando promittit faciem ſolum præceſſuram, in parte enim, & dimidiate procedere commune eſt creaturis, ſed diuini ſpiritus proprium quod non in parte, & dimidiatè, ſed totaliter procedat, & integrè. Ad- 98.
hæc Rupert. lib. 4. c. 34. ait, *Moyſes, ſi tu non ipſe præcedas, ne educas nos de loco iſto, quia per faciem poterat intelligi Angelus, qui ad eyciendum Chananæum hominem ſufficeret.* Equidem dum ſolum faciem præceſſuram audit, nihil audit præceſſurum, quod non ſit commune creaturis, quarum eſt per partes & dimidiate ſe ſe communicare amicis, ideo ergo adhuc pro Deo obtinendo, inſtat, cuius eſt integrè, & totaliter ſe ſuis dedere. Rupert.

Deum glorificari ab omnibus, laborandum eſt.

Si tu non ipſe præcedas, &c. in quo enim ſcire poterimus inueniſſe gratiam in conſpectu tuo, vt & glorificemur ab omnibus populis? an ex triumphis ab omnibus his, relatis? an ex ijs internecione deletis? an ex ijs è ſuis poſſeſſionibus eiectis? nequaquam, 99.

ſane, hæc enim vana eſſet gloriatio, ex quo A ergo glorificaberis Moyſes, & populus tuus? quod cæteræ nationes, mirabilia, & vt habet Cald. miracula Deum experientes, Deum Iudæorum timeant, & reuereantur. *Ergo ne*, inquit prædict. Abbas Tuicenſ. *adhoc tendit vir manſuetiſſimus tota confractione cordis ſui, vt glorificetur gentium cordibus, & bellorum victorys, nempe gloria hæc vana eſt, igitur illud potius fortiſſima prece verſat, vt glorificetur ille populus pro parte electorum cunctis populis dicentibus, quia ſolus ex Iudæis eſt.*

Abbas Tuicenſ.

VARIET. LECT. Verſ. 17.

VVlg. Dixit autem Dominus ad Moyſen, & verbum iſtud quod locutus es faciam, inueniſti enim gratiam coram me, & teipſum noui ex nomine.

Sept. Et hoc verbum tibi, quod dixiſti, B faciam, ſcio te præ omnibus.

Cald. Vocaui te ex nomine.

Onk. Etiam hanc rem quam locutus es faciam.

Philo lib. 1. de Monach. Noſce teipſum.

CONCORDIA.

NOui te ex nomine Sept. καὶ οἶδά σε παρὰ πάντας, ſcio te præ omnibus, Cald. vocaui te ex nomine, omnes hæc lectiones eundē ſenſum habēt, vide cōcordiam verſus duodecimi.

EXPOSITIO.

VErbum quod locutus es faciam, Ego gradiar cum populo, vt tu rogas, quod promiſi confirmo, vt voto & deſiderio tuo ſatisfaciam, *inueniſti enim gratiam coram me*, mi- C hique vehementer places, *nouique te ex nomine*, quaſi miniſtrum, quo frequenter vtor, per quem nomen meum *ſæpius vocari* oportet.

CONCEPTVS.

Ex Dei nomine nunquam non fælix, venit nomen ad triumphos ad glorias.

100. *Verbum iſtud quod locutus es faciam:* Nempe vt præcedam te, & glorificeris tu, & populus tuus coram omnibus gentibus, rationem ſubiungit, inueniſti enim gratiam coram me, & teipſum noui ex nomine: quod nomen eſt hoc ex quo Moyſes notus dicitur Domino, & adeo gratioſus? an ſuum vulgare, & proprium? quis hoc dicet, quod enim ex hoc nomine cognoſceretur à Deo? nihil ſane, in eo ex hoc erat magnū, quando & hoc modo Pharao notus erat Deo; ex quo ergo nomine noſce- D retur Moyſes, vt ſibi Deo gratiam requireret, & triumpharet de malis omnibus? viuebat Moyſes ſub Dei nomine: vt obſeruauit Rupert. ex quo Deo notus erat, & inde in maximas extollebatur glorias, triumphator eſt glorioſus, quiſquis non ſuo, ſed ſub diuino agnoſcitur nomine. Vnde merito canit Prudentius in Apotheoſi.

Prudentius.

Chriſtum concelebret, Chriſtum ſonet omnia Chriſtum,
Mutaetiam fidibus ſanctis animata loquātur.
O nomen prædulce mihi, lux, & decus, & ſpes,
Præſidiumque meum, requies ò certa laborum!

In diuiniſſimo nomine, præſidium ponit, quo ſuperet vniuerſos labores, victorque euadat.

Qui ad ſublimiora conſcendere cupit, prius humilietur in propria ſui cognitione.

101. *Verbum iſtud quod locutus es faciam, inueniſti enim gratiam coram me, noui te ex nomine,* Philo lib. 1. de Monar. legit noſce teipſum: Nonne Moyſes à te petierat, vt oſtenderes ei faciem tuam? cur ergo ei reſpondes, noſce teipſum? aliud eſt te cognoſcere, aliud teipſum: merito ſic reſpondet, quaſi ei diceret, exaltari cupis, ſed prius neceſſe eſt humiliari, Deum ſcire deſideras, ſed teipſum prius non neſcire, cœleſtes euehi poſtulas ad delicias, & Deum ſcire deſideras, ſed oportet teipſum prius agnoſcere, fac ſtrenue, vt totum te eripias à terrenis. Sic autem ait Philo, *Noſce teipſum, nec ſinas te cupidine rerum, quibus impar es abripi, & ſublimiora te noli plus æquo appetere.* Sed D. Bernard. ſerm. 14. in Cant. hoc expreſſius habet, *Oportet humiliter ſentire de ſe nitentem ad altiora, ne dum ſupra ſe attollitur, cadat à ſe.*

Philo Alexand.

S. Bernard.

Non qui Deum ſolum ſcit, ſed qui diligit à Deo ex nomine cognoſcitur.

Verbum iſtud quod locutus es faciam, inueniſti enim gratiam coram me, noui te ex nomine. Cur cum eſſent innumeri Iſraelitæ, quorum quilibet nomen habebat ſpeciale, quomodo de eis Deus non ait, noui vos ex nomine? nonne Deum agnoſcebant? agnoſcebant quidem, ſed in Deum amore non ferebantur, vt Moyſes, & ideo hic ſpecialiter à Deo ex nomine agnoſcitur. Fauet Hugo Victorinus, *Magnum ſignum eſt dilectionis, quod Rex non negligens*

Hugo Victorinus.

ſeruum ſuum, eius nomen proximum cognoſcit, adeo illũ ad ſe vocat, ita hic de Deo & Moyſe intelligendum, quod dederat ei Deus ſpecialem gratiam præ cæteris, ſicut proprium nomen ſpecia- S.Thomas. *lem proprietatem ſignificare habet.* B. Thomas lect. 1. in 1. Corinth. cap. 8. *Si quis diligit Deum & cum charitate ſcientiam habet, hic cognitus* 2 ad Tim. 2. *eſt, id eſt approbatus ab eo, nouit enim Dominus qui ſunt eius,* 2. *ad Timoth.* 2.

Optimo Principi quid non debet populus!

103. *Verbum illud quod locutus es faciam, inueniſti enim gratiam coram me.* Quodnam verbum locutus eſt Moyſes, vt populo idololatræ condonaret? vt non Angelus, ſed ipſemet eum in terram Chanaan euntem præcederet? ſed cum apud te ſtatuiſſes votis populi non conſentire, quomodo quaſi mutatâ ſententiâ, quod petijt Moyſes obtinuit? pende quid ei dixerit Deus, inueniſti enim gratiam coram me: meritis tuis hoc conceſſi, vt inde colligat populus, quid optimo Principi debeat. Cardin. Cajet. *Ecce plena exauditio*, inquit Cardin. Cajetan. *& ratio ſubditur, quia inueni gratiam in oculis meis, vbi clare patet non propter Patriarchas, ſed propter Moyſen, Deum plenitudinem beneficij præſentia ſuæ cum populo conceſſiſſe.*

Vnius iuſti deprecatio efficaciſſima eſt, etiam pro innumeris fere peccatoribus.

104. *Verbum iſtud quod locutus es faciam:* An verbo nominas plura, & ea difficillima, quæ à Moyſe poſtulata ſunt? nonne vt populo grauiſſimam offenſam, nempe vituli adorationem petijt remitteres? nonne vt tu ipſemet dux populi, & eius itineris comes? nonne vt glorificaretur populus ab omnibus gentibus deprecatus es? quomodo ergo cum eſſent innumeri idololatræ, pro eis, non vnum quid, ſed plura obtinuiſti? vt ſciremus vnius iuſti deprecationem pro innumeris fere peccatoribus eſſe efficaciſſimam. *Moyſes*, inquit Seraphinus Caponius. Seraphinus Caponius concl. 2. huius cap. *oratione, Deus & furorem remittit in populum maxime peccatorem, & comitatum cum populo promittit; dicit namque aſſignans cauſam tum*

A *ſuæ migrationis, tam illius promiſſionis: quod Moyſes inuenerat gratiam apud Deum. O grandis valor meriti vnius iuſti, ſiue orationis pro peccatoribus multis! Primo dixerat Deus cap. eodem, quod non aſcenderet cum populo, mitigatus eſt. Secundo dixerat, quod ſi aſcenderet cum populo, ſemel deleret populum, mitigatus eſt: qui ſcit? verbum (inquit Deus) quod locutus es faciam, quod locutus fuerat Moyſes; duo: ſcilicet, & quod Deus ambulare dignaretur cum populo, & quod populus Iudæorum glorificaretur ab omnibus habitantibus in terra. Primum à Moyſe dictũ pro mitigatione primi fuit allatum: ſecundum pro ſecundi à Deo comminati: & aduerte, quod Moyſis oratio plus obtinuit, quam diximus, non enim tantum ob Moyſis orationem, non* B *deleturum Iſraelem promiſit Deus: ſed etiam pollicitus eſt ſe glorificaturum Iſraelem coram omnibus habitantibus in terra. O iuſti vigoroſa oratio, atque fiducia! ô Dei facilis miſeratio, atque largitio!* S. Cyrill. lib. 4. in Ioan. cap. 5. S. Cyrillus. *Indigne ferens*, inquit, *defectionem Iſraelis, non aſcenſurum cum ipſis in terram promiſſionis aſſerit, ſed Angelum quemdam miſſurum dicit, verum Moyſis reſpectu impulſus, veniâ conceſſâ, rurſus vna cum eis iturum ſe promiſit.*

Deus gratiam bonis operibus auget.

Verbum iſtud quod locutus es faciam, inue- 105.
C *niſti enim gratiam coram me:* Quid? an nunc ſolum gratiam coram te inuenit? nequaquam id credendũ, quid ergo eſt quod poſt deprecationem factam de condonando Iſraelita, audit à Deo coram me inueniſti gratiam? non de nouo acquiſitam, ſed aliquo gradu ſancta deprecatione tua adauctam. *Qui inculpatam*, inquit Procopius, *vitæ ſectatur rationem, is gratus acceptuſque Deo eſt, quapropter Deus aſ-* Procop. *fatur Abrahamum, da operam mihi placeas, & ſis irreprehenſibilis, ad hunc modum gratiam in oculis Domini inuenit Noachus, Angelus quoque ſanctam Virginem alloquitur ſic inueniſti gratiam apud Deum, ſi quædam in vobis fuerit gratia quæ adlubeſcit Domino, eam Dominus ſua compenſat gratiâ quam impertit virtutis opera patrantibus.*

VARIET. LECT. Verſ. 18.

VVlg. Qui ait, oſtende mihi gloriam tuam.

Sept. Oſtende mihi teipſum.

Pag. Fac me videre quæſo.

Alij, Nunc gloriam tuam.

Cajet. Fac me videre honorem tuum.

CONCORDIA.

Dictio נא na, quæſo, obſecro: nunc interpretatur, Hebr. habet את כבדך gloriam tuam, Septuag. autem ἐμφάνισον μοι σεαυτόν, oſtende mihi teipſum, quod idem, nam in oſtenſione ſui ipſius oſtenſio gloriæ includitur. Cabod autem gloriam, & honorem ſignificat.

EXPOSITIO.

QVi ait oſtende mihi gloriam tuam: Valde A probabile eſt Moyſen hac petitione à Deo, vt ſeipſum ſibi oſtenderet, ſicuti eſt, per oſtenſionem gloriæ intellexiſſe (vt Theologi vocant) notitiam facilem, hoc eſt claram, quia cognitiones alias in figura, & gloria corporali ſatis familiares habuit, quod etiam probatur ex modo ipſo poſtulandi, oſtende mihi gloriam tuam, per quod manifeſte petit claram Dei viſionem, non enim intellexit obſcuram viſionem, cum hanc ſæpè habuerit, nec ob id mortuus fuerit. Ita ratiocinatur S. Aug.

S. Auguſt. 12. de Geneſ. ad litt. c. 27. concupierat Moyſes videre Deũ vtique non ſicut viderat in monte, nec ſicut videbat in tabernaculo ſimilitudinibus corporis, ſed ſpeciem ſuam, quantum eam capere rationalis creatura poteſt, ſeuocata ab B omni corporis ſenſu, & ab omni ſignificatioo ænigmate ſpiritus.

Philo. Alij per gloriam, vt Philo lib. de Monarch. intelligit idæas, & poteſtates quæ ſunt in Deo, & mente illius. Tertull. intelligit gloriam humanitatis Chriſti, quam ipſe oſtendit in transfiguratiune in monte Thabor coram Moyſe, & Elia: alij autem per hæc verba, aſſerunt tantum petijſſe, vt Dominus, id eſt, Angelus Domini perſonam ſuſtinens qui caligine tectus cum eo loquebatur, illam amoueret, vt clare gloriam eius, id eſt, ſpeciem exteriorem gloriæ eius videre poſſet, idque ad hoc vt clariorem diuinæ Majeſtatis cognitionem ex hac viſione perciperet, vtque populo gloriam hanc Dei referre, & prædicare poſſet, loquebatur enim Dominus cum Moſe voce corporea, ſed ab eo ob caliginem non videbatur, cupiebat ergo Moyſes formam eius qui ſecum loquebatur videre: alij tandem aſſerunt non petijſſe viſionem eſſentiæ diuinæ, ſed tantum videre Deum ſub excellenti forma, qua apparere poſſet, ſed ex omnibus ſententijs mihi probabilior prima videtur. Tertull.

CONCEPTVS.

Non ignominiæ, ſed gloriæ ſeminarium crux Domini atque Paſſio.

106. *Oſtende mihi gloriam tuam*: Qua petitione, (vt diximus) æſtuabat Moyſes beatæ diuinæque viſionis fieri particeps, nihilominus (vt inferius videbimus) nequaquam hoc ei conceſſum: ne tamen fideli ſeruo denegaſſe quod peteret, videretur, Deus reſpondet contingere non poſſe, vt gloriæ ſuæ ſit particeps, factu-rũ ſe tamen, vt aliud contẽpletur, ſimilis quodammodo gloriæ cum ipſa clara patriæ viſione, nempe oſtenſuram ſe ei in ſpiritu, & mentis exultatione, manuum veſtigiorum foramina quibus plagatus fuit, hoc illa denotans ſecundum noſtrum Lyranum, imo & ſecundum B. Aug. quod in petra cauernæ conſpecturus ſit poſteriora illius, id eſt ſacram humanitatem vulneribus confoſſam. Sic enim

Lyran. S. Auguſt. Lyran. ponam te in foramine, id eſt retinebo te in contemplatione Chriſti paſſi, & S. Auguſt. quæſt. 154. in Exod. ſtabis ſcilicet ſupra petram puta poſt tranſitum Chriſti, id eſt D Paſſionem & Reſurrectionem. Verum nonne cruentati, & laceri ſacratiſſimi corporis intuitus, mœrorẽ potius, & largos ſingultus Moyſi allaturus eſt, quam gaudium, & conſolationem? quis enim ad tam indignam crudelitatem lachrymas continere poſſet? ſed non tam ipſam crucis tragœdiam reuelaturum ſe legiſlator promitrit, quam hac conſecutos triumphos, ponam te ait in foramine petræ, id eſt cicatrices tibi monſtrabo, & protegam manu tua, donec pertranſeam, hoc eſt abſcondam ab oculis tuis, quæ luctuoſa ſunt, & aperiam gaudijs plena, eritque vt ab huius delectatione victoriæ, quaſi tantum in te dulcedinis deriuetur, quantum fere ab ipſo torrentes voluptatis inebriatus biberes, de æterni & incommutabilis vultus clariſſimo lumine; faciẽ igitur ad faciem me non videbis, quoniam populo meo adhuc es neceſſarius, huius tamen inexhauſtæ conſolationis recompenſabo abſentiam, detecta tibi ea quæ per crucẽ & tormenta adipiſceuda ſit gloria: quãta autem lætitia perfundi debeamus ex huiuſmodi crucis Dominicę Paſſione contemplatione demõſtrat Berengoſius C Abb. lib. 2. de Inuent. S. Crucis c. 9. vbi in medium adducit inenarrabile gaudium, quo pleni redditi fuere populi in inuentione ſanctæ Crucis. *Excluſa*, inquit, *antiqua Iudæorum perfidia, ſpiritalis ibi cantici cythara, & lyra ſymphonum reſonauit ac tibia, quoniam vt nullius profeſſionis, aut ætatis congrua ibi deeſſet perſona, illuc vicinus & incola, peregrinus occurrit, & aduena, vt ſicut nullus eorum à culpa videbatur immunis, ſic eadem gratia ſingularis omnibus poſſit eſſe communis: quantus ibi eſſet concurſus gentiũ, & populorum lætitia, percipere non poteſt auditus aurium nec viſus oculorum: quoniam omnes qui aderant tantum ibi gaudium tantumque habuere tripudium, vt propter videndi deſiderium ea hora comedendi etiam dimitterent ſtudium, deinde ſi-* D *cut contriſtari cœperant Iudæi, dum in ligno Dominico viderunt gloriam Dei, ita Chriſtianus gauiſus eſt populus, quando idem cæleſtis myſterij viſus eſt loculus.* Berengoſ. Abbas.

Gloria, quoddam onus viribus noſtris non ferendum.

Oſtende mihi gloriam tuam, In Hebr. reſpondet gloriæ, nomen Chebod à radice Chabed, quod onerare ſignificat. Quid? an gloria onus, cum ſit quoddã ſpirituale? ſcio peccata onera eſſe, iuxta illud Dauidis, ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me iniquitates: verũ eſt, gloriã quid ſpirituale eſſe, & tamen onus eſſe, quod vt tollamus, oporter viribus internis pollere, & certe niſi mens lumine gloriæ confortetur, gloriam illam nequit ſuſtinere: vnde violenti 107 Pſalm.

robuſtique rapiunt cœlum, forte autem id poſtulat Moyſes, vt gloriæ poodus, quaſi à ſe tentandum demonſtret Deus, an ſcilicet illud ſuſtinere valeat, cui congruit quod reſpondet Dominus, faciem meam videre non potes, noo enim videbit me bomo, & vioet, quaſi per exaggeratiooem diceret, obruet te poodus gloriæ meæ, & plane oecidet.

Gratia Dei cor hominis dilatat.

108. *Oſtende mihi gloriam*: Quod petieras obtinuiſti, faciem Dei, te & populum tuum præcedere poſtolaſti, & ab eo audiſti, facies mea præcedet te. Quid amplius requiris? cur adhuc Deum vrges? nonne Deus ei dixerat inueniſti gratiam coram me? non miror igitur, nec à petitionibus ceſſare, ſemper nouas accumulaotem. *Solet enim gratia*, inquit Oleaſt. *cor hominis dilatare, vt ſemper ad maiora ſuſpires.* Oleaſt.

Quærentibus primo loco regnum Dei, etiam alia adycientur.

109. *Oſtende mihi gloriam tuam*: Agitur de ducẽdo populo, & in terram abundantiſſimam omnibuſqoe bonis fertiliſſimam introducendo, poſtula ergo, vt cum in eam peruaueris, te præ omnibus diuitem reddat, & vt onus dignitatis tuæ, necnon tanti magiſtratus conditionẽ ſuſtioere valeas, pingue ſolum tribuat, necnon ampliſſimas hæreditates: de bis nequaquam ſollicitus, gloriam petit, qui enim primo regoum Dei inquirit, cætera adijcientur. Hæc habet Tertull. lib. 3. coutra Marc. prope finem, Tertull. *Nos primo ad cæleſtia innitamur cum à ſæculo auellimur, & ita etiam poſtea inuenimur terrena conſecuturi, & Euangelium quoque noſtrum habet, quærite primo regnum Dei, & hæc adycictur.*

Deum ab omnibus honorari, enixe petere debemus.

110. *Oſtende mihi gloriam tuam*, Cajet. fac me videre honorem tuom, quid? an petit viſiooem eſſentiæ diuinæ? hoc non credit Cajet. Quid ergo? honorem tuum, quem honorem? an quẽ habere potaſt apud homines? Ita ſentit præfat. Gardin. cuius ſenſus, quod ipſe Moyſes petierit, vt Deus ab omnibus homioibus honoretũr, nec aliquid ſit in ipſo, nec in quolibet alio homine, quod in Dei gloriã non feratur, eius verba ſubijcio, *Fac me nunc videre honorem tuum, non habetur hinc quod petatur viſio perſonæ quæ honoratur abſolute, quocirca non petit Moyſes videre Deum ſicuti eſt, ſed petit videre Deum ſecundum quod honoratur, gloriam meam inter homines, ait Moyſes, ô Domine haud curo, tua ſolum eſt cura, videam te ô Domine Deus, quod vnum in votis habeo, ab hominibus laudari & honorari, hæc mihi nunc quoad viam ſummæ fælicitas eſt, æterna vero, tua erit, facie in cœlo perfrui glorioſa.* Cardin. Cajet.

Erga Deum nobis beneficum regij ſimus animi, ab eo maxima poſtulantes.

111. *Oſtende mihi gloriam tuam*, præter D. Aug. in expoſit. citatum, habemus & D. Ambroſ. ſerm. 8. in Pſalm. 118. tenentem qood his verbis petierit Moyſes diuinæ eſſentiæ viſiooem beatificam, ait enim rogaoit eum, vt ſe dãmõſtraret, & facie ad faciem eum videret: quo-

A modo quod ſolum beatis ſpiritibus conceſſum erat, audet à Deo exigere mortalis adhuc exiſtens? noodum Patriarchæ tui prædeceſſores, licet vita functi hanc gratiam conſecuti ſunt, in limbo enim detinentur, ne ergo quidquam de potentia Dei ordinaria impoſſibile poſtules? ſenſerat Deum erga ſe beneficum, & ideo tanquam ſi ipſi regius animus, non erga humilia graditur, imo nec quæ communiter homioum deſiderijs ſatisfaciunt, ſed ad maxima euolat ea petens à Deo liberaliſſimò. Sic ad meotem noſtram S. Bernard. ſerm. 32. in Cant. *Iam vero magni Patris familias, ſeu regiæ maieſtatis ſchema apparere exiſtimo, his qui accedentes ad cor altum de maiori ſpiritus libertate, & puritate conſcientia, magnanimiores* S. Bernard.
B *facti conſueuerunt audere maiora, apprehendere ſublimiora non modo ſenſuum, ſed & virtutum. Hi enim pro fidei magnitudine digni inueniuntur, qui inducuntur in omnem plenitudinem: talis erat Moyſes qui audebat dicere oſtende mihi teipſum, talis Philippus qui ſibi, & condiſcipulis patrem flagitabat oſtendi: tales itaque magna audent, quia magni ſunt.* Pende vltima verba, *Quia magni ſunt*, quia regij ſunt animi erga Deum beneficum, & ideo non ad quæcumque licet optatiſſima, ſed ad maxima etiam quæ captum noſtrum excedunt, petenda eriguntur.

Dei voluntati maxime conformes ſimus; & obedientes.

C *Oſtende mihi gloriam tuam*: Petit booo incommotabili voiri, ire in amplexus vltimi, & optatiſſimi finis: ſed quibus veotis portus occupaodos ſit perennis lætitiæ, per quos gradus pergendum, vt videatur Deus deorum in Sion? num ſcilicet pèr diuitias magis, quam inopiam? ao per honores, vel per infamiam? per regimen populi, vel per illius abdicationem? ao per triumphos, vel per ſeruitutem? non audet præfigere: ſolum gloriam quæ cum Deo eſt coniunctio, flagitat, de reliquo negligens. Aduertit hæc præfat. S. Bernard. ſerm. 7. in Cant. *Non petit libertatem, non mercedem, non hæreditatem, non denique, vel doctrinam.* Adde ſed ſolum gloriam, quid hoc eſt? niſi quod in hoc oſtendit, plenæ abdicationis obedientiam, in nullam inclioans partem, ſed ſoli diuinæ voluntati ſe ſubijciens. 112. Præfat. S. Abbas.

D *Anima noſtra ad ſublimiora de die in diem ferri deſideret.*

Oſtende mihi gloriam tuam: Nonoe ipſius faciem ante poſtulaſti, quod tibi nequaquam negatum pro tãto ergo accepto beneficio gratiarom actiones Deo liberaliſſimo repende. Cur vlterius ad noua petenda, & hæc maxima progrederis? quia anima noſtra ſemper ad habenda ſublimiora ioardeſcit, nihil eam ſatiſfacit perfectè, niſi ſummi boni conſecutio. Audiendus B. Gregor. Niſſen. lib. de vita Moſis, Quemadmodum grauia, & rotunda corpora, ſi è cacuminibus montium lapſa deorſum fuerint, & ſi nullus poſtea ipſa impulerit; ipſa tamen per ſe vehementiori impetu, ſi nihil impedimenti ſit, ſemper deferuntur, quouſque ad planiciem deſcẽderint: ſic anima cuius natura ſecum fertur, terrenis abſoluta cu- 113. S. Gregor Niſſenus.

“ piditatibus ardeotior, in dies ſit velociuſque A
“ pertranſit ad ſublimiora ſemper conſcendens,
“ nam eum nihil ſibi ſit impedimento, per ſeip-
“ ſam ad naturam boni fertur. Attrahit enim ad
“ ſe natura ipſius boni, omnes qui ad polchritu-
dinis eius radios ſani poſſint reſpicere: ita ſit
“ vt cœleſtium deſiderio ſemper ad maiora, vt
“ Apoſtol. ait, conſurgat ac ſemper ad altiora
“ peruolet. Nam eum per ea, quæ iam percepit,
“ ad maiora perſpicere, & aſpicere poſſit, maiu-
re atque maiore deſiderio ſemper ardet, ac ſi “
indeſinenter ſurſum fertur, his quæ peracta “
ſunt robuſtior facta: ſolum enim virtutis actio
nutrit laborem, vireſque auget. Quapropter “
magnus ille Moyſes, cum ſemel per ſcalam in “
qua Deus innixus erat, vt Iacob dicit, aſcen-
dere cœpiſſet, nunquam ſtetit, nunquam ter- “
minum motus nouit, ſed ſemper de gradu in “
gradum aſcendebat, nec enim deficere vn- “
quam poteſt altior gradus.

VARIET. LECT. Verſ. 19.

Vlg. Reſpondit, ego oſtendam omne B bonum tibi, & vocabo in nomine Domini coram te, & miſerebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit.

Sept. Et dixit, ego tranſibo prior te gloria mea, & vocabo nomine meo, Dominus ante te, & miſerebor cui miſertus ero, & miſericordiã præſtabo, cui miſericordiã præſtitero.

S. Auguſt. Ante te in gloria mea, & vocabo in nomine meo, Dominus in conſpectu tuo.

Cald. Tranſire faciam omnem gloriam meã ſuper faciem tuam, &c. & clemens ero, cui clemens ero.

S. Ambroſ. Ego antecedam te nomine meo, & vocabo in nomine meo Dominum in conſpectu tuo.

Procop. Tranſibo ante te gloriã meã, & vo- C cabo in nomine Domini, & miſerebor quem commiſeror.

Onk. Ego faciam tranſire. *Vatab.* pertranſire, omne bonum meum ante faciem tuam, propitius ero, cui propitius ero.

Pag. Inuocabo nomen Domini ſuper te, miſerebor cui miſerebor, & miſerebor cui miſerebor.

Mont. Et gratiã addam, cui addam gratiã.

Cajet. Et vocabo in nomine Iehouah faciei tuæ, & miſerabor, quem miſerabor.

Oleaſt. Clamabo in nomine Domini.

Alij, Et clamabo nominatim, Dominus eſt coram te.

Antiqua exemp. Et vocaba in nomine Domini coram te.

Rab. Salom. Legam in nomine Domini.

CONCORDIA.

Ego oſtendam omne bonum, Eugub. ait, hæc periodus penitus in contrarium ſenſum vertitur à Sept. ſic legẽtibus, ἐγὼ παρελεύσομαι πρότερός σου ἐν δόξῃ μου, ego præcedam te prior, vt gloria mea, clarumque eſt quam alienum hoc à vero ſit, hęc ille: ſed illud πρότερος, aduerbialiter vt legit Aug. vel pro præpoſitione, πρὸ ſomi debet: & ſic conſtabit male reprehenſos ab Eugub. Sept. interpretes: Legimus in Bibl. correctioribus, & vocabo in nomine Domini: alia autẽ exemplaria in paſſiuo habent vocabor, ſed per actiuũ paſſiuum reddunt, Cald. Hebr. Sept. & vocabo nomine meo, vel vt habet S. Aug. in nomine meo Dominus ante te: ideo ita vertunt, quia id referũt D ad Deum, quaſi Deus coram Moyſe tranſiturus, & gloriam ſuam oſtenſurus ſit, Moyſen admoniturus, & clamaturus, Dominus adeſt: Pag. habet inuocabo nomen Domini, ſane vocare, vel inuocare in nomine Domini, Hebraiſ. idem denotans, quod inuocare nomen Domini: & miſerebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit, Hebraice eſt, miſerebor cui miſerebor, & miſerebor cui miſerebor. Certe in Vulg. idem eſt ſenſus vtriuſque orationis, licet diuerſis verbis expreſſus, ſicut ſæpe in ſcriptura contingit, vel ad maiorem emphaſim, vel quod ſic vel aliter dicatur. Rabi Salomon habet legam, id eſt legere faciam, ſed adhibitâ, vt ſolet, ſabellâ qua vult Moyſen in tergo Dei legiſſe nomina, & modos flectendi Deum ad pietatem.

EXPOSITIO.

Reſpondit, ego oſtendam omne bonum, nomine omnis boni non intelligenda ſola corporea facies, licet fulgentiſſima, & ſpecioſiſſima aſſumpti corporis, quæ multum abeſt ab ea dignitate, vt poſſit cenſeri, vel dici omne bonum, cum propter externum quemdam ſplendorem, quem Deus faciei illi potuiſſet indere, nihil præterea boni haberet, neque ſatis eſt, vt quis dicat eam vocari omne bonum, quia erat repræſentatiua omnis boni, nam eo modo etiam ipſa Dei vox quam Moyſes audiebat, potuiſſet dici omne bonum, eo quod ipſa etiã Deum repræſentat: nomine ergo omnis boni intelligenda venit diuinæ eſſentiæ viſio, quod tamen complendum non erat quoad viueret, ſed opportuno tempore in futuro ſæculo, viſio enim eſſentiæ diuinæ, eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione completus.

Et vocabo in nomine Domini coram te, id eſt faciam te inuocare nomen Domini, quãdo eris coram te, ſiue tanta te admiratione, & ſtupore eorum quæ videbis, complebo tantam tibi notitiam meorum attributorum, ac perfectionum effundam, vt mox in Dei laudes, & inuocationem proſilias: alij etiam ſic rectè explicant, ego vocabo in nomine Domini, id eſt ego inclamabo nomen Domini, cum videlicet trãſibo ante te in petra tectum, & abſconditum, inclamabo vt ſcias me tranſire, ac reſpicias, meaque poſteriora videas: inclamabo inquam

epitheta nominis Dei, dicendo (vt dicitur cap. ſequenti dominator Deus miſericors, & clemens, patiẽs, & verax, idque vt doceam te modum inuocandi & deprecandi me, meque his epithetis compellandi, *& miſerebor cui voluero*, nõ pauci ſic explicãt beneficium vocationis & iuſtificationis exhibendo non pro meritis ſed gratis, *& cui voluero & clemens ero*, in quẽ mihi placuerit, priores namque effectus prædeſtinationis, non ex debito iuſtitiæ, ſed iuxta beneplacitum meum hominibus conferam, qui autem ſic explicant, fundantur in illo Apoſtoli A Rom. 8. miſerebor cuius miſereor, & miſericordiam præſtabo, cuius miſerebor. ſed ibi Apoſtolus ſecundum mentem ſuam loquebatur, quæ erat oſtendere non ex operibus legis vel naturæ aduenire homini gratiam iuſtificationis, ſed ex ſola Dei miſericordia, attamẽ hic non adeo hæc verba reſtringenda, ſed dilatanda mihi, vt ſignificent Deum, beneficia in eos quos vult, conferre citra vllum meritum, ex ſola gratia & miſericordia vt nemo debeat vel poſſit conqueri, quod erga aliquos præ aliis tam eximia dilectionis ſigna exhibeat.

CONCEPTVS.

Deus bona ſua vocat quæ ſunt homini vtilia.

III. *Oſtendam tibi omne bonum*, ex Heb. tranſire faciam omne bonum meum, ſi nullum eſt bonũ quod à te non procedat, cur ais te oſtenſurum omne bonum tuum Moyſi? ſat eſt dicere omne bonum oſtendam tibi: aliqui per omne bonum intelligunt, aliqua attributa ipſius Dei quæ ipſemet enuntiaturus eſt, cum ante conſpectum Moyſis tranſiet, quæ ipſemet expendit capite ſequenti dominator, miſericors, & clemens, patiens, & multæ miſerationis, & verax, qui cuſtodiet miſericordiam in millia, en cur ait ſe oſtenſurum bonum ſuum Moyſi! quia ſua bona vocat, quæ ſunt homini vtilia, imo quæ maxime neceſſaria. *Cogita* (inquit Oleaſt.) *quæ ſunt omnia bona Dei, nempe eſſe clementem, miſericordem, tardum ad iram, multum miſericordia & veritate, vt noſtri miſereri ſit omne bonum eius. non dicit bona ſua eſſe ſapientem, potentem, & id genus alia, ſed miſericordem veracem, ſed enim hoc, iuſtum & incomprehenſibilis iuſtitiæ.* Oleaſt.

Dei miſericordiæ & gratiæ, omnia noſtra bona tribuenda.

IIII. *Oſtendam tibi omne bonum, & miſerebor cui voluero*, Sept. miſerebor cui miſertus ero, & miſericordiam præſtabo cui miſericordiam præſtitero. quid? nonne ô Deus perſonarum acceptor es, qui miſericordiam non omnibus ſed ſolum aliquibus impertiris, nempe quibus volueris? omnibus ſane ad ſalutem ſufficientiſſima præbet miſericors auxilia, ſed nullus eſt qui bona quæ operatur, non debeat Dei infinitæ miſericordiæ tribuere: ad mentem noſtram ſic D. Ambr. lib. 10. epiſt. 84. ad Demetriadem, quis D ſine auxilio gratiæ poteſt fructum afferre iuſtitiæ? aut quis audet dicere ſe à Chriſto non diuidi, qui Chriſtum in ſe diffitetur operari? an forte verendum eſt, ne liberum videamur tollere arbitrium, cum omnia per quæ propitiatur Deus, ad ipſum dicimus eſſe referenda? quod nequaquam eſſe conſequens veritatis oſtenditur, operante enim ſpiritu Dei iuuatur arbitriũ non aufertur, & hoc agit gratia vt voluntas peccato corrupta, vanitatibus ebria, ſeductionibus circumſepta, difficultatibus impedita, non remaneat in langoribus ſuis, ſed per opem miſerentis medici curata reualeſcat, & gaudeat ſe non interrogantem edoctam, & non quærentem eſſe quæſitam, quia impletur quotidie quod Eſaias Propheta prædixit, quibus non eſt

B annuntiatum de eo videbunt, & qui non audierunt intelligent. quomodo autem hoc fiat Ioan. Apoſtol. hoc docet, dicens, ſcimus quia ex eo ſumus, & totus mundus in maligno poſitus eſt, & ſcimus quoniam filius Dei venit, & dedit nobis ſenſum, vt cognoſcamus verum Deum, & ſimus in vero filio eius: quod vtique nunc eadem potentia Dominus indeſinenter operatur, qui ait, ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationẽ ſæculi. vt ergo miſericordiã Dei quæramus, Dei miſericordia eſt qui ait, miſerebor, cui miſertus ero, & miſericordiam præſtabo cui miſericordiã præſtitero. vnde per Hieremiam idem Dominus manifeſtat, quod Dei gratiam nemo præueniat merito ſuo, ſed propter dilectionem qua Deus diligit, etiam auerſos ad miſericordiam trahi, dilectione (inquit) æterna dilexi te, propterea traxi te ad miſerationem, C quia ædificabo te & ædificaberis virgo Iſrael. cui ſententiæ Ioann. quoque Apoſtol. congruit dicens, non quaſi nos diliximus Deum, ſed quoniam ipſe dilexit nos. & infra, nos ergo diligamus quoniã Deus prior dilexit nos. Paulus quoque Apoſtolus in eadem eſt ſententia, dicens in epiſt. ad Timotheum ſecunda, collabora Euangelio ſecũdum virtutem Dei, qui nos liberauit, & vocauit vocatione ſancta non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum propoſitum ſuum, & gratiam quæ data eſt nobis ante tempora æterna: ad Titum etiam ſcribens docet. nullo bono hominis merito Dei gratiam præueniri eramus, inquit, & nos inſipientes aliquando, increduli, errantes, ſeruientes deſideriis & voluptatibus variis, in malitia & inuidia agentes, odibiles odientes inuicem, cum autem benignitas & humanitas apparuit Saluatoris noſtri, non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiã ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis Spiritus ſancti, quem effudit abunde in nos per Chriſtum Ieſum Saluatorem noſtrum, vt iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternæ: omnis igitur illuminatarum mentium pius motus alienari quidem non poteſt à propria hominis voluntate, ſiquidem nihil recte faciet, niſi quod volens egerit, ſed vt ad id quod æquum & vtile eſt, animi tendat intentio, de illius æternæ & incommutabilis voluntatis inſpiratione concipitur.

Eſai 52.
1 Ioan. 5
Matt. 28.
Hiere. 31.

Innumera ſunt Dei miſericordiæ.

113 *Oſtendam tibi omne bonum, & miſerebar tui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit,* quænam miſericordia miſereberis? cur id ſpecialiter non exprimis? quia innumeræ ſunt illius miſericordiæ, quarum numerus recenſeri non poteſt. vnde Procop. licet plures recenſeat nequaquam tamen ad illarum terminum peruenire poteſt: ſic autem ait vbique ſentitur, Dei miſericordia, plena ſiquidem eſt terra miſericordia eius, hæcque ſemper ſentitur. nam canitur in æternum miſericordia eius. Cæterum miſericordia Dei multis varijs modis dicitur, nam miſericordiæ remedium implorat, qui reſipiſcendo ex peccatis cum confeſſione in hæc verba prorumpit, miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiã tuam, & ſecundum multitudinem miſerationum tuarum, dele iniquitatem meam: eſt miſericordia ſecundum quam inquit Paulus, miſericordiam conſecutus ſum quia ignorans feci, eſt miſericordia quæ miſericordibus innaſcitur, & obtingit: nam legitur beati miſericordes, quia ſi miſericordiam conſequentur eſt miſericordia, quam adipiſcuntur qui ſentiunt & cognoſcunt ſe eſſe imbecilliores, quam vt poſſint exequi voluntatem diuinam, & idcirco confugiunt ad auxilium Dei, certe Deum poſſe bonorum propoſitum ad debitum finem perducere, non enim eſt volentis nec currentis, ſed Dei miſerentis, qui in hunc modum animatus fuerit, forti pectore pronunciat: miſerere mei Deus, quia in te omnes fortunas, & ſpes ſitas habet anima mea. Apud Prophetam vociferantur quidam, miſerere noſtri Deus, quia in te confidimus. eſt miſericordia quæ videtur pœnes illos, qui ſummis votis deſiderant Deum, eiuſque præcepta ad rem conferunt. ſiquidem Deus facit miſericordiam in millia his, qui ex toto corde diligunt ipſum, & præcepta eius in effectum perducunt. eſt miſericordia, qua vigent, qui recte ipſum cognoſcunt, ſecundum illud ſcripturæ oraculum extende miſericordiam tuam his, qui te cognoſcunt, & iuſtitiam tuam rectis corde ſingulis autem qui illa faciunt, ait miſericordia æterna commiſerabor te. hi in ſuis precibus inquiunt: cito præueniant nos commiſerationes tuæ Domine. quia ad inopiam redacti ſumus valde: & tu Domine ne elongaueris à me commiſerationes tuas, non ſolum in iſtos, quos modo recenſuimus, extendit ſuam miſericordiam Deus, ſed etiam indigni diuinam experiuntur miſericordiam, vt ex illo patet, quod ſolem ſuum exoriri ſinit ſuper iuſtos & peccatores, hæc miſericordia in vniuerſum ſparſa eſt orbem, ad miſericordiam quæ ad nos pertinet, trahendum eſt illud proloquium ſcripturæ miſerebor cuiuſcumque miſereor.

Creatura aliquod bonum, ſed Deus omne bonum, & ideo præ creaturis diligendus.

114 *Oſtendam tibi omne bonum*, nonne ſatis erat dixiſſe oſtendam tibi bonum? in qualibet creatura aliquod bonum eſt licet participatiue, & ideo ſi dixiſſet Moyſi oſtendam bonum in qualibet autem non omne bonum: nequaquam acquieuiſſet dono Dei ſed vlterius precibus eum cõpuliſſet, vt ſibi nempe omne bonum manifeſtaret, quia in ipſo ſolo ſatiari poterat, in creaturis licet perfectiſſimis nequaquam. vnde erudite B. Auguſt. in Pſal 102. *Bonum tuum, bonum ſummum bonum, hoc eſt bonum tuum, ſunt & inferiora bona quæ aliis bona ſunt, pecori quod eſt bonum niſi implere ventrem? carere indigentia dormire, geſtire, bibere ſanum eſſe generare: tale tu bonum quæris, cohæres Chriſti quid gaudes, quia ſocius es pecorum? erige ſpem tuam ad bonum bonorum omnium,* & præmens hæc verba Exodi lib. 8. de Trinit. ait, *quid plura & plura? hoc bonum & illud bonum, tolle hoc & illud, & vide ipſum bonum ſi potes ita Deum videbis, non alio bono bonum, ſed bonum omnis boni.* 117 S. Auguſt.

Deum ſequere & omne bonum conſequeris.

115 *Oſtendam omne bonum tibi*, quo nihil excellentius haberi poteſt, quid ei Deus? poſteriora mea videbis, faciem tuam videre, omne bonum oſtendi petit, & regnum tuum videndum ei polliceris, cum gloria tua pertranſierit. quid? id omne bonum appellas? quidni? omnes enim bonum conceditur homini, cui in hac vita datur, vt abeat poſt Deum, vt nunquam non ſequatur, & quærat Deum abeuntem, ita D. Greg. Niſſen. hom. 12. in Cantic. *His verbis decernur eum, qui videre Deum cupit, deſiderij ſemper compotem fieri ſequendo*, Sequere Deum ſemper, habes quidquid bonum habere, potes hîc habere, in facie Dei naſcentis præ ira abſcondentis forſan periculum eſt: at in ea ſequela qua fit poſt Deum ipſum ſequendo nullum periculum eſt: at in ea ſequela ſapientiſſima ſponſa dilecto ſuo dixit, trahe me poſt te; cur non potius petit ante faciem Dei trahi? quid enim optabilius quã facies Dei quam enixe petebat Moyſes ſibi oſtendi? nihilominus non ante ſponſum trahi petit, ſed poſt ſponſum, vt pote ſciens nihil præſtantius & ſecurius eius ſequela, Do. D Bernard. ſerm. 21. in Cant. ſic loquentem. *Scio (inquit ſponſa) me nequaquam, poſſe peruenire ad te niſi gradiendo poſt te, ideoque precor vt me trahas poſt te, quam pauci poſt te ô bone Ieſu ire volunt, cum tamen ad te peruenire nemo ſit qui nolit, non curans quærere quem tamen deſiderant inuenire, cupientes conſequi ſed non ſequi.* S. Greg. Niſſen.

Virgo ſanctiſſima generis humani bonum.

116 *Oſtendam tibi omne bonum*, diximus viſionem beatificam petiiſſe, quâ nihil melius, cum in ea Deus optimus poſſideatur, ſed humani generis aliud ne omne bonum nuncupari poteſt? quidni? nempe virgo ſanctiſſima, ſic enim eam appellat S Idiota in loco inferius citando. *Inuenta* (inquit) *B. Virgine inuenitur omne bonum, Maria omne bonum, vt in ea quilibet inueniat quod amat*, etiam S. Greg. Naz. orat de Chriſto patiente, generis humani bonum Mariam appellat, *omne bonum eſt, vt omnibus bona ſecundum ſuam neceſſitatem & exigentiam tribuat*, vt iure dixerit noſter Seraph. Doctor in ſpeculo, *Gratia Mariæ colligit malos, impinguat bonos, liberat vniuerſos.*

*S.Virgo omne bonum, & ideo plena miſe-
ricordiæ.*

Oſtendam omne bonum, quærens Moyſes à
117. Deo gloriam, hoc reſponſum retulit, cui Deus
addidit, & miſerebor cui voluero, & clemens
ero in quem mihi placuerit, miſericordiæ tan-
tum & clementiæ meminit non iuſtitiæ. ſed ſi à
nobis dictum Mariam omne bonum eſſe, quod
Deus tantum nobis non oſtendit, ſed etiam ex-
hibuit, an ſicut Deus promittens omne bonum
Moyſi, nihilominus illud concluſit ſolum, in
miſericordia & clementia, ita & Maria tota eſt
clemens & miſericors? quis hoc in dubium re-
uocare poteſt? ipſa enim tanquam omne bonũ
nobis ſe offert, vt ſpem miſericordiæ conſe-
S.Idiot. de Virg. quendæ concipiamus, certi quod ab ea nullos
repelletur. ſiſto hîc præfati Idiotæ verba quæ
optima in rem noſtram cadũt; poſtquam enim
dixit, inuenta B. Virgine, inuenitur omne bo-
num, ait. *Ipſa namque diligit diligentes ſe, imo
ſibi ſeruientibus ſeruit, ipſa ſemper benedicta fi-
lio ſuo irato potentiſſime reconciliat ſeruos ſuos,
& amatores: tanta quoque eſt eius benignitas,
quod nulli formidandum eſt ad eam accedere, tan-
taque miſericordia, quod ab ea nemo repellatur.* id
S.Brigitta. habet S.Brigitta lib.3. ſuarum reuel. c. 32. *Ter-
tium quod attrahit, eſt proprietas naturalis, ſicut
apparet de magnete attrahente ferrum: & ideo
ipſa virgo nos ferreos id eſt in malo obſtinatos &
duros debet attrahere, propter proprietatem ſuæ
miſericordiæ: ſicut enim Deo proprium eſt miſere-
ri, ſemper & parcere, ſic etiam & matri eius*, &
Dion. Cart. B. Dionyſ. Carthuſ. opuſc. de laudibus vitæ ſo-
litariæ, ſic virginem alloquitur, *in manibus
tuis ſunt omnes theſauri miſerationum Dei*, quos
ſcilicet in omnes ſpargat clementiſſima.

*Ad virginitatis illabatam gloriam, optimus
cuſtos, humilitas.*

118. *Oſtendam tibi omne bonum*, annuerat enim &
Deus gloriam ſuam petenti; an cogitat de vul-
tu ſuo contegendo, ne à gloria tanta maie-
ſtatis abſorberetur? imo & neceſſe fuit vt ipſe
qui appetitus erat, dextera protegeret, quo-
ad tranſiret. ſed nunc conſulamus quid 3. Reg.
19. dicitur de Helia, latebat in ſpelunca Helias,
3.Reg.19 & Dominus eum viſitauit, iuſſus eſt venientem
præſtolari, foras egredere, inquit textus, & ſta
in monte coram Domino, & ecce tranſit Do-
minus, & ſpiritus grandis & fortis, ſubuertens
montes &c. ſtetit Propheta in limine, & expe-
ctauit venturum. ſed ſtetit quidem pallio vul-
D tum coopertus, cur faciem obuelat? anne ali-
quid optatius poſſit viro præſertim ſancto, quã
Deum maieſtatis intueri? cur igitur ipſe ſibi de-
negat conſpectum vultus deſideratiſſimi? nunc
ad Moyſen redeamus, quid hoc eſt quod He-
lias confunditur Deum intueri, Moyſes vehe-
menter ea optat, & vix impeditur? an non Moy-
ſes vult eſſe humilis? an non oportet? cur igitur
viam humilitatis repudiat quam Helias am-
plexatus eſt? aduerte Moyſen coniugatum vxo-
rem & liberos habuiſſe, vnde ex virginitate
qua non excellebat propter coniugale fœdus
ſuperbire non poterat, vnde vt humilis incir-
cumſcriptum lumen contemplari potuit. He-

A lias vero virgo fuit, totum perpetuo auerſatus,
prudenter igitur vultum cooperit tranſeunte
Domino, ne illum videat, ne magnitudo viſita-
tionis diuinæ extolleret, faſtus virginitatem la-
bafactaret, ſubmittit ſe & vilipendit, atque id
eo pallium obtendit luminibus, veniente Do- Rich. Vict.
mino in ſibilo tenui: ad hæc Ricard. Victor. c.
3. in Cant. *Helias poſt auditum ſibilum auræ le-
nis in qua Dominum eſſe didicit, pallio vultum
operuit, & in oſtio ſpeluncæ ſtetit: ſic homo per-
cepta gratia, & per hanc cognita imperfectione
ſua, vultum pallio operit, quia quanta ignorantia
tegatur, agnoſcit.*

Gloria omne bonum.

119. *Oſtendam tibi omne bonum*, quod nam bonum?
an fulgentiſſimam ſpeciem corpoream alicuius
aſſumpti corporis ſpecioſiſſimi? nequaquam id
B dicerem, ſed viſionem beatificam, ſed gloriam
quam ipſemet Moyſes antea petierat, illa enim
per antonomaſiam non bonum quodlibet, ſed
omne bonum eſt & nuncupatur, audiendus eſt
S.Laurent. Iuſtin. S.Laurent. Iuſtin. opuſc. de contemptu mundi
c.12. quomodo non replebuntur bonis (inquit)
qui in ea erunt, quando inebriabũtur ab vber-
tate domus & potabuntur torrente voluptatis
diuinæ? nihil in illa domo erit deforme, nihil
triſte nihil lubricum, vt viciſſitudine varietur,
erit ibi abundantia pacis, dulcedo charitatis
fraternitatis dilectio, communicatio fœlicita-
tis, immortalitatis decor, diuinæ viſionis reue-
latio, contemplatio verbi veritatis præclara co-
gnitio, fruitio deitatis, maieſtatis illius compre-
henſio, non quanta eſt quæ ſibi ipſi tantum eſt
nota, ſed ſicuti eſt dicente Apoſtolo Ioanne, 1 Ioan. 3
chariſſimi filij Dei ſumus, & nõdum apparuit,
C quid erimus ſcimus quoniam quum apparue-
rit ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum
ſicuti eſt. hoc plane eſt omne bonum, quod ſe
oſtenſurum Moyſi Deus pollicitus fuerat in-
quiens, oſtendam tibi omne bonum, hæc eſt in- Matt. 28.
quam vita æterna, quam ſæculo renuntianti-
bus mediator Dei & hominum homo Chriſtus
Ieſus promittit dicens, omnis qui reliquerit
patrem aut matrem, vxorem aut filios, fratres
aut ſorores, aut agros propter nomen meum,
centuplum accipiet, & vitam æternam poſſide-
bit. porro vita hæc caret fine, doloris eſt neſcia,
mutabilitatis ignara, à quacumque neceſſitate
ſeu infirmitate aliena, quoniam omne quod in
illa eſt, totum lucet, totum placet, totum ſapit,
totum reficit. Cæterum qui ea facti ſunt digni,
quidquid habent ſine perturbatione poſſidẽt,
abſque diminutione communicant, ſine infla-
tione tenent, & abſque vllo faſtidio in præcor-
D diis ſuis reuoluendo cuſtodiunt, contemplando
eſuriunt, eſuriendo manducant, manducando
reficiuntur, refecti eructant, non ex intempe-
rantia corporis, neque ex repletionis faſtidio,
ſed affluentia gaudij, ex nimietate dulcedinis,
ſupereminentia charitatis, ex redundantia
perceptæ ſuauitatis, ſicut propheta commemo-
rans ait: memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ
eructabunt: quid autem gratiarum vtique
actiones, cantica laudis, amoris carmina, iubila-
tionis vota, præconia maieſtatis, nempe ineffa-
bilis charitatis Dei manifeſta cognitio replet
ſcientia, confert gaudium, ſatietatem præſtat,
donat pacem, exultationẽ parit, tribuit vitam,

In gloria communicatio omnium bonorum ip-ſius Dei, & etiam beatorum.

120. *Oſtendam omne bonum tibi*, nempe viſionem diuinæ eſſentiæ in futuro ſæculo, Cald. *tranſire faciam omnem gloriam meam*, gloriam ergo omne bonum appellat; an quia gloria vt ait Boetius, eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus? recte equidem, ſed quia etiam in ea eſt communicatio omnium bonorũ tum Dei tum ipſorum beatorũ, ita vt quæ Dei ſunt, beatorum ſint, & è contra communicatione ita reciproca, vt ex vi amoris quilibet intimius æſtimet quæ alterius quam ſua, & è cõtra quod expreſſe affirmauit S. Martial. epiſt. 2. ad Toloſan. cap. 12. vbi poſtquam luculenter de regno Dei diſſeruiſſet, ac de fœlici beatorum vita. *Omnis enim potentia* (inquit) *& gloria in regno Dei indeſinenter permanent, quæ nec augeri, nec minui poſſunt, ibi enim ſunt theſauri ſapientiæ & ſcientia perennes, in eo qui nos vocauit in regnum & gloriam ſuam, ibi ordinis, multitudinis laudantium Deum, Angelorum, & virtutum, qua per ipſum verbum, per quod omnia facta ſunt creata, in laudibus creatoris ſui quieſcunt, ipſe laus & requies eorum & ſpectatio noua, in quam ſemper deſiderant proſpicere, multa millia illic poteſtatem & Angelorum in intima luce gloriam Dei creatoris ſui contemplari deſiderant* &c. poſt quæ ſic concludens ait, *hæc omnia autem vobis communia erunt ſi proximi Deo fueritis, ſi amatores eius, ſi imitatores*, communia dixit, & optime, nam in cœlo nil proprium, omne commune, ex quo ſumma illic fœlicitas, ſumma beatitudo.

In gloria omne rectum deſiderium hominis adimpletur, & omne humanum ſtudium perficitur.

121. *Oſtendam tibi omne bonum*, gloriam tuam contemplari & poſſidere petiit, cui Deus omne bonum ſe ei oſtenſurum pollicetur, quid? an omne bonum in gloria? nonne hîc plura bona iudicamus à quibus tamen alieni in alio ſæculo erimus? recte tamen omne bonum gloriam nominat, quia in gloria omne rectum hominis deſiderium adimpletur, & omne perficitur. quod docte expendit Angel. Doctor contra gent. lib. 3. c. 63. In illa fœlicitate quæ prouenit ex diuina viſione, omne deſiderium humanum adimpletur, ſecundum illud Pſalmi, qui replet in bonis deſiderium tuum, & omne humanum ſtudium ibi ſuam conſummationem accipit, quod quidem patet diſcurrenti per ſingula. eſt enim quoddam deſiderium hominis in quantũ intellectualis eſt, de cognitione veritatis, quod quidem homines conſequuntur per ſtudium contemplatiuæ vitæ, & hoc quidem maxime in illa viſione conſummabitur, quando per viſionem primæ veritatis, omnia quæ intellectus naturaliter ſcire deſiderat, ei innoteſcent, vt ex ſupradictis apparet: eſt etiam quoddam hominis deſiderium ſecundum quod habet rationẽ, qua inferiora diſponere poteſt, quod quidem conſequuntur homines per ſtudium actiuæ & ciuilis vitæ, quod deſiderium principaliter ad hoc eſt, vt tota hominis vita ſecundum rationẽ diſponatur, quod eſt viuere ſecundum virtutem, cuiuſlibet enim virtuoſi finis in operando eſt propriæ virtutis bonum, ſicut fortis, vt fortiter agat: hoc autem deſiderium tunc omnino complebitur, quando ratio in ſummo vigore erit diuino lumine illuſtrata, ne à recto deficere poteſt. conſequuntur etiam ciuilem vitam, quædam bona quibus homo indiget ad ciuiles operationes, ſicut honoris ſublimitas quam homines inordinate appetentes ſuperbi, & ambitioſi fiunt, ad ſummam autem honoris altitudinem per illam viſionem Dei homines ſublimantur, in quantum Deo quodammodo vniuntur (vt ſupra oſtenſum eſt) & propter hoc ſicut Rex ſæculorum eſt, ita & beati ei coniuncti Reges dicuntur. Apocalypſis vigeſimo, regnabunt in Chriſto: conſequitur etiam ciuilem vitam aliud appetibile quod eſt famæ celebritas, per cuius inordinatum appetitum homines inanis gloriæ cupidi dicuntur. Beati autem per illam viſionem redduntur celebres, non ſecundum hominum qui decipi, & decipere poſſunt, opinionem, ſed ſecundum veriſſimam cognitionem & Dei, & omnium beatorum, & ideo illa beatitudo in ſcriptura ſacra frequentiſſime gloria nominatur, ſicut in Pſalmo dicitur, exultabunt ſancti in gloria: eſt etiam & aliud in ciuili vita appetibile, ſcilicet diuitiæ, per cuius inordinatum appetitum & amorem homines illiberales & iniuſti fiunt, in illa autem beatitudine eſt bonorum omnium ſufficientia, in quantum beati perfruuntur illo quod comprehendit bonorum omnium perfectionem, propter quod dicitur Sapientiæ ſeptimo, venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & in Pſalmo dicitur, gloria & diuitiæ in domo eius. eſt etiam tertium hominis deſiderium, quod ſibi eſt & aliis animalibus commune, vt delectationibus perfruatur, quod homines maxime conſequuntur, ſecundum vitam voluptuoſam, & per eius immoderantiam intemperati & incontinentes fiunt, in illa vero fœlicitate eſt delectatio perfectiſſima, tanto quidem perfectior ea quæ ſecundum ſenſus eſt, qua & bruta animalia perfruuntur, quanto intellectus eſt altior ſenſu: tanto etiam illud bonum in quo delectabimur, maius eſt omni ſenſibili bono, & magis intimum, & magis continue delectans, quanto etiam illa delectatio eſt magis pura ab illa permixtione contriſtantis aut ſollicitudinis alicuius moleſtantis, de qua dicitur in Pſalmo, inebriabuntur ab operibus domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. eſt etiam naturale deſiderium omnibus rebus commune, per quod conſeruationem ſui deſiderant ſecundum quod poſſibile eſt, per cuius immoderantiam homines timidi redduntur, & nimis laboribus parcentes, quod quidem deſiderium tunc omnino complebitur, quando beati perfectam ſempiternitatem conſequentur ab omni nocumento ſecuri, ſecundum illud Eſaiæ quadrageſimo nono, & Apocalypſis vigeſimo primo, non eſurient neque ſitient amplius, neque cadet ſuper illos ſol, neque vllus æſtus. ſic igitur patet quod per diuinam viſionem conſequuntur ſubſtantiæ intellectuales veram fœlicitatem, in qua omnino deſiderium quietatur, & in qua eſt plena ſufficientia omnium bonorum quæ ſecundum Ariſtotelem ad fœlicitatem requiruntur.

Nihil ſub cælo bonum eſt permanens, & finaliter appetitum ſatians.

122. *Oſtendam tibi omne bonum*, nempe gloriam quam à me ita enixe poſtulaſti. nonne etiam dixeras requiem dabo tibi? cur poſtquam pollicitus es daturum ei requiem, & petenti gloriæ oſtenſionem, ais daturum ſe ei omne bonum? vt indicaret nullum aliud bonum præter ipſam gloriam, requiem daturum, nullum enim bonū ſub cœlo creatum noſtri appetitus ſatiatiuum, ſed ſemper inquietus anhelat ad alia. ſiſte S. Bernard. tract. de diligendo Deum ſic erudire
S. Bernard. loquentem. Videas iam multos prædiis & poſſeſſionibus ampliatos, adhuc tamen in dies agrum agro copulare, atque infinita cupiditate dilatare terminos ſuos: videas & qui regalibus domibus, ampliſque habitant palatiis, nihilominus quotidie coniungere domum ad domum, & inquieta curioſitate ædificare, diruere, motare quadrata rotundis, quid nomines ſublimatos honoribus, an non inſatiabili ambitione magis, ac magis totis viribus conari ad altiora videmus? & horum omnium ideirco non eſt finis, quia nihil in eis ſummum ſingulariter reperitur, vel optimum & quid mirum ſi inferioribus & deterioribus contentus non ſit, qui citra ſummum, vel optimum quieſcere non poteſt? ſed hoc ſtultum, & extremæ dementiæ eſt ea ſemper appetere, quæ nunquam non dico ſatient, ſed nec temperent appetitum: dum quidquid talium habueris, nihilominus non habita concupiſcas, & ad quæque defuerint, ſemper inquietus anheles. ita enim fit, vt per varia & fallacia mundi oblectamenta vagabundus animus inani labore diſcurrens fatigetur non ſatietur, dum quidquid famelicus ingloriierit, parum reputet ad id, quod ſupereſt deuorandum ſemperque non minus anxie cupiat, quæ deſunt, quam quæ adſunt læte poſſideat: quis enim obtineat vniuerſa? ſic directo tramite voluptas peruerſa contendit, ad optimū feſtinat ad id vnde poſſit impleri: imo vero his anfractibus ludit ſecum vanitas, incutitur iniquitas ſibi. ſi ita vis adimplere, quod vis, hoc eſt, ſi illud apprehendere vis, quo apprehenſo nihil iam amplius velis. quid tentare opus eſt, & cætera? curris per deuia, & longe antea morieris, quam hoc circuitu peruenias ad optatū. hoc ergo in circuitu impij ambulant, naturaliter appetentes, vnde fini ant appetitum, & inſipienter reſpuentes vnde propinquent fini, finem dico, non conſumptionis, ſed conſummationis, ſed conſumi vano labore accelerant, qui
Psal. 16. rerum magis ſpecie, quam auctore delectati,
Eccle. 5. prius vniuerſa percurrere, & de ſingulis cupiūt
Math 5. experiri, quam ad ipſum curent vniuerſitatis dominum peruenire: ideo melius eſt modicum iuſtu ſuper diuitias peccatorum multas., quoniam quidem, vt ſapiens loquitur, & inſipiens experitur: qui diligit pecuniam, non ſaturabitur pecunia, qui autem eſutiunt, & ſitiunt iuſtitiam ipſi ſaturabuntur.

In gloria non ſolum omne bonum, ſed inde malum exulat.

123. *Oſtendam tibi omne bonum*, quid? an ſolum in gloria omnis boni copia beatis aderit? nequaquam ſane, ſed etiam inde omne bonum exulabit: præfat. Bernard. ſerm. 14. ex variis in hunc ſeorſum explicat illud Pſal. 147. qui poſuit fines ſuos pacem, hoc eſt ex eius finibus longe Pſal. 147.
bella & omnia mala amandauit, verſum Pſalmi hac ratione exponit. *Poſuit fines tuos pacem & adipe frumenti ſatiat te, & confortauit ſeras portarum tuarum, ita vt nullus impius intret, nullus exire poſſit amicus*, expende illud verbum *fines*, ſolent enim ſæpius fines alicuius regni crebris hoſtium incurſibus infeſtari, etiā ſi regiones quæ in vmbilico prouinciæ ſitæ ſunt, multa pace perfruantur: in gloria autem præf. Abbat.
tam longe exulat bellum, vt neque ipſos fines audeat contingere, vel forte verbum *fines* idem ſignificat, quod murus, quaſi dicat non eget hæc ciuitas muro, quo hoſtes ab ingreſſu arceantur, neque quo ciues in officio contineantur, verum æterna pace perfunditur.

Quidquid bonum in terra adumbrat gloriam in cælis.

Oſtendam omne bonum, hoc dixit Moyſi glo- 124.
riam petenti, quid? an quidquid ſpecioſum, quidquid venuſtum in hac rerum vniuerſitate continetur, oſtendes? an fontium perennitates, late patentes? campos, flores redolentes, prata picturata, tandem quidquid arte pulchrum, vel arte factum, vel natura editum eſt manifeſtabis? nam hæc omnia bona ſunt: omne autem bonum ei polliceris oſteoſurum. bonum quidē omne in futuro ſæculo promittit, & daturum, ſed interim quidquid boni, quidquid ſpecioſi, quidquid iucundi in rebus continetur viſibilibus, aliquo modo gloriam petitam adumbrabit, Bernard. ſerm. 1. de Natiuit. Virginis adducens illud Pſal. 101. Domine memoriale tuum in generatione & generationem, expēdit illud S. Bernard.
nomen *memoriale* ſumpta metaphora ab eis, Pſalm. 101
qui totam rem de qua acturi ſunt in ſummam redigunt, & exigua membrana ſcribunt, vt facilius teneri & memoriæ mandari poſſint, ergo volens Deus immenſam illam fœlicitatem in ſummam redigere, orbem hunc condidit, tanquam illius gloriæ breuem recapitulationem, & memoriale. ſubiicio verba Melliflui Doctoris. *Totius boni exhibitio, hīc tenuis quadā libatio ibi res & hīc nomen, Domine* (inquit) *nomen tuum in generatione & generationem, generatio & generatio, non Angelorum ſed hominum, vis ſcire quia nomen, & memoriale eius in nobis eſt, præſentia in excelſo?* expende rogo verba illa Bernardi, *vis ſcire*, &c. tantum enim mundi bona, beatitudo excedit, ſicut res nomen ſuperat.

Vnum nomen Dei & natura in Patre & Filio, & Spiritu ſancto, & eadem operatio.

Oſtendam tibi omne bonum, & vocabo in nomi- 125.
ne Domini coram te, Sept. *& vocabo nomine meo Dominus ante te*, S. Ambr. ego antecedam te nomine meo, & vocabo nomine meo Dominū in conſpectu tuo: nōne tu es Dominus, qui Moyſi loqueris? cui gratiam & omne bonum polliceris? quomodo ergo ais & vocabo nomine meo Dominum in conſpectu tuo? quid miraris ita Deum locutum, cum vnum nomen ſit Patris &

Filij & Spiritus ſanƈti, cum Pater & Filius & Spiritus S. vnus Deus ſit, & non plures. ſic animaduertis B. Ambroſ. lib. 1. de Spiritu S. c. 14. S Amb.
Quid ego vnitatem nominis argumentis adſtruo cum diuinæ vocis euidens teſtimonium ſit vnum nomen eſſe Patris & Filij, & Spiritus S.? ſcriptum eſt enim Matt. 28. Ite, baptizate gentes, in nomine Patris & Filij & Spiritus S. in nomine dixit non in nominibus, non ergo aliud nomen Patris, aliud nomen Filij, aliud nomen Spiritus S. quia vnus Deus, non plura nomina, quia non duo Dij, nō tres Dij. & vt aperiret, quia vna diuinitas, vna maieſtas eſt, quia vnum nomen Patris & Filij, & Spiritus S. nō in alio nomine venerit Filius, & in alio nomine Spiritus S. ait ipſe Dominus ego veni in nomine Patris mei, & non accepiſtis me: ſi alius venerit in nomine ſuo, illum accipietis. quod autē nomen Patris eſt, hoc idem Filij, ſcriptura declarat, quia in Exodo dixit Dominus, ego antecedam te nomine meo, & vocabo in nomine meo Dominū in conſpectu tuo. Dominus ergo dixit, quia in nomine ſuo vocabit Dominum, Dominus ergo & Patris eſt nomen & Filij, cum autem vnum nomen ſit Patris & Filij, accipe quod & Spiritus S. idem nomen ſit, quoniam & Spiritus S. in nomine Filij venit. ſicut ſcriptum, paraclitus autem Spiritus S. in nomine Filij venit, ſicut ſcriptū eſt: paraclitus autē Spiritus S. quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. qui autem venit in nomine Filij, vtique etiam in nomine Patris venit, quia vnū nomen Patris & Filij eſt. ſic fit vt vnum & Patris & Filij nomen ſit & Spiritus ſanƈti.

Matth. 28. — Ioan.

Decet miniſtros ſequi Dominos.

Oſtendam tibi omne bonum, & vocabo in nomine Domini coram te, Procop. tranſibo ante gloriā meā. quid eſt quod petenti Moyſi gloriam Dei videre, reſpondet trāſibo ante gloriā meā? cur gloria ante eum trāſiet? vel quæ eſt illa gloria eſt quæ prior tranſitura eſt eamque ſubſecuturus Moyſes? reſpondet præfat. Procop. Patrem æternum introducens loquentem. *Sum ante ſæcula, & mea gloria ante omne quod creatum eſt, Filius meus inquam vnigenitus, cum igitur præceſſero habens meam gloriam, tu ſequeris, ſicut decet famulum ſequi dominum.* Procop.

VARIET. LECT. Verſ. 20.

Vulg. Rurſumque ait, non poteris videre faciem meam, non enim videbit me homo & viuet.

Cald. Non poteris videre faciem gloriæ meæ.

Onk. Non poteris videre faciem maieſtatis meæ

Mont. Non poteris videre facies meas.

CONCORDIA.

Quomodo in hac vita non videatur Deus, paraphraſi explicat vterque Cald. non enim Dei pro hoc ſtatu facies glorioſa conſpicitur.

EXPOSITIO.

Non poteris, de potentia ordinaria & ſecundum leges à me præſcriptas, *videre faciem meam*, nempe diuinam eſſentiam clare & intuitiue, quæ hic vt iam vidimus nomine faciei intelligitur, *non enim videbit me homo & viuet*, non poteſt homo quamdiu eſt in mortali corpore, & vita, me videre, quod intelligēdum (vt iam diximus) de lege ordinaria. nam de potentia abſoluta, nulla apud theologos controuerſia: cum autem alij per nomen faciei intelligant corpoream figuram excellentiſſimam, ſub qua Deus apparere poterat, tunc ſenſus erit, non videbit me homo & viuet, ſicut non poterit vt quis videat faciem illius figuræ corporeæ quin ſtatim moriatur, ob exuberantiam ſcilicet lucis & pulchritudinis.

127. *Viſio diuinæ eſſentiæ in hac vita non habetur.*

CONCEPTVS.

Non poteris videre faciem meam, non enim videbit me homo & viuet, quid? nonne pollicitus es oſtenſurum te & gloriam tuam? oſtenſio autem gloriæ nonne eſt viſio faciei tuæ? promittit quidem oſtenſurum ſe ei gloriam ſuam, & addit hominem non viſurum faciem ſuam ne moriatur, quia oſtenſio ſuæ gloriæ non exhibenda erat Moyſi niſi in alio ſæculo, ſic Euariſtus ſummus Pontifex in epiſt. 1. decretali, arguens eos qui ſolum Patrem dicerent habitare lucem inacceſſibilem, inter alia ſic ſcribit. *Si enim Filius Deus verus, & vita æterna eſt, ſine dubio in hac luce ſimul cum patre habitare credendus eſt, quam nullus modo noſtrum in hoc mortali corpore conſtitutus poteſt aliquatenus contueri: ſed dum approbatus fuerit tum vere illum videbit ſicuti eſt, qui eius conſpectibus fuerit dignus coaptari. & non ſicut Moyſes, cæterique prophetæ, & non per ænigmata & figuram, ſed ipſam veraciter inſpicio ſecundum Apoſtolum contuebitur deitatis imaginem,* vbi vides Moyſen cæteris prophetis aggregari, vt videlicet æque non viderint eſſentiam Dei, quam videt Filius, & cuius nos viſione aliquando beati erimus.

Euariſtus ſummus Pontifex.

Apud

Apud principes gratiam nobis potius imminui A *deſiderare debemus, quam nimium augeri.*

128. *Non poteris videre faciem meam,* qoid dixeras? oſtendam tibi omne bonom, cur ergo cui promiſiſti omne bonum ei oſtenſurum, faciem tuam non vis oſtendere? quid? facies tua nonne bona? aut non aliquid bonum? aut te tanti promiſſi pœnituit? an illud contraxiſti? reſpondet Dominus, non videbit me homo & viuet, ac ſi dixerit, vide quanto opportunius, quanto ſalutarius Seraphim facies ſuas velent, vt totum faciei meæ ſplendorem excludant, cum faciem meam videre velle, nihilo melius ſit quam ad mortem ire. quo admonetur aulicus principem ſuum ſummopere potius revereri, & ab eo ſemper cum metu & timore dependere, quam omnia apud ipſū omnino poſſe, quod præuiderat B B. Apoſto. Petrus cùm ait ſuo principi Chriſto D. exi à me Domine quia homo peccator ſum, Luc. 5 ſed quænam fuerit mens Petri (inquies) qui Dominom dona ſua excludare voluit, præſertim cum ipſe ab illius latere nunquam diſcedere, ſed illi firmiter hærere propoſuerit, etenim Domino ad omnes diſcipulos aliquando dicente, numquid & vos vultis abire? ipſe, quid cæteri reſponderent, minime expectans, ſtatim inquit, Domine ad quem ibimus? Ioan. 6. reſpondet B. Ambroſ. lib. 3. de Virginib non equidem eas à Petro voces ſubitam aliquam animi perturbationem, ſed veram prudentiam qua ſibi vndequaque conſuleret ne in lubrico tanti fauoris laberetur, extorſiſſe. eius verba ſubiicio. *Vir (inquit) ſapiens & grauis in quo eſſet Eccleſia firmamentum, & magiſterium diſciplinæ, nihil vtilius eſſe proſpexit, quem ne ſecundantis operis extolleretur euentu, & ideo exi inquit à me Domine, non rogat vt diſeratur ſed ne inſletur.* Vides C eum pœnes quem magiſterium eſt, nihil ſibi vtilius iudicantem, quam Regium fauorem moderari, ne elatus excideret.

Luc. 5.

S. Amb.

Audacia aulicorum comprimenda.

129. *Non poterit videre faciem meam,* qui populo condonaſti, ipſo Moyſe pro eo intercedente, & à te miſericordiam petente, cur ipſemet hanc ſpecialem gratiam tuæ faciei videndę denegas? cum oratio ſemper apud te efficax, quomodo nunc poſtea non conſequitur? recte Oleaſt. *In hac re docet principes non omnia concedere quæ ab eis dilecti poſtulant, vt eorum audaciam repriment.* Sunt enim aliqui iuniores aulici rerum & diſcriminum inexpertes, qui gratiam re- D giam ſemper plus promouere, ſuumque faſtigium altius extollere ardenter expetunt atque procurant, in nocitura ruentes.

Oleaſt.

Dei viſionem omnibus anteferre debemus.

130 *Non poteris videre faciem meam, non enim videbit me homo & viuet,* nimirum Moyſes, vti obſeruat Theodoret, velut amore quodam inebriatus, rogauit Dominum quod humanum captum ſuperabat, nempe vt naturam & ſubſtātiam diuinam alioquin inuiſibilem videret, quod erat impoſſibile: Deum enim nemo vidit vnquam Ioan. 1. bene quidem, nec enim præſens vitæ ſtatus eſt beatitudinis, vt vel homo mortalis mente ipſa Deum clare videat, ſeruatur hæc fœlicitas homini iuſto poſt mortem, Dominus ergo Moyſi diuinam viſionem expoſcenti reſpondet, non videbit me homo & viuet, laudabilis quidem Moyſis cupiditas, laudabilis poſtulatio, ſed in quo non laudandus Moyſes? quid vlterius non vrgens, etiam cum vitæ ſuæ diſpendio viſioē Dei non poſtulauit? cur igitur ſancte Moyſes non reſpondes, moriar ergo Domine, vt te videam? tacuit quidē, & vt ferebant illa tempora, regnante morte ab Adam vſque ad Moyſem, mortis nomine conſternatus obſtupuit, nondum ſcilicet gratiæ & amoris lex de cœlo allata, humanum iſtum depulerat timorem. venit ipſe filius ignē mittere in terram, vtique diuinæ charitatis ignem, quo mortalium animi ſuccenſi, ad Deum etiam poſt B mortem & cruciatum rapiuntur, tacuit forte Moyſes ob timorem mortis. ſed reſpondet ex vehementi amore Augu. c. 1. ſoliloq. *Non videbit me homo & viuet, eia Domine moriar vt te videam, videam vt hic moriar, volo viuere, volo mori, diſſolui cupio & eſſe cum Chriſto.* S. Auguſt.

Tom. II.

Quanto perfectius mundo & ſibi mortuus es, tanto perfectius Deum videbis.

Non poteris videre faciem meam, non enim videbit me homo & viuet, ergo qui ſibi moritur & ſæculo, faciem tuam conſpiciet, ita equidem, imo quo perfectius ſæculo mortuus eris, eo perfectius Deum videbis, hîc quidem per fidē, in cœlo facie ad faciem: veriſſimum illud gloſſæ, tantum videmus quātum ſæculo morimur. perfecte morere vt perfecte Deum videas; vnde C S. Andreas Cretenſ. ſerm. de transfiguratione. *Domine bonum eſt nos hic eſſe, quamobrem Petre? & vt anima & ſenſu per ſeparationem à turbis purgati, inexplicabili tua diuinitatis apparitione hic fruamur ſine intermiſſione,* merito petebat ſeceſſum à terrenorum conſortio, quod erat ſæculo mori, vt frui poſſet diuinitate. ſed id habet diſtincte & expreſſe B. Greg. Mag. 18. mor. cap. 37. *Quiſquis ſapientiam, quæ Deus eſt, videt, huic vita funditus moritur, ne iam eius amore teneatur, nullus quippe eā videt, qui adhuc carnaliter viuit, quia nemo poteſt Deū ſimul amplecti & ſæculum, qui enim Deum videt, eo ipſo moritur, quo vel intētione cordis, vel effectu operis, ab huius vitæ delectationibus tota mente ſeparatur. vnde adhuc ad Moyſen dicitur, non enim videbit me homo & viuet, ac ſi aperte diceretur, nullus vnquam Deum ſpiritualiter videt, & mūdo carnaliter viuit. vnde* D *Paulus quoque Apoſtol. qui adhuc Dei inuiſibilia, ſicut ipſe teſtatur ex parte cognouerat, iam huic mundo totum ſe mortuum eſſe perhibebat dicens, mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.* 131.

S. And. Cret.

S. Greg.

Angelos imitare & Deum conſpicies.

Non poteris videre faciem meam, non enim videbit me homo & viuet, ergo ſi quis non homo, ſed Angelus, in vita? faciem tuam videbit: ita equidem, nam ſi Angelos imitamur in puritate, quis nos à conſpectu Dei prohibebit? audiamus B. Ambroſ. in Pſal. 118. hoc teſtantem. *De homine dixit, deſiſte hominis habere peccata & videbit faciem meam, eſto Angelus diuini mini-* 132.

S. Ambr.

ſter imperij, obſequere mandatis Domini cum fue- A
ris Angelus videbis faciem Domini; aduertis quid
à te exigatur, vt videas Deum? emunda igitur cor
tuum, vt quaſi nouum creetur renouato ſpiritu:
omnes pollutas cogitationes de corde tuo abijce, ni-
hil ſit quo tuus coinquinetur affectus, ſimplex mẽs,
pura ſynceritas ſit, talibus ſe Dominus cum inuo-
lucrum corporis depoſuerint, demonſtrare digna-
tur, ad Angelicam puritatem accede, deſine ve-
homo terrena deſideria, & Deum conſpicies.

Miſerum noſtrum corpuſculum pondus diuini-
tatis ſuſtinere non poteſt.

243. *Non poteris videre faciem meam, non enim vi-*
debit me homo & viuet, cur non viuet? non quia
cauſa mortis vidẽtibus ſit illa facies, nam quo-
modo vitæ facies, cauſa appropinquantibus,
mortis eſſe poterit? cur ergo ait, quod non vi- B
uit? quia pondus illius pulchritudinis ſuſtinere
miſerum hoc non valens corpuſculum nec vio-
lentiam ac impetum, animæ ad creatorem ſuũ
auolare ambientis, in millia frangeretur ac diſ-
rumperetur: ex hoc voces illæ ſanctorum qui
præſentiam Dei ſuſtinere non valentes, præ
illius admiratione maieſtatis ac pulchritudi-
nis, coactæ exclamant, fuge dilecte mi, & aſſi-
Cant. 8. milare capreæ, hinnuloque ceruorum Cant. 8.
quis eum quem diligit, à ſua fugare præſentia
velit? Beda, nemo. cur ergo ſponſa fugam expe-
tit ſponſi? niſi quia iam eum ſuſtinere non va-
let, cum à maieſtate, illiuſque pondere oppri-
matur admirabilis pulchritudinis, imo & atte-
Philo. ratur ſponſa. *Diu* (inquit Philo Carpath. ſuper
Cant. 5. illa verba Cant. 5. anima mea liquefacta eſt,)
adhuc in corpore incluſa ſuſtinere non valet ſpon-
ſum, quia corpus quod corrumpitur aggrauat ani-
Daniel. 17. *mam*, nec hoc mirum, cum vnius Angeli faciem
vix ſuſtinere poterit Daniel, quin pœnes vſque
ad mortem redigeretur. ſic enim ait cap. 10.
ego relictus ſolus, vidi viſionem hanc grandẽ,
& non remanſit in me fortitudo, ſed & ſpecies
S. Chryſ. mea immutata eſt in me & emarcui, nec habui
quidquam virium, quod expendens S. Chryſ.
hom. de incomp. Dei natura ait. *Quem florem,*
quam elegantiam oris nempe Danielis cum ſum-
mus præſentiæ Angeli pauor aſſumpſiſſet, pallo-
remque induxiſſet, adeo vt perinde quaſi expirare
videretur, hac de cauſa dixit ſpecies mea immuta-
ta eſt, & emarcuit, laborabat propheta, & occum-
bebat, animus enim metu vehementi perculſus,
conſpectuque impatiens Angeli minime lucem il-
lam ferre idoneus, admodum conturbatus cadebat,
ex quo exclamans, merita (inquit) audiant, qui D
principem Angelorum perpenſam & examinant,
ſi Daniel qui pluſquam quam natura pateretur,
efficere potuit, præſentiam ſui Angeli conſerui fe-
re nequiuit: ſed defectiſſimus viribus atque exani-
matus iacuit, quomodo ipſam Dei ſubſtantiam ſu-
ſtinere quis poterit?

• *Deus ſuis negat nocitura.*

Non poteris videre faciem meam, faciei tuæ 244.
viſionẽ ardentiſſime petijt, quã nihil ſibi opta-
bilius arbitratus eſt, cur ergo hanc ſpecialem
gratiam ſeruo fideliſſimo largiri renuit? quis
princeps ſpeciali proſequens dilectione auli-
cum, ſuam videre faciem poſtulantem non ad-
mitteret? quomodo ergo qui regulariter poſtu-
lata concedis, Moyſi ea deoegas? pende ſequẽ-
tia verba, non videbit me homo & viuet, in diſ-
crimen vitæ veniret, ſi talem grauam cõſeque-
retur, Deus autem neſcit ſuis nocitura conce-
dere. *Solet homo* (inquit Oleaſt.) *ſæpius ſibi noci-* Oleaſt.
tura à Deo petere, ſed pius pater ea miſericorditer
negat, petebat ſanctus vir faciem Dei ſui videre,
& quia hoc fieri citra mortis eius diſcrimen non
poterat, non obtinuit quod ignorans petebat.

Audens grandia, etiamſi res non reſpondeant,
laude dignus habendus.

Non poteris videre faciem meam. Moyſes pe-
tierat ſibi oſtendi Dei gloriam, quod deſideriũ
nonniſi Deo inſpirante habuiſſe aſſerit Cart.
verum eam gloriam, nec faciei diuinæ viſionẽ
adeptus eſt. ait enim illi Deus, non videbis fa-
ciem meam. quid? an vacuos conatus ſuggerit
diuina inſpiratio? nequaquam, quomodo ergo
non aſſequitur id ad quod petendum [illegible] aſ-
pirauerat? ſane per ardua & inacceſſa te[illegible] & ſi
euacuetur effectus, vacuum & [illegible] ncũ non
eſt; generoſam enim animi indo[illegible]de monſtrat,
mentemque ipſi naturæ ſuperiorem; vnde gra-
tiſſimus Deo, & ſumma laude dignus huiuſ[illegible]o-
di animi eſt ſublimis volatus: audi A[illegible] in Gau.
Pſal. 118. apud Lippoman. *C[illegible] vtique ſanctus [illegible]*
vates Domini, quod inuiſibilem [illegible] ſ[illegible]
C *tiem videre non poſſet, ſed deuoti [illegible] menſu-*
rans ſupergreditur, & putauit Deo etiam hoc eſſe
poſſibile, vt corporeis oculis faceret, id quod eſt in-
corporeum, comprehendi. non reprehenſibilis [illegible]
error, ſed etiam grata cupiditas atque inexplebi-
lis, quod Dominum ſuum velut manu tenere, &
obtutu oculorũ videre cupiebat, & paulo inferius:
Irritus quidam erat poſtulationis effectus, ſed affe-
ctus probabilis ſerui, qui vltra naturam ſuam de-
uotione progreſſus, de Domini Angel[illegible] æſtimabat,
quantum in Domini vultu pius deſiderans, quo cu-
piditatem ſuam geſtiret explere. Ac proinde licet
eſt dicere, generoſi mentis conatus, quibus ad
altiſſima rapitur, in eo ipſo quod nonnũquam
euentum non ſortiantur, nec effectu ſ[illegible]tur,
nonnihil diuinæ viſionis excellentiæ [illegible]piunt,
qua in patria perfruuntur beatam altiſſimam
enim diuinitatis rupem dirigunt obtutus, qui
ita videdo, & tendendo ſatiantur, vt veluti ple-
ne non ſatiati amplius ſatiari deſiderent. hæc
gloria ſanctorũ eſt, vt ad inacceſſibile lumen aſ-
pirantes tanquam non ſatiati permaneant, in
eo quod amplius haurire decernent, ſic ſummo-
do de cordis animoſitate, quæ ex ſuo effectu
quandoque labitur, ſentire oportet.

VARIET. LECT. Verſ. 21.

VVlg. Et iterum, ecce inquit eſt locus apud
me, & ſtabis ſupra petram.
Sept. Eſt locus penes me.

Cald. Ecce locus eſt paratus in conſpectu
meo.
Pag. Eſt locus mecum.

CONCORDIA.

PArum refert quod Hebt. eſt הנה מקום אתי ecce locus mecum, nam recte Vulg. reddidit eſt locus apud me.

EXPOSITIO.

ITeram inqait *Domiaus*, *eſt locus apud me*, mecum ipſe deſtinaui locum, quo ſenſu dixit Iob c.14. (Iob 14.) breues dies hominis ſunt, numerus menſium eius apud te eſt, Heb. numerus dierum eius tecum, quod explicat verbis ſequentibus, conſtituiſti terminos eius, hoc eſt vnicuique homini in mente ſibi certum vitæ limitem deſignaſti: concinit illud Pſal.38. ſubſtantia mea apud te eſt, id eſt, mea ſubſtantia quamdiu videlicet ſubſiſtere in mundo debeam apud te eſt, Heb. tecum eſt, in mente tua deffinitum latet.

Et ſtabis ſupra petram, Caiet. exiſtimat hæc & ſequentia à Deo dici parabolicè, quoniam B non leguntur vſquam executioni mandata, & ita per petram intelligendum erectam ac fixam mentem, ad quam eleuandus eſt Moyſes, vt Deum intelligibiliter cognoſcat &c. ſed hæc exiſtimatio licet peracuta, ſed ſingularis eſt & non admittenda, quoniam tam expreſſa ac tam minuta diſpoſitio Dei, circa ea quæ à Moyſe facienda ſunt, non eſt dicenda parabolica, nec aperienda eſt via ad huiuſmodi parabolas ne ſcripturæ ſenſus eneruentur: quod vero non legantur hæc executioni mandata, non tollit executionem, nam multa alia gerenda præcipiuntur in ſacra ſcriptura, quæ tamen executioni mandata nnn legnntur, Ezech. 10. præcipitur viro, qui indutus erat lineis, vt prunas de me- C dio Cherubim accipiat, iſque incendat ciuitatem, & tamen non legitur id executioni datũ.

Quamobrem littera vt iacet accipienda & explicanda iuxta communem doctorum ſententiam erat, ergo in monte Sina rupes è qua ſolebat Deus Moyſi loqui, dixit ergo ei, vt ſtaret ſupra eam, non eſt autem idem ſtare ſupra hanc petram ac iubere vt ſtet in foramina petræ vt vult Abul. alioqui enim (inquit) ſi ſtans ſupra petram expectare deberet aduenientem Dei gloriam, & poſtea reponendus eſſet in foramine, certe videbit anteriora aduenientia Dei, cum tamen totus apparatus eo tendat, vt Moſes ſola Dei poſteriora videat: dicendum eſt tamen litteram, hæc duo diuidere, ſtationem videlicet in petra, & applicationem Moyſis ad foramen, & ſic eſſe accipienda: quod vero addit Moyſem ſtantem ſupra petram viſurum an- B teriora Dei non probat, intelligẽdum eſt enim Deum venientem, antequam ſe exhibeat iuſſurum Moyſi, vt ad foramen ſe conferat.

Petra hæc ſupra quam iubetur ſtare Moyſes, (S.August.) iuxta B. Augu. q.154. in Exod. eſt illa ipſa è qua Moyſes iuſſu Dei, aquam eduxit populo ſitienti. non inuenio apud alium authorem præter Augu. petram eſſe eamdem, ſed nec vllus eſt qui id neget. & quidem petram de qua hîc loquitur Deus ad Moyſem, fuiſſe in monte Sinai, & ob id fuiſſe celebrem quod ſoleret cum eo inde agere, ex præcedentibus colligi poteſt. ſimiliter petram è qua Deus, per Moyſem eduxit aquam fuiſſe in eodem monte ex eo conſtat, quod Exodi 17. dicitur en ego ſtabo ibi coram C te ſupra petram Horeb, percutieſque petram, (Exod.17.) & exibit ex ea aqua, vt populus bibat; fuit ergo in monte Horeb, qui pars erat montis Sinai: ſed alij viderint qua probabilitate conſtet hæc ſententia.

CONCEPTVS.

Corporis afflictiones poſt Chriſtum efficaciſſima ad protegendum nos ab inimicis.

135. *Eſt locus apud me, & ſtabis ſupra petram*, ſtare iubetur Moyſes non in molli & amæno loco, ſed ſupra petram duram, & inde poſteriora Dei D ſpectare. cur à tergo ſtans in petra Deum inſpecturus eſt? vt inde quaſi à tergo Dei telis inimici inuulnerabilis eſſet. ſic Greg. Niſſe. lib. de vita Moyſis. *Qui Deum poſt terga ſequebatur, qui non ducentis faciem aſpiciebat, ſed tergum obedientis reſpiciebat, ſecutus Deum eſt, idcirco beatus altior fuit quam ad ipſum ſagitta inuidiæ poſſet peruenire.* Expende vnde inuulnerabilis fuit Moyſes, nimirum quod à tergo Dei ſtet ſupra petram, diſcamus ergo dura in petra recumbere, pœnitentiæ carni macerationiue nauare operam, ſed poſt Chriſtum, ſed à tergo ipſius, ita vt ipſe præeat & nos ſequamur.

Humanitas Chriſti humillima, erat ſignum clarum diuinitatis.

Eſt locus apud me, ſtabis ſupra petram, in cuius foramine ponendus erat, vt videret gloriam Dei tranſeuntem. nonne viſionem gloriæ cupiebat? cur ergo ſolum foramen petræ ei conceditur ex quo Deum prætereuntem intueatur? quale hoc foramen ad tantam viſionem? ſane vt ait Paulus, petra autem erat Chriſtus, cuius ſacræ humanitatis vel rimula manifeſtatiſſima ſigna ſunt Deitatis oſtenſiua. vnde recte D. Ioann. Damaſc. orat. de transf. ait. *Iam Moyſes Deitatis gloriam liquido perſpicit*, loquitur de Moyſe vidente Ieſum in Thabor, *ſub petræ foramine coopertus, quæ quidem petra Chriſtus eſt incarnatus, qui carnis ſuæ tanquam perexiguam quamdam rimam ſtrictim aperuit, immenſoque lumine adſtantium oculos perſtrinxit*, vel rimula humanitatis Chriſti in mundum lumen diffundit quo diuinitatis excelſa videantur. 136. (Ioan Dam.)

Deus nequaquam iuſtis poſtulata, in ſolidum negare ſolet.

137. *Eſt locus apud me, ſtabis ſupra petram*, ex qua licet faciem meam non conſpicies, tamen poſteriora mea videbis. nonne abſolute ei, faciem tuæ vultum negaſti videndum, cum in hac vita mortali id fieri non poſſet? cur ergo ſi Moyſes poſteriora illius conſpicienda non petit, ea tamen videnda pollicetur? recte Oleaſt. *Quam difficile Deus iuſtis & dilectis ſuis omnia poſtulata negat, nam & ſi non omnia quæ petunt obtineant, obtinent tamen quibus contenti eſſe poſſunt.*

Oleaſt.

Eccleſia Deo chariſſima.

Eſt locus apud me, Pag. *eſt locus mecum*, Sept. *eſt locus pœnes me*, cum nuſquam abſens eſſe poſſit à loco, cum immenſus ſit licet & incomprehenſibilis, quis locus poteſt eſſe qui pœnes te, apud te, vel tecum non inueniatur? ſuperflua ergo dictum videtur quod locus apud te ſit, quis enim hoc in dubium poteſt reuocare? hanc eamdem difficultatem proponit & ſoluit B. Auguſt. quæſt. 154. *Eccleſiam ſignificat dicendo, eſt locus pœnes me, tanquam templum ſuum commendans.*

S. Auguſt.

Niſi quis in Eccleſia firmus ſit, diuinam præſentiam contemplari non poterit.

138. *Eſt locus apud me, & ſtabis ſupra petram*, e qua ſecundum quod homini poſſibile eſt, in hac vita diuinitatem à poſteriore contemplaberis. verum cur in petra ſtare debet, vt hanc ſpecialem conſequatur gratiam quaſi vnum ex alio pendeat & vtrumque connectatur? ſi per petram Eccleſiã intellexeris, non immerito ſuper eam iubetur ſtare cum Dominus pertranſierit, quia niſi quis in Eccleſia ſit ſtabilis & firmus, nequaquam diuinam præſentiam contemplari poterit. annuit B. Greg. Mag. 35. moral. c. 6. *Locus iſte eſt Eccleſia, de qua veritas conſpicitur, & ſacrificium accipitur, ſola eſt in qua opus bonum fructuoſe peragitur, vnde & mercedem denarii non niſi qui intra vineam laborauerunt, acceperunt: ſola eſt quæ intra ſe poſitos valida charitatis compage cuſtodit: vnde & aqua diluuij arcam quidem ad ſubliniora ſuſtulit, omnes autem quos extra arcam inuenit, extinxit. ſola eſt in qua ſuperna myſteria veraciter contemplemur: vnde & ad Moyſen Dominus dicit, eſt locus apud me, & ſtabis ſupra petram, tollam manum & videbis poſteriora mea: quia enim ex ſola Eccleſia Catholica veritas conſpicitur, apud ſe eſſe locum Dominus perhibet, de quo videtur: in petra Moyſes ponitur vt Dei ſpeciem contempletur, quia niſi quis fidei ſoliditatem tenuerit, diuinam præſentiam non cognoſcit.*

S. Greg. Ma.

Confeſſionis ſoliditas, firmiter ſed & humiliter tenenda.

Eſt locus apud me, & ſtabis ſupra petram, quis eſt locus, qui non ſit Domini, dum cuncta in ipſo per quem creata ſunt, continentur? cum cum nihil creatum quod in ipſo non ſit contineret? cur vnum locum ſoluio, non autem multitudinem, vel quaſi infinitatem eorum non enumerat? Sixtus Papa ad Orientales Epiſcop. apud Lippom. de hoc loco ſic loquitur. *Locus apud eum ſancta Eccleſiæ vnitas eſt*, ſed quid eſt quod ſupra petram ſtare debeat Moyſes? reſpondet, *in Eccleſia ſupra petram ſtatur, dum confeſſionis ſoliditas humiliter tenetur:* ſic etiam dilucide B. Pet. Damia. ſerm. 5. *Quis iſte locus, venter Domini vbi ſtatim ſuper petram Dominus ceruitur? niſi manus, ſancta intelligitur Eccleſia, vbi dum petræ fides conſtanter innititur, ſimul cum Apoſtolo Domini gloriam ſpeculamur, hæc enim eſt de qua dicitur: ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* 139.

Lippom.

Chriſtus Dominus apud Patrem, in Patre, à Patre.

Eſt locus apud me, Heb. eſt locus mecum ſtabis ſupra petram, qui locus nihil aliud eſt quam illa petra. ſed quid nomine petræ intelligere poſſumus? præter Eccleſiam, ait B. Hieronym. cap. 8. in Matth. petra Chriſtus eſt, ſupra hanc petram Dominus fundauit Eccleſiam, ſuper huiuſmodi petram non inueniuntur ſerpentis veſtigia: verum ſi Chriſtus Dominus petra eſt, quomodo dicit Deus, locum apud ſe, vel ſecum eſſe, qui hæc petra eſt? quia Chriſtus Dominus, apud Patrem in Patre, & à Patre eſt. *Cæterum* (inquit Procop.) *petra eſt Chriſtus, & hæc petra eſt locus apud Deum, & Deus erat ille ſermo.* 140.

Procopius.

VARIET. LECT. Verſ. 20.

Vulg. Cumque tranſibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, & protegam dexterâ meâ donec tranſeam.

Sept. Statim vero, vt tranſiret gloria mea, & ponam te in cauerna petræ, & tegam manu mea ſuper te, donec tranſeam.

Cald. Eritque cum tranſierit gloria mea, ponam te in ſciſſuram petræ, & protegam te verbo meo.

Onk. Ponam te in ſciſſuram petræ, & protegam verbo meo ſuper te.

Pag. Operiam vola in ea te donec tranſeam.

Mont. Tegam volam in eam ſuper te, vſque ad tranſire me.

Caiet. Et erit tranſeunte honore meo, & ponam te in foramine rupis, & velabo volâ meâ ſuper te.

Vatab. Ponam te in ſpelunca petræ.

B. Aug. Tranſiet claritas mea ante te, ſta in loco alto petræ, & contegam manum tuam ſuper te.

CONCORDIA.

SAnct. Auguſt. 154. ait, aliqui interpretati ſunt in ſpelunca petræ, ſic etiam poſtea Vatab. ſed Græcus habet ὀπήν quod foramen, vel cauernam rectius interpretamur, protegam dextera mea, alij autem vola quia כפי chappi ſignificat manum, palmam, volam meam.

EXPOSITIO.

C*Vmque tranſibit gloria mea*, ſimulachrum quod erit vt ſpecimen claritatis Dei, *ponam te in foramine petræ*, erat ergo vt diximus in monte Sina, rupes è qua ſolebat Deus Moyſi loqui, videtur autem in aliqua ſui parte diſciſſe, vt foramen haberet, non adeo magnum, ſed quantum vola manus aperiri poſſet. ſic autem intelligitur, quod rupes fuerit ex altera parte peruia, vt eo Moyſes ingredi poſſet, ac oculum ad foramen ſeu fiſſuram apponere, ad videndum Deum in tranſitu.

CONCEPTVS.

Illuminationis & Dei ſequela nexus.

141. *Cum tranſibit gloria mea, ponam te in foramine petræ*, quo obducto ſolum poſteriora mea videbis. nonne ipſe cupiebat illuminari, vt faciem videret? oſtende inquit mihi faciem tuam, nihilominus dantur illi videnda poſteriora, cur ea dantur conſpicienda cupienti videre faciem Domini? niſi quo clarius cernimus, eo celerius currimus poſt Deum, ſunt equidem maximè inter ſe connexa illuminatio, & Dei
S. Greg. ſequela: ad hæc D. Greg. Niſſ. hom. 12. in Cant. *Is qui videre Deum cupit, deſiderij compos fit ſemper ſequendo, & diuinæ faciei contemplatio eſt ad Deum nunquam interrupta progreſſio, qui tunc demum præclare nobis ſuccedit, cum verbum à tergo ſequimur.* Tamdiu illuminaris vt videas, quamdiu ſequeris Deum, non tibi deficient lumina dum non deficiet in te ſequela.

Exiguus & humilis quantum fieri poteſt, Deum videbit.

142. *Cum tranſibit gloria mea, ponam te in foramine petræ*, vt inde poſteriora mea videre poſſis, cur in foramine & adeo exiguo, vt vola manus aperiretur, conſtituendus Moyſes? vt quantum fieri poſſet, ipſam diuinam maieſtatem contemplaretur, quia quo in te maior humilitas & exiguitas, eo Deum clarius intueberis, eo modo quo pro hoc ſtatu conſpici poteſt: à quo non alienus B. Cyrill. Hieroſ. cathec. 10. expendens
S. Cyrill. illa verba in foramine petræ. *Ecce* (inquit) *ponam te in foramine petræ, cum enim exiguus ſis in paruo circumſcriptus eris*, non alio quam exiguitate, quam foramine paruo datur Moyſi conſpiciendus Deus.

Gloria Dei, Chriſtus cum in cruce pendet.

143. *Cum tranſibit gloria mea*, hoc eſt Chriſtus, ſcio Chriſtum D. gloriam Patris eſſe. verum ſub qua conditione etiam illius nuncupari poteſt? quomodo bene gloriam tranſeuntem vidit? an dicemus cum Hebræis, poſteriora vulnerata plagiſque innumeris affecta? quomodo mundum erat redempturus conſpexiſſe? ſic teſtatur Petrus Comeſt. in hiſt. ſcholaſt. c. 76. ad litteram Hebræi credunt vidiſſe eum poſteriora hominis, & in occipite quaſdam ligaturas. credo bene veritatem expendiſſe B. Ioann. Chryſoſt. S. Chryſ.
hom. 11. in Ioann. ſuper illa verba, & vidimus Ioan. 1.
gloriam eius, vbi inquit, quod Chriſti gloria non ſolum fuerunt miracula, ſed eius tormenta, paſſiones, & ipſa crux, ſic autem ait. *Neque miraculorum gratiam Chriſti dumtaxat admiramur, ſed etiam paſſiones, vt cum affixus eſt cruci, flagellis & lapis cæſus, & inſputus ab eis, de quibus tam bene merebatur, ſiquidem in his ipſis quæ probri & ignominia plena eſſe videbantur, ipſum rurſus verbum apparuit clariſſimum, hoc Ioannes gloriam appellauit.*

Dei eſt, & non virium noſtrarum, paſſionem Chriſti & eius myſteria digne meditari.

Cum tranſibit gloria mea, ponam te in foramine 144.
petræ, petra iſta, inquit B. Auguſt. lib. 4. de
ſymbolo ad catechumenos c. 3. illa eſt quæ per- S. Auguſt.
cuſſa produxit aquas populo ſitienti, de qua dixit S. Dauid Pſal. 77. dirupit petram, & fluxerunt aquæ. Apoſtolus autem hoc exponens Pſal. 77.
Corint. 3. ait, Patres noſtri eſcam ſpiritalem manducauerunt, & eumdem potum biberunt, bibebant autē de ſpiritali, conſequente eos petra, petra autem erat Chriſtus, ipſa ſunt poſteriora Dei, Chriſtus Dei.] ponitur ergo Moyſes in foramine petræ, vt ibi myſteria Incarnationis & Paſſionis Domini, ſpiritu prophetico intueretur. ſic enim proſequitur S. Doctor. *Hoc vidit Moyſes prophetandum, quod Paulus exponit dicendo ad Galat. 4. cum venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum ſub muliere.* ſed ad Galat. 4.
cur non ait Deus Moyſi, pone te in foramine petræ, ſed ponam te? quoniam nemo ſupra hanc petram aſcendere poteſt, niſi ipſe Deus ponat illum, eleuet, auxilietur, & contemplationis actus dirigat, iuxta illud Pſal. 39. ſtatuit ſupra
petram pedes meos, & direxit greſſus meos, ipſe Deus ſtatuit & firmauit, non alterum ſed Pſalm 39.
vtrumque pedem, meum intellectum, voluntatemque, ſcilicet cognitionem & amorem, eorumque greſſus direxit, vt ad ſuperna recte graderentur.

Quanto quis firmior in Chriſto, eo celerius ad ipſum euolat.

144. *Cum tranſierit gloria mea, ponam te in foramine petræ, vt poſteriora mea videas*, Ituxus lib. 4. ad verſ. Valent. c. 37. Sta in loco alto Petræ, vt ſtet firmus in petra iubet, cur potius nõ præcipit, vt tranſeuntem gloriam ſequatur? cur ſtare debet vt eam aſſequatur? ſi dictũ petrâ Chriſtum deſignari, recte quidem in ea ſtans gloriã tranſeuntem videt, quia quanto quis firmior in Chriſto, eo celerius ad ipſum euolat. fauet

S Greg. Niſſen. Greg. Niſſ. lib. de vita Moyſis. Eſt locus apud me, locũ dicit non ſuperficie circumfuſum, nec quantitate vlla deſcriptum (nec enim eſt in immenſo natura) ſed ad infinitum & interminabile loci nomine qui circumſcripta menſura terminatur, auditorem deducit. hunc ergo ſenſum ſuboſtendere mihi videtur, quoniam tibi Moyſes ad anteriora pergendi ſemper ingens deſiderium eſt, nec vllo huius curſus labore fatigaris, nec terminum huius aſſequendi bonĩ conſtituis, ſed ſemper inhias ad maiora: ſcias tantum eſſe apud me locum, vt nunquam terminum eius curſu aut volatu aliquo queas inuenire. hic autem curſus atque volatus, ſtatus quidam ex alia ratione. ſiſtam enim (inquit) te in lapide, mirabile auditu quomodo vnum ac idem eſt ſtatus, & motus eſt, ſi quis aſcendit nõ ſtat: ſi ſtat non aſcendit; & hic aſcẽdit, quia ſtat: nam qui caducus & inſtabilis cogitationibus eſt, non fixus in bono nec permanens, ſed mobilis atque fluctuans, cogitationibus variis oppreſſus & conquaſſatus, is nunquam ad ſublimitatem veræ vitæ aſcendit: ſicut qui colles conantur ſcandere ſabulo, nam & ſi proiectis in longum pedibus magna tranſire ſpatia videantur, ſemper tamen ad inferiora delapſo ſabulo deferuntur. motus igitur fit, progreſſus autem nullus fit. at ſi quis vt Pſalmiſta dicit, à fece profundi retractos pedes in hoc poſuerit lapide. lapis autem Chriſtus eſt, plenitudo virtutũ omnium, quanto firmior ac nobilior, vt Paulus conſulit, in bono fuerit, tãto velocius volat hac ſtabilitate quaſi pennis eleuatus. cum igitur locum apud ſe oſtendit, ad perpetuum curſum exhortatur. cum ſtatum in lapide daturum ſe promittit, modum diuini curſus illius Moyſi ſubaperit.

Viſitationes Dei non diu in nobis manent.

Cum tranſierit gloria mea, quid intuebitur Moyſes ô Deus? poſteriora mea. cur nõ au, cum permanebit gloria mea videbis me? ad libitum detinebis quantum volueris? cur ſolum à tergo videndum te exhibes? quia Deus licet ſuos ſpeciali viſitatione inuiſat & recreet, ſed adeo feſtine, vt vix liceat illum conſpicere, niſi à tergo, & quaſi iam abeuntem, id docet B. Bernard. ſerm. 32. in Cant. *Deſiderium cordis eius tribuetur iuſto, & ſi adhuc peregrinanti in corpore, ex parte tamen, idque ad tempus, & tempus modicũ, nam cum vigiliis & obſecrationibus, & multo labore quæſitus affuerit, ſubito dum teneri putatur, elabitur, & rurſus lachrymanti & inſectanti occurrens comprehendi putatur, ſed minime retineri, dum ſubito iterum, quaſi ex manibus euolat: ita ergo, & in hoc corpore poteſt eſſe de præſentia ſponſi frequenter lætitia, ſed non copia, quia & ſi viſitatio lætificat, ſed moleſtat viciſſitudo*, neſcit Deus viſitans diu permanere, tranſit gloria eius & à tergo abiens conſpicitur. 145. S Bernard.

Lex Moſaica imperfectam cognitionem Dei tribuebat, lex autem gratiæ perfectam.

Cum tranſierit gloria mea, Auguſt. *cum tranſierit claritas mea, ponam te in foramine petræ, vt* ex hoc foramine manu *adhuc contecto, poſteriora mea videas*; cur per foramen ſolam claritatem Dei illi conſpicere conceditur? nonne ſi faciem conſpiciendam ita enixe petiit, ſaltem in aperto claritatem illam tranſeuntem videre, & tergum conſpicere permittere debeiet? audiamus reſpondentem B. Cyrill. Alexand. dialo. 3. de S. Trinit. *Compellabat Moyſes ſeruatorẽ Deum, dicens oſtende mihi teipſum, aperte videã te quin etiam iuſſit petram perfodere, & per anguſtiſſimum foramen, ſi velles contemplari, quo nobis Deus opinor ænigmatice ſubindicat, legem Diſcipulis ſuis, exiguam Dei cognitionem tradere, ac veluti per foramen, lucem iſtam propemodũ immittere, vnum etenim ſolummodo Deum credi volebat, errantes ab imaginariis diis auocans. quomodo autem ſe habeat in ſe diuina ineffabilis natura, non clare demonſtrauit, quemadmodum illa ſalutaris prædicatio per Chriſtum, cognito enim filio credimus natum eſſe & proceſſiſſe à patre, tanquã radice & geniminis gloria genitoris naturã, velut in tabula depingẽs efficit, vt mentis oculis res intellectu & oratione ſuperiores aſſequatur.* 146. Cyrill. Alexand.

VARIET. LECT. Verſ. 23.

Vulg. Tollamque manum meam, & videbis poſteriora mea, faciem autem meam videre non poteris.

Cald. Et auferam verbum gloriæ meæ, & videbis id quod eſt poſt me, & quæ ſunt coram me non apparebunt.

Onk. Et auferam conditionem gloriæ meæ, & videbis poſteriora mea, anteriora autem mea non videbis.

Mont. Et remouebo volam meam, & facies meæ non videbuntur.

Sept. Facies mea non videbitur tibi.

CONCORDIA.

Hebraice eſt ופני לא יראו vphani lo ierau, facies autem meæ non videbuntur, ſed in Heb. & in Vulg. ſubaudiendum eſt à te, vel tibi ſoli Sept. recte expreſſere.

EXPOSITIO.

Tollamque manum meam, & videbis poſteriora mea, Deus ergo corpus humanum, valde glorioſum è concreto aere ſic efformauit, vt ſummo ſplendore eſſet præditum, longe lateque fulgurans, ac ita gratè pulchrum, vt nihil ſpecioſius, nec fuerit vnquam, nec excogitari potuerit, hæc vero exuberantia lucis in parte eius interiori principalius, in poſteriori temperatius, & ad intuitum accommodatiue apparebat; cum ergo in hoc corpore Deus pertranſiret, obſeruante iam Moyſe per foramen petræ, appoſuit Deus foramini manum, ne facie eius plus nimio coruſcante, excæcaretur. Iam autem anteriori hac parte tranſgreſ- A ſa, remouit, quo factum vt Moyſes facile ac ſine læſione videret poſteriorem: & hæc ſunt poſteriora Dei terga, videlicet iſtius corporis prætereuntis: non diſſentimus autem, quin per poſteriorem partem illius corporis glorioſi, aliquid aliud innueret Deus. Nam ſecundum B. Gregorium Niſſenum poſteriora Dei videra eſt, ſequi Deum, ſecundum aliquos anteriora Dei eſt facies eius, poſteriora vero illius opera. (S. Gregor. Niſſenus.) Secundum B. Auguſt. poſteriora Dei ſunt myſteria Chriſti poſt Aſcenſ. (S. Auguſt.) Tertull. & poſteriora ſunt humanitas Chriſti Domini in Transfiguratione. (Tertull.)

CONCEPTVS.

Efficaciſſimi ſunt Chriſti Domini labores, ad contemnenda quæcumque terrena.

147. *Tollamque manum meam, & videbis poſteriora mea*: Tollit Deus manum à foramine petræ, vt ſolùm poſteriorem eius partem videat: ſed cur ô Deus Moyſen in hoc foramine conſtituiſti? quis enim homo qui ſic patiatur in foramine petræ claudi? cineres & cadauera ſolent in excauatis lapidibus concludi, & aſſeruari: homines autem viui, nihil magis horrent, nihil magis expauent: quâ potentiâ poteris facere ô Deus, quod viuus Moyſes in foramine petræ amet ſepeliri, & quaſi mortuus, ſibi omnibus vitæ bonis renuntians velit habitare? ipſe explicat aiens, tollam manū meam, & videbis videlicet poſteriora mea. (S. Ambroſ.) D. Ambr. in Pſalm. 43. poſteriora Dei putat myſteria crucis, myſteria Paſſionis Chriſti: ſic enim ait ad illa verba, quare faciem tuam auertis, Non videtur, inquit, ab homine facies Dei, eſt tamen locus in quo fide ſe monſtret homini Deus, eſt hic locus apud Deum, & ideo ſi ſteterimus in petra, id eſt in carnis iſtius conſcientia, & fidei firmitate, & ſi plenitudinem ipſius videre non poſſumus, quaſi reliquias eius luminis haurienius, neque enim Moyſes totam eius diuinitatis plenitudinem vidit, quę habitat in Chriſto corporaliter, ſed vidit poſteriora eius, vidit ſplendorem eius, vt homo eſt, vidit gloriam eius Paſſionis, per quam regnum nobis cœleſte reparauit.] & colligi poteſt ex hac eius explicatione vidiſſe Moyſem Chriſtum flagellis cæſum, & coronatum ſpinis, qualem Pilatus exhibuit, cum ad populum dixit, ecce homo: item vidiſſe eumdem cruci affixum, & cætera ſacra Paſſionis oſtenta. (1. Petr. 1.) Forte ad hoc alluſit D. Petrus epiſt. 1. cap. 1. cum ſpiritum Chriſti in Prophetis dixit prænuntiaſſe eas quæ in Chriſto ſunt paſſiones, & poſteriores glorias, videlicet ipſaſmet paſſiones Chriſti. Quas Apoſtolus huc reſpiciēs, poſteriores glorias appellauit, quod inter ſplēdores gloriæ, monſtratæ ſunt à Chriſto; ſi ergo poſterioribus Dei intelliguntur myſteria paſſionis Chriſti, non mirum quod vbi oculis Moyſis patuere, facere quod quaſi ſæculo re- B nuntians, gauderet in ſpeluncæ foramine occludi, & quaſi ſepulchro claudi, quis viſum Ieſum in crucis arbore, non ſic onus, vt terrena faſtidiat, & vel in lapidis foramine à mundo abductus cupiat habitare? Sic habet B. Chryſoſt. hom. 28. in 1. ad Corinth. (S. Chryſoſt.) *Quamuis quia lapis eſſet, illa nocte audita, nempe quando cum diſcipulis triſtis erat, quomodo traditus eſt, quomodo ligatus, quomodo adductus, quomodo iudicatus, quomodo denique omnia paſſus eſt, cera mollior fiat, & terram, & omnem terræ abijciet cogitationem?*

Suauis in cruce Dominus.

148. *Tollamque manum meam, & videbis poſteriora mea.* Si poſterioribus Chriſti Domini in C Paſſione, & cruce myſteria intelliguntur, an eorum viſio deſideranda? non enim recreat, ſed ineffabili mœrore afficit: ſi ergo intuitum diuinæ faciei ei denegas, ſaltem aliquid intuēdum præbere deberes, quod in lachrymas non prouocaret, ſed oculos Moyſis recrearet: nonne Herodes viſo Domino eum contemptui habuit, & eius exercitus ei illuſit? ita ſane, ſed impij erant, pijs autem licet Paſſio eius mœrorem infundat, tamen in ſua cruce non contemnendus, ſed ſuauiſſimus apparet. Suffragatur S. Bernard. ſerm. 61. in Cant. (S. Bernard.) Quaſi columba, *inquit*, ædificans in ſummo ore foraminis, vt cum Moyſe poſitus in foramine petræ, tranſeunte Domino, ſaltem merear poſteriora eius proſpicere, nam faciem ſtantis, id eſt, incommutabilis claritatem quis videat, D niſi qui introduci iam meruit non in ſancta, ſed in Sancta ſanctorum? nec vilis tamen, aut contemnenda poſteriorum contemplatio, cōtemnat Herodes, ego tanto magis non contemno, quanto magis contemptibilem ſe oſtēdit Herodi. Habent etiam aliquid, & poſteriora Domini quod videre delectet, quis ſcit, ſi conuertatur, & ignoſcat Deus, & relinquat poſt ſe benedictionem? erit cum oſtendet faciem ſuam, & ſalui erimus: ſed interim præueniat nos in benedictionibus dulcedinis, illis vtique quas poſt ſe relinquere conſueuit. Nunc dignationis ſuæ poſteriora demonſtret, alias in gloria dignitatis faciem ſuam de-

monſtraturus, ſublimis in regno, ſed ſuauis in cruce. In hac me viſione præueniat, in illa adimpleat, adimplebis me, ait, lætitia cùm vultu tuo. Vtraque viſio ſalutaris, vtraque ſuauis: ſed illa in ſublimitate, iſta in humilitate: illa in ſplendore, hæc in pallore eſt, denique, inquit, & poſteriora dorſi eius in pallore auri. Quomodo non in morte palleſcat? ſed melius pallens aurum, quam fulgens aurichalcum, & quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus. Aurum verbum, aurum ſapientia eſt: hoc aurum ſemetipſum decolorauit, abſcondens formam Dei, & formam ſerui prætendens.
Cant. Decolorauit & Eccleſiam, quæ ait, nolite me conſiderare, quod fuſca ſim, quia decolorauit me ſol. Ergo & poſteriora ipſius in pallore auri, quæ cum fuſcum non erubuit crucis, vſtionem Paſſionis non horruit, liuorem vulnerum non refugit.

Qui ſe in vulneribus Chriſti Domini abſconderit, nihil habet timendum.

149. *Tollamque manum meam, & videbis poſteriora mea*: Aufert manum ſuam à foramine petræ, in quo eum conſtituerat Dominus, dixit enim ponam te in foramine petræ, & protegam te dexterâ meâ, quid eſt quod in foramine petræ conſtitutus, ibidem à Domino protegatur? nonne dictum petrâ Chriſtum denotari? foramen illius quodnam poteſt eſſe, niſi vulnus lateris illius ſacratiſſimi? bene ergo in foramine petræ conſtitutus Moyſes, protegendus à Deo dicitur, quia qui in Chriſti Domini vulneribus ſe abſcondit, qui ad ea fugit, nihil timendum habet.
Præfat. S. Abbas. *Vult oculos*, proſequitur mellifluus Doctor, *in ſua vulnera ſuſtolli, vt militis ſui ex hoc animum erigat, & exemplo ſui reddat ad tolerandum fortiorem: enimvero non ſentiet ſua, dũ illius vulnera intuebitur, ſtat martyr triumphans, & tripudians toto licet lacero corpore, & rimante latera ferro, non modo fortiter, ſed & alacriter ſacrum è carne ſua circumſpicit ebullire cruorem. Vbi ergo tunc anima martyris? nempe in tuto, nempe in petra, nempe in viſceribus Ieſu, vulneribus nempe patentibus ad introeundum: ſi in ſuis eſſet viſceribus ſcrutans ea, ferrum profectò ſentiret, dolorem non ferret, ſuccumberet & negaret, nunc autem in petra habitans, quid mirum ſi in petræ modum duruerit? ergo ex petra martyris fortitudo, inde potens ad bibendum calicem Domini.* Pende vbi nunc anima martyris, nempe in tuto, nempe in petra, nihil enim habet timendum, dum in foraminibus illius petræ ſanctiſſimæ Chriſti Domini
Gitard Lorich. conſtituitur, & ei adhæret. Et Girardus Lorich. *Protegitur fidelis in foraminibus petræ, quando acquieſcit in vulneribus Chriſti.*

Qui ad Chriſtum Dominum acceſſerint, tanquam ad finem, ac metam laborum ſuorum, coronabuntur.

150. *Tollamque manum meam, & videbis poſteriora mea*: Nonne faciem tuam videre petiit, gloriam tuam aſpicere? quid ergo ei dicis, ſtabis ſupra petram? cumque tranſibit gloria mea? &c. Quid petræ cum facie Dei, vel cum gloria illius? hâc Chriſtus adumbretur, non eſt dubium, quin rectè petrâ Chriſtus denotetur, ſed omiſſo quare lapidi, vel petræ comparetur, ſolum animaduertam, aliquando lapidem eſſe metam, cuius multiplex ſolet eſſe vſus, nam in agris diſtinguit hæreditates, in publicis vijs deſignat ſpatia leucarum, in curriculis, ſeu ſtadijs indicat locum, quem qui primus attingit, victor euadit, hoc poſteriori modo lapidem, ſeu petram ſumemus, & dicemus rectè reſponſum Moyſi petenti videre faciem Dei, ſeu gloriam eius, quod ſtare deberet ſupra petram, quod poſteriora eius videret, nam qui ſupra Chriſtum Dominum ſteterint, tanquam ſupra metatoriam petram, qui ad eum acceſſerint, tanquam ad finem, & metam laborum ſuorum, ſine dubio Deum facie ad faciem coronati intuebuntur. Neſcio ſi ad hoc alludens B. Auguſt. quæſt. 154. dixit, qui S. Aug. interpretatur poſt tranſitum, id eſt poſt Paſſionem, & Reſurrectionem Chriſti, ſignificatur fore, vt populus fidelis ad Chriſtum Dominum concurrat, & in eo fixus per fidem, & charitatem ad cæleſtem gloriam enitatur. Sic autem ait, hoc factum eſt in eis, quos tunc ſignificabat perſona Moyſi, id eſt, Iſraelitis qui in Dominum Ieſum, ſicut Acta Apoſtolorum indicant, poſtea crediderunt [illegible] eſt, ſtatim vt tranſiet gloria eius: nam po[illegible] eaquam reſurrexit à mortuis, & aſcendit in cælum miſſo de cælo Spiritu ſancto, cum linguis omnium gentium loquerentur Apoſt[illegible], compuncti ſunt corde multi ex eis qui crucifixerant Chriſtum, quem ſi cognouiſſent, nunquam crucifixiſſent: cæcitas enim ex parte Iſrael facta eſt, ſicut dictum fuerat, tegam manum meam ſuper te, donec tranſeam. Vnde Pſalmiſta dicit, Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua: diem appellans Psalm. quando Chriſtus diuina miracula faciebat: noctem, quando ſicut homo moriebatur, quando & illi titubauerunt, qui in die crediderant: hoc eſt ergo cum tranſiero, tunc [illegible]debis poſteriora mea, cum tranſiero de hoc mundo ad patrem, poſteri in me credituri ſunt, quorum typum geris. Tunc enim compuncti corde dixerunt, quid faciemus? & iuſſi ſunt ab Apoſtolis agere pœnitentiam, & baptizari in nomine Ieſu Chriſti, vt dimitterentur illis Psalm. 31 peccata eorum. Quod in Pſalmo illo ſequitur cum dictum eſſet, Die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua, id eſt, vt cognoſcerem; ſi enim cognouiſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent, ſequitur & iungit, conuerſus ſum in ærumna mea dum configitur ſpina, id eſt cum eſſem corde compunctus: deinde addit peccatum meum cognoui, & facinus meum non operui, poſtquam viderunt quanto ſcelere Chriſtum crucifixerunt: & quia receperunt conſilium, vt agerent pœnitentiam, & in baptiſmo remiſſionem acciperent peccatorum, dixi, inquit pronuntiabo aduerſus me delictum meum Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei.

Qui vult erigi ad gloriam, debet deprimi ad humilitatem Paſſionis Chriſti.

151. *Tollamque manum meam, & videbis poſteriora mea*: Nonne faciem Dei videndam poſtu-

lauit? quomodo non exauditus; ſolum audit faciẽm meam non videbis, ſed ſolum poſteriora mea? S. Bernard. ſerm. 34. in Cant. *Moyſes*, inquit, *quoniam multum præſumebat de gratia & familiaritate, quam inuenerat apud Dominum, adſpirabat ad viſionem quamdam magnam, accepit autem pro ea viſionem longe inferiorem, ex qua tamen ad ipſam quam volebat, poſſet aliquando peruenire.* Quaſi Deus Moyſem hortaretur: erigi cupis ad gloriam viſionis meæ, ſed prius deprimi te oportet ad Paſſionis meæ humilitatem, imitare patientem, vt perfrui regnante valeas, cogitas de termino, ſed oſtendo viam, hac itur ad aſtra, quiſquis igitur ad gloriam contendit, de via illuc ferente, ne recedat. [S. Bernard.]

Ex his quæ in morte Chriſti geſta, apparuit verus Deus.

152\. *Tollamque manum meam, & videbis poſteriora mea*: Petijt faciem Dei videre, ipſum Deum intueri ſicuti eſt, & ei reſpondetur, quod ſolum poſteriora perſpiceret. Quid commune inter tergum, & faciem, vt eo viſo facies dicatur videri? ſi per poſteriora diximus ab aliquibus Chriſtum paſſum, & cruci affixum intelligi. Rectè petenti Moyſi videre faciem Dei dicitur, quod ſolum poſteriora contẽplabitur, quia ex his quæ in morte illius geſta ſunt, apparuit quod eſſet verus Deus. Id habet Epiſcop. Laſanonenſ. *Stantes per fidem in foramine petræ vident diuina à tergo, id eſt à poſteriori, quia ex his quæ geſta ſunt in morte, apparuit Chriſtus verus Deus, vnde illi Centurio videns ecclipſim Solis & Lunæ, & terræ motum, & quod ſic exclamans expiraſſet, dixit, verè filius Dei erat iſte.* [Iacobus Laſanenſ.]

Nimio fulgore cæcaretur, qui diuinam eſſentiam vellet intueri.

153\. *Tollamque manum meam, & videbis poſteriora mea, faciem autem meam videre non poteris*: Poſuerat manum ſuam in foramine, vt eo occluſo, facies eius glorioſa ab ipſo non conſpiceretur. Vnde Cald. aufetam verbum gloriæ meæ: vnde hoc? quia nimio fulgore cæ-

A caretur, qui diuinam eſſentiam vellet intueri. Hinc Philo Alexandr. lib. de cong quæ erudit. gratia, *Poſteriora*, inquit, *mea videbis, faciem autem meam videre non poteris, ſufficit enim ſapienti, ea quæ poſt Deum ſunt cognoſcere, principalem autem illam eſſentiam ſi quis velit intueri, nimio radiorum fulgore priuſquam videat, cæcabitur.* [Philo.]

Quod Deus promittit, tandem adimplet.

Tollamque manum meam, & videbis poſteriora mea, cum in Moyſe tunc adimpletam non legerimus poſteriorum viſionem, ideo B. Aug. q. 154. tenet hoc propheticum eſſe, ſic enim 154.
B ait, Hanc autem prophetiam potius fuiſſe, quam locutus eſt Dominus ad Moyſen, ſatis res ipſa indicat, quandoquidem de petra, & de cauerna eius, & de manus eius ſuperpoſitione, de viſione poſteriorum eius, nihil poſtea viſibili opere ſubſecutum legimus.] Si ergo prophetia, quandonam in Moyſe adimpleta? quandonam poſteriora Dei in monte intuitus eſt? cum eius ſanctiſſimam humanitatem in mõte Thabor glorioſiſſimam conſpicatus eſt. Ait Tertull. lib. 4. contra Marcion. *Si commemoremur*, inquit, *promiſſionis Moyſi, hic id eſt, in transfiguratione inuenietur expuncta, cum enim deſideraſſet conſpectum Dei Moyſes, dicens, ſi ergo inueni gratiã coram te, manifeſta te mihi, vt cognoſcenter videam te, cum conſpectum deſi-* [Tertull.]
C *derans, in quo hominem eſſet acturus, quod propheta ſciebat: cæterum Dei faciem, iam audierat nemo videbit me, & viuet, & hunc quidem ſermonem quem feciſti, faciam tibi: & rurſus Moyſes, oſtende mihi gloriam tuam, Dominus ſimiliter de futuro, ego præcedam in gloria mea, & in nouiſſima, & nunc videbis poſteriora mea, non lumbos, non ſuras, ſed quam deſiderauerat gloriam, in poſterioribus temporibus reuelandam, in qua facie ad faciem viſibilem, ſe ei repromittit, etiam ad Aaronem dicens, Numerorum. 12. ſi fuerit propheta in vobis, in viſione cognoſcar illi, non quomodo ad Moyſem os ad os loquar in ſpecie vtique hominis, quam erat geſtaturus, non in animali, &c.*

SYNOPSIS CAPITIS XXXIV.

A Moyſe præciſis duabus tabulis lapideis inſtar priorum, iterum aſcendit in montem Sinai ſolus, ibique manſit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, audiens Dominum prohibentem, quamlibet ſocietatem idololatrarum, & iterum præcipientem ſolemnitatem azymorum, oblationes primogenitorum, nec non Sabbati, & aliarum feſtiuitatum ſanctificationem, poſt quæ tanquam inſtrumentum Dei conſcripſit præcepta decalogi, in tabulis quas ſecum tulit, de monte faciem habens coruſcantem.

VARIET. LECT. Verſ. 1.

VVLG. Ac deinceps, præcepit tibi duas tabulas lapideas, inſtar priorum, & ſcribam ſuper eas verba quæ habuerunt tabulæ, quas fregiſti.

Sept. Et dixit Dominus ad A Moyſen, excide tibi duas tabulas lapideas, ſicut & primæ, & aſcende ad me in montem, & ſcribam ſuper tabulas verba quæ erant in tabulis primis, quas contriuiſti.

Cald. Dola tibi duas tabulas lapideas.

Sic Pag. Oleaſt. Caiet. Arias, Vatab.

Onk. Sculpe tibi duas tabulas.

CONCORDIA.

PRincipium huius capitis eſt Hebraicè ויאמר יהוה אל משה vaiomer Ichoua el Moſe, dixit Dominus ad Moſem, ita & Sept. & Cald. ſed innuit etiam interpres, cum dixit ac deinceps, videlicet ait Dominus ad Moyſen: legit interpres præcide tibi, Hebr. eſt פסל לך B pesal lecha: verbum autem peſal, Hebræis eſt dolare, & ſculpere, & dicitur tam de lignis, quam de lapidibus. Deut. 10. habes na ephol, Deut. 10. id eſt, & dolaor duas tabulas lapideas. vnde peſel, id eſt ſculptile: ſignificat etiam Iudi- Iudic. 3. cum 3. lapidicinam, ſeu latomiam, locum quo lapides dolantur, quo in loco dicitur, & ipſe reuerſus eſt mim hapiſilim, id eſt à latomijs, ſeu lapidicinis, fregiſti Hebr. שבר verbum ſamaq ſignificat, frangere, conterere.

EXPOSITIO.

D*Einceps Dominus ad Moyſem dixit, præcide tibi*, ad tuam, & tui populi vtilitatem, præcide ergo, ſculpe, edola, *duas tabulas lapideas*. Cur autem eas Moyſes dolatas afferat, cum à Deo priores, miniſterio Angelorum dedolatas acceperit, dicemus in concept. *inſtar priorum*, eiuſdemque materiæ & formæ, *& ſcribam ſuper eas verba*, nempe decem præcepta quæ in prioribus tabulis à Moyſe confractis erant deſcripta.

CONCEPTVS.

Noſtra in Deum infidelitas, ſuis nos efficit beneficijs indignos.

1. *Præcide tibi duas tabulas lapideas inſtar priorum:* Nonne Deus priores formauit? cur ergo
has poſteriores non condidit? nonne eadem
Dei verba, nempe decem præcepta ſcribentur in eis? cur ergo à Moyſe præparati debent?
nonne priores confractæ propter populi in
Deum perfidiam, & idololatriam? ne mireris
ergo ſecundas à Deo non accipere fabrefactas,
non enim illius, hoc merebatur priuilegium,
Oleaſt. perfidia populi. Pulchrè Oleaſt. annot. litt.
Exquirendum, inquit, *hic merito poſſet, cur Dominus noluerit alias tabulas dolare, ſed Moyſi
præcepit, vt fabricaret ipſe eas; ad quod dicitur
Dominum Deum hac damnatione voluiſſe punire
Iudæos, ne glorientur amplius habere tabulas
Dei opere fabricatas.*

Deus præcipuus legis auctor.

2. *Præcide tibi duas tabulas lapideas inſtar priorum:* Et poſtea, ſcribe verba hæc verſ. 27.
nihilominus non Moyſi, ſed Deo hæc verborum decem ſcriptura tribuitur, verſ. 2. ſcribam ſuper eas verba, quæ habuerunt tabulæ
quas fregiſti. Quid hoc eſt, quod huiuſmodi
tabulæ legis nunc à Deo, nunc à Moyſe ſcribi
dicuntur? niſi quod Moyſes tanquam elementarius gerebat calamum, Deus autẽ tanquam
magiſter dirigebat, vt tota illa ſcriptura Moyſi tanquam inſtrumento, Deo tanquam præcipuo authori tribueretur. Quod confirmari
S.Auguſt. poteſt ex reſponſione B. Auguſt. facta quibuſdam ſcrutantibus, cur Chriſtus Dominus
qui verbo docuerat, non docuerit etiam, &
ſcripto: ſic autem ait lib. 1. de conſenſu Euang.
cap. 3. *Cum illi,* inquit, *ſcripſerunt quæ illi oſtendit, & dixit, nequaquam dicendum eſt quod ille
non ſcripſerit: quandoquidem membra eius id
operata ſunt, quod dictante capite cognouerunt:
quidquid enim ille de ſuis factis, & dictis nos legere voluit, hoc ſcribendum illis tanquam ſuis
manibus imperauit.* Et ſtatim monet, vt nemo
aliter accipiat, quod narrantibus diſcipulis
Chriſti in Euangelio legerit, quam ſi ipſam
manum Domini, quam in proprio corpore
geſtabat, ſcribentem conſpexerit.

Quod culpâ noſtrâ amiſimus, noſtro labore reparandum.

3. *Præcide tibi duas tabulas lapideas inſtar priorum:* Nonne eadem facultate tabulas priores
confractas reſtaurare poterat Deus ac fecerat? vel ſi reparare noluerit, cur ſaltem alias
de nouo non edolat? cur hic labor Moyſi imponitur? in perſona Moyſi loquitur Deus populo, & ideo ait præcide tibi tabulas lapideas,
quaſi ei diceret, priores culpâ tua nempe vituli adoratione confractæ ſunt, nunc manibus tuis alias præſcinde, edola, vel ſculpe:
quod enim culpâ propriâ amiſiſti, proprio
A labore reparandum. Quo reſpiciens Cajet. Cajet.
ait, *Erudiuit Deus dolatibi duas tabulas, prima
ſiquidem vice ego tabulas dedi, dolaui, & ſcripſi
tanquam ex me operans: modo autem tuum precibus operaturus, volo vt doles tu tabulas ſudore,
& labore repara tabulas, quarum propriâ culpâ
iacturam feciſti.*

A lege Dei, ab illius præceptis, vita eſt, & quodlibet bonum.

Præcide tibi duas tabulas lapideas inſtar priorum: Cur appoſuit *tibi*? ſatis enim erat dixiſſe, præcide alias tabulas lapideas: ſcio 4.
aliquos aſſerere illud pronomen *tibi* hîc vacare, & potius pertinere ad Hebraiſmum,
B quam ad aliquod ſignificatum. Sic Vatab.
ſed alij emphaſim in eo inueniunt, quaſi ei
Deus diceret, præcide tibi tabulas legis, *tibi*
in tuam vtilitatem non meam, à lege enim
mea, vita tibi erit, imo & quodlibet aliud bonum: ſicut enim qui à lege Dei diſcedit, à
præceptis eius abit, mors ei imminet, ſic ab
eadem lege, vita eſt, ab eius præceptis, omne
bonum. Quod elegantet explicat Rab. Samuel exemplo piſcium, exponens illa verba,
Habacuc. cap. 1. facies hominis ſicut piſces Habacuc. 1.
maris, ait, *Quare comparantur filij hominum
piſcibus maris? vt ſcias, ſicut piſces educti ſunt
in aridam ſtatim moriuntur, ita homines cum
ſeparati ſunt à verbis legis, & præceptis, ſtatim
emori.* Quod autem à lege omne bonum ſit
C id habent ſapientes Hebræorum in Pirke,
Anoth.

Si legem Dei quam ſemper obſeruare teneris, violaueris, ad eam, per pœnitentiam denuo accipiendam, accede.

Præcide tibi duas tabulas lapideas inſtar priorum: Lapideas dixit, vt perpetua legis obſer- 5.
uantia denotaretur, quod enim in lapide ſcribitur, nequaquam niſi difficillime deletur. Sic
enim Procop. lex inciditur tabulis lapideis, vt
perpetuo maneat, nec vllam abolitionem illa
ſcriptura ſentiat: ſed quo modo huiuſmodi tabulæ legis peccato confractæ, reparandæ? an
ſola ſanctorum interceſſione? ea ſiquidem vti-
D lis, ſed ni precibus pœnitentiam, niſi *tibi* eas
tabulas præſcindas, nequaquam eas reparabis.
Ita præfat. Gazæus, *Cum Deus,* inquit, *primo* Procop.
*paraſſet tabulas cordis ſuo ſpiritu, ſuo quoque
ſpiritu eas impreſſit, & incidit leges: his autem corruptis alias de quibus Moyſen nunc interpellat, quilibet per pœnitentiam præparat.*

Lex gratiæ nunquam deſitura.

Præcide tibi duas tabulas lapideas: Quas 6.
nequaquam confractas legimus, licet eiuſdem materiæ eſſent ac priores. Cur ergo prioribus confractis, à Deo tamen præciſis, &
dolatis, hæ poſteriores manent integræ?
quia his poſterioribus lex gratiæ denotatur,

quæ in finem ſæculi duratura eſt. Sic canit A Preſbyter Rhemenſ.

Primæ franguntur tabulæ, fractura priorum,
Signat quod fuerit lex quoque fracta vetus.
His tabulis quas non læſit fractura, notatur
Lex noua, quæ Chriſti firme vigore manet.

VARIET. LECT. Verſ. 2. & 3.

Vulg. Eſto paratus mane, vt aſcendas ſtatim in montem Sinai, ſtabiſque mecum ſuper verticem montis.

Sept. Et eſto paratus in mane, & aſcendes in montem Sinai, & ſtabis mihi illic ſuper ſummitatem montis.

Cald. Stabiſque ibi coram me.

Onk. Statoaſque te coram me ibi.

Mont. Eſto paratus mane vt aſcendas in matutino, ſtabiſque mihi ibi ſuper caput B montis.

Oleaſt. Eſto firmus, ſeu certus mane.

Vulg. Nullus aſcendat tecum, nec videatur quiſpiam per totum montem, boues quoque, & oues non paſcantur è contra.

Sept. Nemo compareat in omni monte, & oues & boues non paſcant prope montem.

Peg. Et pecus & bos, ne paſcant è regione montis huius.

CONCORDIA.

Verbum נכן non eſt dubium quin ſignificet parare, ſed addit Oleaſt non ſolam hanc habere ſignificationem, nam firmare etiam denotat, vt patet Samuelis 5. cognouit Dauid quod hechino, id eſt cum firmaſſet eum Dominus in regem, vnde poſſes hîc vertere, eſto firmus, ſeu certus mane, non mentiaris, non mutes ſententiam hæc Oleaſt.] ſed quis non videt, quod licet confirmare ſignificet, nequaquam hîc conuenire huiuſmodi ſignificationem? quod nos legimus, vt aſcendas ſtatim, Hebr. בבקר baboker in matutino, ſed hoc minimum eſt, ſicut ſtabis mecum, *Hebraicè* לי שם li ſam, id eſt mihi, vel ibi illic.

EXPOSITIO.

Eſto paratus mane : Quandoquidem hodiernus dies tibi ſufficit ad dolandas tabulas, vt aſcendas ſtatim ſummo diluculo in montem Sinai, ibi peracturus tertiam dierum, ac noctium quadrageſimam, *ſtabiſque mecum ſupra verticem montis*, quaſi diceret, ambo erimus, vel in ſimul erimus, ego tibi loquens, tu autem audiens, vt audita populo referas. *Nullus aſcendat tecum*, Nec Aaron frater tuus, C nec fideliſſimus miniſter Ioſue, qui tuus comes indiuiduus eſt, non enim indiges aliquo tabulas licet lapideas, deferente, tu enim ſolus eas deferre poteris, *nec videatur quiſpiam per totum montem*, oc moriator, *boues quoque, & oues non paſcantur è contra.* Pecora abarcet non propter ipſa, ſed propter homines, vt illi ex hoc maiorem reuerentiam concipiant.

CONCEPTVS.

Diſtractionis occaſio in oratione fugienda.

6. *Eſto paratus mane, vt aſcendas ſtatim in montem.* Sed tamen nullo tecum aſcendente, nec D in monte vllo comparente, imo nec pecudibus è contra paſcentibus : cur tanta cautione, vel muta ipſa iubet ita à monte abeſſe, vt neque è regione paſci videantur? anne horum conſpectu & motu, Moyſes, Deum alloquens, & contemplans aliquomodo diſtraheretur? ne vagantia bruta conſpiciens, mente vagaretur, eorumque commotione commoueretur, & interturbaretur: ita eſt equidem, vt euagationem mentis omnem Deus auferret, omnem cauſam abſtulit. Sic Abul. quæſt. 4. *Vna cauſa eſt, vt Moyſes exiſtens in monte, videns aliquod animal ante moueri non diſtraheretur à contemplatione diuina, quæ maxime requirebatur circa talem viſionem.* Hinc ergo diſce, quam vitanda omnis euagatio illi ſit, qui Deo vacat, qui ante Deum ſit, vt Deo ſeipſum ſternat, & orationem, quod ſi oues bouesque, & huiuſmodi animalia longe conſpecta, orantis Moyſis mentem à Deo poterant diſtrahere, eumque à Dei colloquio interturbare, quid facient noxiorum affectuum vitioſorumque *monſtra*, ſæuientes paſſionum feræ, ſi non longe conſpiciantur à nobis, ſed in mente collatebrent, eamque ſæpe mordeant, ſemper infeſtent? agendum igitur eſt, vt monſtra iſta non paſcantur in nobis, ſed fame & inedia necentur, vt quiete magnaque animi tranquillitate cum Deo loqui poſſimus, Deo adhærere: abſint à contemplationis monte frementis leonis ira, vulpis fraudulentia, equorum luxuria, alia omnia vitiorum bruta, & feræ paſſionum.

Abulenſ.

Iuſtorum feſtina obedientia.

Eſto paratus mane, vt aſcendas ſtatim in montem : Quid vero ille? an ſomno deditus? an deſidia aliqua detentus? cur de noctu conſurgens aſcendit in montem Sinai? nonne ad aſcendendum ſolum mane vocabatur? cur ergo de nocte ſurgit, & antelucanus aſcendit? vt imperium obſequio præueniret, vel certe de nocte ſurrexit, 7.

ſurrexit, ſi nõ ad aſcẽdendũ de nocte, ne citius quam Deus vellet ac iuberet, improuidus ac temerarius aſcendoret, ſaltem vt promptus & peruigil adeſſet: vt cum primum aſcendendi tẽpus adueniret, nihil cunctatus euolaret: iuſtorum enim feſtina & promptiſſima obedientia quam Chriſtus à ſuis exigebat Luc 10. ne quempiam in via ſalutarent, ſic enim explicat B. Ambroſ. lib. 7. in Loc cap. 10. *Hic ſalutationis officium non auſertur, ſed obſtaculum impediendæ deuotionis aboletur, nequando diuina mandantur pauliſper ſequeſtrentur humana, pulchra ſalutatio, ſed eo pulchrior, quo præceptorum maturior executio diuinorum, quæ per moram ſæpe trahit offenſam.*

S. Ambroſ.

Hominum gloria in bonis operibus fugienda.

8. *Eſto paratus mane vt aſcendas ſtatim in montem*, nihilominus nullus tecum aſcendat, imo nec quiſpiam per totum montem conſpiciatur: aliquis cum eo aſcendat, ſaltem vt ſimul tabulas lapideas deferat, tum, quid refert verũ aliquis in mõte videatur? nonne Deus diuitias gloriæ ſuæ expandere debebat Moyſi, adeo vt ex diuino colloquio etiam facies Moyſi ſplendida appareret? nullũ igitur vult præſentẽ tunc eſſe, nec tanti beneficij Moyſi collati teſtem, vt hinc diſceremus hominum gloriam in bonis operibus fugiendam. Vnde rectè Oleaſt. *Quid facitis filij Adam vaniſſimum genus, quærentes populi frequẽtiam, ac populoſas vrbes ad oſtendendam gloriã, ac diuitias veſtras, cum videatis Deum veſtrum, tam latenter velle oſtentare diuitias gloriæ ſuæ? vni ſoli, in ſolitudine & ſecretiori montis ſupercilio, à quo homines & iumenta arcere iubet, gloriam ſuam oſtendit, neque ſolum homines, ſed etiam iumenta ſuſpecta habet, cum gloriam ſuam oſtendere vult. ſic & Chriſtus, cum in Transfiguratione ſua quamdam beatitudinis ſpeciem in corpore ſuo voluiſſet oſtendere, non hoc palam, ſed tribus ex ſuis & in montis vertice, quos adiurauit ne ante obitum ſuum hoc alicui reuelarent, facere dignatus eſt; & conſidera diſcrimen. nos ſi quicquam iniurium pati debeamus, latebras & ſolitudinem quærimus: ſi quid vero honoris oſtendendum eſt, publica loca. Chriſtus autem ad dedecora & ignominiam populoſam vrbem requirit, ad gloriam vero oſtendendam, ſecretiſſimum montem.*

Oleaſt.

Noſtrâ paruitate & indignitate, Deo reuerentiam exhibere debemus.

9. *Eſto paratus mane vt aſcendas ſtatim in montem, nullus aſcendat tecum*, nonne indecens eſt oratorem alicuius reipublicæ ſolum conuenire principem, ad quem mittitur? nonne mediator eſt populi apud Deum Moyſes, & pro A eo deprecaus? cur ergo Deum conueniens ſolus montem conſcendet? nonne famuli principum ex reuerentia eis debita nequaquam audent accedero ad locum in quo grauiſſima ab his tractaotur negotia, niſi vocati fueriot? merito ergo à Deo præcipitur, vt nullus cum Moyſe montem conſcendat, vt quanta cum reuerentia & honore Deum ſuſpicere debeamus, inſtruamur. id teſtatur Abulenſ. *Cauſa litteralis veriſſima, ſcilicet cur ſolus montem conſcendat Moyſes, eſt reuerentia Dei, ſcilicet vt Deo tribuatur reuerentia debita, Deo namque ſumma reuerentia debita eſt, cum excellentiſſimum bonum ſit; eſt autem reuerentia conſiderata alicuius magnitudine reſilire in propriam paruitatem, cognoſcendò nos paruos eſſe,* B *& recedendo ab eo quod magnum eſt, ne videamur ei velle comparari: ſic enim de magnis viris vt de prælatis, & dominis temporalibus, quia ſubditi cognoſcentes eorum maieſtatem & apparatum magnum tanquam paruos exiſtimantes, cedunt eis non aſcendentes ad eos localiter, & in vultu & tota corporis humiliatione deſignantes ſuam paruitatem in aſpectu quaſi verecundo aut potius timido, & modeſtia verborum & ſolemnitate allocutionis, ad Dominum & in omnibus generibus obſequiorum.* ſed paucioribus verbis noſter Lyran. *Nullus aſcendat ob reuerentiam deitatis ibi deſcendentis in ſigno viſibili.*

Toſtat.

N. Lyran.

Non cuiuſlibet ſed perfectiſſimorum eſt, filium Dei appropinquare.

C *Eſto paratus mane vt aſcendas ſtatim in montem, nullus aſcendat tecum*, nonne & ille (inquit Procop.) ſub typo quodam, præ ſe fert ſpiritualem montem, de quo Propheta vaticinatur, apparebit mons Domini in nouiſſimo dierum? & quis ille mons? ſcilicet filius Dei, cur ergo ad eum prohibetur acceſſus? cur ſolus Moyſes ad eum accedit? nonne ipſe dixit, venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos? omnes eũ ſequũtur, ſed non omnes eum appropinquant. hoc enim eſt non cuiuſlibet, ſed perfectiſſimorum, ſic enim proſequitur præfat. Gazæus, *Hunc in montem licet ſubinde proficiendo conſcendere, & perfectione potitum in ſummitate conſiſtere; in hunc enim modum legitur, quis aſcendet in montem Domini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius?* D *per dictionem, quis, intelligit raro tales reperiri qui in hunc montem aſcendant, quod vere ita res ſe habeat ſatis declarauit per ſubiectum reſponſum, innocens manibus &c. nam qui iter affectat in hunc montem, eum oportet accedere inſtructum practicis & ſpeculatiuis virtutibus: hinc non cuiuis aſcendere datur, quapropter neminem voluit vnà cum Moyſe in ſublimem illum locum ſcandere.* 10.

Procop.

Pſal. 1.

VARIET. LECT. à Verſ. 4. ad 6.

Vulg. Excidit ergo duas tabulas lapideas, quales antea fuerant, & de nocte conſurgens ad montem Sinai, ſicut præceperat ei Dominus portans ſecum tabulas.

Sept. Et mane ſurgens Moyſes aſcendit in mootem.

Cald. Dolauitque duas tabulas lapideas ſicut priores, & ſurreatt Moyſes mane.

Mont. Manicauit Moyſes in matutino.

Oleaſt. Eleuans ſe maue.

Vulg. Cumque deſcendiſſet Dominus per nubem, ſtetit Moyſes cum eo, inuocans nomen Domini.

Sept. Et deſcendit Domiuus in nube, & adſtitit ei illic, & vocauit nomine Domini.

Cald. Et reuelatus eſt Domious in nube, & ſtetit cum eo ibi, & inuocauit in nomine Domini.

Vulg. Quo tranſeunte coram eo ait, dominator Domine Deus, miſericors, & clemens, patiens, & multæ miſerationis, & verax.

Sept. Et tranſiit Dominus ante faciem eius A & vocauit Dominus Deus, miſericors & miſerator, longanimis, & multæ miſericordiæ, & veraa, & iuſtitiam ſeruans.

Cald. Et tranſire fecit Dominus maieſtatem ſuam ſuper faciem eius, & iouocauit & multa faciens bona, & veritatem.

Onk. Multus ad faciendam bonitatem, & veritatem.

Pag. Clamauit &c. tardus ad iram, & multus miſericordia & veritate.

Arias. Et tranſiuit Dominus ſuper facies eius, & clamauit, Dominus, Dominus Deus, gratioſus longus narium.

Oleaſt. Dominus, Dominus ego ſum fortis, commotos, miſericots, longus iris, multus miſericordia & veritate.

Idem Oleaſt. in expoſitioac morali, fortis.

CONCORDIA.

QVod vulg. habeat quod de noctu ſurrexerit Moyſes, ſummum diluculum intelleait, quod Hebræi בבקר babochet dixerunt: quod in Hebræo eſt portans in manu ſua duas tabulas lapideas, ſuccinctius diait interpres, portans ſecum tabulas noſter vulg. dominator Dominus, Deus, in Heb. ויקרא יהוה יהוה אל dixit Dominus Dñs Deus in quibus verbis videtur Vulg. & Hebr. ſibi aduerſari, nam noſter vulg. aſſerit verba illa prolata fuiſſe à Moyſe, Hebr. vero à Deo, ita vt Deus cum iuxta Moyſen tranſiret protulerit hæc epitheta ſua, vt ſciret Moyſes quomodo inuocandus eſſet; ſed vt in concordiam lectionem vtramque reuocemus, dicere poſſumus iuxta veritatem Hebraicam, Dominum verba protuliſſe, & ſecundum noſtrum vulg. verba etiam protuliſſe Moyſen: verba enim hæc primum prolata fuerunt à Domino, tum ſecundo ſcilicet ab ipſo Moyſe, vt videlicet ſtatim ſermonem aſſumpſerit, & eiſdem verbis quibus edoctus fuerat, magnum nomen Domini protulerit: quod ne durum alicui videatur, aſſerimus locum in ſcripturis apertum, quem ita intelligere neceſſario compellimur. in parabola ſiquidem vineę quando coloni filium patris familias eiecerunt extra vineam, & interfecerunt, ſit Dominus Matthæi vigeſimo primo. (Matth. 21.) cum ergo venerit Dominus vineæ, quid faciet B agricolis illis? aiunt illi, malos male perdet, & vineam ſuam locabit aliis agricolis, qui reddent ei fructum temporibus ſuis. Attamen & Marci duodecimo, & Lucæ vigeſimo, hæc verba ab ipſo Domino dicta fuiſſe conſtat, ſic (Marc. 12. Luc. 20.) enim eſt vtrobique, quid ergo *faciet illis Dominus vineæ?* Veniet & perdet colonos iſtos, & dabit vineam aliis. eſt ergo mendax ſcriptura? abſit, quid igitur? dicendum, quod Dominus primum interrogauit Iudæos quibuscum loquebatur, quid faciet Dominus vineæ agricolis illis cum venerit? et illi reſponderunt, malos male perdet, & cætera. quod cum dixiſſent, mox Dominus ſermonem reaſſumpſit, inquiens, veniet, & perdet colonos iſtos, & vineam locabit alijs, quaſi dicat Dominus, ex ore veſtro vos iudico, profecto ita C erit veniet Dominus vineæ, & perdet colonos hos peſſimos, & vineam locabit alijs agricolis, qui reddant ei fructum temporibus ſuis.

Patiens, Hebraicè ארך אפים etech aphim, quod paſſim Deo in ſcriptura tribuitur, id autem aliqui vertunt longus naribus, quaſi qui tarde ad iram, quæ in naribus cernitur, commouetur. ſic Hebræi virum iracundum vocant, vti & habetur Prouerb. 29. iſch aph virum naris; tamen illud prius mallem vertere cum Pag. tardus ad iram, & poſterius, vir iræ nam אף aph etiam iram ſignificat.

EXPOSITIO.

EXcidit ergo duas tabulas lapideas, quas etiā dolauit, *& de nocte conſurgens*, quia needum plane diluxerat, *ad montem Sinai*, vt legē decē Dei præceptorum ſuſciperet, *cumque deſcendiſſet Dominus per nubem*, in ſigno quodam viſibili, ea materia nubis compacto, *ſtetit Moyſes cum eo*, ſtetit ſcilicet Moyſes incluſus cauernæ, tectuſque nube in qua deſcendebat Deus vt eum tegeret, dum tranſiret ne Moſes videret faciem, ſed tergum Domini, *inuocans* nempe Moyſes, nomen Domini.

Quo tranſeunte coram eo, nempe Domino D coram Moyſe, ait, non Deus ſed Moyſes, vide quæ diximus in concordia, *dominator Domine*, dominatorem dicit, propter reſpectum ad creaturas, quarum dominator & Dominus dicitur ex earum creatione, cum autem addidit *Deum* ad prouidentiam earum ſpectabat, *miſericors*, non ſecundum paſſionis affectum, ſed ſecundum effectum per hoc quod aliorum miſerias capellit, ſeu quoſlibet affectus oppoſitos. *Clemens* in hoc quod ſit externaruio punitionum moderator, hoc enim proprium clementiæ, in quo à manſuetudine diſcernitur, hæc enim pro-

priè pſſionem iræ minuit, clementia autem externam punitionem, ex quadam animi lenitate, ex qua iudicat eſſe æquum, nec quis amplius puniatur.

Patiens, Quod ei conuenit in ordine ad creaturas rationales delinquentes, quarum culpas interdum diſſimulat, vt pœnitentiæ locus detur, *& multæ miſerationis*, non ſolum miſericors, ſed varijs modis, & diuerſis motiuis, ſuam in creaturas miſericordiam exercet,

A non ſolum quia patrati ſceleris pœnituerint ex animo, ſed quandoque ex intuitu tantum calamitatis quam patiuntur, ſicut fecit cum filijs Iſrael, quos proinde eduxit de Ægypto, quod illorum afflictionem viderit, imo quandoque nullo ſceleris dolore præcedente, nec quod in afflictione ſint, ſed mere ex gratuita voluntate. Vt refert Paul. 1. ad Timoth. aliquando ad preces aliorum, quandoque ob bonorū ſocietatem, *& verax*, ſcilicet in promiſſis.

CONCEPTVS.

Fortitudo Dei ad benefaciendum, & miſerias ſubleuandas.

11. *Dominator, Domine Deus, miſericors, & clemens*, Oleaſt. fortis, commotus, & ait quod ſi dubites cui ex epithetis à noſtro Vulgato repoſitis reſpondeat illud *fortis*, non dubium quin epitheto miſericordis & clementis; iam ſi inquiras, quid fortitudini atque pietati, miſericordiæ, atque clementiæ ſiue qua ratione idem eſt, eſſe fortem, miſericordem, & clementem? in hoc ſane, in Deo miſericors & fortis pro eodem cenſeri poſſunt, quia Deus fortis eſt ad miſerendum, ad indulgendum, ad benefaciendum. Obſeruatio eſt præfati Luſitan. *Expende quod dicitur fortis pius, ac ſi dicatur fortis ad pietatem: ſunt quidam homines fortitudine præditi; ſed qui eam ad crudelitatem exercent, qui ad hoc ſolum potentes ſunt, vt alios opprimant: non ſic autem Dominus Deus tuus, qui & ſi fortis ſit ad acies hoſtium debellandas, non tamen ad hoc fortis eſſe vult, ſed ad miſerias releuandas: audi qualiter ſanctus Dauid hanc ab eo conditionem didicerit, fortitudinem inquit, meam ad te cuſtodiam, non eam expendam in opprimendis miſeris non ad inimicos meos debellandos, ſed eam ad te placandum cuſtodiam. Sic & Chriſtus cum gigas potentiſſimus eſſet, nuſquam tamen gladium, aut lanceam in inimicos exercuit, ſed vim ſuam omnem in depellendis morbis à corporibus hominum expendit: cum enim eius diſcipuli, vt Lucas c. 9. commemorat, in Samaritas commoti facultatem ab eo peterent, vt ignem de cælo ad eos extinguendos deſcendere facerent, acri reprehenſione eos compeſcuit dicens, neſcitis cuius ſpiritus eſtis.*

Oleaſt.

Pſalm.

Luc. 9.

Deus ideo videtur talis eſſe, vt hominibus benefaciat.

12. *Dominator, Domine Deus, &c.* In quo dominator es? an vt dominatum in homines exerceas, vt eos ſeuere compellas tibi ſubijci? an ideo dominator vt eis faſtuoſè imperes? attende quæ ſequuntur, miſericors & clemens, quaſi diceret, non ideo ego Deus dominator dicor, vt vobiscum imperio dominer, ſed vt vobis impendam beneficia, miſericordiam impertiar &c. cui quidem rationi ſubnixus S. Cyrill. Hieroſol. catech. 6. gentiles non modo confutabat ſed etiam ſapientiſſimè irridebat, quod neglecto vero Deo, qui & paradiſum plantauerat, ea ſibi numina aſſumpſiſſent à quibus nihil boni ſpectare, imo plurimum

S. Cyrillus. Hieroſ.

B detrimenti timere poterant: ſic namque ille; *Leo hominum vorator pro Deo ſerpens ab æmulis eius: qui nos è paradiſo eiecit adoratur, & qui paradiſum plantauit, contemnebatur*, ac ſi dicat, ô pectora cæca, quibus nulla diuinitatis affulſit lex, nullus diuinæ dignitatis guſtus adfuit, cum Dei ſit opem ferre, & paradiſum dare, vos verò contra tam turpiter decipiamini vt malignum qui è paradiſo vos eiecit, pro numine habeatis: ſed acumen Cyrilli in hoc conſiſtit, quod dictum fuit Geneſ. 2. plantauerat igitur Dominus Deus paradiſum, vbi emphaticè appoſita eſt particula illa illatiua *igitur*, quaſi ideo Deus Dominus, quia de ſubditorum bono & vtilitate fuerat ſollicitus, ſiue ideo ſollicitum ſeſe exhibuiſſe, quod Dominus eſſet futurus.

C

Nihil adeo muneris ſiue maieſtatis diuinæ eſt, quam miſeris opem ferre.

Dominator Domine, Deus miſericors, & clemens, patiens & multæ miſerationis, vbi habemus clemens, legit Oleaſter commotus, commotum autem explicat ab effectu compaſſionis in miſeros, qui mouetur, vt eorum neceſſitati conſulat: pende quodlibet eorum epithetum, ſane fateberis nullum eorum non reſpicere miſerorum leuamen, & in neceſſitatibus certum auxilium, ad cuius miſerentis Dei & miſeriam ſubleuantis imitationem, hortatur principem D. Gregor. Nazianz. orat. 16. & Philo lib. de creatione principis. namque Theologus, *Da operam non ſolum opibus, ſed etiam pietate, non vt ſolum auro, ſed* D *etiam virtute ſis locuples: cura vt proximo tuo idcirco præſtantior ſis quia benignior, fac calamitoſo ſis Deus, Dei miſericordiam imitando:* vbi præterquam quod principis præſtantiam, ſiue excellentiam ad benignitatem retulit Gregor. ſic Dei naturam ex miſericordia, quæ miſeris & afflictis opem ferr, ſcite patefecit, vt inde principem Dei veſtigia ſignare prementem opportune reddiderit: quid enim Deo magis conſentaneum? quid illi aut proprius, aut familiarius, quam præſentiſſimam opem & medicinam afflictis & calamitoſis afferre? & eo potentiæ, ac magnitudinis ſuæ vim, impetūque dirigere, vt languentes feſſas & deficientes res confirmet, & ad priſtinā virtutē, cōſuetudinemq; reuocet, atque omnia in melius commoueet? ſed iam à Philone princeps audiat ita ei diſertiſſime ſuggerēte: *Præſtat autem iuuare quoſcumque poſſis pro viribus: non* 13

S. Gregor. Nazianz.

præceptum vulgo tritum, Deum ſequere, nihil aliud ſignificat, quandoquidem ille quoque cum vtrumque poſſit, mauult benefacere, vt liquet ex mundi creatione, atque regimine: non entibus enim dedit eſſentiam, confuſa digeſſit in ordinem, nouas qualitates rebus indidit, ſimilia fecit ex diſſimillimis, è diuerſis eadem, ex inſociabilibus, & diſſitis cohærentia ſociabiliaque, ex inæqualibus inæqualia, ex obſcuris illuſtria, ſemper enim cura eſt ipſi, & beneficiis eius potentiis, vt quidquid delinquit deterior eſſentia, transformetur in melius.

Deus irâ parum commouetur, ad beneficia profuſus.

14\. *Dominator, Domine Deus, miſericors, & clemens, & patiens,* Pag. *tardus ad iram, multæ miſerationis:* Cur tot miſerationes in eo? tum ſi iuſte in peccatores iraſcitur, cur ad eam tarde mouetur, & cito placatur? quia ira Dei exigua, breui deſinens, profuſio autem eius beneficiorum, & miſerationum innumerabilis. Quod
Iſai. 54. Iſaias cap. 54. ſic exprimit, ad punctum in modico dereliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo te, in momento indignationis abſcondam faciem meam parumper à te, & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui, quæ verba erudita paraphraſi, & ſententia in
S. Gregor. Niſſenus. rem præſentem ornat Nazianz. oratione 17. *Videor mihi hanc vocem audire ab eo qui in vnum collegit diſperſos, & ſuſcepit oppreſſos in ira parumper te percuſſi, & in miſericordia æterna glorificabo te, ego te tradidi, ego tibi futuram, maior menſura clementiæ quam emendationis.*

Patiens Deus, vt lucretur peccatores.

15\. *Dominator, Domine Deus, miſericors, & clemens, & patiens:* In quo patiens? ſanè in diſſimulandis impiorum peccatis, vt eos ad pœnitentiam reuocet, & animas eorum perditas ſibi lucretur: menti noſtræ conformiter Tertull. lib. de Patient. *Erroneam ouem patientia paſtoris requirit, & inuenit, nam impatientia vnam facile contemneret, ſed laborem inquiſitionis patientia ſuſcipit, & humeris inſuper aduehit, baiulus patiens peccatricem derelictam, illum quoque prodigum filium patientia patris, & recipit, & veſtit, & paſcit, & impatientem fratrem excuſat:* Nec bellua nec homo eſt, quem patientia non acquirat Dei, niſi Deo patientia eſſet, quomodo erratilis ouis non periret cum primum fugit? quomodo filius in ſubſtantiæ diſſipatione non diſſiparetur, & ipſe? tolle patientiam, & perit filius viuendo luxurioſe, & perit ouis errabunda, imo vix vnus maneret agnus, qui ad dexteram Dei conſiſtat.

Reſpectu immenſæ Dei miſericordiæ, omnia hominum peccata ſcintilla.

16\. *Dominator, Domine Deus, miſericors, & clemens, & multæ miſerationis:* Cur quanta ſit eius miſeratio non exprimitur? cur quanta ſit eius miſericordia non declaratur? exprimi ſane non poteſt. quia licet innumera fuerint peccata hominum, longe ea Dei miſericordia ſuperat, vt ea deleat. Hinc illa B. Chryſ. ſententia S. Chryſoſt.
hom. 3 de Pœnit. *Cogita, ſcintilla ſi in mare ceciderit, num poteſt ſtare, aut apparere? quantum ſcintilla ad mare ſe habet, tantum hominis malitia ad Dei clementiam pietatemque, imo vero non tantummodo, ſed ſupra.* Omnia igitur in hoc mari merge, vt extinguantur. Huc ſpectauit quoque B. Albert. Magn. qui ſcintillæ & Albertus Magn.
maris comparatione, ita diuinæ miſericordiæ magnitudinem effert, ſerm. in Domin. 3. Aduent. vbi ita loquitur, *Tanta eſt diuina miſericordia, quod reſpectu eius omnia peccata hominum, quantumcumque ſint, vel qualiacumque ſint, quaſi ſcintilla in medio maris, & hoc ſpem debet facere homini vere pœnitenti.* Quid times? quid diffidis? quid peccatorum multitudine terreris? maior eſt Dei miſericordia, quam tua, & omnium hominum peccata.

Beneficia Dei potius ab illius bonitate, & miſericordia procedunt, quam à noſtro merito.

Dominator, Domine Deus, miſericors, & clemens, & multæ miſerationis, & verax, Cajet. 17
multæ gratiæ & veritatis, Cald. *faciens bona,* quare Cald. legit multa faciens bona, vbi habemus multæ miſerationis, & Cajet. multæ gratiæ? vt ſciremus beneficia Dei nobis collata, ab illius bonitate, miſericordia, & gratia prouenire, potius quam à noſtris meritis. Sic
Cajet. vrgens, *Manifeſtatur hac voce Deus, non* Cajetan.
ſolum largitor gratiarum, & ſator veritatis, ſed etiam quod eſt multus tam magnitudine, quam multitudine, tam ad concedendum gratis, hoc eſt beneficia quæ non meremur, & ad conferendum ea quæ veritas, hoc eſt commenſuratio rerum exigit. Cum ergo beneficia quæ Deus confert, & præcipuè quæ contulit illi populo, nullum ſuppoſuerint meritum, aut rationem ex parte Iſraelitarum, ſed à ſola Dei beneuolentia, & miſericordia promanarent, æquum erat, vt hæc oratio à Moyſe ſcriptis mandaretur, vt illorum iugiter recordarentur, & ſemper exiſterent grati.

Diuinitas nihil cum creaturis habet commune.

Dominator, Domine Deus, miſericors, & clemens, patiens, & multæ miſerationis, &c. Cur poſt- 18.
quam Moyſi promiſit ſuorum poſteriorum conſpectum, tot nomina accumulat? cur cum ſit actus ſimpliciſſimus, non magis in vno nomine eoque breui, ſuam prodit ſubſtantiam? ſaoe vbi nomina ex Dei poſterioribus aperienda erant, nimirum ex relatione ad creaturas, multa adunantur, vt oſtendatur infinita diuinitatis à creaturis diſtantia, nihilque cum creaturis habere commune. Ex quo pulchrè Arnobius
dicebat Arnobius lib. 3. contra Gent. "Tantum abeſt, vt nos Deo corporea lineamenta "tribuamus, vt animorum etiam decora, ip"ſaſque virtutes, quibus emergere vix conceſ"ſum eſt paucis, tantæ rei vereamur adſcribe"re: quis enim Deum dixerit fortem, conſtan"tem, frugi, ſapientem? quis probum? quis "ſobrium? humana ſunt hæc bona, & ex op"poſitione vitiorum exiſtimationem meruerunt habere laudabilem. Quia eſt autem tam "obtuſi pectoris, tam bruti, qui humanis

bonis Deum eſſe dicat magnum, aut ideo nominis maieſtate præcellere, quod vitiorum careat fœditate? quidquid de Deo dixeris, quidquid tacitæ mentis cogitatione conceperis, in humanum tranſilit, & corrumpitur ſenſum? nec habes propriæ ſignificationis notam, quod noſtris dicitur verbis, atque ad negotia humana compoſitis: vnus eſt hominis intellectus de Dei natura certiſſimus, ſi ſcias & ſentias, nihil de illo poſſe mortali oratione depromi. Huc vſque Arnobius ſapientiſſime definit, quam longe ſuperet diuinitas omnia ea nomina, quæ ex creaturarum conflantur negotijs.

A

Pleríque Deum inuocare videntur, qui tamen nequaquam eum inuocant.

19. *Dominator, Domine Deus, miſericors, & clemens, patiens, & multæ miſerationis*, Deus protulerat antea hæc verba, vt inſtrueret, quomodo eum inuocare deberet, & ſub quibus nominibus ſic nunc tranſeunte Domino coram eo, hæc orãs profert, vt exaudiatur: deinde poſtea hunc modum deprecandi Iſraelitæ ſecuti in ſuis neceſſitatibus, & anguſtijs, an ſemper exauditi? Dicat Salomon Prouerb. 1. Tunc inuocabunt me, & non exaudiam, quid, ô Deus! nonne miſericors, patiens, multæ miſerationis, & verax? Nonne deinde Regius Propheta dixit, Pſalm. 8. Quoniam tu Domine ſuauis, & mitis, & multæ miſericordiæ inuocantibus te? Hanc dilucidè ſoluit B. Aug. in præfat. Pſal. & expendit difficultatem, *Quid eſt, inquit, quod multis locis ſcriptura dicit inuocabunt, & non exaudiam eos? certe miſericors omnibus inuocantibus ſe, niſi quia quidam inuocantes non ipſum inuocant: De quibus dixit Pſal. 31. Deum non inuocauerunt: inuocant, ſed non Deum: inuocas quidquid amas, inuocas quidquid in te vocas, inuocas quidquid vis, vt veniat ad te, porro ſi Deum propterea inuocas, vt ad te veniat pecunia, vt veniat ad te hæreditas, vt veniat ad te ſæcularis dignitas, illa inuocans quæ vis, vt veniant ad te, ſed Deum tibi adiutorem prius cupiditatum, non exauditorem deſideriorum.* En vt plerique non inuocant Deum, licet inuocare videantur!

Prouerb. 1.
Pſalm 8.
S. Auguſt.
Pſalm. 31.

Miſericordia & iuſtitia ſemper in vnum ſociantur.

Dominator, Domine Deus, miſericors, & clemens, multæ miſerationis, & verax. Sept. & iuſtitiam ſeruans, cur hoc ab his additur? nam enim præcipuè hic quantæ ſit miſericordiæ exprimere voluerit, cur iuſtitiæ etiam obſeruatorem dixerunt? rectè equidem, miſericordia enim, & Dei iuſtitia in vnum ſociantur. 20.
Vnde noſter Lyran. *Verax, id eſt iuſtus quia miſericordia ſine iuſtitia, eſt puſillanimitas, & iuſtitia ſine miſericordia eſt crudelitas, & ideo in omnibus operationibus diuinis ſemper ſimul relucent veritas, miſericordia, & iuſtitia. Secundum* Lyran.
B illud Pſalm. 24. *Vniuerſæ viæ Domini miſericordia & veritas.* Pſalm. 24.

Deus ſemper ad bonum nos monet.

Dominator, Domine Deus, &c. Hæc dicta, cum tranſiret Dominus, ait enim textus quo tranſeunte coram eo, myſterione caret, quod tranſeat Dominus coram aliquo? cum enim ſit vbique præſens, quid neceſſe vt coram aliquibus tranſeat? ſanè vt eos ad bonum moueat, & impellat. Mens eſt Stephani Cantuar. apud Tilm. *Notandum quod Dominus ante nos tranſit, quaſi ſe nobis offerens, vt vel tangendo cor noſtrum, vel ad bonum mouendo ſe alliciat.* Si Dei tranſitus ita nobis vtilis, quod emolumentum non accipiemus, ſi in nobis manſerit? 21.
Stephan. Cantuar.
C

Deus ita in promiſſis ſuis fidelis, vt longe maiora concedat quam polliceatur.

Dominator, Domine Deus, miſericors, & clemens, multæ miſerationis, & verax: Id eſt in promiſſis ſuis fidelis, quis de veritate verborum eius dubitare poteſt? quis non credit in promiſſis ſuis adimplendis fideliſſimum? nulli ſane hoc incognitum, cum etiam ſua beneficia promiſſiones ſuas ſuperent, & excedant, cum longe maiora concedat quam polliceatur. Annuit, imo id expreſſe affirmat Adamantius Orig. homil. 9. in Leuit. *Promiſſionem ſuam Deus in quadruplum dedit, & multo plura, & pretioſiora largitus eſt quam promiſit.* 22.
Orig.
D

VARIET. LECT. Verſ. 7.

V*Vlg.* Qui cuſtodis miſericordiam in millia, qui aufers iniquitatem, & ſcelera atque peccata, nulluſque apud te per ſe innocens eſt, qui reddis iniquitatem patrum filijs ac nepotibus, in tertiam & quartam generationem.

Sept. Et miſericordiam in millia, auferens iniquitates, & iniuſtitias, & reum non purificabit, inducens iniquitates patrum ſuper filios, & ſuper filios filiorum in tertiam & quartam progeniem.

Cald. Cuſtodiens bonitatem in mille generationes, dimittens iniquitatem, & ſcelera, parcens eis qui conuertuntur ad legem tuam, & non iuſtificans eos, qui non conuertuntur, viſitans peccata patrum in filios, & in filios filiorum ſceleratorum.

Onk. Rebellium.

Onk. Remittens rebellionem, propitius eſt his, qui conuertuntur ad legem.

Mont. Seruans miſericordiam millibus, ferens iniquitatem, & præuaricationem purificando non purificabit.

Pag. Innocentem iudicando innocentem non iudicabit, viſitans iniquitatem patrum ſuper tertios & quartos.

Oleaſt. Leuans præuaricationem, memorans pœnam iniquitatis patrum.

Cajet. Et mundando non mundabit. A *Lippom.* Innocens non faciet innocentem.
Vatab. Et qui abſoluendo non abſoluat. *Alij*, Et nocentem non faciens innocentem.
Aliqui, Tenax bonitatis in mille. *Alij*, Impunita minime dimittens.

CONCORDIA.

DIctio נקה noſe leuare inferre condonare, interpretatur, Vulg. nulluſque apud te innocens, Hebraicè eſt נקה לא ינקה venakke lo ienakke, quæ ab Hebraizantibus verba ſunt varie reddita, nihilominus eumdem ſenſum habent, ac Vulg. vt in expoſitione patebit, Sept. interpretum lectio tanquam falſa reprehenditur ab Eugubino: Sed eumdem ſenſum babet ac Hebr. vt notat, & ſequitur Vatab. qui abſoluendo, vel innocentes decla- B rando non declarat innocentem eum, ſcilicet qui eſt nocens, & Cald. complectitur, & innocentum abſolutionem, & nocentum condemnationem, qui vertunt impunita minime dimittens ſic intelligendi, nempe quo poſtquam dixit Deus condonans iniquitatem, & peccata, ne quis interrogaret, ſi ergo condonat, dimittis impunita? abſit, nam ita condono, vt impunita minime dimittam, & ita condono, vt punienda puniam.

EXPOSITIO.

QVi cuſtodit miſericordiam in millia, Qui ſupra condignum ſanctos remuneras, ipſorumque poſteris perinde benedicis, & gratiam patrum in poſteros conſeruas, probitatis priorum nequaquam immemor, ponitur autem numerus determinatus pro indetermi-
Pſal. 104. nato, ſicut in Pſalm. 104. Memor fuit in ſæculum teſtamenti ſui verbi, quod mandauit in mille generationes.

Qui auferes iniquitatem, Deus enim eſt cui proprium eſt peccata, & ſcelera condonare, ſolus enim eſt qui propria auctoritate peccatum remittit, *iniquitatem, & ſcelera, atque peccata*: quibus verbis non deſunt, qui intelligant tria peccatorum genera, quæ ex ignorantia, aut fragilitate, vel ex malitia fiunt, *nullusque apud te per ſe innocens eſt*, nullus ex ſe proprium poteſt relaxare peccatum, niſi à Deo remittatur, vel ex ſe nullus eſt innocens, ſi enim quis hoc habet, à gratia Dei prouenit alij ſecundum Hebr. ſic explicant quantumlibet quis innocens & iuſtus ſit, ſi ſecundum totam vitam ſuam, & iudicium meum rigoroſe di- C cutiatur, & iniuſtus inueniet, & n cen

Qui reddis iniquitatem patrum, &c. Quæ ha maiorem Dei miſericordiam, quam ſeueritatem exprimunt, dum non ſtatim vindictam adhibet, ſed expectat in poſterum, vt v altera illi corrigantur, ſed creſcente filiorum malitia, quaſi coactus infert vltionem, vide quæ à nobis dicta ſunt de hac difficultate cap. 20. verſ. 5.

CONCEPTVS.

Miſericordia Dei beneficia in plurimos ſpargit, ad paucos ſupplicia concludit.

25. *Cuſtodiens miſericordiam in millia*, deinde, *qui aufers iniquitatem, & ſcelera.* Ecce eius infinita miſericordia in innumeros exprimitur, numerus enim finitus pro infinito ſumitur. Quid hoc eſt, quod de eius iuſtitia punitiua, nulla in his nominibus fit mentio, ſed ſolum de miſericordiæ eius extenſione in innumera D hominum millia? quid miraris? nam miſericordia Dei beneficia in plurimos ſpargit, ad paucos autem ſupplicia claudit. Fauet B. Am-
S. Ambroſ. broſ. lib. 1. de Pœnit. c. 2. *Gratiam præmittis omnibus, non omnibus minatur iniuriam, quod eſt miſerationis exaggerat, quod vltionis extenuat.*

Summa æqualitas in Dei miſericordia.

24. *Cuſtodiens miſericordiam in millia, qui aufers iniquitatem, & ſcelera:* Nonne miſericordiæ diuinæ in hoc exceſſus? ſi enim omnia peccatorum genera dimittis: ad quid tuæ attributum iuſtitiæ? pende vbi habemus, nullus apud te per ſe innocens, alios legiſſe abſoluendo non abſoluat, alios autem impunita minime dimittens: vt innueretur quod licet Deus ſit maxime miſericors, tamen ſummam eſſe in Dei miſericordia æqualitatem. Obſeruatio D. Gregor. Naz. orat. de Plaga grandinis, *Doce, quomodo & miſericordia, vt eſt apud Iſai. ad laborem expendatur, nec enim Dei lenitas & clementia iudicio caret.* Apud Iſai. enim habetur c. 28. Ponam in pondere iudicium & iuſtitiam in menſura, vbi Septuag. & miſericordiam in ſtatera. Gregor. Nazian.

Deus ob miſericordiam magis timendus.

Cuſtodiens miſericordiam in millia, qui aufers iniquitatem, & ſcelera atque peccata: Si peccatum deles, ſi ſcelera condonas, ſi aufers iniquitatem, cuſtodiens miſericordiam in mille generationes: nonne anſam peccator aſſumet plnries delinquendi, ſecurus de venia, ſecurus de impetranda miſericordia, de peccatorum ſuorum remiſſione non dubitans? imo ex eo quod Deus ita miſericors, magis habet quod timeat Sic enim Dauid, ex diuina clementia & indulgentia efficax admodum argumentū non delinquendi, non contēnendi ſed timendi Deū deſumebat, quia inquit apud te propitiatio eſt. Pſal. 124. & propter legem tuā ſuſtinui te Do- Pſalm. 1
mine, Vatab. legit, quia apud te clementia eſt, propterea timeris: tantum enim abeſt vt ex diuina miſericordia debeat quis temerarius inci-

tari ad peccandum, vt potius ex illa frænari debeat ad nō delinquendū: magis enim quodammodo Dei miſericordia timenda eſt, quam Dei iuſtitia, qui enim iuſtitiam offendit habet miſericordiam tanquā ſingulare aſylum, ad quod confugiat. qui autem miſericordiā Dei offendit ad quam aram ſe recipiet? inde D. Ambr. lib. de Elia & ieiun. c. 20. peccatores ſic alloquens ait. *Quoniam tam miſericordem habemus Deum, qui etiam graui ignoſcat errori, conuertamus nos à vitiis, non recedamus à lege,. præceptum Domini quaſi ſerui ſedulis ſtudiis exequamur.*

Ambroſ.

Maiora hominum delicta, ex occaſione nobilitant auguſtiſſimam Dei miſericordiam.

26. *Cuſtodiens miſericordiam in millia, & auferēs iniquitatem & ſcelera*, en vt profert hominum impietatem & ſcelera, cum in ſuam nobis commendet miſericordiā: hominum flagitia in mediū adducit, ne flagirioſus quiſque deſperet, ſed animetur ad ſanctitatem recuperandam. nam arrepta anſa ab infinita peccatorum malitia, magis elucet infinita miſericordiæ diuinæ perfectio: quo enim modo auguſtior Dei miſericordia cognoſceretur, niſi erga tantam malitiam verſaretur illam condonando? ex enormitate enim peccati prædicatur diuina largitas, prauitate humanorum excelſiuum, gloriā mutuante: neque enim infinite bonus Deus agnoſceretur, niſi peccator eſſet infinite malus, propter nomen tuū Domine propitiaberis peccato meo multum eſt enim. Pſ. 24. perpetrarat Dauid peccatum grande, adulterium homicidio exaggerauerat, Deum ſibi iratum noſcens ad diuini iudicij tribunal ſacco & cinere volutatus, dolore fractus propitiationē anxie petit à Deo. verum attende ad cauſam quam allegat, vt Deum alliciat ad veniam, propitiaberis peccato meo multum eſt enim, id eſt veniam peccati certiſſime ſpero, quoniam peccatū meum grande eſt; inſipienter videtur agere Dauid, cum maiorem peccati ſui malitiam allegat ad veniam: quia enim non inſanus confeſſi delicti veniam poſtulās, nō proponit rationes quæ illud excuſent aut attenuent? præſtaret dixiſſe propitiaberis peccato meo, nam ſeductus ſum Berſabe pulchritudine, profectò hanc vel ſimiles rationes proponere potuiſſet, quæ Deum ad propitiationē allicerent; tamen quacumque alia omiſſa, enormitatem ſceleris exaggerauit Dauid, ac ſi vellet Deum irritare ad punitionem non propitiari ad veniam: planè hic deſipere videtur Dauid, imo cōſultiſſime ſapit & blanditur Deo de enormitate delicti, nam Deus parcens grandiori delicto, magnam ſuam miſericordiam oſtentat, neque enim magnum foret, exiguam malitiam condonare; quod acute notauit Card. Caiet. hæc Dauidis verba expendens. *Ne videatur ſub dubia petere ait, parces culpæ meæ, & rationem reddit, quoniam grādis ipſa, hoc eſt, quoniā tuo nomini reſeruatur cōdonatio culpa ex ſui magnitudine, decet enim tuum nomē magna facere, & illud magnificari ex conditione magni ſceleris.*

Pſal.14.

Caiet.

Deus ſe exaltat parcens, ſe humiliat vindicans.

27. *Cuſtodiens miſericordiam in millia*, Cur potius vt timorem populo duræ ceruicis immitteret, non ait puniens grauiſſime peccatores, & ſeueriſſimam de eis vindictam exigens? quia Deus ſe exaltat miſericorditer hominum ſcelera & peccata auferens, eiſque condonans, ſe humiliat autem eos vindicans & puniens: obſeruatio eſt, D. Iſidori Peluſ. lib. 3. epiſt. 161. qui inquirēs quare ſolum digiti tanquam manus hominis, apparuerunt ſcribentis condemnationem Regis Baltaſaris, potius enim ingentem ſuam magnitudinem exerere deberet Deus, vt percuteret potentiſſimum tyrannum, reſpondet, quia percuſſio hominis non eſt opus magnificans, ſed potius demittens & exinaniens immēnſam Dei bonitatem, ſubiicio illius verba. *Illic Dei per indulgentiam ſe demittentis conſilio manus viſa eſt, vt illud oſtenderetur omnium Regem calculum aduerſus tyrannum offerre ac ſententiam ſubſcribere:* Expende illud Dei ſe dimittentis, quippe ſuam dimittit & anguſtat magnitudinem Deus, vbi ad punitionem hominum accedit.

S. Iſid. Pelu.

Diuina miſericordia in benefaciendo ſiſtere neſcit.

28. *Cuſtodiens miſericordias in millia*, & quaſi pauca dixiſſet ſubiungit, *auferens iniquitatem &c.* in auferenda iniquitate ſiſtis? nequaquam, ſed & ſcelera imo & peccata auferam. arbitratur Caiet. vt in ſubſequenti concepiu dicemus, in his tribus gradum eſſe, ita vt maioris clementiæ argumentum ſit auferre ſcelera, quam iniquitatem, & impietatem quam peccata. cur ergo vt clementiam ſuam exhibeat, limitatur in auferenda ſola iniquitate? non in hoc ſiſtit, ſed & debet ſcelera, imo & quod grauius, etiam peccata, diuina miſericórdia enim neſcit limites habere. quod præclare Ruricius Epiſcop. lib. 1. epiſt. 2. expenditin filio pródigo ad patrem reuertenti, ſic autem ait B. Lucás miſericordia motus eſt, nempe Deus, & occurrens cecidit ſuper collum eius & oſculatus eſt eum, inſuper & ad ſeruos dicit, cito proferte ſtolam primam & induite illum, date annulum in manu eius, & calceamenta in pedes eius & adducite vitulum: ſuffeciſſet filio quod pater miſericordiam faceret, cur poſt hanc addit tot dona, & amplexus, oſcula, veſtes, & calceos, & vitulum? ſane filio ea prima miſericordia ſufficiebat, qua admitteretur in domū paterna: à diuinæ bonitati non ſufficiebat vna miſericordia, ſed nouis ſemper donis manifeſtanda erat, nec exhaurienda: ſubiicio verba Ruricij. *Et ſufficit miſericordia heredi, quia etiam paternæ clementiæ venia vna non ſufficit, quod vlnis fouet, quod gratia permulcet, niſi & munera larga multiplicet: dat annulum ne rurſus à patre, perfidia duce diſcedat calceamenta dat pedibus, quo facilius ardui itineris aſpera & dura contēmnat, dat & ipſam primam ſtolam &c.* Non vllum finem ponit benefaciendi diuina miſericordia.

Ruric.

Nullum eſt genus peccati quod a Deo non ſit remiſsibile.

27. *Cuſtodiens miſericordias in millia, qui aufert iniquitatem, ſcelera & peccata.* Nonne ſatis erat dixiſſe, qui aufert peccata? nomine enim peccati quodlibet ſcelus eorum grauiſſimum includitur: cur ergo præter peccata, addit auferre etiam iniquitatem & ſcelera? quia ſub his tribus quodlibet genus peccati continetur, nempe peccatum, vel ex ignorantia, vel ex infirmitate vel malitia commiſſum, & ideo vt innueret nullum eſſe, quod à Deo non remitteretur, hæc tria proponit. obſeruatio eſt Card. Caiet. manifeſtat ſe Deus condonantem omne genus peccati, omnia ſiquidem peccatorum genera comprehenduntur ſub his tribus. nam Hebraice ſic graduantur, quod tertium ſonat malum. primum peius, ſecundum autem peſſimum. ſub tertio ſiquidem continentur peccata per ignorantiam, infirmitatem vel paſſionem: ſub primo autem peccata ex propoſito ſtudioſe patrata, ſub ſecundo vero peccata ex malignitate, vel contemptu; nec dicit quod Deus omnia hæc peccata omnibus condonet, hoc enim non eſſe verum reproborum multitudo teſtatur, ſed dicit quod condonat omnia genera peccatorum, ad explicandum quod nullum eſt peccati genus exemptum à venia, & niſi ſæpe Deus condonaret omnia non diceret ſe condonantem participio præſentis temporis. hinc enim inſinuatur quod nullum peccatum ſuperat diuinā propitiationem, ſed quodlibet peccati genus veniam apud illud illum iugiter inuenit. nec aduerſatur huic ſententiæ Euangelium dicens quod peccatum in Spiritum ſanctum, nec in hoc ſæculo nec in futuro remittetur, quoniā ſermo de venia peccatorū ex parte Dei ibi autem ex parte peccantis indiſpoſitiæ, immo elongantis ſe à ratione conſequendæ veniæ, propter huiuſmodi enim elongationem dicitur, quod regulariter non conſequentur veniam. propter diuinam autem clementiam, quod nullum peccatum ſuperat diuinam propitiationem, ſed quodlibet peccati genus veniam apud illum continue inuenit.

Card. Cajet.

Nullus apud Deum, ſi comparetur ei, innocens.

Cuſtodiens miſericordiam in millia, qui aufers iniquitatem, &c. *nulluſque apud te per ſe innocens*, nonne ſuam apud te Iob referebat innocentiam? nonne qui conſcenſurus eſt cœlum, innocens manibus & mundo corde debet eſſe? cur ergo dicitur, quod apud te nullus innocēs? ita equidem per ſe, & ex natura ſua, nam innocentia noſtra Dei gratiæ & miſericordiæ tribuenda. vnde Oleaſt. *Quid innocentiam tuam iactas, ô bone Iob, cum noris Deum innocentem velut impium damnare p... & quid querulas vt dicis c. 13. reſponde mihi quantas habeo iniquitates? nonne poteſtatem figulus in lutum, vt faciat habet pro ſua voluntate aliud vas in honorem, & aliud in contumeliam?* & Caiet. *Q... omnis Deus multos habeat pro innocentibus, nullum tamen haberet innocentem, ſi exacto rigore vti ve... ... quod decimus hac voce manifeſtat ſe Deus clementem ... erga innocentes, admittendo eos pro innocentibus, qui relatiue ad debitum Deo non ſunt innocentes: vt intelligamus quod primus homo in ſtatu innocentiæ, ſi fuiſſet ſecundum rigorem debiti Deo iudicandus, non fuiſſet admiſſus pro innocente, & ſimiliter in Angelis ſuis Deus reperiret prauitatē, ſi exactius indicaret illos, quoniam nec homo innocens, nec Angelus innocens, integras reddit gratiarum actiones, non tantum ſoluit Deo, quantum teneretur rigoroſe exactus.*

Oleaſt.

Cajetan.

Circa hæc verba, qui reddis iniquitatem Patrum in Filiis, &c. conſule conceptus à nobis formatos verſ. 3. cap. vigeſimi.

VARIET. LECT. Verſ. 8. & 9.

VVlg. Feſtinuſque Moyſes, curuatus eſt pronus in terram, & adorans.

Pag. Incuruauit ſe ſuper terram, & humiliauit ſe, *Mont.* & procidit.

Vatab. Demiſit caput in terram, & inclinauit ſe.

Vulg. Ait ſi inueni gratiam in conſpectu tuo Domine, obſecro, vt gradiatis nobiſcum, populus enim duræ ceruicis eſt, & auferas iniquitates noſtras, atque peccata, noſque poſſideas.

Sept. Simul ambulet Dominus meus nobiſcum, auferes tu peccata noſtra, & iniquitates noſtras, erimus tibi.

Cald. Eat obſecro, maieſtas Domini inter nos.

Onk. Remitte delicta noſtra, peccata noſtra, ac poſſideas nos.

Pag. Vadat nunc Dominus per medium noſtri, & parces iniquitatibus noſtris, & hæreditabis nos.

Arias. Nunc vadat Dominus in interiori noſtro.

Vatab. Gradiatur quæſo Dominus in medio noſtri.

Caiet. Ibit quæſo Adonai in intus nos.

CONCORDIA.

POnuntur hîc in Heb. duo verba, quaſi idem ſignificantia, ſcilicet קדד kadad & שחה ſachad quæ incuruare ſignificant, ſed prius proprie ſignificat caput inclinare, vnde ab eo eſt chod, id eſt vertex capitis, ſecundum vero dicitur ſignificare deucere in terram aut corpus totum inclinare: gradiaris nobiſcum habet Vulg. non diſcrepans ab Hebræo ילך אדני בקרבנו bekirbenu na adonai ielech, vtrobique enim ibidem eſt ſenſus, verbum נחל nachal, & hæreditare ſignificat, & poſſidere.

EXPOSITIO.

F*Eſtinuſque Moyſes*, viſo Domino tranſeunte, *curuatus eſt pronus in terram*, ſummum honorem ei exhibendo, *& adorans*, cultu latriæ, *ſi inueni gratiam in conſpectu tuo*, vt mihi dixiſti, hoc enim de mea indignitate præſumere non auderem, *obſecro vt gradiaris nobiſcum*, inſignis mirabilibus, qualia huc vſque operatus es, & ſpeciali prouidentia tua nos protegens, *populus enim duræ ceruicis*, quemadmodum enim quæ dura ſunt, vinculo quidem vel iugo premi poſſunt, eo tamen ſoluto, ſponte ſua reſiliunt in priorem ſitum, ita & Iudæi premebantur quidem ad Dei timorem & cultum iugo pœnarũ quas patiebantur, vel ſe paſſuros aliorum exemplo timebant, depoſito tamen illo metu, redituri erant ad priorem malitiam, & à Deo receſſuri, ad murmura vel idololatriam, *& auferas* B *iniquitates noſtras & peccata*, poteſt iniquitatum A ablatio hîc accipi, pro ablatione peccati iam præteriti, quod commiſerant Iſraelitæ in adorando vitulu, & pro quo Moyſes fuerat plurties iam deprecatus, ſciebat tamen Deum ſibi reſeruaſſe opportunam vindictam in die vltionis, adeoque optabat, & hanc populo indulgeri: ſed quia verba Moyſis tam ampla ſunt & ad peccata quoque quæ Moyſes deinceps timebat à populo ſuo committenda, extendi poſſunt, præſtat ea in tota ſua latitudine relinquere, cum dubium non ſit, quin Moyſen etiam multum torſerit timor peccatorum à Iudæis committendorum; ideo enim videtur Iudæos vocaſſe duræ ceruicis, *noſque poſſideas*, hoc eſt nos in peculium tuum poſſideas, & hæreditatem B tuam habeas conſtanterque retineas.

CONCEPTVS.

Efficax oratio quam præcedit humilitas.

31. *Moyſes curuatus eſt pronus in terram, & adorans ait, ſi inueni gratiam, &c.* nonne familiari colloquio cum Deo ſermones miſcebat, tanquã amicus cum amico? cur igitur Deum deprecaturus pro iniquitate Iudæorum remittenda, & de ſua ſpeciali præſentia obtinenda, pronus in terram incuruatur? quia vt efficax ſit oratio, debet eam maxima humilitas præcedere. fauet Oleaſt. Oleaſt. in expoſit. litt. *Aduerte quod poſtquam Dominus finierat verba ſua, incuruauit ſe Moyſes & precatus eſt.*

Orationis vehiculum humilitas.

32 *Moyſes curuatus eſt pronus in terram & adorans ait, &c* nonne potuiſſet conſequi, quod à Deo petebat, licet in terram pronus non cecidiſſet? dixerat enim Deus ſe eſſe eum qui auferebat iniquitates & peccata: ſi ergo nunc poſtulat vt Iudæorum delicta remittat, quid neceſſe eſt, vt id obtineat, quod coruetur in terram? quia humilitas ita orationem exornat, vt ad Deũ eam euehat. vt ait S Chryſ. in Pſal. 7 *Orationis vehi-* S. Chryſ. *culum eſt humilitas*, ſi enim oratio deſtituta eſt humilitate, ad Deum non deducetur, nec ad eum perueniet.

Poſt Dei munera quiſque humilior ſit.

33. *Moyſes curuatus eſt pronus in terrã*, quis Moyſe prior ita à Deo ſingularia accepit benaficia? quis ad diuinum ita familiariter peruenit col- D loquium? quis facie ad faciem cum eo miſcuit ſermones? cui prophetarum ita detulit ac Moyſi, qui Deum ita ſtricte, vt ita dicam, vinculis conſtrinxit, vt non poſſet in populum idololatram ſæuire? quomodo ergo tot donis comolatus, pronus in terram incuruatur? quia poſt Dei munera, beneficiaque diuina, humiliores eſſe debemus, & magis animum deponere, cum maioribus donis à Deo cumulamur, & vt quo quis maior eſt, eo de ſe humilius ſentiat. S.Ambr. hinc B. Ambroſ. in c. 5. Luc S *Quo plus merueerat, hoc præſumebat minus.* hæc nos quoque veſtigia premamus, quo pluribus maioribuſque benaficiis, ac chariſmatis à Deo donamur, eo minores apud nos ſimus, noſque magis demittamus, & Deum qui dona dedit maiori humilitate veneremur.

Omnia Dei beneficia excedit ipſius hæredes eſſe in regno cælorum.

Moyſes curuatus eſt pronus in terram, & ait obſecro vt gradiaris nobiſcum & auferas iniquitates noſtras, & tãdem ſubiungit, *noſque poſſideas*, 34. quæ verba ſic explicanda, vt primo eam intelligas poſſeſſionem, qua res amata poſſidetur ab amante, ſecundo eam viciſſim, qua res amata C etiam poſſideat animum amantis, ita vt ſit ſenſus, quæſo Domine, da vt populus tuos amet te, neque iugo timoris cogatur, ſed amoris ſpontaneo impetu accedat ad te, vt tu ſis theſaurus & poſſeſſio cordis eorum: quo poſito quid optabilius Dei præſantia? nonne ſatis ergo eſt, vt Deus gradiatur cum populo Iſrael? quid aliud in votis habere poſſumus quam noſtras condonari iniquitates? beati enim quorum remiſſæ ſunt & peccata tecta ait Regius vates; cur ergo ſubiungis, vt poſſideas nos, & te in terra promiſſionis poſſideamus quia omnia Dei beneficia excedit ipſius hæredes eſſe in regno cœlorum. annuit Caiet. *Ad magnum Dei beneficium cumulum ſpectat ſingulare hoc priuilegium, vt filij Iſrael quaſi hæreditario iure tanquam proprij Dei hæredes introducantur in terram promiſſam* D *Patriarchis.*

Qui vult Dei eſſe poſſeſſio, ab omnibus prorſus mundetur offenſis.

35. *Moyſes curuatus eſt pronus in terram & ait, auferas iniquitates noſtras noſque poſſideas*, nonne inuerſo ordine potuit dicere poſſideas nos, deinde auferas peccata noſtra? nequaquam ſane, qui vult enim Dei poſſeſſio eſſe, neceſſe eſt, vt prius ab omnibus mundetur offenſis, & ab omni ſit delicto purus: ad hanc mentem dixit B. Greg. Niſſen. hom. 15. in Cant. *Exiiſſe d ſiſmus* S Greg. Niſſen. *nihil in nobis eſſe præter Deum debere, neque ani-*

A *ma purificata vllam ad rem aliam reſpiciendum eſſe, ſed debere hanc ita ab omnibus craßis tam rebus quam cogitationibus expurgare, vt tota ad ſtatum, cum qui omnium rerum craßarum expers eſt, illuſtrißimum ex ſe pulchritudinis principis ſimulachrum efficiat*, vis ergo à Deo poſſideri, purus ſis ab omni prius delicto.

Teneritudo affectus erga Deum, comitem habeat reuerentiam.

36. *Moyſes curuatus eſt pronus in terram, & ait, obſecro Domine*, in Heb. *Domine mi, ſi inueni gratiam in oculis tuis, gradiaris nobiſcum*, hæc verba *Domine mi*, ſonant affectus teneritudinem, ſi ergo ita tenere diligit Deum, vt ſibi eum particularem faciat, dicens Domine mi, cur ergo addit obſecro? B qui enim ſe tenero amore proſequuntur, non precibus vtuntur, cum aliquid mutuo à ſe inuicem poſtulant: prudentiſſime quidem Moyſes addidit *obſecro*, quia teneritudo affectus ergo Deum, comitem debet habere reuerentiam. fauet Caiet. *Nominat Moſes in hac ſupplicatione Deum Domine mi, teneritudinem affectus conduplicando explicans repetito aduerbio, vt teneritudo comitem habeat reuerentiam.*

Cajet.

Ii præ aliis aſſumuntur ad gloriam Thaboris, qui in demiranda Dei maieſtate cæteris præfulſerunt.

37. *Feſtinus Moyſes curuatus eſt pronus in terram & adorans*, cur quæſo è numeroſo illo priſtinoque ſanctiſſimorum patriarcharum cuneo, vbi plures virtutis ingenuitate extiterunt illuſtres, C Chriſtus duos decerpſerit dumtaxat, nempe Moyſen & Eliam, vt in montis Thaboris vertice tantæ ſplendentis pompæ, fulgurantis apparatus gloria primi initiarentur? quid fuit, quod nec ſanctiſſimus Abraham illic aſſurgeret, nec amiciſſimus Deo Dauid aſſideret? quid in his duobus ſpecialius enituit, vt hac ſingulari excellentiæ prærogatiua potirentur? aduerte eos præ reliquis regiam Dei gloriam ſtudioſius ſuſpexiſſe, venerantius plauſiſſe, frequentius prædicaſſe. nam Moyſes Dominum feruenter orat. oſtende mihi gloriam tuam, qua coram eo tranſeunte, intonat: dominator Dominus Deus, &c. & ſtatim, feſtinuſque Moyſes curuatus eſt pronus in terram, & adorans, Eliæ vero dicitur à Deo in ſpelunca deliteſcenti: egredere & ſta in monte coram Domino, & ecce Dominus tranſit, vbi Chaldæus vertit, & ecce gloria Domini reuelatur, vbi ſtatim eius potentia in montium ſubuerſione, contritione petrarum, ventorum commotione, ignis fulminatione obſtrepens demonſtratur, quam ita veneratur acclinis Elias, vt oculos in eam non audeat conjicere, ac proinde vultum ſuum ſub pallio abſcondit, quod cum audiſſet Elias, operuit vultum ſuum pallio 3. Reg. 19. en cur potius hi duo ad viſionem Chriſti Domini in Thabor præ cæteris antiquis aſſumuntur? quia ſtrenuiores in admiranda regiæ maieſtatis gloria fuere, & ideo ad illius radios primi acceſſere, & propinquiores. arguit Tertulian lib. 4. contra Marcion cap. 22. *Sed quid tam Chriſtus creatori, quam cum eis gloriam ſuam communicare à quibus Dominus gloriæ nuncupabatur.*

3. Reg. 19.

Tertull.

Conceptus qui formari poſſunt in hæc verba, *populus duræ ceruicis obſecro, vt gradiaris nobiſcum, & auferas iniquitates*, depromendi ſunt ex verſu 7. huius capitis & ex verſ. 3. præcedentis.

VARIET. LECT. Verſ. 10. & 11.

Vulg. Reſpondit Dominus, ego inibo pactum videntibus cunctis, ſigna faciam quæ nunquam viſa ſunt ſuper terram, nec in vllis gentibus. vt cernat populus iſte, in cuius es medio, opus terribile quod facturus ſum.

Sept. Et dixit Dominus ad Moyſen, & ecce ego pono tibi teſtamentum coram omni populo tuo, faciẽs glorioſa quæ facta ſunt in omni terra, & in omni natione, videbit omnis populus in quibus es tu, opera Domini quia mirabilia ſunt.

Cald. Faciam mirabilia quæ nunquam creata ſunt in omni terra.

Onk. Ecce ferio fœdus coram vniuerſo populo, faciam miracula quæ non ſunt creata in vniuerſa terra.

Pag. Videbit omnis populus omne opus Domini, quod mirabile eſt.

Cald. Quod ego faciens tecum.

Mont. Videbit omnis populus cuius tu in interiori, opus Domini, quia formidabilis ipſe.

Oleaſt Faciam ſeparata, quæ non ſunt producta in terra.

Vulg. Obſerua cuncta quæ hodie mando tibi, ego ipſe eiiciam ante faciem tuam Amor- D rhæum, & Cananæum, & Hethæum, Pherezæum quoque, & Heuæum & Zebuſæum.

Sept. Attende tu omnia quæcumque ego mandem tibi. *Ioſo Hæuei*, legunt Gergezæum.

CONCORDIA.

Vulg. habet ſigna faciam, Hebraice אעשה נפלאת faciam mirabilia, alij ſeparata, verum eſt verbum pala à quo niphlaot, id eſt mirabilia, ſignificare ſeparare, & abſconditum eſſe, & ſic niphlaot ſeparata & abſcondita: & hæc verſio non contradiceret vulgatæ, ſenſus enim eſſet, Deum facturum ſigna à poteſtate hominis, & Angelorum ſeparata, Vulg. habet viſa, alij creata, vel producta ברא bara & creare & producere ſignificet, Gergezæum tacuit Vulg. expreſſum tamen à Sept. plures aliàs aſſignauimus rationes, quia exiguus erat populus reſpectu aliorum, ſicque ſub his comprehendebatur.

EXPOSITIO.

Ecce inibo paſtum videntibus cunctis, tam Iudæis quam gentibus, quando autem ait, inibo, id eſt, fœdus iam vobiſcum factum, ſed diſruptum reſarciam ratumque habebo, *ſigna faciam quæ nunquam facta ſunt ſuper terram*, vt patet in Datan & Abiron punitione hiatu terræ abſorptorum, in Iordanis tranſitu, Ierico ruinâ ad tubæ ſonitum &c. *Vt cernat iſte populus in cuius es medio*, ſaltem tot mirabilium euidentia conuictus, *opus terribile*, aliqui faciem cornutam Moyſi, alij diuinam incarnationem A intelligunt, ſed exiſtimo germaniorem eſſe, nempe faciam opus terribile, ſcilicet præfata, & conſimilia prodigia & miracula, quæ omnibus terrorem incutient, cum vos in terram promiſſionis introducam.

Obſerua cuncta, hoc ſub perſona Moyſis ait ad populum, Moyſes enim internuncius populi, cuiuſque perſonam ſuſtinens, *quæ hodie mando tibi*, quæ iterum repeto, vt arctius memoriæ hæreant, *ego ipſe eiiciam ante faciem tuam*, proſternens delebo &c.

CONCEPTVS.

Si Deus aliquamdiu nobis iratus videtur, ideo eſt, vt ad meliorem frugem redeamus.

Signa faciam quæ nunquam viſa ſunt ſuper terram, vt cernat populus iſte. Nonne te deprecatus eſt Moyſes vt auferens iniquitatem eius, tanquam hæreditatem tuam eum poſſideas? cur ergo non ais, vt videat populus meus mirabilia quæ facturus es? cur ais *iſte populus* quaſi tuus non eſſet? an adhuc ei iratus? quidni? per aliquod enim tempus nobis nō dimiſiſſe videtur, vt ad meliorem frugem redeamus. non diſſentit B. Auguſt. quæſt. 56. in Exodum. *Nondum dignatur dicere coram omni populo meo*, quaſi diceret nondum ei condonaſſe videtur, nondum ad gratiam ſuam recepiſſe, vt deinceps in ſcelus admiſſum non dilabatur.

Si Deus nos placide reſpiciet, omnia nobis ſecunda.

Signa faciam quæ nunquam viſa ſunt ſuper terram, vt cernat populus iſte opus terribile, ſed antequam facturus ſum hæc mirabilia, vel vt alij habent glorioſa, ego inibo pactum, id eſt reſarciam fœdus diſruptum, & hoc fœdere inito, faciam mirabilia, quæ nunquam facta ſunt. nonne populus in te grauiſſimum ſcelus, vitulum aureum adorans, commiſerat? nonne omni punitione dignus, quodlibetque merebatur ſupplicium? cur immenſis in introductione terræ promiſſæ, eum cumulare vis beneficiis? nonne populum benigne reſpexerat, in tantum vt cum eo fœdus iniret denuo? non mireris, cur tot glorioſa propter eum ſe facturum pollicetur, quia cum Deus nos placide & benigne reſpicit, omnia nobis contingent proſpera; mens eſt D. Cyrilli Alex. lib. 17. in Leuit. *Tanquam ſi ſol reſpiciat ſegetem, & afferat fructus quam vtique ſi non reſpexiſſet, infructuoſa manſiſſet: ita Deus ſegetem cordis noſtri reſpiciens, & radiis nos verbi ſui illuminans, auget nos & multiplicat, vt vltra non ſimus paruuli ſed magni efficiamur: ſicut magnus eſt Iſaac & magnus factus eſt Moyſes, vis videre ſi reſpiciat Dominus ad hominem, quanta ſit ſalus. Petrus aliquando pœne perierat, & ex conſecratione Apoſtolici numeri, diabolo, per os ancillæ pontificis inſpirante fuerat ereptus, ſed vbi ad eum reſpexit Ieſus, tantum vbi ad eum placidi vultus ora conuertit, ſtatim reuerſus in ſemetipſum, & prolapſum de præcipitio reuocans pedem, fleuit inquit amariſſime: itaque ita reſpectus à Deo locum ſuum flendo recepit, quem negando perdiderat: ſed & hoc in loco ex reſpectu & cura ipſius Domini ad preces Moyſi quæ & qualia & quanta populo Iudæorum prouentura ſunt bona videamus, ais ergo inibo pactum videntibus cunctis ſigna faciam.* B

Prælati, pluries ſubditos delinquentes ad gratiam & amicitiam reuocent.

40. *Signa faciam quæ nunquam viſa ſunt ſuper terram*, ſed antea inibo pactum vobiſcum. quid? C nonne prioris iam antea cum eis initi tranſgreſſores fuerunt? nonne eorum culpa diſruptum eſt? cur ergo denuo aliud reſarcire moliris? nonne indigni cum ſint fœdifragi in tuam denuo gratiam admitti? eos nihilominus denuo recipit, cum his iterum fœdus contrahit, vt doceatis tu, ô antiſtes, pluries ſubditos delinquentes ad tuam, è qua grauiſſimis lapſibus exciderant, amicitiam recipere. *Docentur Prælati* (inquit Oleaſt.) *ſæpius violatam amicitiam cum ſubditis integrare, poſtquam Dominus Deus tam grauiter offenſus tam facile placatur, & redit ad pactum quod irritum fuerat.* Oleaſter.

Virginis conceptus, inter opera Dei maxime mirabile.

41. D *Signa faciam quæ nunquam viſa ſunt ſuper terram*, Cald. *faciam mirabilia quæ nunquam creata ſunt ſuper terram*, quid mirabilius quam populum Iſraelem ſiccis pedibus mare tranſfretare? pane de cœlo miſſo nutriri? petram, aquam populo ſitiēti præbere? an aliquid mirabilius poteſt fieri? an ſignum magis ſtupēdum? quid ait Ierem. *Creauit Dominus nouum ſuper terram*, quod ſignum in maiorem rapiens admirationem quam quod dictum eſt Achab. ecce virgo concipiet & pariet filium? nonne cunctis mirabilius ſignis à Deo factis, hic conceptus virginis mirabilior & excellentior? ita cecinit Preſbyter Rhemenſis. Ierem. 31.

Quæ ſunt ſigna quibus non illuſtrauit Hebræos
Illa Dei virtus, illa tremenda manus? Petrus R ga.
Signa decem Pharao tremuit, ſiccum mare fluctus
Sictari ſtupuit, pro dape manna pluit.

Panit eos veniens auſtro perflante coturnix,
Rupem diſrumpens petra fluenta dedit
Ergo quod eſt ſignum, quod viſum non erat illud?
Certe quod Dominus quærere iuſſit Achas,
Præterea ſignum Dominus nobis dabit, ecce
Virgo concipiet, Emanuel pariet
Hoc Dominus docuit vt Hebræus verba notaret
Vtque fidem ſigno virginis ille daret.

Iudicium Dei terribile.

42, *Signa faciam quæ nunquam viſa ſunt ſuper terram*, deinde ſubiũgit, *vt videat omnis populus in cuius medio es, opus terribile*, an huiuſmodi opus ſubmerſio totius exercitus Ægyptiorũ cum ſuo exercitu? nonne decem plagæ iis inflictæ? quod ergo opus terribile facturum prædicis quod viſurus eſt Moyſes cum aliis? nonne poſſumus dicere finale ipſius erga homines iudicium? ita ſentit Anſelm. Laudunenſ. *Quod Dominus hic ſe promittit facturum nunquam eſt Iudæis datum ad litteram, de die ergo iudicij accipiendum eſt in quo facturus eſt quæ nunquam viſa fuerunt.* (Anſelm. Laudun.)

Paſſio Chriſti Domini illata à Iudæis, omnium opus maxime terribile.

43. *Signa faciam quæ nunquam viſa ſunt ſuper terram*, quænam ſunt illa quæ nuſquam viſa ſunt? an forte illa quæ ad nouum teſtamentum pertinent, incarnationis videlicet, ac reſurrectionis Domini? ita ſentit Rabbanus Maurus, deinde ſubiungit. *Vt videat omnis populus opus terribile.* Quodnam illud opus terribile præter iudicium finale omnibus terrorem incuſſurum? nam nullum opus à Deo terribile vidit populus Iſrael ſub cunctis aliis regibus quam ſub Pharaone: audiamus Rupert. *Quod eſt opus* (Rupertus.) *Domini terribile quod cernat populus præſidente populo? niſi quod Deus homo factus crucifixus eſt:*

Deus inaudita perpetrat pro principibus & prælatis.

45. *Signa faciam quæ nunquam viſa ſunt ſuper terram, videntibus cunctis.* Plurima quidem ſigna operatus es quæ admirationem plurium rapuerunt, ſed quænã cunctis ea videntibus? an murorum vrbis Ierico lapſus ſonitu tubarum perſtrepente? cur non dicemus vt quanti faciat principem Moyſen & Aaronem ſummum ſacerdotem ſignificaret, dixiſſe ſe mirabilia in eorum protectionem facturum. Datan & Abiron & alios ſeditioſos hiatu terræ extinguendo? adeſt pro nobis Card. Caiet. (Cajetan.) *Intelligimus quod de fœdere principatus & ſacerdotii eſt ſermo, reuelat ſiquidem Deus Moyſi quod faciet mirabilia & terribilia ad ſeruandum ipſum Moyſen in principem & Aaron in ſacerdotem, quæ omnia in lib. Num. 16. ſubſecuta leguntur. hæc enim fuerunt facta è regione totius populi, non ſolum toto ſpectante populo, ſed quaſi pugnante contra Moyſen & Aaron vſurpatis principatu & pontificatu: prævidebat enim Deus has ſeditiones futuras, & propterea dicit Moyſi ſupplicanti pro Aaron, ecce ego feriens fœdus, ſubaudi tecum, etiam pro Aaron, & ſignificanter dicit populi tui, quoniam ſeditio futura erat in populo, non quatenus erat populus Dei, ſed quatenus populus hominis: vere autem fuerũt terribilia opera aduerſus Abiron & Chore, quæ fecit Deus in fauorem populi, ad teſtificandum quod ipſe miſit eum Prophetam ad ducem populi, & quod ipſius Dei auctoritate diſponebat Moyſes de ſacerdotio.*

VARIET. LECT. à Verſ. 12. ad 14.

VVlg. Caue ne vnquam cum habitatoribus terræ illius iungas amicitias, quæ ſint tibi in ruinam.

Sept. Attende tibi, nequando ponas teſtamentum iis qui ſuper terram ſedent, in quam ingrediens in eam, ne tibi fiat offendiculum in vobis.

Cald. Caue ne tibi forte ineas pactum &c. ne tibi ſit ſcandalum in medio tui.

Onk. Ne forte offendiculo ſit in te.

Pag. Ne forte ſint in laqueum in medio tui.

Mont. Obſerua tibi ne ferias fœdus habitanti terram, quam tu ingrediens ſuper eam, ne forte ſit in laqueum in interiori tuo.

Vulg. Sedatas eorum deſtrue, confringe ſtatuas, lucoſque ſuccide.

Sept. Aras eorum deſtruetis, ſtatuas eorum contereris, & lucos eorum excidetis, & ſculptilia Deorum illorum igne comburetis.

Mont. Quoniam altaria eorum confringetis.

Vulg Noli adorare Deum alienum, Dominus zelotes nomen eius, Deus eſt æmulator.

Sept. Non enim adorabis idola populorum. ſic Onk.

Pag. Quia non incuruabis te Deo alteri.

Oleaſt. Dominus zelotes nomen eius, Deus fortis zelotes.

Caiet. El zelotes ipſe.

CONCORDIA.

PArum eſt quod tã in Hebræo quã in Cald. & Sept. verba ſint in plurali numero, & futuri temporis, videlicet deſtruetis, confringetis &c. & in Vulg. in ſingulari & imperatiuo. nam vtrobique idem eſt ſenſus, apud Sept. hæc abundant, & ſculptilia Deorum eorum comburetis igne, non enim inueniuntur in Heb. Vulg. quæ ſint tibi in ruinam, Hebraice פן יהיה למוקש בקרבך pben iehi lemokes bekisbeka, nomen autem mokes ſcandalum, ruina, laqueus, offendiculum interpretatur, el & Deum & fortem ſignificat, vnde addidit Oleaſt. fortis.

EXPO-

EXPOSITIO.

C*Aue*, diligenter atrende, *ne vaquam cum habitaatibus terra illius*, vobis promiſſæ in qua nunc ſunt Idololatræ, *iangas amicitias*, fœdere aliquo nuptiarum, *quæ ſint sibi in ruinam*, facile quippe erit faſcino eorum inficiari, & ſcandalo præcipitari, verbum *ſint*, ponitur pro erunt, voluit enim Deus indicare malum, quod hic ponitur certo ex fœderibus his conſecuturum, atque ideo à ſe ea fœdera vitari, nomine autem ruinæ non ſolum intellige lapſum in culpam & pœnam, ſed in miſerias quas Iudæi paſſuri erant.

Sed aras eorum deſtrue, confringe ſtatuas, falſorum deorum, *lucoſque ſuccide*, lucos vocat A arbores, quæ erant in cultum idolorum iuxta eorũ aras conſtitutæ, ſub quibus cibos Idolorũ in partem ſui ritus comedebant, ſaltabant, & nefarios concubitus exercebant, quibus maxime dæmones delectantur, & à ſuis exigebant cultoribus, *noli adorare Deum alienum*, ita creditum ab idololatris, *Dominus zelotes nomen eius*, zelotes dicitur metaphora ſumpta à zelo maritali, quod caſtitatem cuſtodiat vxoris inquantum non patitur Deus ab homine aliquem, præter ipſum pro vero Deo coli, aut amari, quod licet Deo nocere nequaquam poſſit, nobis tamen maxime obeſt.

CONCEPTVS.

Prauorum conſortium præcipuè infidelium prorſus exitiale.

45. *Caue ne vaquam cum habitatoribus terra illius iungas amicitias, qua ſint tibi in ruinam*, Pagn. in laqueum, quid laqueo pernicioſius? hoc ne conſtringetur guttur eorum, qui cum infidelibus iungent fœdera, amicitias contrahent? quid ni? cum nihil ſit pernicioſius & magis lethiferum quam prauorum conſortium maximè in fide deficientium, quod S. Hieron. docte expedit l. 3. in Epiſt. ad Galat. ſuper illa verba, modicum fermentum totam maſſam corrũpit, Nolite (inquit) putare paucorum hominum, qui de Iudæa venientes aliud docent, inſidias contemnendas, ſcintilla res parua eſt, & pene dum cernitur, non videtur, ſed ſi fomitem cõprehenderit, & nutrimenta ſui, quãuis paruus ignis inuenerit, mœnia, vrbes, latiſſimos ſaltus regioneſque conſumit, fermentum quoque, cuius ad aliam partem in Euangelio parabola temperata eſt, res modica videtur, & nihili: ſed cum farinæ conſperſum totam maſſam ſuo vigore corruperit, in illius vim tranſit omne quod mirum eſt: ita & doctrina peruerſa ab vno incipiens, vix duos aut tres primum in exordio reperit auditores, ſed paulatim vt cancer ſerpit in corpore, & iuxta vulgare Prouerb. vnius pecudis ſcabies totum commaculat gregem: igitur & ſcintilla ſtatim vt apparuerit extinguenda eſt, & fermẽtum à maſſæ vi ciniaſemouendum, ſecandæ putridæ carnes, & ſcabioſum animal à caulis ouium repellẽdum, ne tota domus maſſa, corpus & pecora ardeat, corrũpatur, putreſcat, intereat: Arius in Alexandria vna ſcintilla fuit, ſed quia non ſtatim oppreſſa eſt, totum orbem eius flãma populata eſt] porro ſi modicum fermentum totam corrumpit maſſam, ſi vnius malitia multos inficit, quid erit ſi fermentum multum ſit, & maſſa ſit modica? plures mali ſint, quid paucos aut etiam vnum bonum ambiant? rem ſcite vrget Gillebertus Abbas ſerm. 22. in Cant. ad producta Apoſtoli verba reſpiciens, & ad noſtram mentem, modicum fermentum totam maſſam corrumpit. quid ergo inquit, fiet, vbi multum B eſt fermentum, maſſa modica? & vnus bonus multis malis commiſcetur?

[Margin: S. Hieron. ad Galat.]

Mali, tanquam membrum putrefactum, abſcindendi à bonis.

Caue ne vnquam cum habitatoribus terra illius iungas amicitias, quæ ſint tibi in ruinam, quod nobis eſt in ruinam an admittẽdum? & quod nobis futurum eſt in laqueum, nonne omnino fugiendum? impij autem ſunt tanquam membra putrefacta, quæ reſcindere omnino oportet, ne cætera inficiant, & ſic non ſolum cum Chananæis impiis hominibus fœdera iungenda erant, ſed nec cum illis ſimul cõmorandum, ne C morum corruptione, Iſraelitas inficerent, ſcite Syneſ. Epiſt. 58. *Tanquam malum incurabile reſcindẽdus à nobis malus, vt ne ſocietate etiam quod ſanum eſt corrumpatur, nam labes propagatur & ſerpit, & qui tangit ſceleratum etiam contagionem ſentit.* huc ſpectat S. Bernard. monitum Epiſt. 101. Apoſtoli verba ad hunc ſenſum flectentis, ſic enim ille ſcribit, *Hæc omnia feciſti nec profeciſti, ad Apoſtoli conſilium confugiendum eſt* 1. *Cor. 5 auferte malum ex vobis; auferatur ergo malus, ne malos generet. neque enim poteſt arbor mala fructus niſi malos facere.* 46

[Margin: Syneſius. S. Bernard. 1. Cor. 5.]

Malè affectæ mentis pruritus, malorum conſuetudine vt quadam confricatione accenditur.

Caue ne vnquam cum habitatoribus terra illius D *iungas amicitias, quæ ſint tibi in ruinam*, cur Deus poſtquam pronitatem populi ſui ad Idololatriam nobis aperuit, prohibet vt cum idololatris nec fœdera, nec amicitias contrahant? quia male affectæ mentis (qualis erat Iudæorum) pruritus, malorum (quales erant Chananæi) conſuetudine velut quadam confricatione accenditur, vt deinde dolorem gignat, ſcandalum pariat & laqueum aducat, S. Auguſt. lib. 2. confeſſ. c. 8. ita loquitur, *nec confricatione conſciorum animorum accenderent pruritum cupiditatis meæ*, vt bene monuerit S. Nilus in cap. parænet. *ne conuerſeris iſti, quem à bonis vides culpari.* 47

[Margin: S. Auguſt. S. Nilus.]

Feris ſcorpionibuſque impius nocentior.

48\. *Caue ne vnquam cum habitatoribus terræ illius iungas amicitias, quæ ſint tibi in ruinam*, fugimus ſane quod nobis in ruinam inducit, vitamus id quod nobis laqueũ iniicere debet, verũ an impiorũ cõſortiũ ſolum nobis hoc modo nociuũ? minime ſed quia etiam vt ſcorpiones mali virus euomunt, quo miſere pereundum. hoc habes à probo calamo, ſanctus enim Aſterius homilia 2. de Oeconomo inquit, *Aſi quis vitiorum aſſecla peſtilenſque & pernicioſus homo propius accedit, vt peccati venenum per aures infundat, vitandus ille ac fugiendus non aliter quam genus illud ferarum quæ toxicum eiaculantur.* Aſterias.

A malorum conſortio abeat qui culpæ maculas abſtergere debet.

49\. *Caue ne vnquam cum habitatoribus terræ illius iungas amicitias*, cur poſt peccatum Idololatriæ erga vitulum aureum commiſſum, præcipitur populo Iſraeli, ne cum impiis iungat amicitiæ fœdera? quia qui mediâ pœniten-

A tiâ culparum maculas abſtergere debet, neceſſe vt malorum conſortium fugiat & auerſetur, cum facile alia flenda & pœnitenda committat, qui peccatorum inter malos pœnitere cupit, hoc habet Ricardus Victor in Pſalm. 25. in calce ad illa verba Dauidis lauabo inter innocentes manus meas. *Quia hoc inter bonos melius agitur* (nempe lachrymis lauare) *quorum exemplis inſtruimur, quorum doctrina erudimur, quorum orationibus adiuuamur: lauabo & ego non inter quoſlibet, ſed lauabo inter innocentes manus meas: ſcio quia illi innocentes exiſtunt, exiſtant & illi, veram innocentiam ſeruant, qui nec propriam animam lædunt per conſenſum prauæ voluntatis nec alienæ nocent per exemplum prauæ operationis, tales ego ſocios habere ſtudeo, quia opera munda habere deſidero*, ſi ergo culparum labes B abſtergere lachrymis & pœnitentiâ debes, nocentes fuge, impios declina, nec cum eis iungas fœdera. Richard. Victor. Pſalm.

Si plures conceptus deſideres in hos verſus 12. 13. & 14. conſule vigeſimum tertium caput à verſu 24.

VARIET. LECT. à Verſ. 15. ad 17.

Vulg. Ne ineas pactum cum hominibus harum regionum, ne cum fornicati fuerint cum diis ſuis, & adorauerint ſimulachra eorum, vocet te quiſpiam, vt comedas de immolatis.

Sept. Ne forte ponas teſtamentum iis qui ſedent ſuper terram, & fornicentur poſt Deos eorum, & immolent diis eorum & vocent te, & comedas de eis.

Cald. Ne forte ineas pactum cum habitatoribus terræ, & errabunt poſt idola ſua, & ſacrificabunt idolis ſuis, & vocabunt te vt comedas de ſacrificiis eorum.

Arias. Ne forte ferias fœdus habitanti terræ, & fornicentur poſt Deos eorum, & ſacrificent diis eorum, & clamet ad te, & comedas de ſacrificio eius.

Vulg. Nec vxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis, ne poſtquam ipſæ fuerint forni- C catæ, fornicari faciant & filios tuos, poſt Deos ſuos.

Sept. Et accipias de filiabus eorum filiis tuis, & de filiabus tuis de filiis eorum, & fornicentur filiæ tuæ poſt Deos eorum, & filij tui poſt Deos eorum.

Cald. Et tollas de filiabus ſuis filiis tuis, & errabunt filiæ ſuæ poſt idola ſua, & errare facient filios tuos poſt idola ſua.

Onk. Seducant quoque filios tuos

Vulg. Deos conflatiles non facies tibi.

Sept. Deos fuſiles ne feceris tibi.

Mont. Deos fuſiónis non facias tibi.

CONCORDIA.

Vulgat. vocet te quiſpiam vt comedas de immolatis Sept. vocent te, Hebraice eſt וקרא לך vekra lecha, quia familiare eſt Hebræis, vt de populo promiſcuo loquantur nu- D mero, quod plerumque fit etiam in nominibus ſpecierum animalium, vbi legit Vulg. fornicabuntur Hebraicè eſt זנו vezanu, quod etiam errare & ſeducere ſignificat.

EXPOSITIO.

Ne ineas pactum cum hominibus harum regionum, repetit Deus monitionem ſuperiorem vt eorum memoriæ firmius adhæreat, *ne cum fornicati fuerint cum diis ſuis*, metaphoricè dicitur cum fornicati fuerint, ſcilicet per ſimilitudinem ad mulierem nuptam, quæ relicto proprio viro alteri adhæſerit, huiuſmodi enim commixtio vocatur fornicatio, ſic adoratio alterius quam Dei vocatur fornicatio.

Non vxorem de filiabus eorum accipies &c. ne cum fornicati per Idololatriam fuerint recedentes à Deo vero, qui ſolus omnium animarum ſponſus eſſe debet: quod autem hic de vxore Chananæa copulanda filio dicit, idem intellige de marito Chananææ genti adſciſcendo, vt rectè reddiderunt Sept. *& comedes de immolatis*; ecce quomodo tempore legis prohibitum erat de immolatis idolis edere, ac proinde talis eſus malus moraliter erat ſoluta autẽ lege, vt ad Corinth. Paulus ſcribit, non eſt peccatum niſi propter conſcientiã & ſcandalũ.

Deos conflatiles non facies tibi, omnium ſimu- A lachrorum genus fictitiorum Deorum pro Deo haberi prohibet, licet eum fuſilem tantum exprimat ſtatuam, quaſcumque ſiue etiam ductiles intelligit, quæ communi popularique errore pro Deo colerentur.

CONCEPTVS.

Illecebræ mulierum potentiſſimæ ad viros ſeducendos.

Non vxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis, ne poſtquam fornicata fuerint, fornicari faciant & filios tuos, Cald. *errare facient filios tuos post idola ſua*, Onk. *ſeducant quoque filios tuos*, quid? nonne cognitio veri numinis efficacior eſſe debet erga populum fidelem, vt eum ſolum veneretur, quam vxores idololatræ ad eum ſedocendum, & à vera fide retrahendum? ita ſane, ſed tantæ ac tales ſunt mulierum blanditiæ, vt viros ad quamlibet impietatem perpetrandam adducant, & quaſi conſtringant: non alienus S. Thomas ab hoc ſenſu 1. 2. quæſt. 105. art. 4. ad 5. *Dominus alienigenas prohibuit in matrimonium duci propter periculum ſeductionis, ne inducerentur in idololatriam, & ſpecialiter prohibuit de quibus magis probabile quod ſuos ritus retinerent*: ſubiiciendus Goffridus Abbas Vindocinenſ. Epiſt. 21. *Cauendum nobis venerande præſul*, ſcribebat Ildeberto Cœnomanorum Epiſcopo) *ne fœmina decipiat veſtram ſimplicitatem, & compellat vos agere contra Romanam Eccleſiam veſtram matrem, vſitatus eſt valde ad decipiendum ſexus fœmineus, ſexus enim iſte ſua ſuaſione decepit hominem primum, ſuaque interrogatione circumſcripſit Apoſtolum Petrum, illum ad præuaricandum impulit, hunc compulit ad negandum: hic itaque ſexus more ancillæ oſtiariæ gerens officium omnes quos allicit, aut excludit à vita ſicut Petrum à Chriſto, aut excludit in mortem, ſicut Adam in paradiſo.*

Sexus fœmineus cum impietati ſtudet, nullus eo peior.

Non vxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis, ne poſtquam fornicatæ fuerint faciant & fornicari filios tuos, quid? nonne ſatis eſt quod omnium ſceleratiſſimum crimen Idololatriæ commiſerint ac cur ais, quod in ſimilem idololatriam adducent ſibi matrimonio coniunctos? quia ſexus fœmineus cum impietati ſtudet, non ſiſtit in vno peccato, ſed vlterius progreditur, eo enim nullus eſt eo peior. fauet præfat. Abbas Epiſt. 43. qui ſermonem de eo habens ait, *Vbi inordinatè ſæcularis eſt aſſiduitas, diu creditur non deeſſe grandis iniquitas. maxime in loco in quo fœmineus ſexus habitare permittitur, per quem etiam religioſa perſona ſuſpecta habentur, ſexus tamen vbi bonus, nullus melior, ſed vbi malus, nullus eſt peior.*

Peruerſæ mulieris ſocietas quam nociua.

Non vxorem de filiabus earum accipies filiis tuis, ne poſtquam fornicatæ fuerint, fornicari faciam filios tuos, quid ſceleſtius Idololatria? nonne inter ſcelera illud priorem locum obtinet? quomodo ergo filij Iſrael tot acceptis beneficiis, in illud prolabentur? nonne ex ſocietate peruerſarum mulierum, cum quibus matrimonium coniunxerint? vt inde colligas quam peruerſæ mulieris conſortium nociuum imo & peſtiferum, de hoc conſulamus B. Athanaſ. B Athan. de ſingul. clericor. hoc verſantem argumentum, ſic autem ait, *Quæ nonniſi corruptionem ſeminat, pullulat vitia, cupiditatem conſpicis, ignominiam paris, rabiem concitat, porrigit furiam,* B *laſciuiam paſcit, petulantiam nutrit, caſus exaltat, ruinas ædificat, ripas eripit, præcipitia inſtruit, periculis nauigat, naufragiis velificat, perditione gaudet, interitum fouet, confuſionem mercatur, theſaurizat opprobrium, criminationes exaggerat, occupationes inflammat, & æternanti ſimilis in falcem glomerant numeroſas indagines captionum per infinita dedecorum, multiplices mortes inuehit in perniciem perditorum.*

Non minus noxiæ viris prauæ vxoris affectiones, quam ſint debilibus nauigiis procellæ violentæ.

Non vxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis, ne poſtquam fornicatæ fuerint, fornicari C *faciant filios ſuos*, quid? itane inconſtans & leuis animo Iſraelita, vt vxore Idololatriæ dedita, ipſe poſtpoſito omni timore diuino eam in peccatis ſequatur? ita Deus aſſerit; nec mitor, non enim minus noxiæ viris prauæ vxoris affectiones, quam ſint debilibus nauigiis procellæ violentæ, annuit D. Baſilius homilia ad diuites, *Quemadmodum procellæ ac turbines debilia nauigia, ita prauæ vxorum affectiones animas coniugum demergunt.*

Idololatria omnium criminum, ſceleratiſſimum.

Non vxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis, ne poſtquam fornicatæ fuerint, faciant & fornicari filios tuos, cur ſub nomine & me- 53.
D taphora fornicationis Idololatriam ſignificat? nonne poterat dicere poſtquam falſos Deos adorauerint, inducent & pertrahent filios veſtros ad ſimile crimen? aduerte quod S. Bonifac.
ait D. Bonifac. Archiepiſcop. Mogunt & martyr Epiſt. 19. quæ eſt ad Ethibaldum Regem Mercionum, *Longum eſt enarrare quanti ſpiritales medici huius peccati venenum & horrendum vituperabant, & terribiliter prohibebant, quia pæne omnibus peccatis grauior & deterior eſt fornicatio & veraciter dici poteſt laqueus mortis, & puteus inferni & vorago perditionis*: en cur Idololatria ſub nomine fornicationis metaphoricè exprimitur? ad denotandum quod ſicut fornicatio adultera, inter omnia peccata ferè cenſetur grauior, ita & falſorum Deorum adoratio abſolute omnium eſt grauiſſima.

Deus tanquam pater maximè noſtri ſollicitus, omnem occaſionem idololatrandi ademit.

54. *Non uxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis, ne poſtquam fornicata fuerint, faciant & fornicari filios tuos*, ecce vt cauet falſorum numinum cultum, dixerat autem ſuperius, ne ſocietatem cum Idololatris contraheret populus, ne quis illius vocatus comederet immolata, quid? nonne immolatum de ſe indifferens? an de ſe peccatum illud comedere? quem enim

A defectum contrahit ex eo quod ſimulachris deorum ſit oblatum? cur ergo cauet Deus quod à ſuo non comedatur populo? rectè Abulenſ. quæſt. 13. *Mandabat Deus Iudæis ne comederent de his immolatis, potiſſimè, propter quod ſi liceret eis comedere de carnibus, aut panibus immolatis, liceret ire ad locum vbi hæc immolabantur, & videntes gentiles hæc facientes facile inducerentur ad adorandum idola, & benedicendum eis.* Abul. in

Si plures conceptus habere velis in hos verſus conſule cap. 23. à verſu 30.

VARIET. LECT. à Verſ. 18. ad 20.

V*Vlg.* Solemnitatem azymorum cuſtodies, ſeptem diebus veſceris azymis ſicut præcepi tibi in tempore nouorum, menſe enim verni temporis, egreſſus es ab Ægypto.

Sept. In tempore, in menſe nouorum, nam in menſe nouorum exiſti de Ægypto.

Cald. In tempore nouarum frugum, quoniam in menſe nouarum frugum &c.

Pagn. Solemnitatem infermentatorum cuſtodies, ſeptem diebus comedes infermentata, quemadmodum præcepi tibi tempore menſis Iulij, quia in menſe Iulij egreſſus es è terra Ægypti.

Arias. In tempore menſis Abib, quia in menſe primitiuorum &c.

Oleaſt. In tempore menſis ſpicæ.

Vulg. Omne quod aperit uuluam generis maſculini, meum erit, de cunctis animantibus tam de bobus, quam de ouibus meum erit.

Sept. Omne adaperiens uuluam, mihi maſculina, omne primitiuum vituli, & omne primitiuum ouis.

B *Cald.* Omnes primigenitos tuos maſculos in pecoribus tuis ſanctificabis, primogenitum bouis & ouis.

Oleaſt. Omne pecus tuum erit in memoria.

Pag. Omne pecus tuum quod maſculum parit.

Mone. Omnis apertio matricis mihi, & omnis poſſeſſio tua memorata, erit apertio bouis & ouis.

Vulg. Primogenitum aſini redimes oue autem nec pretium pro eo dederis, occidetur, primogenitum filiorum tuorum redimes, nec apparebis in conſpectu meo vacuus.

Sept. Et primitiuum ſubiugalis redimes oue ſi autem non redemeris, illud pretium dabis, non apparebis in conſpectu meo inanis.

Cald. Si non redemeris, truncabis caput illius, C omne primogenitum filiorum tuorum redimes, non apparebunt coram me vacui.

Onk. Si non redemeris, deceruicabis ipſum

Arias. Et apertionem aſini redimes in oue &c. & non conſpicientur facies meæ vacuæ.

Pagn. Ceruicem truncabis illi.

CONCORDIA.

DE concordia primi verſus conſule cap. 13. verſ. 14. quod apud nos habetur generis maſculini, nõ eſt in Hebraicis codicibus, ſed à Sept. mutuauit interpres, qui legũt τα ἀρσενικα maſculina, & id non abſque ratione; nam primogenita maſculina non autem fœminina offerebantur Domino, quia verbum זכר xacbar etiam memorari ſignificat, hinc eſt quod aliqui reddiderũt, per memorabatur: pro eo quod nos dicimus occidetur, Hebraicè legitur [illegible] heraphto, quod aliqui deceruicabis, al. truncabis caput eius &c. ſignificat enim horaph deceruicare, ceruicem cædere, vel confringere quid autem velint Sept. cum reddunt, ſi autem non redemeris pretium dabis pro eis, nam idẽ videtur eſſe redimere, & pretium dare ignoro.

EXPOSITIO.

HOrum verſuum expoſitionem, nec non ex eis varios conceptus formatos conſule c. 12. verſ. 15. nam ibi de ſolemnitate azymorũ, & panibus azymis abunde diximus, & verſ. 17. D &c. 13. verſ. 7. & pluries alibi, de menſe nouorum abunde etiam egimus cap. 15. verſ. 4. pro verſu autem 19. & 20. conſulendum cap. 13. in verſibus 12. 12. & 13.

VARIET. LECT. à Verſ. 21. ad 23.

V*Vlg.* Sex diebus operaberis, die ſeptimo ceſſabis arare, & metere.

Sept. Septimo requieſces ſtationi & meſſi requies.

Cald. Requieſces, in ſeminationis tempore & meſſis quieſces.

Onk. Tam à ſeminando quam metendo A quieſcas.

Arias. Sex diebus ſeruies.

Vulg. Solemnitatem hebdomadarum facies tibi in primitiis frugum meſſis tuæ triticeæ, & ſolemnitatem quando redeunte anni tempore cuncta conduntur.

Sept. Solemnitatem hebdomadarum facies mihi principium meſſionis tritici, & ſolemnitatem collectionis mediante anno.

Cald. Et ſolemnitatem quando egrediente anno fructus congregantur.

Onk. Feſtum collectionum in reuolutione anni. *ſic Pagn.*

Vulg. Tribus temporibus anni apparebit omne maſculinum tuum in conſpectu omnipotentis Domini Dei Iſrael.

Cald. Tribus temporibus in anno, apparebit omnis populus tuus coram dominatore ſæculi.

CONCORDIA.

VVlgatus vitauit repetitionẽ verbi תשבת B tiſbat ceſſabis, & totum contextum mẽbrum fecit, ſenſumq; optime aſſecutus eſt, tribus temporibus legit Vulgat. Hebraicè autem שלש פעמים tribus vicibus, in Heb. non eſt omnipotentis ſed Domini Iehoua Elohe.

EXPOSITIO.

D*Ie ſeptimo ceſſabis arare & metere*, etiamſi tempus meſſis aut arationis ſit, quod præ aliis maxime operoſum & vtile ſit, Sabbato tamen ceſſabis nec in eo metes, vel arabis, quaſi diceret eis Deus, volo diligenter Sabbata mea obſeruari, tametſi vos alio prouocet propria vtilitas, vel arandi, vel ſegetes demetendi. *Solemnitatem hebdomadarum facies tibi &c.* calebrabis feſtum Pentecoſtes poſt hebdomadem hebdomadarum, id eſt poſt ſeptem habdomadas, puta poſt quadraginta nouem dies à Paſchate, ſed cum hic verſus integer expoſitus fuerit ſupra cap. 23. verſ. 16. ſicut & verſus ſubſequens eodem cap. & verſ. 17. ideo ab eorum expoſitione ſuperſedeo.

CONCEPTVS.

Cum tranſgreſſio mandatorum imminet, tunc præcipuè prohibenda. C

55. *Sex diebus operaberis, die ſeptimo ceſſabis arare, & metere*, nonne ſatis erat pluries dixiſſe die ſeptimo requieſces? requies enim illa omnem a quolibet opere ſeruili ceſſationem comprehendebat: nonne cum tempus arandi & meſſem colligendi imminet, ne futurũ lucrum eſſet, vel iactura frugum fiat, tempore calamitoſo interueniente, Sabbathum non ſeruandi occaſio premit? merito ergo expreſſit requiem Sabbati, etiam tempore meſſis & ſationis, illudque præceptum euulgauit, quia cum tranſgreſſio mandatorum imminet, tunc præcipuè prohibenda. *Prælati* (inquit Oleaſt.) *tunc maxime de præceptis adimplendis ſubditos admonere debent, cum eos timuerint ea tranſgreſſuros.* Oleaſt.

Deus ita ſuos diligit vt pluries eos velit videre.

56. *Tribus temporibus anni apparebit maſculinum tuum in conſpectu omnipotentis Domini*, nonne tibi, ô Deus, omnia ſunt præſentiſſima? cur ergo iubes, vt omne maſculinum in conſpectu tuo appareat tribus anni temporibus? quia Deus ita ſuos diligit, vt pluries eos velit videre, quaſi ægrè ferens eorum abſentiam: ſane mirabilis Dei amor in nos vt veluti pater filium velit pluries conſpicere: ſed attende quales progreſſus in virtute faciendi, qui coram eo omnipotente ſæculorum dominatore renum & cordium ſcrutatore ſingulis annis debeas apparere, & quam te totis oculis aſpiciet, ſi nihil in bonis operibus profeceris.

Vagationis occaſio fœminis adimitur.

Tribus temporibus anni apparebit maſculinum tuum in conſpectu omnipotentis Domini, nonne 57.
fœminæ ad tui imaginem & ſimilitudinẽ creatæ ſunt? nõne tibi ſunt curæ ſicut homines? cur ergo ante conſpectũ diuinitatis tuæ non cõparebunt, ſicut earum viri, vel quilibet alius ex hominibus? an quia deuotioni ita deditus ſexus fœmineus, vt neceſſe non fuerit præcipere, cum id nullo interueniente mandato facturus eſſet? annе ſexus infirmior longo itinere grauaretur? hæc quidẽ rectè dicta, ſed liceat addere, ideo ſolum de maſculis hoc iuſſiſſe, nõ autẽ de fœminis, vt omnis diſcurrendi & vagandi adimeretur occaſio, ad quam ſunt propenſiſſimæ: id habet Luſit. *Hac in re fœminarum genus decet, non hinc inde diſcurrere, etiam pietatis, aut religionis prætextu, amat hoc genus exire, amat hinc* Luſitan.
D *inde diſcurrere & quia à viris ſuis ſæpius arcentur, cauſam religionis, aut pietatis mentiuntur, vt ergo licentioſum genus teneret officio, occaſiones vagandi præcluſit.*

Mulier ex ſua formatione ſciat ſibi interdictas vagationes.

Tribus temporibus anni apparebit maſculinum tuum in conſpectu omnipotentis Domini, diximus 58.
ex Oleaſtro, ideo de maſculino ſolum ſermonem habitum, vt coram Deo tribus annis appareret; non autem de fœminino, vt omnis diſcurrendi & vagandi ei occaſio adimeretur; vnde etiam ſic D. Ambroſ. exhort. ad Virg. *Ipſa quoque etiam ad Eccleſiam progreſſio rarior ſit adoleſcentulis*, ſed nonne aucupari poteſt S. Ambr.
ex ſua formatione ſibi interdictam vagationem? nam ex pedibus viri minime formata,

ne huc & illuc diſcurrere, à loco ex quo formata, didiciſſet? igitur ex coſta quæ intus manet, nec conſpicitur, ædificata eſt, vt ita diſceret amare ſecretum, & ſe ab aliorum oculis eximere: tum in mulieris fabrica, ædificandi verbo vſus eſt Deus, vt innueret mulierem à A primo ſui ortu, ædium amantem eſſe debere, Gen.2. vt ſcilicet ædes non facile deſereret, quæ tanquam ædem ædificatam ſe ſciret.

Alios conceptus in hos verſus habes capite vigeſimo tertio ad verſum 12.16 & 17.

VARIET. LECT. à Verſ. 24. ad 26.

V*Vlg.* Cum enim tulero gentes à facie tua & dilatauero terminos tuos, nullus inſidiabitur terræ tuæ aſcendente te & apparente in conſpectu Domini Dei tui, ter in anno.

Sept. Cum enim eiecero gentes ante faciem tuam, & dilatauero fines tuos, non concupiſcet quiſquam terram tuam, cum aſcendes videri in conſpectu Domini tui par tria tempora anni.

Vulg. Non immolabis ſuper fermento ſanguinem hoſtiæ meæ, neque reſidebit mane de victima ſolemnitatis phaſe.

Sept. Non mactabis ſuper fermentum ſanguinem incenſorum meorum, & non dormiant in mane ſacrificia ſolemnitatis paſchæ.

Cald. Non immolabis ſuper fermento ſanguinem phaſe mei, neque manebunt extra altare adipes victimæ ſolemnitatis vſque mane.

Onk. Non pernoctabunt vſque mane extra altare adipes victimæ feſti paſchalis.

Arias. Non immolabis ſuper fermentatum ſanguinem ſacrificij mei, neque pernoctabit ad mane, ſacrificium ſolemnitatis tranſitus.

S. Auguſt. Non occides ſuper fermentum ſanguinem immolatorum meorum, & non dormiet vſque mane immolatio, tuæ ſolemnitatis paſchæ.

B *Vulg.* Primitias frugum terræ offeres in domo Domini Dei tui, non coques hædum in lacte matris ſuæ.

Sept. Primitias terræ tuæ pones in domo Domini Dei tui, non coques agnum in lacte matris ſuæ.

Cald. Offeres in domum ſanctuarij Domini Dei tui, non comedes carnem cum lacte.

Mont. Principium primitiuorum terræ tuæ adduces domum Domini.

Cajet. Non elixabis hædum cum *lacte matris ſuæ*.

Pagn. Principium primitiarum terræ tuæ adduces, &c.

Aly Primam maturitatem terræ tuæ inferes, &c.

CONCORDIA.

VErum eſt quod in Hebræo legitur חמד chamad, quod concupiſcere, deſiderare &c. ſignificat; ſic enim etiam Sept. reddiderunt & ſic noſter Vulg. legens, nullus inſidiabitur terræ tuæ, ſenſum non verba ſecutus eſt, rectè reddidit: etiam dictionem זבחי ſibehi per ſacrificium vel victimam meam, ſed de quo ſacrificio loqueretur, explicuit Cald. habés, non C immolabis ſuper fermento ſanguinem phaſe mei; verbum לין lun ſignificat remanere, pernoctare, morari &c. hinc ſenſum rectè reddit Vulg. legens non reſidebit vſque mane.

Circa varietatem lectionum horum verborum, non coques hædum cum lacte matris ſuæ, vide quæ diximus verſu 19. cap. 23.

EXPOSITIO.

C*Vm tulero gentes à facie tua*, ſicut pollicitus ſum, *& dilatauero terminos tuos*, quod factum eſt ſtatim tempore Ioſue poſt quietem à bellis, *nullus inſidiabitur terræ tuæ*, terrore ſiquidem vicinarum gentium corda inuadente, *nullus bona tua concupiſcet*, ita vt inſidiari audeat, ſicque prædictis temporibus ne timeas coram conſpectu meo apparere, nec è terra nec D è domo abeſſe, ſecurus ad me aſcende, *non immolabis ſuper fermentum, &c.* huius verſus expoſitionem & ſubſequentis habes cap. 23. verſibus 18. & 19.

CONCEPTVS.

A virtutibus populorum pendet regnorum ſtabilitas & defenſio.

10. *Cum tulero gentes & dilatauero terminos tuos, nullus inſidiabitur terræ tuæ*, quid? nonne gentes eis vicinæ ſibi infenſiſſimæ, eis abſentibus è domibus inſidias machinabuntur? aliquid expreſſius habetur in Hebr. ſic enim legitur, non concupiſcet terram tuam, parum eſſet, ſi terræ tuæ non inſidiarentur, ſi eam non inuaderent, ſed nec inuadere concupiſcent: quis peruerſas cogitationes impedit? Deus, qui regnum populi fidelis ita cuſtodit & protegit, vt nec cogitatione ipſa expugnari poſſit; audiamus Ab. Abulenſ. latius explicantem, *Imo dato quod eſſet inceptum bellū inter Hebræos & hoſtes ſuos & obſediſſent hoſtes ciuitates Iudæorum, & ipſi eas ſolas deſererent euntes in locum ſanctuarij, hoſtes nullo modo intrare poſſent in eas ad poſſidendum vel prædandum, imo nec deſiderarent introi-*

re ;iebat autem hoc, quia Deus immittebat quemdam terrorem in corda hoſtium, ita vt non auderent inuadire terram Iudaorum, vel qu a voluntatem ſuam ad alia diſtrahebas, ita vt nec cogitarent aliquid de terra iſta.

Cœleſtia quærenti primo loco, etiam temporanea adiiciuntur.

Cum tulero gentes à facie tua & dilatauero terminos tuos, nullus inſidiabitur terræ tuæ, aſcendente te tribus temporibus coram Domino, at quid ſi interim potens irrumpat hoſtis, & omnia gladio, flammis, rapina depopuletur? cur non domui relicta pars maſculorum, quæ latrocinia repellere valeat? dices manſiſſe cum fœminea turba pueros & effœtos ſenes; verum quantum B auxilium eſt tam fractæ ætatis? nihilominus vide quid Deus polliceatur, nullus inſidiabitur terræ tuæ aſcendente te, quid eſt nullus? ideſt nec domeſticus, nec ignotus aliquis, omnino nullus, nec tantum ab aperta violentia abſtinebit, ſed neque dolos aut inſidias ſtruet: habe ergo tu curã diuinorum, gubernatorem rerum ſacrificiis & bonis operibus cole, exterum vbi humana contempſeris in gratiam cœleſtium, & ſpiritalia caducis prætuleris, ne timeas, neue formides de laribus, de ſemente, de vtenſilibus, quæ reliqueris velut abſque cuſtode, ſcuto circumdabit te veritas eius, ſcapulis ſuis obumbrabit tibi: non erit qui conturbet domus quietem, non ſupellectilem diſſipabit quiſquam, aut agnos vaſtabit, nam fortis cu- A ſtodit ea, te cuſtodiente mandatum illius, aptè Oleaſt. *Ne timeas ô homo puſilli animi aliquid tibi ſiniſtri accidere, cum te in operibus occupaueris pietatis, qui enim ſollicitus eſt in his quæ ſunt Dei ſui, arbitretur Deum erga ſe & ſua ſollicitum, ita vt nihil ſibi defuturum putet, cum curauerit quæ ſunt Dei ſui.* Oleaſter.

Diſtractiones, in oratione, occaſionem adimit Deus.

Cum tulero gentes & dilatauero terminos tuos, nullus inſidiabitur terra tua, aſcendente te & apparente in conſpectu Domini, cur vult Deus ſecuros Hebræos eſſe, cum ad templum orationis & deuotionis cauſâ proficiſcerentur? ne B deſertis domibus, rebuſque ſuis aliqua cura, cum in templo orarent, morderentur; volebat Deus eos ab omnibus externarum rerum cogitationibus liberos, & vacuos, dum in domo orationis eſſent; nolebat humi proſtratos corpore, eos poſtea mente domum circuire, & circa ea quæ domi reliquerant, noxia diſtractione ferri, ideo ita eos ſecuros reddit, ne dum ſua cogitarẽt, Deo adhærere non poſſent; aduoca huc S. Auguſt. quæſt. 161. in Exod. *Hoc vult* (inquit) *Deus intelligi, vt ſecurus quiſque aſcenderet, nec de terra ſua ſollicitus eſſet Deo promittente cuſtodiam, quo nemo inde aliquid concupiſceret, propter illum qui aſcendit, nec ſuam inde timeret abſentiam.* B. Auguſt.

61.

Plures conceptus in duos ſubſequentes verſus habes cap. 28. verſ. 16. & 17.

VARIET. LECT. Verſ. 27. & 28.

V*Vlg.* Dixitque Dominus ad Moyſen; ſcribe tibi verba hæc, quibus & tecum, & cum Iſrael pepigi fœdus. C

Sept. Nam ſuper ſermonibus his poſui tibi teſtamentum, & ipſi Iſrael.

Cald. Quia per ſermonem verborum horum pepigi tecum fœdus, & cum Iſrael.

Arias Quia ſuper os verborum illorum &c.

Pag. Quia cauſa verborum iſtorum &c.

Vulg. Fuit ergo ibi cum Domino quadraginta noctes, panem non comedit, & aquam non bibit, & ſcripſit in tabulis verba fœderis decem.

Sept. Fuit ibi Moyſes ante Dominum, ſcripſit in tabulis verba hæc teſtamenti, iſtos decem ſermones.

CONCORDIA.

SEnſum optime Hebraici ſermonis habentis, quia ſuper os verborum tuorum, vel quia cauſa verborum iſtorum &c. aſſecutus eſt noſter interpres, legens quibus tecum, & cum Iſrael pepigi fœdus. in Hebr. eſt עשרת הדברים aſereth hadebarim decem verba quæ ſine repetitione rectè comprehendit interpres, dicens verba fœderis decem.

EXPOSITIO.

S*Cribe tibi*, nempe ea quæ præceſſerunt, ſcilicet illa præcepta ceremonialia ante dicta; ſcribe autem ea cum deſcenderis de monte, non in tabulis lapideis, ſed in aliquo libro in perpetuam memoriam cultus mei & fœderis quod antea diſruptum erat, *fuit ergo cum Domino quadraginta dies & quadraginta noctes*, & hæc fuit tertia quadragena, vt ſuperius dixi- D mus, *panem non comedit*, nempe nullum cibum nec vllum potum ſumpſit, ſuſpenſa caloris naturalis eius actiuitate, *& ſcripſit*, nempe Deus, dixerat enim verſ. 1. ſe ſcripturum, *in tabulis hiſce*, legem; Moyſes ergo alia ſcripſit præcepta cæremonialia, ſed Deus verba fœderis decem nempe decalogum.

CONCEPTVS.

Ex ieiunio mortis victoria, qui autem ſic vincit, nec à morte poſt mortem victus publicatur.

62. *Fuit ibi cum Domino quadraginta dies & quadraginta noctes, panem non comedit*, ſane Moyſes in hoc illuſtrem de morte victoriam retulit, quadraginta enim noctium totidemque dierum inedia, totidemque inſomni vigilia, mors aduerſus eum propugnauit, ſed conatu irrito, nam Moyſes naturam hominis nec diſperdens, nec excedens tam prolixo & inſomni ieiunio, inauditum de morte retulit triumphum: locus certaminis fuit ipſe mons ad quem aſcenderat, tentorium ſub quo initum eſt prælium, fuit nubes, cum enim Dominus deſcendiſſet per nubem, ſtetit cum eo Moyſes: en quomodo ſub nubis opacitate ſtatuta palæſtra fuit, in qua cum Moyſe mors fuit conflictata, ieiuniorum & vigiliarum tela indefeſſo brachio per tot dierum ſpatia in illum intorquens; ſed refellebantur illiſa & eluſa, decurrit poſtea ad vltimam vitæ metam, cum morte congreſſurus, ſed omnia vt in primo conflictu parantur, nam ſtadium præſcribitur, rurſus in montis cacumine, rurſuſque nubes lucida explicat tentorium, quo congredientes inuoluat, ſic refert Catena Græca: eſt quidem legere in myſtico codice, nubem lucidam, quo tempore Moyſes mortuus eſt locum ſepulchri completum, oculoſque circumſtantium præſtrinxiſſe, ita vt nullus neque morientem legiſlatorem neque locum videre potuerit, vbi cadens conderetur, iuxta illud Deuter. 24. mortuus eſt Moyſes, ſeruus Domini iubente Domino, & ſepeliuit eum, & non cognouit homo ſepulchrum eius, vſque in præſentem diem] cur non euulgatur eius ſepulchrum vt illius reliquiis honor debitus exhibeatur? nonne mortem ieiunio tot dierum ſuperauerat? nonne iterum ex eadem in ipſo vltimo vitæ halitu refert triumphum? non enim moritur, morte ipſum ſuperante, ſed Domino iubente: non cognoſcatur ergo eius ſepulchrum, indignum enim eſt ſi eximius mortis victor per ieiunium, victus à morte publicetur: annuit Procop. in præf. cap. Deuteron. *Moyſes ſibi conſtitit cum quadraginta dies nec edit, nec bibit, nec dormiuit, ſiquidem homo permanſit, & quoniam huiuſmodi corpus ipſius fuit, nemo vel ſepulchrum eius cognitum habuit.*

Catena Græca. — Deuter. 29. — Procop.

Cum oramus, cum diuinis officiis præſentes ſumus, cum bonis operibus ſtudemus, contra malignos ſpiritus quaſi in acie decertantes, ſedere non deberemus.

63. *Fuit ibi cum Domino quadraginta dies & quadraginta noctes, panem non comedit*, & quomodo fuit ibi cum Domino per tot dierũ ac noctium ſpatium? an ſedens? an iacens? ſane ſtabat, dixerat enim ei Deus, ſtabis mecum ſupra verticem montis, deinde cum deſcendiſſet Dominus per nubem ſtetit cum eo Moyſes, & Deus Deuter. 5. eum alloquens ait, tu ſta hic mecum, vt loquar tibi omnia mandata, cur inuenitur Moyſes Deum alloquens, vel orationi vacans, & contemplationi, non ſedens, ſed ſtans etiam per plures dies & noctes ieiunus permanens? niſi vt inde diſcamus qui veri numinis cultor eſt, ſtare debere, non torpere aut laſſitudine correptum iacere, vt infatigabilis animi conſignatio, corporis ſit ſtatio, & reuerentiæ nota erga Deum, quem colit, & deprecatur, nam deſidiæ ſignum ſeſſio eſt, & noxio quodam languore marceſcentis indicium, acerrime S. Petrus Damian. opuſ. 39. cap. 2. in hanc ſeſſionem inuehitur, multiſque argumentis conatur prauam ſedendi conſuetudinem, dum diuina celebrantur officia, abolere, ſic autem ſcribit: "vnum præterea corporis ac deſidiæ ſignum in Eccleſia tua vidi, quod & tunc, prout expeditionis dictabat hora, corripui, & nunc apicibus tradere non ſuperfluum duco: plerique ſiquidem ibi clericorum reſident, dum vel canonica horarum celebrantur officia, vel etiam ipſa Miſſarum offeruntur terribilia ſacramenta, cuius corporis ignauiam per Galliarum partes nonnullis etiam ineſſe monachis deprehendi, quod profecto prauæ conſuetudinis vitium & correctione dignum, & de ſtadio militantis Eccleſiæ in his, quæ incolumes ſunt, conſtat penitus eradendum: de qua ſcilicet in canticis legitur: quid videbis in Sunamite, niſi choros caſtrorum? & iterum: ſicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis ſuis; mille clypei pendent ex ea omnis armatura fortium: nam cum vbique nobis aduerſus nequitiæ ſpiritus immineat infœderabile bellum, feruentius ingruit in modulatione Pſalmorum: & cum oramus, tunc velut in acie contra malignorum hoſtium tentamenta confligimus, vt nobis omnino neceſſe ſit, aut ſuperantibus eneruiter cedere, aut corruentibus, in Domino plauſibiliter inſultare, qui cum corpora noſtra marcida ſeſſione contemplantur hebeſcere, de ruina quoque interioris hominis illico ſperant ſe victo iam obtinere: nunc itaque dum in procinctu ſumus, vult Deus nobis ſibi miniſtrantes aſſiſtere, vt cum eo poſtmodum mereamur in municipij tranquillitate ſedere: porro autem ſi cui tanta ſuppeteret munerum copia, vt donec officium ſupereſſet præbere dona ſingulis non ceſſaret, is quoque gradum figeret, cuius articulos languor chiragricus innodaret, corporis ergo morituri ſtans ſuſciperet commodum, animæ vero perpetuo regnaturæ ſedendo deſpicit ornamentum. ſi regi vel terreno cuilibet optimati ſuæ ditionis officia reuerenter aſſiſtunt, cum ante terribilem diuinæ maieſtatis conſpectum laudũ præconia iubilamus, qua præſumptionis audacia ſedere præſumimus? dicit Daniel: millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aſſiſtebant ei, ecce dum innumerabilium Angelorum alij dicuntur miniſtrare, alij dicuntur aſſiſtere, nullus eorum hic reperitur in ſubſellio reſidere: deinde Angelorum exẽplo iſtud idem confirmat ſeſſionis incommoda & damna variis exemplis indicat & tandem ſic concludit, Elias dicit 3. Reg. 17. viuit

S. Petr. Damian. — Cant. — Daniel. — 3 Reg.

Dominus exercituum ante cuius conſpectum ſto; ſto inquit, non ſedeo, non oſcito, non marceſco cui etiam à Domino dicitur egredere, & ſta in monte coram Domino, non ait ſede ſed ſta coram Domino: numquid & Dauid, atque illi ſeptem chori cum eo ſedebant coram arca Domini, & non potius, ſicut ſcriptura teſtatur, ipſe rex percutiebat in organis, ſaltabat, ac ſubſiliebat totis viribus ante Dominum ſicque ducebant arcam in iubilo, & clangore buccinæ? nota quoque ait Dominus Moyſi: applica tribum Leui, & fac ſtare in conſpectu Aaron ſacerdotis, vt miniſtrent ei, excubent & obſeruent, quidquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo teſtimonij, non ait ſedeant, oſcitent, dormitent, ſed fac ſtare, vt miniſtrent, excubent & obſeruent, Moyſes in monte per quadraginta dies, & totidem noctes nunquam, vel ad momentum quidem ſedit, nulla cibi vel potus alimenta percepit, ſed ieiunus Domino iugiter aſtitit: & tu qui quotidiana te refectione ſuſtentas, breui ſaltem ſpatio grauaris ante tui cōditoris aſtare præſentiam? ſic etiam in Exodo legitur: ſterit ergo ibi cum Domino Moyſes, quadraginta dies & noctes panem non comedit, & aquam non bibit, & ſcripſit in tabulis verba fœderis decem. hodie nonnulli fratres, dum laudibus diuinis inſiſtunt, non ſunt ſolo ſtandi labore contenti, ſatagentes inſuper, & per alia ſui corporis exercitia fatigari: hæc eorum animis inſidere deberent, qui corpore in Dei obſequiis torpent & non ſedent tantum, ſed ſupini quoque iacent noxia quadam deſidia marceſcentes; nec enim eorum inſtitutum damnamus, qui ex more in ſacris ſedere ſolent, tantum monemus, vt ab omnis irreuerentiæ nota ſiue ſtantes, ſiue ſedentes ſimus immunes.

Peccatorum probata pœnitentia, ſi iterum non labuntur.

64. *Fuit ibi cum Deo quadraginta dies & quadraginta noctes*, nonne cum aliàs Moyſes montem conſcendiſſet, & cum Deo ibi commoraretur, populus ſine duce lapſus eſt in idololatriam? quomodo ergo populo ad Deum per pœnitentiam reducto, iterum Moyſes à Domino euocatus, alios quadraginta dies, à populo auulſus apud Deum detinetur? quis hoc diuinum conſilium non admiretur? nam ſi prior illa quadrageſimalis mora, quam Moyſes in monte poſuit, occaſio fuit populo peccandi, cur in eamdem occaſionem iterum populus inducitur, iterum, quod maximè timendum eſt, peccaturus? credo non vt peccaret, ſed potius vt eius pœnitentia probaretur, licet enim peccandi occaſio, in quam quis ſua ſponte ſe immittit, ſæpiſſime illi in ruinam efficiatur, tamen illa, in quam à Deo duce agitur, ad probandam eius conſtantiam potius conducit: relinquitur igitur populus, alios quadraginta dies ſine duce, non vt labatur, ſed vt probetur, facile enim conuinci poſſet, firmam pœnitentiam non habuiſſe, ſi qualibet occaſione prioris facinoris oblata, ſtatim à ſuo propoſito decideret & in priora ſcelera refunderetur: dum vero ex priori ruina cautior iterum quidem auelli potuit à duce, minime tamen à ſuo Deo veram ſe pœnitentiam habuiſſe ſatis ſuperque confirmauit: vnde rectè & verè D. Auguſtinus ſerm. 66. de tempore, *Lauatur* (inquit) *& mundus eſt, qui & præterita plangit, & iterum non admittit, lauatur & non eſt mundus qui plangit quod geſſit, nec deſerit, ſed poſt lachrymas, hæc quæ fleuerat, repetit.* Auguſt.

Ieiunium legem accipit & reſtaurat.

Fuit ibi cum Deo quadraginta dies & 40. noctes panem non comedit &c. nonne cum primo Moyſes legem populo detulit, à cibo & potu in monte cum Deo colloquens ieiunus manſerat? quomodo ergo iterum legem accipiens, eamque populo promulgaturus, obſeruat ſacra hiſtoria, quadraginta dierum totidemque noctium ſpatio ab omni cibo & potu abſtinuiſſe? vt exinde diſceremus, quantæ virtutis ieiunium, cum eius virtute & lex accipitur, & amiſſa reparatur, *Quid detulit legem Iudæis* (inquit Chryſoſtomus ſerm. 1. de ieiunio) *à monte? ieiunium Moyſi, quod quadraginta diebus fiebat, ſe priuſquam deferretur lex, viſus eſt populus veritatem amiſiſſe, prima lex. Dominus Deus eſt vnus, & mandatum ſuſe pœni dicunt hi dij tui, magna infirmitas, nam & pro vino, ſimulachrum vituli venerati ſunt. quod ergo huiuſmodi pharmacon? iterum ieiunas Moyſes, qui non peccarat, & ignoſcitur peccantibus peccatum, veteri legis radix à ieiunio cœpit, nam teſtamenti prædicatio à ieiunio initium ſumpſit: baptizatus enim propter nos ſaluator, & profectus in eremum prius ieiunauit, & tunc ſigna facere cœpit, non ipſo ieiunio opus habens, nos autem docens pro viribus ieiunij præmiſſionem: & igitur vetus à ieiunio incipit, & noua ab eo fundamenta ponit, ne putemus malum eſſe ieiunium.* B. Chryſ. 65.

Ieiunium vetuſtate excellens, innumera conciliat bona.

Fuit ibi cum Domino quadraginta dies & 40. noctes, panem non comedit quid inde? & ſcripſit nempe Dominus in tabulis verba fœderis decem, ſcilicet decalogum: verum quis nexus, quod Moyſes per tot dies à cibo abſtinuerit, & quod Deus illi legem dederit? hic equidem, quod ieiunium vetuſtate excellens, nobis innumera cōciliet bona. ſiſtendus hic D. Baſil. Magnus ſerm. 1. de ieiunio: vetuſtum quidem ieiunium eſt, nunquam ſeneſcens ſeu tabeſcens, ſed continuo vigens floreſque, putaſne vetuſtatem ieiunij ex lege ſumere? & lege antiquius eſt, idque ſi me parumper audieris ſcies noli exiſtimare diem propitiationis apud Iſrael ſeptimi menſis die decima conſecratum eſſe ieiunij principium: hiſtorias paululum percurre, vetuſtum ipſius veſtiga initium, patrum theſaurus eſt; quidquid vetuſtate excellit venerabile eſt: ieiunij caniciem diligenter venerare, homini primo coæuum eſt, in paradiſo prius inſtitutum: mandatum prius Adam accepit de ligno ſcientiæ boni ac mali ne comedatis, hoc autem ne comedite, ieiunij ſimul, & abſtinentiæ lex eſt: ſi enim Eua à ligno abſtinuiſſet, non profecto hoc nobis opus eſſet ieiunio: ſancti omnes velut hæreditatem quamdam ex patribus acceptum ieiunium ita ſerua- S.Baſil. 66.

uerunt vt pater filio per manus traderet vnde & ad nos vſque ita ieiunij poſſeſſio conſeruata eſt, ex quo ſane apparet ieiunij & abſtinentiæ decus antiquiſſimum eſſe; ſed & Moyſen per ieiunium nouimus in montem aſcendiſſe; neque enim aliter auſus eſſet verticem fumum emittentem adire atque in caligine verſari niſi ieiunio munitus: per ieiunium mandata Dei digito in tabulis conſcripta ſuſcepit: Samuelem nonne precatio cum ieiunio matri largita eſt? quid etiam fortiſſimum hominem Samſonem & indomitum reddidit, nonne ieiunium per quod in matris ventre conceptus eſt? ieiunium illum concepit, ieiunium nutriuit, ieiunium virum ac fortem fecit, quod ſane Angelus matri præceperat, monens quæcumque ex vite procederent ne attingeret, non vinum, non ſiceram biberet: ieiunium Prophetas gignit, potentes confirmat atque roborat; ieiunium legiſlatores ſapientia refertos facit: animæ optima cuſtodia, corpori cohabitatio ſecura, fortibus viris munimentum & arma, athletis & certantibus exercitatio: hoc præterea tentationem expellit, ad pietatem inungit, ſobrietatem familiarem reddit, modeſtiam generat, in bellis fortē reddit, in pace quieſcere docet: Nazaræum ſanctificat, ſacerdotem conſecrat, neque enim fas ſine ieiunio ſacerdotem attingere ſacra, non ſolum in myſtico nunc & vero Dei cultu, ſed & in figurato ea lege introducto: ipſum namque ieiunium Heliam magnæ viſionis ſpectatorem reddidit, quadraginta namque dierum ieiunio animam purgans, in ſpelunca Horeb meruit (quantum fas eſt homini) Deum videre, ieiunans quoque viduæ filium incolumem reddidit, ac fortis potenſque per ieiunium contra mortem apparuit: ex eius item ore ieiuno vox exiens cœlum populo peccanti tribus annis, & ſex menſibus clauſit, vt eorum cor durum, duramque ceruicem molliret, maluit ſeipſum quoque tali calamitate condemnare, quamobrem (inquit) viuit Dominus, ſi erit aqua ſuper terram, niſi per os meum, induxitque per famem omni populo ieiunium vt delitiarum ac remiſſæ vitæ vitium corrigeretur: Heliſeo autem qualis erat vita? quomodo apud Sunamitidem hoſpitio exceptus eſt? quomodo autem & ipſe Prophetas excepit? nonne agreſtibus oleribus & modica farina hoſpitalitatis beneficentiam adimpleuit? ita vt propter adiunctam oleribus colocynthidem agreſtem, de morte periclitati fuerint, qui guſtaturi erant, niſi per ieiunantis precationem vis veneni extincta fuiſſet: In ſumma & vt breuiter dicam, ieiunium ſanctos omnes Deo proximos conciliatoſque reddidiſſe inuenies, eſt quædam natura corporis quam defœcatam vocant, quæ in flamma conſtituta, in carbonem verti videtur, inde vero erepta quaſi per aquam abluta & purgata purior redditur, talia erant trium puerorum corpora illorum apud Babylonem ex ieiunio viſa; in magna namque camini flamma, velut auri natura exiſtētes, ignis vim & nocumentum ſuperarunt: imo longè auro potentiores viſi ſunt, non enim aſſumpſit eos ignis, ſed conſeruauit incolumes, quamuis nihil flammam illam ſuſtin[illegible] quam & bitumen & pix & ſarmenta circumpoſita in cubitorum quadraginta nouem altitudinem excitabant, quæ [illegible] vicina depaſcens, multos circa Chaldæos aſ[illegible]tes abſumebat. talem igitur pyram pueri [illegible]ni ingredientes velut aerem leuiſſimum roſcidumque calcantes, in tam vaſto igni reſ[illegible]bant nec vnum ex capillis quidem amiſerunt, tantum eis præſtitit in ieiuniis educatos fui[illegible] Daniel autem vir deſideriorum, panem trium hebdomadis minimè comedens, nec aquam bibens, etiam leones ieiunare docuit in locum deſcendens, velut enim ex lapide aut ferro, vel alia duriore materia factus eſſet, dentes in eum minimè figere potuerunt leones, ieiunium enim corpus illius inſtar ferri candētis in aq[illegible] tincti obduratum, & leonibus in[illegible]ctum reddidit; os enim contra ſanctum non aperuerunt. ieiunium extinxit vim ignis, obturauit ora leonum, ieiunium inſuper orationem in cœlum defert, velut ala quædam ei coniuncta, & ad ſuperiora tendens, ieiunium domorum augmentum, ſanitatis mater, iuuentutis pædagogus, ornamentum ſenioribus, iter facientibus o[illegible]mum viaticum, cohabitantibus ſecurus contubernalis, in matrimonio inſidias vir non metuit vxorem videns ieiunantem vxor [illegible] virum idem facientem animaduertens, zelotypa nunquam erit: quis ob ieiunium propriam diminuit domum? fac periculum, [illegible] die quæ ſunt intus, numera deinceps, nih[illegible] vi[illegible] debis ob abſtinentiam diminutum.

Qui ieiunat à cibis, à Deo paſcitur.

Fuit ibi cum Domino quadraginta diebus & quadraginta noctibus nec panem comedit, cum [illegible]num confortet cor hominis, an[illegible] guſtauit? imo nec aquam bibit, quomodo [illegible] tot dies ieiuniis inediâ non conſu[illegible]tur [illegible] non exanimatur? quia à Deo paſcebatur, paſtus autem ille longe validior, quo[illegible] cibo corporali, mens eſt Tertul. de Ieiun. 6. *Cum quidem neque ipſum Moyſem Deo paſtum, inediamque eius nomine ſaginatam conſtanter contemplari valeret propinquior populus.* pend[illegible] illud Tertul. *Deo paſtum*, coluerat [illegible] Moyſes ieiunium quadraginta diebus, & [illegible]dia non conſumebatur, quia à Deo paſc[illegible]tur.

Licet Moyſes ſicut & Saluator quadraginta diebus totidemque noctibus ieiunarit, quantum diſtat ſeruus a Domi[illegible] ieiunium Moyſis à Domini ieiunio.

Fuit ibi cum Domino quadraginta dies & 40. noctes, panem non comedit, B. Auguſt. inquit, quod ait panem non manducauit, & aquam non bibit, intelligitur ieiunauit, à parte totum, id eſt nomine panis, omnem cibum, & nomine aquæ omnem potum ſignificante ſcriptura: ieiunauit ergo Moyſes 40. dierum, totidemque noctium ſpatio, & in hoc maxime celebratur; imo & eximiis laudibus etiam Chriſtus Dominus effertur, quod tanto tempore ab omni cibo & potu abſtinuerit: ſed in quo laudatur Chriſtus Dominus, cum purus homo eamdem ſeruauerit abſtinentiam ac [illegible] ſed quantum diſtet ſeruus à Domino, ſic ieiunium Moyſis à Domini ieiunio. huc audire

…extat à ſancto Maximo Taurinenſi Epiſcopo hom. 5. de Ieiun. quadrageſim. *Aduertite fratres chariſſimi, quanta vobis ſpiritualis vitæ documenta ſuccreſcant, quamque magnificis ad propoſitum prouocemur exemplis, quod quadraginta referuntur diebus B. Moyſes & Dei filius ieiunaſſe, illud ſane perſpicite, quia quantum diſtat ſeruus à Domino, tantum neceſſe eſt eorum diſtare ieiunium: Moyſes enim veteris editor eſt legis, Chriſtus noui conditor eſt teſtamenti, ieiunat Moyſes vt præceptis legalibus vnius populi erudiat diſciplinam, Chriſtus ieiunat vt vniuerſas totius mundi redimat gentes: ieiunat Moyſes, vt præſentis vitæ mandata ſuſcipiat, ieiunat & Chriſtus vt æternæ ſalutis ſacramenta conſtituat, ieiunat Moyſes vt Deum videret, ieiunat & Chriſtus vt vnum ſe eſſe cum Deo, dum Diabolum triumphat, oſtenderet.*

Chriſtus Dominus poſt ieiunium 40. dierum eſuriens, ſe hominem manifeſtat.

69\. *Fuit ibi cum Domino quadraginta dies & 40. noctes panem non comedit & aquam non bibit*, cur non additur poſtea eſuriit, ſicut poſt ieiunium Chriſti Dom.? quid? an maioris virtutis Moyſes quam Saluator, vt lõgiori tempore famem pertulerit quam Dominus? abſit, cur ergo de eo non dicitur eſuriiſſe, ſicut & de verbo Incarnato rectè præſat. Epiſcop. *Moyſes vtique non*

Præſat. Epiſcop. *eſuriuit vt in homine fragili operata diuinitas probaretur, eſuriuit Dei filius vt aſſumptionem carnis noſtræ fragilem ſuſcepiſſe hominem reuelaret, quod non eſuriit Moyſes, cæleſtis eſt poſſibilitatis exemplum. quod eſurit Chriſtus noſtræ redemptionis eſt Sacramentum huiuſmodi Dominus pe-*

A *regis in ſua carnis myſteriũ, vt ſicut Deus eſſe diuinis virtutibus creditur, ita & homo eſſe dinoſcatur humanis infirmitatibus: & hinc eſt quod Chriſtus vt homo eſurit, & eſurientes paſcit, vt Deus: hinc eſt quod & fatigatur ex itinere & claudis virtutẽ tribuit ambulandi: hinc quod oculos ſuos laxat in lachrymis & mirabiliter cæcis reformat aſpectum, hinc eſt quod morte appropiante triſtatur & mortuum Lazarum ſuſcitat de ſepulchro, hæc omnia conditor agit ac redemptor vt Deus & homo, non quia talis neceſſitas naſcendi fuit, ſed quia tale in cælo & terra voluit regnare myſterium.*

Deo nobis præſente, difficillima poſſumus.

Fuit ibi cum Domino quadraginta diebus & 40. noctibus, panem non comedit & aquam non bibit, quis non crederet adeo prolixum ieiunium 70.

B ſupra vires illius fuiſſe? quis enim per vnum aut alterum diem poteſt ab omni cibo & potu abſtinere? qoomodo qood aliis hominibus perardoom, illud aggreditur & ſupergreditur? pende priora verba, *fuit ibi cum Deo*, & ſic non adeo miraberis eius ieiunium, Deo enim nobis præſente difficillima poſſumus. ſic D. S. Ambr.

Amb. lib. de Iſaac cap. 6. loquens de ſpooſa ſupra vires operante ait, *Præſentiâ verbi hauſit anima virtutem ſicut præſentia Mariæ cum vtero grauis eſſet, erudiuit Ioannem in vtero conſtitutum, adeo vt exiliret in vtero & exultaret Domini præſentiam agnoſcens*, de Dei præſentia hauſit homo virtutem quæ ſupra humanas vires poſſit, & audeat plurima.

Si plures conceptus deſideres circa huius verſus materiam, eos conſule cap. 24. verſus vlt.

VARIET. LECT. Verſ. 29.

Vulg Cumque deſcendiſſet Moyſes de Sinai, tenebat duas tabulas teſtimonij, & ignorabat quod cornuta eſſet facies ſua ex conſortio ſermonis Domini.

Sept. Vt autem deſcẽdebat Moyſes de monte, & duæ tabulæ in manibus Moyſi, deſcendente autem ipſo de monte, Moyſes neſciebat quod glorificatus eſt aſpectus cutis faciei ſuæ in loquendo eum ſibi.

Cald. Moyſes autem neſciebat quod multi-

C plicatus eſſet ſplendor gloriæ vultus ſui, cum loqueretur cum eo.

Pagn. Non cognouit quod reſplenduiſſet cutis faciei eius.

Caiet. Cornificauit cutis faciei ſuæ in locutione ſua cum ipſo.

Origen. Erat glorificata facies eius, & color vultus eius.

Aly. Quod radians eſſet facies eius.

CONCORDIA.

VT vides in Sept. imo in Hebr. & Cald. repetitionẽ, cum deſcẽdiſſet de mõte, quam tamen quoad ſententiam integram, licet truncatã quo ad verba erudite reddidit interpres, qui etiam reddit, quod cornuta facies ſua, Hebraicè כי קרן עור פניו kicaran or panaf, Eugub. taxat erroris Vulgatum, quod verterit cornutam eſſe faciem Moyſis, eique occaſionem erroris dediſſe vocem ambiguam in Hebræo quæ diuerſis punctis lecta diuerſa ſignificat, nam קרן keren per duplex ſegol, cornu ſignificat, at קרן karan per patach & camets, radiare, quo modo in Hebræo legitur & ità à Sept. redditum, glorificatus fuit aſpectus fa-

D ciei eius: ſed abſque cauſa reprehendit ipſe, in hoc reprehendendus Eugubinus, interpretem; non enim legit קרן keren per duplex ſegol, ſed karan vt ſatis indicat, quia per præteritum reddit cornuta eſſet, ſi autem legiſſet keren vertendum illi fuiſſet, ignorabat quod cornu facies ſua. deinde Eugub. ad reprehendendum pronior, non animaduertit keren & karan ſignificatione conuenire; vt enim keren cornu ſignificat, ita karan ſignificat radios quaſi cornua emittere, vti R. Salom. radios hos, cornua magnificentiæ appellat cum eruditiſſimis Hebraizantibus: adde ſicut magna eſt radiorum & cornuum affinitas, prout & pictores in ſolis

& Saluatoris nomine exprimũt, ita & verbum illud karan non tantum in morẽ cornuum radiare, ſed etiam cornua craſſa nimirum illa, & Pſal. 68. eſſe emittere: ſic Pſal. 68. vitulus dicitur Makrin cornua producens, Et Abac. 3. vbi ha- Abac. 3. bemus cornua in manibus eius, Hebraicè karnaiim, quam dictionem doctiores Rabbini ſic interpretãtur apud Pag. quos & ipſe ſequitur, & vt Eugubinus intelligat hunc non eſſe Hier. A errorem, audiat quæ ipſe Hieron. babet Amos c. 6. In Exodo (inquit) iuxta Hebraiſmum, & Aquilæ editionem legimus, & Moyſes ignorabat quod cornuta eſſet ſpecies vultus eius, non ſolus igitur Hieron. ſed & Aquila, ſic Hebraicam vocem vertit, quos duos in Hebraicæ linguæ peritia nemo æquus æſtimator, non Eugubino præferat.

EXPOSITIO.

Cumq; deſcẽderet Moyſes de mõte Sinai, ſcriptâ in tabulis lapideis à Deo præceptorũ decalogo, *tenebat duas tabulas lapideas*, in teſtimonium voluntatis diuinæ, & fœderis cum populo ſuo denuo initi, *& ignorabat quod cornuta eſſet facies ſua*, ob quoſdam radios miri ſplen- B doris prodeũtes ex facie ad modum cornuum, ſeu radiorum ſolarium: fuiſſe autem hæc cornua nihil aliud quam fulgorem ex vultu vibrãtem, variæ vt vidimus lectiones oſtendunt, imo & ipſe Paulus qui & interpres accedit 1. Cor. 3. verſ. 7. & 13. qui cornutam faciem gloriam Moſaici vultus interpretatur, & miniſterium eius glorioſum: deniq; indubitatam huic gloriæ conciliat fidem id velamen, quo vti oportuit Moyſen in agendo cum ſuis, quia is fulgor accedentium oculos nimis perſtringebat, & ita quod inde ruſticitas induxerit, ac veluti duo cornua in fronte Moyſi depingat, vulgi imperitiæ adſcribendum eſt.

Ex conſortio ſermonis Domini, in his verbis non ſatis videtur explicata huius fulgoris cau- C ſa, iam enim crebro in montem conſcenderat, ibique Dominum allocutus fuerat, nullo tamen fulgore vultus eius radiabat, quod ſi id diuturnæ commorationi tribuendum putamus, bis quadraginta dies ibidem ſine vlla faciei commutatione, ante conſumpſerat: itaque plures exiſtimant Moyſen non tam ex colloquio, quã ex conſortio & viſione Domini cum in foramine petræ vidit gloriam eius tranſeuntem, & immenſa luce coruſcãtem fulgoris eius participem fuiſſe effectum, cum antea ita Domini per Angelum loquentis vocem perciperet, vt nihil niſi nubem, ignem, caliginem videret: quanquam non abſurde alij contigiſſe id putant in argumentum illuſtrioris cognitionis diuinarum rerum, quam hac vice diuinitus cõſecutus eſt, omnino autem eo pertinebat hæc gloria, vt Dominus ſuam erga Moyſem beneuolentiam tam illuſtri tamque inuſitato prodigio pateſaceret, quantumque ille apud Dominũ gratiâ atque auctoritate polleret, quem adhuc mortalem ſuæ gloriæ participem redderet, vt eum deinceps maiori veneratione proſequeretur populus, vt legẽ ipſam tanto impenſius honoraret, & ſtudioſius obſeruaret, quo videret miniſterium eius in legiſlatore Moyſe, magnificentius & glorioſius cohoneſtari.

CONCEPTVS.

Chriſti Saluatoris bona tanta ſunt, vt à creatura nequaquam poſſint ſuſtineri.

71. *Tenebat duas tabulas teſtimonij, & ignorabat quod cornuta eſſet facies ſua*, ex conſortio ſermonis Dei, ſplẽdẽtes radij glorioſam reddebãt Moyſis deſcendentis faciẽ, neſciebat quod glorificatus eſt aſpectus cutis faciei ſuæ: Apoſtoli in monte Thabor Ieſu gloriam viderunt & ceciderunt in facies ſuas & timuerunt valde, D nihil tamen gloriæ præ ſe ferentes: cur Moyſes de monte Sina deſcendens gloriam in vultu refert, & Apoſtoli de monte deſcendentes nihil gloriæ præ ſeferunt, imo in eo timore percelluntur tanto, vt proni in facies ſuas ceciderint? adeo puſilla erat legis gloria quæ ab vno homine circumferri poſſet in vultu ſuo, Ieſu autem tanta erat gloria, vt nec à tribus Apoſtolis ad breue ſuſtineri poſſet: ita S. Rhemig. Epiſcop. Rhemenſ. in 2. ad Corint. cap. 3. (Rhemig. Episcop. Rhemenſ.) *Gloria Euangelij quæ datur miniſtratoribus eius & obſeruatoribus, maior eſt gloriâ legis quæ ſplenduit in facie Moyſi, quia fuit temporalis & vt quocumque ferri potuit, & videri ab aliis, iſta autem æterna erit nec potuit ferri ab Apoſtolis, quando à Domino oſtenſa eſt in monte, quia ſtatim lapſi ſunt in terram veluti mortui.*

Ieiunium, hominem diuinum efficit.

72. *Tenebat duas tabulas teſtimonij, & ignorabat quod cornuta eſſet facies ſua*, Sept. quod fuerat glorificatus aſpectus cutis faciei ſuæ, Cald. quod multiplicatus erat ſplendor gloriæ vultus eius: vnde tantus ſplendor gloriæ Domini, à quo ſic radiis lucis glorioſus Moyſes vt oculos effugeret humanos, ita vt teſte Apoſt. 2. Corint. 3. non poſſent filij Iſrael in faciem eius intẽdere? ex cõſortio diuino, ſic textus aſſerit, 2. Cor. 3. cur non aliã cauſam ſubijciemus? nimitũ quadraginta dierum ieiunium præcedens, quod adeo potens eſt, vt homines transferat in gloriam deitatis. ſcite D. Petrus Chryſol. ſerm. S. Petr. Chryſol. 166. *Moyſes ipſe dierum quadraginta ieiunio ita humano defæcatus & exinanitus à corpore, vt totus diuinitatis mutaretur in gloriam & adhuc in noſtri corporis obſcuro, toto fulgeret lumine deitatis, neque intuentium mortalium viſus poſſet, qui ſubſtantia Dei diu paſtus mortalis cibi oblitus fuerat adiumenta*. ex quo ieiunium quadrageſimale cœpit in Moyſe, nihil in illo apparuit videndum oculis corporalibus, ſed totus in Dei gloriam transformatus deitatis lumine inacceſſibili corruſcabat.

Moyſis facies etiam ſplendet per Virginem Mariam.

Tenebat duas tabulas teſtimonij, & ignarabat
73. *quod cornuta eſſet facies ſua*, Cald. *quod multipli-*
catus eſſet ſplendor gloriæ vultus eius, ſed vnde
ille ſplendor? ex conſortio (inquit textus) ſer-
monis diuini. verum circa quæ verſabatur ille
ſermo diuinus, an ſolum circa præcepta deca-
logi? an circa cæremonialia? non equidem, ſed
S. Method. etiam circa virginem teſte S. Methodio iam
cit. hom. de Purif. B. Mariæ, cuius verba ite-
rum repeto. *Nonne Moyſes ille magnus propter*
figuras intellectu difficiles quæ te Virgo tangebant
diutius in monte commoratus, vt ignota de te ô
caſta, ſacramenta edoceretur? Cur ergo non dice-
mus ſupero lumine faciem Moyſis fuiſſe perfu-
ſam, quia Mariam cogitauerat, de Maria lo-
quentem Deum audierat? tantum prodeſt de
Maria ſermonem facere, Mariæ audire laudes,
Mariæ myſteria, nonne id aſſerit S. Ephrem.
S. Ephrem. ſerm. de laudibus ipſius dicens. *Decus Aaron,*
ſplendor Moyſis, omnium ſanctorum ac Virginum
corona.

Quælibet gloria ſplendor, cum gloria Chriſti comparatus, nullus eſſe cenſetur.

74. *Tenebat duas tabulas teſtimonij & ignorabat,*
quod cornuta eſſet facies ſua, Cald. *quod multipli-*
catus eſſet ſplendor gloriæ vultus eius, Sept. *quod*
fuerat glorificatus aſpectus faciei eius. Sic radia-
bat Moyſis facies quaſi in gloria eſſet, vt glori-
ficatus videretur. huc ſpectans D. Paul. 2. ad
Cotinc. 3. ait, nec glorificatum eſt quod claruit
2. Cor. 3 in hac parte, propter excellentem gloriam. ta-
men hic dicitur ſecundum Sept. quod glorifi-
catus fuerit Moyſes, & Paul. negat fuiſſe glori-
ficatum. quomodo quod noſter contextus af-
firmat, negat Paolus? non abſolute, ſed compa-
ratiue ad Chriſti gloriam reſpectu cuius tota
illa Moyſis gloria quaſi non fuiſſet, apparuit.
fauet Syriaca verſio dicens. *Quandoquidem, ne*
glorificatum quidem fuit, quod glorificatum eſt in
Theod. *comparatione huius excellentis gloriæ*, vbi Theo-
dor. *tanta eſt ad miniſtros gratiæ reditura gloria,*
vt merito neque gloriam quiſquam dicat eam quæ
eſt Moyſem ſecuta, ſi ad hoc reſpiciat; ſiquidem
lucerna lux in nocte videtur eſſe ſplendidiſſima, at
in meridie occultatur, vt ne lux quidem eſſe exiſti-
metur.

Vtriuſtus moriens, nihil mortis videtur in ſe habere.

75. *Tenebat duas tabulas teſtimonij, & ignorabat*
quod cornuta eſſet facies ſua, Cald. *quod multi-*
plicatus eſſet ſplendor gloriæ eius, idem Cald. vbi
habemus Deuter. vltimo, Moyſes centum &
Deut. vlt. viginti annorum erat, quando mortuus eſt, nec
caligauit oculus eius, reddit nec mutatus eſt
ſplendor gloriæ eius, ad priorem hanc Moyſes
gloriam reſpiciens Cald. putat illum nec in
morte mutatum, ſed & demortui faciem ſic
fulgere, vt minime poſſet attendi nec agnoſci à
filiis Iſrael: & cur in morte adhuc ignorabatur
vultus eius propter gloriam, ſicut cum de mon-
te nunc cum tabulis deſcendit? quia ſic erat
A mortuus Moyſes, quaſi nihil mortis in ſe habe-
ret, mors pallidos efficit, vnde pallida dicitur,
ſed Moyſis defuncti non mutatus eſt ſplendor,
inquit Cald. gloriæ vultus eius.

Deus non dimidiate ſicut creatura, ſed integrè lumen ſuum effundit.

Tenebat duas tabulas & ignorabat, quod cor- 76.
nuta eſſet facies eius, Cald. *quod multiplicatus*
eſſet ſplendor gloriæ vultus ſui, radiabat igitur
ſola facies Moyſis ſplendore, at cum Ieſus cum
diſcipulis montem Thabor conſcendit, ſic co-
ram eis transfiguratur, vt dicit Matt. c. 17. reſ- Matth. 17.
plenduit facies eius, ſicut ſol, veſtimenta autem
eius facta ſunt alba, ſicut nix; ecce in Moyſe fa-
cies, in Ieſu autem & facies, & ipſa veſtimenta
reſplendent, & cur in Chriſto reſplendent ve-
B ſtimenta? niſi vt oſtendatur Dei & creatura-
rum diſcrimen in illuminandis hominibus,
creatura enim ſolùm in parte & dimidiate, Deus
autem totaliter & integre conuenit, vt lumen
ſuum diffundat. id confirmat B. Ephrem ſerm.
de Transfig. *Hoc autem dixit facta ſunt veſtimen-*
ta eius alba ſicut nix, etenim oſtendit, quod ex toto S. Ephrem.
eius corpore eius gloria ſcaturiit, & ex tota eius
carne reſplenduit eius facies, & ex totis eius mem-
bris reſplenduerunt radij, non enim ſicut Moyſi fa-
cies eius reſplenduit.

Ignoret homo vt Moyſes ea de quibus ſuperbire poſſit, ſciat vero quæ humilitatem conciliant.

Tenebat duas tabulas & ignorabat, quod cornu- 77.
ta eſſet facies eius, Cald. *quod multiplicatus eſſet*
C *ſplendor gloriæ vultus ſui*, quibuſnam manifeſti
radij tanti ſplendoris? circumſpectantibus po-
pulis. an ipſum glorioſum latent? ait textus,
ignorabat quod cornuta eſſet facies ſua: cur
cum reliquis ſuorum etiam radiorum non eſt
particeps? nonne iuſſus olim idem met de ſinu
leproſam manum extrahere, neque eam intue-
ri prohibitus eſt? cur ergo lepræ & non ſplen-
doris gloriæ ſuæ inſpector? ſic quidem, nam à
luce & fulgoribus ſuperbire poterat, à lepra
autem non niſi confundi & animo deprimi,
videat igitur & cognoſcat quæ ad ruborem &
confuſionem, exinde ad humilitatem condu-
cere valeant, ea vero quæ faſtum & ambitio-
nem, quouis modo procreare valeant, abſcon-
dantur. ſic Lippom. *Ignorabat Moyſes pro-*
priam gloriam, ſancti enim non agnoſcunt extol-
lentiam ſuam, ſed humiles ſunt in conſcientiis Lippom.
D *ſuis, nec facile credunt de ſe magnifica*; equidem
operum alia ſunt, quæ ob excellentiam, & ſplē-
dorem & gloriam ei conciliant, ex quibus tan-
tus quidem ſuperbiæ pruritus naſci conſueuit,
alia vero ſunt opera de quibus ſane erubeſci-
mus, vel ob ignobilitatem, quod ſua quadam
natura pudenda ſunt, vel propter næuos quo-
rum cauſa nos ipſi fuimus: vult igitur Deus ne-
quando faſtu turgeamus, auertere nos à ſpe-
cioſis, de quibus ignorantiam habeamus, leni-
ter, & iucunde; fert tantum non ignoremus
quod ex luto nos formauerit.

Chriſtus qui in ſua morte ſolatio caruit, ſua præſentia martyres lætificat.

78. *Tenebat duas tabulas & ignorabat quod cornuta eſſet facies eius*, ob cornua non inhonoratur, ſed cum admiratione & veneratione conſpicitur: Chriſtum Dominum etiam cornua in manibus habuiſſe legimus Habac. 3. cornua in manibus eius; verum in quem finem? ad manus perforandas, ad ſacri corporis torturam? an tempore patiendi attulerunt cornua decorem? dicat Iſai. cap. 53. deſpectum & nouiſſimum virorum, virum dolorum & ſcientem infirmitatem, & nos putauimus eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo, & humiliatum. ecce quale opprobriũ Chriſto è cornibus, cur ergo Moyſis vultus ſic ab eis fulgurat, vt non etiam audeant filij Iſrael prope accedere? cur ſub cornibus deſpectus Chriſtus & nouiſſimús virorum, ſub iiſdem Moyſes clarus & ſplendeſcens? nempe Moyſes famulos repræſentabat, & ideo illius facies cornuta, hilaris & radians ſplendore gloriæ, at Chriſtus, Dominus erat, quoniam igitur lætitiam communicaturus erat martyribus, cum ad mortem ducerentur, ſub crucis viſu, quam ſibimet negaturus erat filius; ideo ſub cornibus ipſemet ſqualidus atque mœſtus apparet. id aſſerere videtur Vener. Beda in cap. 7. Act. Apoſt. *Ad confortandum B. Stephani patientiam, cæleſtis regni ianua panditur, & ne innoxius homo lapidatus titubet in terra, Deus homo crucifixus apparet coronatus in cælis*, qui abſque lætitiæ adminiculis paſſus fuerat in cruce, apparet Stephano, ne ſine voluptatis ſenſu, ſeruum lapidibus percuſſum relinqueret.

Habac. 3. — Iſai. 53. — Beda.

Mira eſt iuſtorum humilitas.

79. *Tenebat duas tabulas & ignorabat quod cornuta eſſet facies eius, ex conſortio ſermonis Domini*, quod plane mirum, nam licet ſplendorem in facie exiſtentem videre non poſſet, vt notat Abulenſ. radios tamen inde in vlteriorem partem eiaculatos intuetur; quo pacto igitur ignorabat? an ſolum ignorabat lucis cauſam, quod ſcilicet ex conſortio ſermonis Domini proueniret, non tamen ipſam lucem? ſed ne id quidem ignorare poſſet, cum ſciret conſortium præceſſiſſe, & ſufficientem illius ſplendoris cauſam fuiſſe, nulla poſſet ratione probabili dubitare. vnde igitur hæc ignorantia? forte quia præ humilitate ad gloriam vultus ſui non attendebat, vel ſi non poterat non aduertere inſolitæ lucis ſplendorem, ſaltem quia non curabat, non iactabat, non oſtentabat, nec de illa gloria magis exultabat, quam ſi non haberet aut habere penitus ignoraret. nõ alienus ab hoc ſenſu Oleaſt. *Norunt imo & inflata homines bucca prædicant dona quæ habent, aut potius ſe habere à Deo putant, dolent ſi non viderint prædicari, ſanctus vero iſte neſcit, imo cum alios admirari videt, velamine faciem operit.* Oleaſt.

Quos Deus ſpecialiter diligit, eis ſpecialiora priuilegia concedit.

Tenebat duas tabulas & ignorabat quod cornuta eſſet facies eius, Cald. *quod multiplicatus fuiſſet ſplendor gloriæ vultus eius*, non legimus alterius prophetæ faciem ſplendore gloriæ radiantem, vultum in hoc ſtatu glorificatum, licet plures cum Deo collocuti fuerint: quomodo ergo id conceſſum Moyſi? quia quos Deus ſpecialius diligit, eos ſpecialioribus donat priuilegiis, gratiis ornat. hanc rationem in medium adducit Abul. *Deus voluit* (inquit) *dare Moyſi iſtam lucem in facie Moyſi in ſignum ſpecialis amoris, quia Deus ſpecialiter diligebat Moyſen ſuper omnes qui præceſſerant eum, ideo dedit ei quoddam priuilegium quod nulli vnquam contulerat.* 80 Abulenſ.

VARIET. LECT. Verſ. 30.

Vulg. Videntes autem Aaron & filij Iſrael cornutam Moyſi faciem, timuerunt prope accedere.

Sept. Et vidit Aaron & omnes ſeniores Iſrael Moyſen, & erat glorificatus aſpectus cutis faciei eius, & timuerunt appropinquare ei.

Cald. Ecce multiplicatus erat ſplendor gloriæ vultus eius.

Mont. Et ecce promicabat cutis faciem eius.

Pag. Et ecce reſplenduit cutis faciei eius.

Alij. Et ecce radios eiaculabatur, ſiue reſplendebat cutis faciei eius.

CONCORDIA.

Eadem hîc quæ ſuperiori verſu variarum lectionum concordia, & ideo eam conſule.

EXPOSITIO.

Videntes Aaron & filij Iſrael cornutam Moyſis faciem. fulgentibus radiis ſplendentem ob tam nouum & inſolitum miraculum, *timuerunt prope accedere*, eſt enim lux conciliatiua reuerentiæ.

CONCEPTVS.

Optimus Princeps proprium ſplendorem ſubditorum commodo poſtpons.

Videntes Aaron & filij Iſrael cornutam faciem Moyſi, Cald. *& multiplicatus erat ſplendor gloria vultus eius, timuerunt prope accedere*, pergit Paolus rem explicans 2. ad Corint. 3. ita vt nō poſſent intendere filij Iſrael in faciem Moyſis propter gloriam vultus eius. ſed quare intendere non poterant? quia videlicet ſplendor ille eorum oculos percutiebat, vti inquit Tertullian. lib. 4. contra Marcion. c. 22. in fine. quid ergo tune iuris? diceret quidem alius à Moyſe, an oculus tuus nequam quia bonus ſum, aut quòd infirma ſit oculorum tuorum acies, meū ergo ſplendorem non aliunde acceptum quam B à Deo, cohibere & obſcurare debeo? ſtude vt tibi ſint ſani oculi, & meum mihi ſplendorem relinque. quid vero Moyſi viſū? poſuit (inquit inferius cōtextus) velamen ſuper faciē ſuam, ad quid? ne videlicet ſubditorum oculos percuteret. nam quamuis ſplendidam & glorioſam faciem geſtans, ſuo quidem iure & donis à Deo tributis vteretur, at bonus princeps proprium ſplendorem ac gloriam iure contempſit, ac ſubditorum bono poſt poſuit, & ne infirmas ſuorum acies læderetur, quidquid in ſe auguſte diuineque radiabat, debere ſe abſcondere, & obnubilare exiſtimauit, quaſi is ſibi ſplendor non luceret, qui aliorum oculos repercuteret.

Cor. 3

Tertull.

Non rigor ſed manſuetudo homines facit in vitam fructificare.

81. *Videntes Aaron & filij Iſrael cornutam faciem Moyſi, timuerunt prope accedere*, cum autem Ieſus baptizatus fuiſſet, ait Matth. cap. 3. quod cœli aperti ſunt, & quod vidit ſpiritum deſcendentem, ſicut columbam & venientem ſuper ſe: à Moyſe omnes fugiunt, nullus eſt qui prope conſiſtere audeat. cœli pœnitus occluſi manent in conſpectu eius; at vero Ieſum nemo fugit, imo ad eius præſentiam cœleſtia iam horrea aperta monſtrantur citius implenda Ieſu fructibus. cur hæc accidunt? cur horrea cæleſtia panduntur, vt fructibus impleantur, Moyſi vero omnia manent occluſa? rationem affert S. Petr. Damian. ſerm. de S. Eleucadio. *Moyſes nempe ad vltionis iudicium deſcendens de* D *monte cornutus apparuit, ſuper Dominum autem in manſuetudinis ſpiritu columba deſcendit*, non ad aſpectum cornuti & minacis tauri cæleſtia horrea reſerantur, ſed ſpiritus manſuetudinis eſt, qui eas frugum meſſes facit, ad quas capiendas cœleſtia horrea aperiuntur, imo ampliantur.

Petrus Damianus.

Chriſtianorum eſt intimis animi virtutibus radiare.

82. *Videntes Aaron & filij Iſrael cornutam faciem Moyſi, timuerūt prope accedere*, Cal. *quia multiplicatus eſt ſplendor gloriæ vultus eius*, nonne vi- A dimus Chriſtum inuehentem in externos nitores Phariſæorum? in legis tamen externis nitoribus, in Moyſi faciei ſplendore complacet; nonne in lege, mille externas lotiones & calicis & catinorum mandabat? nonne lex erat de lauandis vaſis, & de mille aliis externis munditiis? imo nonne cum legem tradit Moyſi faciem externis fecit lucere ſplendoribus? ad hæc D. Machar. hom. 12. *Gloria relucebat in facie Moyſi, & quod gerebatur alterius rei figuram præ ſe ferebat, quoniam illa gloria nunc intus ſplendet in cordibus Chriſtianorum.* Nunquam enim externa gloria, nunquam externæ mundities vaſorum placerent Domino, niſi prout illæ ipſæ mundities cernebantur in internis præcordiis poſitæ Chriſtianorum. S Mach.

Prælatus ſubditorum peccata iam dimiſſa in memoriam non reuocet.

83. *Videntes Aaron & filij Iſrael cornutam faciem Moyſi, timuerunt prope accedere*, Cald. *quia multiplicatus eſt ſplendor gloria vultus eius*, quod Paul. clare confirmat 2. ad Corinth. 3. ita vt non poſſent filij Iſrael intendere in faciem Moyſi propter gloriam vultus eius. quare ſic reſplenduit facies vultus eius? quare ſic glorioſa apparuit, quaſi non iam ex numero mortalium fuiſſet, ſed ex beatorum ſocietate? Auguſt. quæſt. 186. in Exod. *Accepta (ait) poteſtate in peccatores, deſcendit de monte facie glorioſa.* Ergone propter peccatores quaſi in cæleſtem hominem tranſmutatur? imo nonnunquam Deus C etiam amicis ſuis ſe occultat, abſque ipſorum noxa, ne aliquomodo peccatoribus quibuſcum commorantur, benefacere videatur; talem ob cauſam Iſaias vaticinationem ab Oziæ regis morte exorditur; quod ſub iniquo principe cum prophetis per viſiones agere nollet, neque ſuæ gloriæ ſpecimen Iſaiæ licet dilecto patefacere; quare ergo Auguſt. dicit propterea clarificatum Moyſem, quoniam poteſtatem contra peccatores accepiſſet? quoniam Moyſes populi dux iterum conſtituebatur, dum particula ex beatorum dotibus honoratur, intimatum ei latenter, vt cœleſtis adminiſtrationis normam, quantum fas eſſet, imitaretur: quid vero beatis ſuccedit? equidem quæ viuentes in hoc ſæculo præclarius operati ſunt cumulatiſſima liberalitate cumulantur, de malis autem quæ perpetrarunt, quidnam? certe quoniam pœnitendo ſatisfecerunt, nihil eis imputatur de antiquis iniuriis, nulla erubeſcendi occaſio redit; deletum eſt pœnitus, quod aduerſus eos erat chirographum peccati. in hanc intueri regulam Moyſes iubetur qui aliorum prælatus aſſignatur, bonis ſubditis prolixe faueat, malos autem ſeuere corrigat, quando opus fuerit; quoties vero illi reſipuerint, peracta debite pœnitentia leniſſime recipiat, eos ad dignitates euehat, honores debitos eis conferat, vt facile intelligant ſublatam de pectore anteactorum recordationem, quod obſeruat factum à patre adoleſcentis prodigi, qui cum ad eum rediſſet

2. Cor. 3.

S Auguſt.

immemor ſubſtantiæ diſſipatæ, illius commeſſationum & impudicitiarum non ſolum benigne excepit, ſed cumulatiſſimis affecit donis. quod expendens, S. Epiſcop. Rauco. ſerm. 3. de duobus filiis ait. *Non dixit vnde venis? vbi fuiſti? vbi ſunt quæ tuliſti? quare tantam gloriam tanta turpitudine commutaſti? ſed cito proferte ſtolam primam, & induite illum: videtis quia delicta non videt vis amoris, & date annulum in manu eius, paterna pietas contenta non eſt innocentiam reparare ſolam, niſi priſtinum reſtituat honorem*, deinde ſubiungit. *Pater filij peccata redemit oſculo, clauſit amplexu, ne nudaret filii crimina, pater filium ne fœdaret, pater ſic filii curat vulnera, vel filio cicatricem, ne vnum filio ne relinquat.*

Petrus Damianus.

Solus ille glorificatus abſolute cenſetur, qui nihil in ſe inglorium habet.

84. *Videntes Aaron & filii Iſrael cornutam faciem Moyſi, timuerunt prope accedere*, Cald. *multiplicatus eſt ſplendor gloriæ eius vultus.* de hac glorificatione loquens B. Apoſt. ait, quod ſi miniſtratio mortis litteris deformata in lapidibus fuit in gloria, ita vt non poſſent filij Iſrael intendere in faciem eius, quæ euacuatur, quomodo non magis miniſtratio ſpiritus erit in gloria? nam nec glorificatum eſt quod claruit in hac parte &c. ita admittit Moyſen in gloria tunc fuiſſe, vt vix exiſtimet illam gloriam, quaſi dicat fuit in gloria Moyſes, imo nec fuit in gloria, nec volo illam Moyſis gloriam ſic vocare. verum Lucas loquens de Ieſu transfigurato, ait, erant autem Moyſes & Elias, ſecundum Origen. hom. 3. in Matth. in gloria ibi abſolute dicitur, ſicut ibi Moyſes viſus in gloria, vel glorificatur; hic autem quod ſolum haberet faciem glorioſam, & quidem ex colloquio diuino, quare ergo Thaboris gloria in Moyſe, gloria abſolute vocabatur, in Sina autem gloria eius nec dum cenſebatur à Paulo? in Sina Moyſes gloriam habebat in facie, in Thabor totus in gloria videbatur, vnde ſolum in Thabor glorioſus cenſebatur, quia totus erat in gloria, nec gloria putabatur illa quæ in monte Sina, quia ſolum erat ex parte. docte hoc attigit Orig. hom. 12. ſuper Exod. *Nil aliud glorioſum in lege habet Moyſes, niſi ſolam faciem, in Euangeliis autem totus glorificatus eſt ex integro, audi enim quid dicatur in Euangeliis, ecce apparuerunt inquit Moyſes & Elias in gloria colloquentes cum Ieſu: hic non refertur quia glorificatus eſt vultus eius, ſed quia totus apparuit in gloria.* Merito vbi totus apparet in gloria abſolute glorioſus vocatur, nec cenſetur gloria illa quæ ſola ex facie fulgurabat, relictis ingloriis cæteris partibus, ſolus enim ille cenſetur abſolute glorificatus eſſe, qui nihil in ſe inglorium habet, ſed omni ex parte glorificatus appaeet, nullamque admittit in ſe gloriæ labem.

Origenes.

Bona præſentia, reſpectu futurorum nulla cenſenda ſunt.

85. *Videntes Aaron & filii Iſrael cornutam Moyſi faciem, timuerunt prope accedere*, Cald. *quia multiplicatus eſſet ſplendor gloriæ vultus eius*, tamen Paulus hanc gloriam in comparatione illius, quæ in Euangelio promittitur, dicit gloriam non eſſe, ſic enim ait, nec glorificatum quod glorificatum eſt in hac parte, propter excellentem gloriam. quid? gloria Moyſis tanta eſt, vt nec in eam filij Iſrael poſſent intendere? quomodo Apoſtolus ait nec in hoc glorificatum. quia bona præſentia licet eximia, reſpectu futurorum nulla cenſenda ſunt. ſic docte Hieron. in cap. 1. Eccleſiaſt. vanitas vanitatum & omnia vanitas. *Legimus in Exodo, gloriatum vultum Moyſis tantum, vt filii Iſrael eum aſpicere non poſſent, quam gloriam Paulus Apoſtol. ad comparationem Euangelicæ gloriæ dixit eſſe, non gloriam. nam nec glorificatum eſt inquit, quod glorificatum hac in parte propter excellentem gloriã,* 2. ad Corint. 3. 10. *poſſumus igitur & nos in hunc modum cælum & terram, & omnia quæ in hoc circulo continentur, bona quidem per ſe dicere, ſed ad Deum comparata pro nihilo.* Hæc ille. ſubiecit ſtatim eamdem cogitationem & imaginem quam illuſtramus. *Et quomodo ſi igniculum lucernæ videns, contentus eſſem eius lumine, & poſtea orto ſole non cernerem quod lucebat: ſtellarum quoque lumina iubare viderem ſolis abſcondi. ita aſpiciens elementa, & rerum multiplicem varietatem, admiror quidem operum magnitudinem, recogitans autem omnia pertranſire, & mundum ſuo fine ſeneſcere, ſolumque Deum illud ſemper eſſe quod fuerit, compellor dicere non ſemel, ſed bis, vanitas vanitatum & omnia vanitas.* Ita Hieronym. quaſi dicat. quis cum cœlum tempeſta nocte ſerenum eſt, tot cœleſtium luminum claritatem, & ſplendorem non miretur? atque hic Iouis, illic Martis, vel Veneris ſydera miro fulgore collucentia non animaduertat, & laudet? at enim cum primum ſol exoritur, immenſum eius iubar, non modo tam pulchritudinem caſtigat, neque coercet, ſed etiam obſcurat & extinguit. ad quem procul dubio modum, dum cœleſtia bona animo non affulgent, ſæcularium quidem rerum ſydera ad ſpeciem ſplendere videntur: & hinc regnum Iouis, illinc arma ſiue trophea Martis, tum Veneris decor & pulchritudo, nec non Mercurij diuitiæ conſpicua apparent, & illuſtria. verum enim vero, cum ſol iuſtitiæ Christus æternaque ipſius beatitudo exoritur, aſſiduaque [illegible] tiona animo verſatur, quæcumque antea [illegible] debant, euaneſcunt, & emoriuntur dum in comparatione fulgoris, non enim poteſt in hac claritate ſolis ſcintilla habere momentum.

S. Hieron.

Eccleſ. 1.

2. Cor.

Corpora beatorum ita ſplendida, vt fulgor eorum omnium acies perſtringat.

86. *Videntes Aaron & filij Iſrael cornutam faciem Moyſi, timuerunt prope accedere*, adeo vt ait Paulus, non potuerint filij Iſrael in faciem Moyſi intendere propter gloriam. talem Deus indidit ſplendorem Moyſi, & talis ſplendor ex ore eius emicabat, vt neque Moyſes ipſum poterat, nec filij Iſrael eius aſpectum ferre nouerant. quid hoc eſt? niſi quod tanta gloria proueniet ex corporibus beatorum, vt vix vllu[illegible]t, qui eam ferre valeat. hoc notauerim cum Chryſoſt. ad

virginem iuniorem, qui ibidem etiam notat illud Matth. 17. & reſplenduit facies eius ſicut ſol, veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix. hoc præceſſit in corpore Christi, vt inde diſcamus quæ vis gloriæ ex beatorum corporibus emicabit, quam ſcilicet Apoſtoli vix ferre potuerunt audiamus Chryſoſt. *Corpora*

S. Chryſ. *autem eorum qui Deo placuerunt, tantam induent gloriam, quantam ne intueri quidem ſuis oculis licet, & qui harum quidem rerum ſigna quædam ac leuiter preſſe veſtigia, & in veteri, & in nouo teſtamento nobis oſtendit Deus, nam ibi quidem Moyſi facies tanta fulgebat gloria, vt eam oculi Iſraelitarum ferre minime poſſent, in nouo autem longe magis fulſit Chriſti facies.*

Maximus in virginea facie ſplendor.

87. *Videntes Aaron & filij Iſrael cornutam faciem Moyſi timuerunt prope accedere*, ex conſortio igitur ſermonis Domini tantum gloriæ ſplendoriſque acquiſiuit, vt in faciem vultus eius, ait Apoſtol. filij Iſrael intendere non poſſent; ſi ita ſe res habet, quanta quæſo venuſtas ac pulchritudo Virgineo Mariæ vultui acceſſit, quæ non ex conſortio ſolo ſermonis Dei lumine perfunditur; ſed ex conceptu ipſius Dei diuinique verbi partu, omnem hominem venientem in hunc mundum illuminantis illuſtratur? ſi enim ex ſola locutione, tam ſplendida facta eſt facies Moyſis, cur non ſplendidior? cur non pulchrior, venuſtiorque Virginis facies ac vultus, quæ familiarius ſæpiuſque quam Moyſes cum Deo locuta eſt? nec audiuit loquentem Deum tantum, ſed Deum etiam in vtero concepit? ita arguit S. Vincent. Ferrer.

C

S. Vinc. Fer. in vigil. Natiuit. Domini. *Legitur quod quia Moyſes locutus fuerat cum Deo in monte, propter hoc radij ſplendoris procedebant de facie eius, intantum quod populus non poterat eum reſpicere, fiat ergo ratio, ſi facies ita erat ſplendens ex ſola Dei locutione, quanto ergo magis facies Virginis Mariæ ex filij Dei conceptione?* eadem habet

Richard. à S. Laurent. Richard. à S. Laurent. lib. 5. de Laudibus Virg. *Si tam pulchra apparuit facies propheta ex conſortio ſermonis Domini, quid exiſtimas de facie matris ipſius Dei?*

Peccator indignus magnalia Dei contemplari.

88. *Videntes Aaron & filij Iſrael cornutam fa-*

A *ciem Moyſi, timuerunt prope accedere*, Cald. *quia multiplicatus eſt ſplendor vultus eius*, ita vt in eum filij Iſrael, inquit Paulus, non poſſent intendere; ſed qua de cauſa gloriam & claritatem mortalis hominis aſpicere non potuerunt cum luminibus oculorum orbati non eſſent? Haymo in 3. cap. 2. ad Corint. reſpondet. *Quia Moyſes ſanctus & iuſtus erat, ideoque coruſcabat ſuumque ſplendorem poterat ipſe ferre, illi autem qui peccatores erant & increduli, non fuerunt digni contemplari ſplendorem eius.* Haym.

Miniſtri Euangelij longe ſuperioribus radiis gloriæ fulgere debent, quam Moyſes.

Videntes Aaron & filij Iſrael cornutam fa- 89.

B *ciem Moyſi timuerunt valde*, Paulus ita vt non poſſent intendere filij Iſrael in faciem propter gloriam eius. ſed Apoſtolus addit, *ſi miniſtratio mortis*, id eſt lex quæ miniſtra erat mortis, quia mortem minabatur, *deformata*, vel deſcripta, *litteris in lapidibus fuit*, ſubaudi in gloria, & *claritate vultus*, quæ gloria vel claritas *euacuatur, quomodo non magis miniſtratio ſpiritus?* id eſt doctrina & prædicatio ſpiritualis Euangelij, *erit in gloria*, ſuis miniſtratoribus & obſeruatoribus? quid? nonne eximia fuit gloria vultus Moyſis? Cald. enim ait multiplicatus eſt ſplendor gloriæ vultus eius? quomodo ergo ait Apoſtolus, magis miniſtratio ſpiritus erit in gloria? reſpondet S. Remigius iſto in loco. S. Rhemig.

Vult oſtendere quæ diſtantia ſit inter legem & Euangelium, & Moyſen & Doctores Euangelij, legimus in Exodo quod Moyſe deſcendente de monte, facies eius erat cornuta ex conſortio ſermo-

C *nis Domini, id eſt radios quoſdam emittebat ſplendoris ſicut ſol, intantum vt non poſſent intendere filij Iſrael in faciem eius, ſed quando egrediebatur ad populum ponebat velamen ſuper faciem ſuam: ſi Moyſes tantam habuit claritatem in vultu quando legem dedit populo, quæ miniſtra erat mortis quæ mortem minabatur, quanto maiorem gloriam habebunt miniſtri Euangelij, qui vitam æternam & iuſtitiam miniſtrant, quod vitam æternam præſtat? multo maiorem gloriam & claritatem habebunt, qui eamdem claritatem habebant quam oſtendit Dominus in monte tribus diſcipulis, quando viſi ſunt cum eo Moyſes & Elias in maieſtate & claritate: videbunt enim oculis corporeis gloriam claritatemque clarificatæ humanitatis*

D *filii Dei, ipſique eamdem gloriam habebunt.*

VARIET. LECT. Verſ. 31. & 32.

Vlg. Vocatique ab eo reuerſi ſunt tam Aaron quam principes ſynagogæ, & poſtquam locutus eſt ad eos.

Sept. Et vocauit eos Moyſes, & conuerſi ſunt ad eum Aaron.

Cald. Omnes principes congregationis, *ſic Onk.*

Oleaſt. Omnes eleuati ſynagogæ ſeu principes teſtimonij, *Mont.* Prælati.

Vulg. Venerunt ad eum etiam omnes filij Iſrael, quibus præcepit cuncta quæ audierat à Domino in monte Sinai.

Sept. Et poſt hæc acceſſerunt ad eum; & mandauit eis omnia quæcumque mandauerat Dominus ad eum.

Pag. Et poſt hoc appropinquauerunt omnes filij Iſrael.

CONCORDIA.

OLeaſt. legit eleuati, Mont. prælati, vbi habemus ptincipes & Hebraice נשיאים ideo eſt, quia naſa eleuare ſignificat, ptincipes autem ſiue prælati ſuper alios eleuantur, habe- A mus principes ſynagogæ, alij principes congregationis, quia ſynagoga idem eſt quod multitudo coogregata.

EXPOSITIO.

Vocatique ſunt ab eo, abierant enim perculſi timore ex ſplendore gloriæ vultus Moyſi, *reuerſi ſunt tam Aaron quam principes ſynagogæ*, hi enim primi acceſſerunt depoſito timore, per principes ſynagogæ, intellige duodecim tribuum primates, quos cum allocutus fuiſſet, *venerunt etiam ad eum omnes filij Iſrael*, B omnis alia multitudo, quæ forte longius receſſerat, *quibus præcepit cuncta quæ audierat à Domino in monte Sinai*, nempe fabricationem ſanctuarij, præcepta moralia & iudicialia, & cæremonialia; veſtes Aaron & filiorum eius, nec non ritum conſecrationis eorum, denique omnia quæ habentur à capite 25. vſque ad præſens.

CONCEPTVS.

Principum exemplum alij ſequuntur inferiores.

90. *Vocati ab eo reuerſi ſunt tam Aaron quam principes ſynagogæ*, ſolum vocat hos præcipuos primates, qui ex timore receſſerant; nonne etiam retroceſſerat omnis populi multitudo? nihilominus non vocata ad Moyſen acceſſit; nonne eumdem ſplendorem vultus retinet Moyſes quem antea? cur ergo non vocati à quo receſſitis conuenitis? pende quid dicat textus, reuerſi ſunt Aaron & principes ſynagogæ. nec mirum ergo ſi & cætera plebis multitudo, etiam regrediatur, quia principum exemplum alij ſequuntur inferiores. *Non audebant* (inquit Abulens. Abul.) *antea principes regredi, quia viderant vultum fulgentem, nunc vero poſtquam eis timorem abſtulit non ſolum ipſi, ſed etiam populares omnes venerunt, vt audirent quid diceret.*

Sancti non ſolum veneratione colendi, ſed & timendi.

91. *Vocati ab eo reuerſi ſunt tam Aaron quam principes ſynagogæ*, receſſerant ergo Moyſe de monte deſcendente, radios vultus eius eiaculante, an ſolum reuerentiæ & honoris gratiâ? inſpice quid dicat textus, videntes cornutam D faciem vultus eius timuerunt prope accedere; quid? an fulmina torquens inſpicitur? an fulgur emittens? ſplendidiſſimus ſolum vultus conſpicitur; cur ergo timore perculſi ab eo receſſerunt? *Timendi ſunt valde ſancti* (inquit Oleaſt.) Oleaſt. *neque ſolum honorandi, quoniam etſi ex ſe circumdati ſunt infirmitate, potentiſſimi tamen ſunt ex diuina virtute: audiens Herodes Rex Chriſti natiuitatem turbatus eſt, & omnis Hieroſolyma cum* Matth. 2. 1. Reg. 18. *eo, & de nato Ioanne Baptiſta legimus, factum eſſe timorem ſuper omnia montana Iudeæ, & de Saule 1. Samuel. 8. quod timeret Dauidem quod* C *eſſet Dominus cum eo, & Herodes Ioannem timebat, quo audito multa faciebat.*

A quo ex reuerentia diſcedis, ad eum ex obedientia accede.

92. *Vocati ab eo reuerſi ſunt tam Aaron quam principes ſynagogæ*, nonne ab eo receſſerunt vel ex reuerentia? ait enim Caiet. hoc manifeſtat, quod tanta fuerat reuerentia, vt non ſolum deſtiterint ab appropinquatione, ſed nec ſubſtiterint, ſed receſſerint, vel ex timore, vt in ſuperiori conceptu vidimus; ſi ergo eumdem ſplendorem vultus, & eamdem gloria radiantem faciem habet, ex quo reuerentia & timor originem ſumpſere, cur ergo ad eum regrediuntur? ait textus vocati ab eo, vt hinc diſcas ab eo à quo ex reuerentia, vel timere recedis, ad eum ex N. Lyran. obedientia accedere, quod habet noſter Lyran. parcis verbis. *Ex reuerentia retroceſſerant & ex obedientia redierunt.*

VARIET. LECT. Verſ. 33. & 34.

Vulg. Impletiſque ſermonibus poſuit velamen ſuper faciem ſuam.

Sept. Et poſtquam ceſſauit loqui ad eos, impoſuit ſuper faciem ſuam velamen.

Mont. Et conſummauit Moyſes à loquendo cum eis, & dedit ſuper facies ſuas velamen.

Alij. Et cum pergeret Moyſes loqui cum eis.

Vulg. Quod ingreſſus ad Dominum, & loquens cum eo auferebat, & tunc loquebatur ad filios Iſrael omnia quæ ſibi fuerant imperata.

Sept. Quando autem ingrediebatur Moyſes ante Dominum vt loqueretur, & demebat velamen quo ad vſque egrederetur, & egreſſus loquebatur omnibus filiis Iſrael.

CONCORDIA.

HAbet Vulg. impletis ſermonibus poſuit velamen, ſed alij ex Hebræo dicente, ויכל משה מדבר אתם vaichal Moſe middaber ittem, & cum pergeret Moyſes loqui cum eis, quia tenent quod etiam hac prima voce qua poſt deſcenſum locutus eſt Moyſes cum populo, poſitum velamen etiam habuiſſe ſuper faciem ſplendidam, & radiantem, ſed ex Hebræo alia ſententia contraria probabilior colligitur, vt in expoſitione videre eſt.

EXPOSITIO.

IMpletiſque ſermonibus poſuit velamen ſuper faciem ſuam. Quod non ita intelligeodum, vt dum populum allocutus eſt hac priori vice, ob maiorem reuerentiam obductum habuerit velamen, nam hoc primo colloquio aperta facie, & radiante locutus eſt eis. Sic enim Vulg. impletis ſermonibos, poſtqoam impleuit verba ad populum habere: Sept. poſtquam ceſſauit loqui, & Mont. coosummauit Moyſes à loquendo, tunc poſuit velamen ſupêr faciem ſuam, poſt primam illam collocutionem velabat faciem, vt colloquij liberioris daretur copia, *quod ingreſſus ad Dominum, & loquens cum eo auferebat*, iudicans indignum omnium principi Deo loqui facie cooperta.

CONCEPTVS.

Magnorum Principum eſt, humanos, & affabiles ſe ſe ſubditis exhibere.

93. *Impletis ſermonibus impoſuit velamen ſuper faciem ſuam*, Com ſplendidam & radiantem faciem Moyſis viderunt, ab eo receſſerunt, non qood vt ait Abul. timuerunt ad illum accedere, formidantes lucem illam, ſicut viſibila aliqood horridum, vt videre aſpides, & dracones, quia gratus aſpectus lucis illius, imo inter formas viſibiles, nihil delectabilius eſt luce. ſed timuerunt accedere propter reuerentiam, quia videntes Moyſem ſic fulgentem, putauerunt illud eſſe aliquid diuinum, ideo cognoſcentes ſuam paruitatem retroceſſerunt, non andêtes ſe ei iungere. Quid quæſo tunc ſuperbus aliquis, & iuſcius Princeps faceret? inacceſſibilem ſane lucem illam plus acueret, & incenderet, & ardentes radios fortius vibraret: ſed qnid egit optimus Princeps Moyſes? poſuit velamen ſuper faciem ſuam, ad quid radios ſplendoris gloriæ velat & cooperit? pœne vt eos fulgentiſſimos lucis radios tempetans, & à tot magnificis gloriæ pompis abſtinens, ſeſe ſubditis ſuis, vel ea ratione aditu facilem, & affabilem exhiberet, quod lux illa à Dei luce eſſet, qui maieſtati eam indit claritatem. Vt teſte Paſchaſio lib. 8. in Matth. *Faciem non ſubtraheret humanitatis.* Quippe lux ſuæ maieſtatis quæ Principem aditu difficilem, & inacceſſibilem facit non à Deo, ſed à malo eſt. Cui quidem cogitationi appoſitè locutus Gregor. Niſſen. in orat. de ijs qui præmature abripiũtur hac imagine, *Sicut, inquit, palpebrarum prominentibus pilis quaſi vallo obiecto, puritatem & vehementiam radiorum natura obumbrans, & frangens, & temperatum ac dilutum ſplendorem oculis infert, quo placidius ſol pro eo modo quem vſus poſcit, cum vmbra quam palpebræ faciunt, contemperatus, exiſtat: ita morum grauitas, atque maieſtas cum moderata animi demiſſione commixta, non euertat oculos intuentium, ſed iucundum efficiat obtutum, vt neque grauitatis, ac ſeueritatis ſplendor obſcuretur, neque latens in animo vis propter humilitatem deſpiciatur, ſed alterum æqualiter in vtroque, tum in celſitudine ac ſublimitate comitas & humanitas, tum in humilitate vice verſa grauitas & ſeueritas animaduertatur.*

Gregor. Niſſenus.

Fœlix ille cui temporalium bonorum finis datur inſpiciendus.

Impletis ſermonibus poſuit velamen ſuper faciem ſuam: Sed aliud velamen inſpicio poſitum ſuper corda filiorum Iſrael, ait enim Paul. 2. Corinth. 3. vſque in hodiernam diem cum legitur Moyſes, velamen poſitom eſt ſuper cor eorum: vnde Iudæi ſic cæci ad Moyſen feruntur? vnde tam affecti ad lacteam illam melleamque Moyſis terram, vt præ illa non valeant, nec videre velint terram illam viuentium? Deuter. 34. Habes quod Moyſes ſeparatus à populo, aſcendit in montem Nebo, vt contemplaretur promiſſam terram, quâ viſa mortuus eſt ibi Moyſes ſeruus Domini in terra Ioab, iubente Domino, & ſepeliuit eum in valle terræ Moab, & non cognouit homo ſepulchrum eius in præſentem diem: nulli hominum datum foit videre ſepulchrum Moyſis, videre finem Moyſis, & inde tanta eſt nata Iudæorum cæcitas. Ad hæc Drogo Hoſtienſis ſerm. de Paſſ. ait, *Propterea vſque hodie dum legitur Moyſes velatam habet faciem, quia ab homine mortali ſepulchrum eius non inuenitur.* Audit populus Moyſem, & cæcus totus intendit ad lacte & melle manantem terram, totus intendit ad temporalem regni ſplendorem, nihilque amplius cupie, quia non vides ſepulchrum Moyſis, non illi oſtenditur finis Moyſis, qui ſi oſtenderetur, nullum iam velamen maneret. 94.

2. Cor. 3.

Deuter. 34.

Drogo Hoſtienſ.

Iudex ſiue Princeps ante oculos ſimulachrum mortis habens, cum æquitate erga ſubditos procedet.

Impletis ſermonibus poſuit velamen ſuper fa- 95.

ciem ſuam: Cur cum ſit omnium Princeps & Iudex, faciem ſuam tegit? noone magis rationi conſentaneum, vt à ſuis videretur, ne ſuperbiæ, quod ſui conſpectum non permitteretur, argueretur? ſed illud velamen ex qua materia confectum? Ait Franciſcus Mendoza lib. 1. Reg c. 1. num. 5. annot. 7. ſect. 1. aliquos aſſerere illud fuiſſe è linteis ſodarijſve, quibus mortuorum cadauera inuoluta ſepeliebantur, cur huiuſmodi linteis faciem ſuam obnubilat? nonne ſericũ velamen conuenientius ad ſplendorem vultus occoltandum? cur ergo huiuſmodi ſudarijs mortuorum ad velandum faciem vtitur? vt morte ob oculos occurſante, vitæ integritatem erga omnes quibus imperabat, diligentius ſectaretur.

Franciſcus Mendozius.

Iudæus audit verba legis, ſed ea ſpiritualiter non intelligit.

96. *Impletis ſermonibus poſuit velamen ſuper faciem ſuam:* Videat ſplendorem vultus tui, faciem radiantem intueatur, cur gloriæ tuæ viſionem poſito velamine ſubtrahis? nonne lex Moyſe deſignatur? audiunt ergo Iudæi vocem eius, ſed vultum radiantem non inſpiciunt, quia licet verba legis audiant, ſed claritatem eius nequaquam percipiunt. *Hoc iam S. Eccleſia,* inquit Gregor. Mag Moral. c. 23. *per ſpiritum agnoſcit quod Synagoga prius per litteram intelligere omnino non valuit: vnde & Moyſes cum populo loqueretur faciem velabat, vt videlicet deſignaret quod ille Iudæorum populus legis verba cognoſceret, ſed eiuſdem claritatem legis omnino non videret. Vnde rectè per Paulum dicitur vſque in hodiernum diem cum Moyſes legitur velamen eſt poſitum ſuper cor eorum.* Et S. Iſidor. Hiſpal. *Quod ergo deſcendente denuo Moyſe cum tabulis, facies eius glorificata videtur; ſed tamen velamine tegitur, hoc ſignificabat, vt oſtenderet eamdem legem myſtico eſſe velamine coopertam, tectamque infidelibus, & occultam. Sermo quippe legis habet ſcientia gloriam, ſed ſecretam: habet & cornua duûm teſtamentorum, quibus contra dogmata falſitatis incẽdit armata: cum* B *enim Moyſes legitur, velamen eſt poſitum ſuper cor eorum, & manifeſtè dum legis, & Prophetarum ſcripturam per nimium ſtoliditatem cordis carnaliter accipiunt infideles, illis tota facies Moyſi quodam velamine tegitur, ita vt non poſſint loquentis legis gloriam ſuſtinere, ſed ſi conuerſi fuerint ad Dominum auferetur velamen, occidens littera morietur, viuificans ſpiritus ſuſcitabitur, Dominus enim ſpiritus eſt, & lex ſpiritualis eſt. Vnde & Dauid orabat in Pſalmo, Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua.*

S. Gregor. Magn. — Iſid. Hiſp.

VARIET. LECT. Verſ. 35.

V*Vlg.* Qui videbant faciem egredientis Moyſis eſſe cornutam, ſed operiebat ille rurſus faciem ſuam, ſi quando loquebatur ad eos.

Sept. Et videbant filij Iſrael faciem Moyſi, quia glorificata eſt, & circumponebat Moyſes velamen ſuper faciem ſuam, quoad vſque C ingrederetur colloqui cum eo.

Cald. Quia multus erat ſplendor gloriæ vultus Moyſi, & reducebat Moyſes velamen.

Mont. Quod cutis promicuiſſet.

Pag. Quod reſplenduiſſet facies Moyſi. *Sic Vatab.*

Tygur. Radios iaculabatur.

CONCORDIA.

VVlg. habet, ſi qoando loquebatur ad eos, nempe ad populum, Sept. imo & Hebr & Cald. legunt quoad vſque ingrederetur colloqui cum eo, nempe cum Deo, ſed in hoc non eſt contrarietas, nam ſenſus eſt Vulg. quod faciem operiebat cum loquebatur dum eſſet cum populo, aliorum autem, quod vultum occultabat, donec ingrederetur tabernaculum, vt cum Deo loqueretur.

EXPOSITIO.

Q*Vi videbant faciem egredientis Moyſis,* de tabernaculo ante Dominum, *eſſe cornutam,* radijs coruſcantem, ſed cum Iſraelitæ D egredientem expectantes allocuturi, ille *rurſus operiebat faciem*, velamine radios vultus ſui cooperiente.

CONCEPTVS.

Magna virtus te neſcire magna operantem.

97. *Qui videbant faciem egredientis Moyſis eſſe cornutam,* Cald. *Quia vultus erat ſplendor gloriæ vultus eius,* Licet autem tot radijs gloriæ ſplenderet facies eius, id tamen in principio ignorabat, qui tot Dei arcana agnouit recondita, qui tot myſteriorum cognitor, quomodo proprium ſplendorem ignorat? Non extra mentem noſtram S. Bernard. ſerm. 13. in Cant. *Magna & rara virtus, vt magna licet operantem, magnum te neſcias, & manifeſtam omnibus tuam te ſolum latere ſanctitatem.*

S. Bernard.

Notitia Dei optimi, & ſanctiſſimæ Trinitatis aliquis fulgor ex facie Moyſis, nempe ex mundi opificio procedens.

98. *Qui videbant faciem egredientis Moyſis eſſe cornutam*, Sept. *quia glorificata eſt*: Nonne hiſtoria de mundi natalibus ſplendida, & cornuta facies Moyſis dici poteſt, quam cum crebra haberet inter denſas caligines cum Deo colloquia, coruſcantem ſplendeſcentemque retulit, eamque Iſraelitæ, niſi velamine obtectam videre non potuerunt? neque mireris precor, quod de mundi opificio hiſtoriam, faciem Moyſis nominem: quod non temere dixiſſe explicu, ſi facies ea eſt, in quam primum oculus inijcimus, vt quis vnuſquiſque ſit agnoſcamus, hæc facies certe erit, quia hiſtoriæ adeo celeberrimæ eſt exordium. Sed quiſnam fulgor iſte eſt ex Moyſis facie emanans? niſi Dei Opt. Max. notificatio ac ſanctiſſimæ Trinitatis inſinuatio: Hic illius ſolis ſplendor eſt, de quo Eccleſ. 43. Tripliciter ſol exurens montes, radios igneos exufflans, & refulgens radijs ſuis obcæcat oculos: nec ineptè profecto ſymbolis Dei maieſtatem clariſſimam ſapiens manifeſtare voluit, eleganter ſiquidem ſi res illa Deo comparanda, ſol Dei hieroglyficum eſt, quid namque inter conditas res præſtantius, excellentiuſque ſole eſt? ipſe enim eſt mundi oculus, Dei iucunditas, vniuerſi pulchritudo, naturæ gratia, cuius luce decoratur cœlum, depuratur ignis, illuſtratur aer, effulget aqua, fœcundatur terra, coruſcat aurum, emicant lapides, vireſcunt plantæ, fouentur animalia. Cum igitur hieroglyficum non indecens Dei, ex ſua præſtantia ſit ſol, ſapiens eius fulgorem allegorice accurate deſcribit, cum ait tripliciter ſol exurens montes, Angelos, & cōtemplationi addictos ſanctos, igneos radios exufflat, flagrantes amoris flammas excitat & refulgens radijs ſuis nimio ſplendore ſuo obcæcat mortalium animos: qui nimio tumore [illegible], immoderatius ingenij ui aciem non fidei, ſed luminis naturalis ope fulcitam, in huius ſolis contemplationem auſi ſunt attollere: quod ſi Deus ipſe ſol eſt, vbi admixta eſt D[illegible] [illegible]tio, ibi & fulgor adeſt. Quod ſi ſanctiſſimæ Trinitatis inſinuatio eſt triplicatus fulgor emicat ac coruſcat S. Gregor. Naz. in ſanctum lauacrum oratione 3. ſub luminis metaphora hæc præſtantiſſima de Deo depromſit. Deus etenim lumen eſt ſublimiſſimum, inacceſſibile ac ineffabile, quod neque mente comprehendi, neque ſermone exprimi poteſt, omnem naturam rationalem illuminās, illud in intelligentia, quod ſol in ſenſu, exiſtens tanto magis cōtemplatione intellectum, quanto plus purgamur, ac quantum magis contemplamur; tanto plus dilectum, ac quantum magis diligimus, tanto plus rurſus cognitum ſeipſum contemplans, & comprehendens, pauca extrarijs effundens: lumen inquā quod in Patre & Filio, & Spiritu ſancto contemplari poteſt, quorum diuitiæ ſunt cognatio eadem, & vnica ſplendoris eruptio. *Et orat in nouum Dominicum diem*, ait, Deus erat lumen inacceſſibile, & incomprehenſibile, neque incipiens, neque deſinens, neque

Eccleſ. 43.

Gregor. Nazianz.

A menſurabile, ſemper fulgens, tripliciter micans, paucis quantum ſit contemplatione cognitum. Quin hæc paucis quidem, vt arbitror, ſunt, & luminaria ſecundaria à primo lumine ſplendorem trahentia, poteſtates nempe quæ cum ipſo verſantur, ac ſpiritus miniſtrantes.] *Et in orat. in laudem Magni Athanaſij.* Nam cum multa & magna ſint, atque adeo tot & tāta, vt nemo ea ſermone complecti poſſit, quæ nos à Deo partim habemus, partim habituri ſumus: maximum tamen & humaniſſimū eſt propenſio ad eum atque coniunctio. Nam quod rebus in ſenſum cadentibus eſt ſol; hoc ijs, quæ animo & ratione intelliguntur, eſt Deus: ille enim mundum hunc aſpectabilem illuſtrat, hic inuiſibilem; ille corporis oculos ita afficit, vt lumen ipſius intueri poſſint; hic B mentes diuinas reddit: atque vt ille cum & ijs, quæ oculorum ſenſu prædita ſunt, & ijs quæ in aſpectu ſentiuntur, hanc vim tribuat, vt & illa videre, & hæc viſu percipi poſſint; interim tamen ipſe omnia, quæ oculis ſubiecta ſunt pulchritudine antecellit: eodem modo Deus cum tam ijs, quæ intelligentia vtuntur, quam quæ mente percipiuntur, ipſe tamen intelligibilium omnium ſummus eſt vertex, in quo deſiderium omne conſiſtit, ac defigitur, nec ſupra eum vſquam fertur. Cæterum quanam ſerie ſacratiſſima Trinitas in hac Moſis hiſtoria memoretur, præter cæteros præſtantiſſimos patres D. Aug. de Geneſ. ad litteram lib. 1. his verbis luculenter explicat, In ipſo exordio inchoatæ creaturæ Trinitas inſinuatur, creaC toris. Nam dicente ſcriptura, in principio fecit Deus cœlum & terram. intelligimus patrē in Dei nomine, & filium in Principij nomine, qui non patris, ſed per ipſum creatæ primitus, ac potiſſimum ſpiritalis creaturæ, & conſequenter etiam vniuerſæ creaturæ principium eſt: dicente autem ſcriptura, & ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas, completam commemorationem Trinitatis agnoſcimus, ita & in conuerſione, atque perfectione creaturæ, vt rerum ſpecies digerantur, eadem Trinitas inſinuatur, verbum Dei ſcilicet, & verbi generator, cum dicitur, Dixit Deus & ſancta bonitas in qua Deo placet, quidquid pro ſuæ naturæ modulo perfectū placet, cum dicitur, vidit Deus, quia bonum eſt. Inſuper velamine operta mihi viſa eſt hæc ſplendida facies, quia Dei ſanctiſſimæque Trinitatis notitia, quam Moſes in D ſua hiſtoria inſinuat, & tradit, ſub litteræ cortice latet, atque operta oſtenditur Hebræis, cooperiebat namque Moyſes faciem ſuam, quando loquebatur ad eos, & etiam Gentilibus, quia & his, & illis ſplendorem cognitionis Dei ægrè ferentibus, ac vnitatis ſanctiſſimæque Trinitatis myſteria non percipientibus litteræ cortex, ſeu craſſior rudiſque litteralis ſenſus obijcitur, in quo de ſanctiſſima Trinitate perſpicua mentio non fit: itaque dum mundi creatio, in qua de ſanctiſſima Trinitate mentio agitur, enarratione rudi ſub ſex dierum ſerie, illis offertur perperamque ab eis interpretatur, Moſis faciem vti velamine opertam nunquam conſpicere poſſunt. Vnde Rupert. in Prologo, *Facies Moſis, cum vbique ex collocutione Dei ſplendida ſit, & idcirco figurationis cum vocibus ſenſum ſuum qui per faciem in-*

S. Auguſt.

Rupert.

telligitur, velare oportuerit. Tum vero in creatione mundi splendoris est, quantum ferre nequaquam potuiſſent vniuerſi filij Iſrael, niſi illum craſſiori textu litteræ quaſi pannis infantem obuoluiſſet.

Ad Deum vere conuerſi cum auxilio Dei, ſcripturæ intelligentiam habere poſſumus.

99. *Qui videbant faciem Moyſi egredientis eſſe cornutam*, Sept. *Quia glorificata eſt*, & ſic in eum intendere non poterant præ magnitudine ſplendoris, à facie eius prodeuntis, ſicque vt cum eis colloqueretur, velamine vultum operiebat. S. Paul. Corinth. 3. ait, vſque in hodiernum diem idipſum velamen in lectione veteris teſtamenti, manet non reuelatum, ſed vſque in hodiernum diem legitur Moyſes, velamen poſitum eſt ſuper cor eorum. Quid, ô Apoſtole! an omnis intelligentiæ ſpes eis adempta? an ita à gratia Dei exciderunt, vt non intendere poſſint in gloriam ipſius Moyſis, nempe legis? audiamos quid dicat Paulus: cum autem conuerſus fuerit ad Dominum, auferetur velamen, conuertere ergo ad Dominum, & eius mediante auxilio, ſi quid obſcurum, ſi quid velatum in Moyſe, & in Prophetis, tibi aperietur. Quod docte expendit Origen. homil. 12. in Exod. Cauſam auferendi velaminis conuerſionem noſtram eſſe dicit Paulus ad Dominum, ex quo colligenda ſunt nobis indicia, quod donec legentes ſcripturas diuinas latet nos intellectus, donec obſcura ſunt nobis, & clauſa quæ ſcripta ſunt, nondum conuerſi ad Dominum ſumus: ſi enim conuerſi eſſemus ad Dominum, ſine dubio auferretur velamen: ſed & hoc ipſum conuerti ad Dominum, quale ſit videamus. Et vt euidentius ſcire poſſumus quid ſit conuerſus, dicendum nobis prius eſt quid ſit auerſus, omnis qui cum recitantur verba legis, communibus fabulis occupatur, auerſus eſt: omnis qui cum legitur Moyſes, de negotijs ſæculi, de pecunia, de lucris ſollicitudinem gerit, auerſus eſt: omnis qui poſſeſſionum curis ſtringitur, & diuitiarum cupiditate diſtenditur, qui gloriæ ſæculi, & mundi honoribus ſtudet, auerſus eſt: ſed & qui ab his quidem videtur alienus, aſſiſtit autem, & audit verba legis, & vultu atque oculis intentus, corde tamen, & cogitationibus euagatur, auerſus eſt. Quid ergo eſt conuerti? ſi his omnibus terga vertamus, & ſtudio, actibus, mente, ſollicitudine, verbo Dei operam demus, & in lege eius die ac nocte meditemur, omiſſis omnibus Deo vacemus, exerceamur in teſtimonijs eius, hoc eſt, cõuerſum eſſe ad Dominum. Tu ergo ſi volueris filium tuum ſcire litteras quas liberales vocant, ſcire Grammaticam, vel Rhetoricam diſciplinam, numquid non ab omnibus eum vacuum, & liberum reddis? numquid non omiſſis cæteris, huic vni ſtudio dare operam facis? pædagogos, magiſtros, libros, impenſas, nihil prorſus deeſſe facis quoad vſque perfectum propoſiti [illegible] opus reportet. Quis noſtrum ita ſe ad diuinæ legis ſtudia conuertit? quis noſtrum ita operam dedit? quis tanto ſtudio [illegible] quæ quærit ſtudia, quanto quæ [illegible] & quid conquerimur, ſi quod non [illegible] ignoramus? aliqui veſtrum vt recitari audierint, quæ leguntur, ſtatim diſcedunt. [illegible] ex his quæ lecta ſunt inquiſitio ad inuicem nulla collatio, nuſquam memoriæ mandat [illegible] quo te diuina lex commouet, interroga [illegible] tres tuos, & dicent tibi, Preſbyteros tuos & annunciabunt tibi. Alij ne hoc ipſum quidem patienter expectant, vſquequo lectiones in Eccleſia recitentur, alij vero nec ſi recitantur, ſciunt, ſed in remotioribus Dominicæ domus locis, ſæcularibus fabulis occupantur. De quibus ergo auſus ſum dicere quia cum legitur Moyſes, iam non velamen ſuper cor eorum ſed paries quidam, & murus eſt poſitus. Si enim ille qui adeſt, qui audit, & intentus eſt, & quæ audit, retractat & diſcutit, & quæ aſſequi non poteſt, percunctatur, & diſcere vix poteſt ad libertatem ſcientiæ peruenire, ille qui abſcondit aures ſuas ne audiat, & terga in faciem legentis obuertit, quomodo dicendus eſt velamen habere ſuperpoſitum cordi ad quem ne ipſum quidem velamen literæ quo ſenſus velatur, qui eſt ſonus vocis acceſſit euidens igitur figura eſt, quomodo glorificatur facies Moyſi, habent enim gloriam quæ loquitur, ſed hæc teguntur, & occultantur, & eſt omnis gloria eius intrinſecus.

Verbi diuini præcones, ſe auditoribus accommodent.

Qui videbant faciem Moyſi egredientis eſſe cornutam, Sept. *Quia glorificata eſt*. Sept. *[illegible] multus erat ſplendor gloriæ vultus eius*. Quid tunc operiebat ille faciem ſuam, ſi quando loquebatur eis; cur cum eis Dei præcepta promulganda, ſplendores vultus ſui [illegible] velamine ſuper ipſum poſito? quia [illegible] inquit Paulus, non poterant in faciem [illegible] propter gloriam; velanda ergo erat, vt [illegible] verba ſua capere poſſent. Quid hoc denotat niſi cum diuini verbi concionator, [illegible] radiat fulgore, cuius non capaces ſunt auditores, eam quaſi velamine tegere debent, ea ſolum capacitati ſuæ conſentanea communicare. Sic Oleaſt. *Debent ſancti viri, & prædicatores verbi atque doctores ſeſe capacitatibus audientium accommodare, & diuina prout capere poſſunt, tradere.* Oleaſt.

SYNOPSIS
CAPITIS XXXV.

Poſt promulgationem diuini præcepti de obſeruantia Sabbati, primitiæ & donaria exiguntur à populo, vt ex eis tabernaculum, & vaſa illius, & reliqua ad Dei cultum ſpectantia fieri poſſent: quæ donaria populus offert mente promptiſſima, vnde Moyſes duobus viris quos Dominus elegerat ad conficiendum tabernaculum, nempe Beſeleel & Oliab artificibus peritiſſimis imponit vniuerſum opus, quod fieri oportebat.

VARIET. LECT. à Verſ. 1. ad 3.

Vlg Igitur congregata omni turba filiorum Iſrael, dixit ad eos, hæc ſunt quæ iuſſit Dominus fieri.

A

Sept. Et congregauit Moyſes omnem Synagogam, & dixit hæc verba, quæ dixit Dominus facere ea.

Cald. Congregauit omnem cœtum.

Caiet. Et adunauit totam Synagogam.

Vulg. Sex diebus facietis opus, ſeptimus dies erit vobis ſanctus Sabbatum & requies Domini; qui fecerit opus in eo occidetur.

Sept. Sex diebus facies opera, die autem ſeptimo requies ſancta, Sabbata requies Domino, omnis faciens opus in eo moriatur.

Cald. Erit vobis requies Sabbati ſancti.

Onk. Erit vobis Sabbatum ſanctum, Sabbatum ſcilicet coram Domino.

Pagn. Erit vobis ſanctificatio, Sabbatum ceſſationis Domino.

Arias. Sex diebus fiet functio, & in die ſeptimo erit vobis ſanctitas, quies ceſſationis Domino, omnis faciens in eo functionem morietur.

Vulg. Non ſuccendetis ignem in omnibus habitaculis veſtris per diem Sabbati.

Sept. Non accendetis & in die Sabbatorum, ego Dominus.

CONCORDIA.

Habemus, hæc ſunt quæ iuſſit Dominus fieri, Sept. & dixit hæc verba quæ dixit Dominus facere ea, Auguſt. ambiguè (inquit) poſitum eſt vtrum facere ea Dominus, an illi, ſed vtique manifeſtum eſt, quod illi iuſſit, quippe quæ fieretur, ſed forte ideo ſic poſitum eſt, at ex vtroque accipiatur, quia & Dominus facit, cum facientes adiuuat, ſeptimus erit vobis dies ſanctus, Hebraicè קדש ideſt ſanctitas, ſanctificatio, ſanctum: Sabbatum & requies Domini, Hebraicè שבת שבתון ליהוה Sabbath. Sabbaton laihoua, quæ alij reddidere Sabbatum ceſſationis Domino, alij quies ceſſationis Domini, ſed non diſcrepant à Vulg. Sept. addidere quod non reperitur in Hebræo nempe ἐγὼ κύριος.

S. Auguſt.

B

EXPOSITIO.

Igitur congregata omni turba filiorum Iſrael, poſt exactam vindictam contra incredulos, & reconciliatum Domino populum, & recuperatum fœdus de obſeruatione mandatorum

Domini, congregat vniuerſum populum Iſrael, *& dixit ad eos hæc ſunt quæ iuſſit Dominus* docet eos voluntatem Domini, *ſex diebus facies opus &c.* Primum quidem de Sabbato religioſè celebrando, & ſanctificando, tanquam principale in lege mandatum *ſeptimus dies erit vobis ſanctus*, ac proinde nonnihil operibus ſanctis in eo vacare debetis, eſt *enim* dies iſte *Sabbatum & requies Domini* in quo ceſſauit A Dominus ab opere creationis, *qui fecerit opus in eo*, in pœnam tranſgreſſionis tanti præcepti ex ſententia Iudicum occidetur: non *ſuccendetis ignem* ad coquenda alimenta neceſſaria in die Sabbati, quamuis ea coquere in alijs feſtiuitatibus licitum eſſet. vide quæ diximus de obſeruatione Sabbati c. 20. à verſu 8. & cap. 23. & alibi.

CONCEPTVS.

Vltimus finis hominis beatitudo.

1\. *Septimus dies erit vobis ſanctus, Sabbatum & requies Domini*, compleuit enim Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat & in eo requieuit ab omni opere quod patrarat. ſed quid in die ſeptimo inuenitur ſingulare, vt tot eum honoribus & benedictionis & ſanctificationis priuilegijs præficiat Deus? cæteris antoferat? textus in Geneſi huius rei reddit cauſam, quia compleuit Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat, opera quæ in alijs diebus tãtum erant elaborata inchoatiuè, in hoc ſeptimo abſoluta euaſerunt, & ideo in illa ab operibus ſuis Deus ceſſauit. ſed quod Dei opus eſt, quod in die ſeptimo complementum & perfectionem ſortitur? non cælum, non terra, non humani corporis fabrica animata quod ergo opus eſt hoc quod tanta gloria die ſeptimo effert Deus perfeciſſe, vt diem ipſum ſibi arroget? aduerte quod hominis finis illius veluti perfectio eſt, qui nondum concipitur abſolutus & integer, nec ad vltimam perueniſſe benedictionem, donec finem ſuum planè conſequatur. Sexto die Deus hominem creauit, ſed nondum perfecit, quia beatitudine cæleſti in quam vt in finem ſuum homo intendit, necdum perfundebatur. dies ſeptimus dies finis hominis eſt, dies qua in beatitudine otio æterno voluptatis deditus, pacatus quieſcit, cum ergo ad hunc Deus peruenit diem, ad cõplementum & perfectionem ſui operis ſibi viſus eſt perueniſſe, in illo iam ſupremam hominum perfectionem ſui operis nactum intuetur. Ideo diem hunc à cæteris diſcernit benedictionibus & requiem & ſanctum ſuum appellat. cogitatũ hoc decerpſi ex noſtro Lyrano in cap. 2. Geneſ. Hic deſcribitur ipſius hominis finis ad illius intellectum conſiderandum, quod experientia docet appetitum hominis non quieſcere totaliter in adeptione cuiuſlibet boni finiti, ſed adepto illo vlterius tendit per deſiderium, adepto autem totaliter fine vltimo quieſcit, ſicut lapis in centro: & per hoc arguitur, quod finis vltimus ipſius hominis non conſiſtit in acceptione cuiuſlibet boni finiti, ſed infiniti quod eſt ſolus Deus vnde dicit Aug. in lib. Conf. inquietũ eſt Domine cor meũ donec requieſcat in te, ſcil. per cognitionem & amorem. item experimur quod quantumcumque cognoſcatur Deus ab homine per effectum, non terminatur tamen hominis deſiderium donec cognoſcatur per ſeipſum: ex quo concluditur vlterius quod vltimus hominis finis perſiſtit in viſione Dei per B eſſentiam, prout tamen includit fruitionem. vnde Ioã. 17. Hæc enim vita æterna, vt cognoſcant te Deum &c. iſta autem beatitudo in præſenti vita quodammodo inchoatur per hoc quod mens humana à terrenis eleuatur: & occupatur in contemplatione ſui creatoris. In ænigmate tamen: perficitur autem homo per hoc quod producitur finaliter ad æternã viſionem: & ad hoc deputatur dies ſeptima, vt homo vacet à terrenis & circa diuina occupetur.

Geneſ. 2. — N. Lyran.

Dies Reſurrectionis requies Domini.

2\. *Septimus dies erit vobis ſanctus, Sabbatum & requies Domini* Pagn. erit vobis ſanctificatio, Sabbatum ceſſationis Domino, ceſſauit enim Deus in illo ab operibus ſuis, & in eo cõpleuit opus ſuum. quodnam eſt opus illud, C quod in die ſeptimo compleuit propter quod hic dies præ alijs ſanctus, præ alijs Dei requies dicatur? aduerte ſexto die formatum hominem, ſed Deus imbecillem & infirmam illius naturam præcognoſcens, & leuibus ſerpentis illecebris ruituram, demumque tot calamitatum ſtrage & mortis dominio ſubijciẽdam tanquam imperfectum opus ſuum reputauit. Septima adueniente die, ob oculos ſtatuit filij ſui lapſam hominum naturam reparantis, Reſurrectionem, qua perfecta & firmata ad immortalitatem fuit, & ſub huius diei ſacri imagine contemplationis humani corporis fabricam abſolutam & completam, ſe diem feciſſe teſtatur, dicente Propheta, hæc dies, quam fecit Dominus. en cur cætera veluti deſpiciens in quibus opus ſuum quaſi mutilum & imperfectum ſpectarat, diem ſeptimum in quo reſurrecturus erat, ſanctum appellat, & requiem ſuam nominat? ſic Athanaſ. mag. in hoc dictum, omnia mihi tradita ſunt à patre meo. volebat iſtius creationis fine cognito, initium quærere nouæ creaturæ, finis igitur prioris creationis Sabbatum. Secundæ autem creaturæ initium, Dominicus dies: in qua veterem hominem renouauit, & inſtaurauit: ſicuti igitur prioribus temporibus Sabbati diem ſeruari voluit in monumentum finis priorum: ita dominicum diem veneramur, vt monumentum exordij ſecundæ reparationis. Non enim aliam creaturam colendo ſuperaddidit, ſed veterem renouauit. Et quam incepit facere cõſummauit, eaque de cauſa in ſexto die quæ creabantur, perfecta ſunt: in ſeptimo requieuit ab omnibus: & in Euangelio dicit Chriſtus, veni vt perficerem, qui enim

S. Athanaſ.

ab

ab omnibus requieſcit, ſignificat quædam fine, & conſummatione indigere, quæ ipſe veniens conſummauit, ait enim opera, quæ ego facio teſtantur de me, iam imperfectum erat hoc opus, ſiquidem ex peccato Adæ moriebatur homo. Cæterum id Chriſti viuificatu integritatem ſuam recuperauit, ideoque cum creaturam intra ſex dias conditam renouatione interpolaſſet, diem illam huic inſtaurationi conſecratam voluit, quam in Pſalmo ſpiritus prænuntiat. Hæc eſt dies quam fecit A Dominus, ſolis enim inſtar Deus exoritur illuſtrans vniuſcuiuſque animum, quocirca & in ſalutifera paſſione non apparuit ſol, indicans finem prioris creaturæ adeſſe, & principium alterius ſuperuenire, quæ diluculum ſuum, & exortum in Saluatore conſecuta eſt.

Plures conceptus de Sabbato, & eius obſeruatione ſume cap. 20. à verſ. 8. cap. 31. à verſ. 13. & plures alibi, imo cap. 2. Geneſ. verſ. 2. & 3.

VARIET. LECT. *à Verſ. 3. ad 9.*

V*Vlg.* Et ait Moyſes ad omnem caterua m filiorum Iſrael, iſte eſt ſermo quem præcepit Dominus dicens.

Sept. Ad omnem Synagogam filiorum Iſrael, hoc eſt verbum.

Cald. Ad omnem congregasionem.

Vulg. Separate apud vos primitias Domino, omnis voluotarius, & prono animo offerat eas Domino, aurum, argeotum, & æs.

Sept. Sumite à vobis ipſis dempt onem Domino, omois ſuſcipiens corde feret primitias Domino.

Onk. Quicumque voluntario eſt corde, aſferat ſeparatiooem coram Domioo.

Pag. Accipite à vobis oblationem Domino, omnis euios ſpontaneum eſt eur, afferet eam oblationem Domino.

Arias, Accipe vobiſcum eleuationem Domino, omnis ſpontaneum cor eius afferet eam eleuationem Domini.

Vulg. Hyacinthum, & purporam, coccumque bis tinctum, & byſſum, pilos caprarum.

Sept. Coccum, doplex netum & byſſum tortam, & pilos caprinos.

Arias, Vermiculum cocci, *Cald.* Coccinum.

B *Vulg.* Pelleſque arietum rubricatas, & ianthinas, ligna ſethim.

Sept. Et pelles hyaciothinas, & ligna imputribilia.

Pag. Et pelles taxorum, *Onk.* Pelles taſſorum.

Vulg. Et oleum ad luminaria concinnanda, & vt conficiatur vnguentum, & thymiama ſuauiſſimum.

Sept. Et incenſum, & oleum vnctioois, *In codice Romano Sept. bic verſus deficit.*

Cald. Aromata in vngueotum vnctionis, & in thymiama aromatum

Onk. Oleum pro luminari, & aromata pro oleo voctionis.

C *Pag.* Et ſuffimentum aromaticum. *Sic Vatab. & Arias.*

Vulg. Lapides onychinos, & gemmas ad ornatum ſuperhumeralis, & rationalis.

Sept. Et lapides ſardij, & lapides io ſculpturam, ad ſuperhumerale, & tunicam talarem.

Cald. Et lapides impletionis, vt includantur in ephod, & in rationali.

Pag. Et lapides plenitudinum.

Arias, Et lapidea onychen.

CONCORDIA.

CVm eadem de verbo ad verbum quæ hic habeantur in cap. 25. à verſ. 2. ad ſeptimum referantur, ne quæ à nobis dicta repe- D tantur, lector poterit ad ea recurrere, & expoſitionem litteralem, & conceptos conſulere.

VARIET. LECT. *à Verſ. 10. ad 15.*

V*Vlg.* Quiſquis veſtrum ſapiens eſt, veniat, & faciat quod Dominus imperauit.

Sept. Omnis ſapiens in corde in vobis, veniens operetur omnia.

Cald. Omneſque ſapientes corde qui ſunt in corde, veniant.

Vulg. Tabernaculum ſcilicet, & tectum eius, atque operimentum, annulos, & tabulas cum vectibus, paxillos, & baſes.

Sept. Tabernaculum, & propugnacula, & opcrimenta, & circulos, & vectes, & columnas.

Cald. Et teotorium eius, & operimentum eius, fibulas eius, & tabulas eius, & vectes, & columnas eius, & baſes eius.

Arias, Vncinos eius.

Vulg Et propitiatoriom, & velum quod aote illud oppanditur.

Sept. Et aream teſtimonij, & geſtatoria eius, & propitiatorium eius, & velum.

Cald. Et valom quod extenditur.

Pag. Et velum tentorij.

Arias, Operculum & velum tegminis.

Vulg. Menſam eius cum vectibus, & vaſis, & propoſitionis panibus.

Sept. Et menſam & omnia vaſa eius.

Hebr. Et panem facierum.

Vulg. Candelabrum ad luminaria ſuſtentanda, vaſa illius, & lucernas, & oleum ad nu-A trimenta ignium.

Sept. Et candelabrum luminis, & omnia vaſa eius.

Cald. Et candelabrum illuminationis, & oleum ad illuminandum.

Pag. Et candelabrum luminaris, & oleum luminaris. Sic *Mont.*

C O N C O R D I A.

VVlg. quiſquis veſtrum ſapiens eſt corde Hebt. וכל חכם לבבכם & omnis ſapiẽs corde in nobis, quod ex emphaſi, hominem dicit vere induſtrium, & artis ſuæ peritiſſimum: iuxta Hebr. pro tecto ponitur tentorium. Sic etiam & Cald. Sept. autem propugnaculum, quia tectum propugnat, & defendit ab imbribus: & oleum ad nutrimenta ignium, iuxta Hebr. & oleum luminaris, quo ſcilicet luminare fouebatur. Sept. oleum luminis, ſed ſenſum retinuit Vulg. cum ait, ad nutrimenta ignium, id eſt quibus ignis, ſeu lumina nutriuntur; in Hebr. loco annulorum eſt את קרסיו eth keraſaf, & fibulas, vel vncinos, B vel circulos eius, & proprie keras eſt fibula, cuius caput eſt curuum. Deinde loco paxillorum, Hebraicè eſt עמודיו amudaf, id eſt columnas eius, & Cald. per omnia Hebræo conuenit; ſed pleno calamo dictum eſt in concordijs vigeſimi quinti, & vigeſimi ſexti cap.

EXPOSITIO.

Q*Viſquis veſtrum ſapiens eſt*, artifex, ſciens fabre operari ex auro, argento & ære, & alijs rebus prædictis, quæ à populo erant offerendæ, *veniat* facturus tabernaculum, ſcilicet ex decem cortinis hyacinthinis conficiendum, & tectum eius ex vndecim ſagis cilicinis, quæ tegere debent externam faciem tabernaculi, atque operimentum vtrumque tam de pellibus rubricatis, quam de pellibus hyacinthinis, *annulos & tabulata cum vectibus*, ex quibus conſtare debet ligneum corpus tabernaculi, *paxillos & baſes argenteas*, ad affigendum tabulata tabernaculi: cætera habes ſuperioribus capitibus *expoſita*.

C Circa verſum 10. habes conceptus verſ. 3. c. 28. de Tabernaculo cap. 1. necnon de candelabro cap. vigeſimo ſexto de arca, & propitiatorio, & de menſa, necnon de candelabro cap. 25.

V A R I E T. L E C T. à Verſ. 15. ad 19.

VVlg. Altare thymiamatis, & vectes, & oleum vnctionis, & thymiama ex aromatibus, tentorium ad oſtium tabernaculi.

Cald. Altareque incenſi aromatum, & tentorium oſtij ad portam tabernaculi.

Sept. Et altare, & omnia vaſa eius, & oleum chryſmatis, & incenſum compoſitionis.

D *Onk.* Velum quoque oſtij pro oſtio tabernaculi.

Arias, Et altare ſuffimenti, & ſuffimentum aromatum, & tegmen oſtij oſtio tabernaculi.

Pag. Et aulæum oſtij pro tabernaculi oſtio.

Vulg. Altare holocauſti, & craticulam eius æneam, cum vectibus, & vaſis ſuis, labrum & baſim eius.

Cald. Et altare holocauſti, & rete æneum eius.

Pag. Et cribrum æneum quod erat ei, & concam, & baſim eius.

Vulg. Cortinas atrij cum columnis, & baſibus, tentorium in foribus veſtibuli.

Sept. Et tentoria atrij, & columnas eius, & lapides ſmaragdi.

Cald. Et tentorium portæ atrij.

Onk. Velum quoque pro oſtio atrij.

Pag. Et aulæum portæ atrij.

Arias, Fundas atrij, & tegmen portæ atrij.

Vulg. Paxillos tabernaculi, & atrij cum funiculis ſuis.

Cald. Paxillos tabernaculi & paxillos atrij, & funiculos eius.

Onk. Clauos tabernaculi, & clauos oſtij atque funes eorum.

Vulg. Veſtimenta quorum vſus eſt in miniſterio ſanctuarij, veſtes Aaron Pontificis, & filiorum eius, vt ſacerdotio fungantur mihi.

Sept. Et ſtolas ſanctas Aaron ſacerdotis, & ſtolas in quibus miniſtrabunt in eis, & tunicas filijs Aaron ſacerdotis.

Cald. Veſtes miniſterij, vt miniſtrent in ſanctuario, veſteſque ſanctas Aaron ſacerdotis, & veſtes filiorum eius, vt miniſtrent.

Pag. Veſtes miniſterij ad miniſtrandum in ſanctificatione, & veſtes ſanctificationis Aaron.

Alij, Et veſtimenta quibus quæ ſuperſunt, inuoluuntur ad miniſterium in ſanctuario.

CONCORDIA.

HÆc verba ואת מסך הפתח לפתח המשכן veeth masach hapetach epatah hamiſcan, hæc verba inquam recte reddidit noſter Vulg. dicés tentorium ad oſtium tabernaculi. Nam Hebr. de verbo ad verbum ſic ſonant, & velum ſiue aulæum oſtij pro oſtio tabernaculi: quod ſatis confusè dicitur: dictio יתד iated, tam paxillum quam clauum ſignificat, veſtimenta quotum vſus eſt in miniſterio ſanctuarij per ea in- A telliguntur, quæ candelabrum, altare incenſi, atque arcam inuoluebant. Quod deducitur ex verbo השרד haſerad, à quo ſerad miniſterium deriuatur, quod remanere, ſeu relinqui ſignificat, & ideo ſic rectè redditur, & veſtimenta quibus quæ ſuperſunt, inuoluuntur ad miniſterium in ſanctuario: Septuaginta, & lapides ſmaragdi, quæ ex ſuo addiderunt.

EXPOSITIO.

T*Entorium ad oſtium tabernaculi:* illud eſt de quo agitur in fine cap. 26. verſ. 36. quod opere plumario factum erat, & ante quatuor columnas deauratas, in introitu tabernaculi ducebatur: tentorium in foribus veſtibuli; per veſtibulum intellige anteriorem partem atrij, ſeu qua erat in illud ingreſſus, in hoc ingreſſu debuit velum phrygio opere confectum extendi, vt cap. 27 verſ. 16. habetur, tentorium in foribus veſtibuli ſermo eſt de velo, quod in foribus atrij oppandebatur, cubitorum viginti. De quo cap. 27. *Et paxillos tabernaculi:* Quibus cortinæ humi affigebantur, ne à vento agitatæ dimouerentur; *veſtimenta quibus eſt vſus in miniſterio* B *ſanctuarij*, indumenta illa in quibus candelabrum, & altare incenſi reliquaque ſanctuarij vaſa inuoluebantur, quando transferendum erat tabernaculum.

Conceptus in hæc omnia plures habes cap. 30. in quo agitur de altari thymiamatis cap. 27. in quo eſt ſermo de altari holocauſtorum, de eius craticula ænea, de cortinis atrij, columnis, & baſibus earum, cap. 26. cap. autem 28. de veſtibus Aaronis, & filiorum eius.

VARIET. LECT. à Verſ. 20. ad 22.

V*Vlg.* Egreſſaque omnis multitudo filiorum Iſrael de conſpectu Moyſi.

Sept. Et exiuit omnis Synagoga filiorum Iſrael à Moyſe.

Cald. Egreſſaque eſt omnis congregatio.

Arias, Et egreſſi ſunt omnis cœtus à faciebus Moſech.

Vulg. Obtulerunt mente promptiſſima, atque deuota primitias Domino ad faciendum opus tabernaculi teſtimonij, quidquid ad cultum, & veſtes ſanctis neceſſarium erat.

Sept. Et attulerunt vnuſquiſque quorum ferebat cor corde, & quibus viſum eſt animæ eorum demptionem, & obtulerunt demptionem Domino, ad omnia opera tabernaculi teſtimonij, & ad omnia miniſteria eius, & ad omnes ſtolas ſancti.

Cald. Et venerunt omnes viri qui ex corde ſuo ſa obtulerunt, & omnis qui habuit ſpiritum perfectum, obtulit primitias coram Domino in opus tabernaculi fœderis, & ad omnem cultum eius, & ad veſtes ſanctas.

Onk. Et venerunt vnuſquiſque cuius eſt cor voluntarium erat, & quemcumque impleuerat ſpiritus eius, attuleruntque ſeparationem coram Domino.

Pag. Et venerunt omnis vir qui eleuauit C cor ſuum, & omnis cuius ſpontanea erat ſpiritus, ſecum attulerunt oblationem Domini.

Arias, Et venit omnis vir quem extulit eum cor ſuum, & omnis quem ſpontaneum fecit ſpiritus eius eum, attulerunt eleuationem Domini ad functionem tabernaculi conuentus, & ad omne ſeruitium eius, & ad veſtes ſanctitatis.

Vulg. Viri cum mulieribus præbuerunt armillas, & inaures, annulos, & dextralia, omne vas aureum in donaria Domini ſeparatum eſt.

Sept. Et attulerunt viri ab vxoribus, omnis cui viſum eſt menti, ſigilla, & inaures, annulos, & torques, & dextralia, omne vas aureum.

D *Cald.* Obtuleruntque viri cum mulieribus omnes ex corde voluntati obtulerunt.

Pag. Et venerunt viri cum mulieribus, omnis ſpontaneus corde, fibulam, & inaurem, & annulum, & dextralé.

Mont. Et ſubligaculum, & omne vas auri.

Oleaſt. Venerunt viri ſuper muliere.

Orig. Alia exemplaria habent, acceperunt viri à mulieribus, omnes quibus viſus eſt ſenſus, & diſcriminalia, & dextralia.

CONCORDIA.

VVlg. videtur ſignificare omnem omnino multitudinem donaſſe mente promptiſſima obtuliſſe, ſed Hebraicè ſolum extenditur hæc oblatio ad eos, qui prompto erant animo, & liberales: habetur enim, & venerunt, ſeu venit omnis vir, ſeu quem vel qui incitauit ſpontaneus erat ſpiritus ſecum: & Sept. eodemmodo reddiderunt, & addixit vnuſquiſque quæ tulit eorum cor, & quibus viſum eſt animæ eorum. Quod autem in noſtra editione pro venerunt, obtulerint dictum eſt, fuit quia verbum בוא, & offerre, & venire ſignificat: nam verbum ויבאו הביאו hebiu, quod ſtatim ſequitur, obtulerunt, ſignificat. Interpres autem ſuccinctius more ſuo exprimere voluit, quod multis verbis in Hebræo ſcriptum erat. Vulg. habet primitias Domino, Hebraicè eſt תרומת יהוה terumath Domini, quam dictionem terumah, alij reddiderunt eleuatio- A nem, vel demptionem, vel [illegible] de hac dictione ſupra.

Vulg. armillas, & inaures, annulos [illegible] tralia, quatuor monilium genera, [illegible] in Hebræo, & Caldæo recenſentur [illegible] que habent, videntur enim, & [illegible] diſſe: in Hebræo porro hæc omnia [illegible] larem numerum recenſentur [illegible] menti genus in Hebræo, dicitur [illegible] quod noſter interpres, & Cald. armillas [illegible] runt, Sept. σφραγῖδας [illegible], Pag. Olea. fibulas, in duobus ſequentibus conueniunt omnes, vltimum genus in Hebræo כומז cumaz dicitur à noſtro interprete, Pag. & Sept. dextralia, Abeneſra apud Oleaſt. & Va[illegible] luit etiam brachiorum eſſe ornamenta, [illegible] B tamen interpres num. 31. murenulas [illegible] Sept. torques, alij volunt eſſe ſobligacula [illegible] fœmoralia auro, & gemmis ornata.

EXPOSITIO.

E*Greſſaque multitudo*: Quæ audierat quæ Deus per Moyſem requirebat, ad iuu tabernaculi conſtructionem, vnuſquiſque in ſuum perrexit. *Obtulerunt mente promptiſſima*, non reluctante mente eorum, & deuota, nihil aliud ſpectantes, niſi Dei iuſſa exequi, *primitias*, nomen primitiarum hic non ſtricte ſumitur, ſed large pro omni dono liberali, quidquid & cultum Dei in tabernaculo, & ad veſtes ſanctas, Pontificis & minorum ſacerdotum neceſſarium erat. *Viri cum mulieribus*, id eſt viri & mulieres, *obtulerunt armillas*, armillæ dicuntur communiter brachiorum ornamenta eſſe, aliqui per eas intelli[illegible], vtpote ornamenta colli, & pe[illegible]s, & [illegible] *annuli* ornamenta ſunt digitorum, *inaures* [illegible] rium, *dextralia* vere brachiorum, prope [illegible] num, *omne vas aureum*, quaſi dicat non ſolum prædicta obtulerunt, ſed & quæcumque vaſa aurea quæ apud ipſos erant, cum dicitur omne vas aureum non eſt diſtributio pro C ſingulis generum, ſed pro generibus ſingulorum, *in donaria Domini ſeparatum eſt*, id eſt, quidquid offerebatur à communi vſu ſeparatum, diuino cultui applicabatur.

CONCEPTVS.

Non quantitas doni, ſed voluntas, qua offertur, gratiſsima.

3. *Obtulerunt mente promptiſsima, atque deuota primitias Domino*: Sept. attulerunt vnuſquiſque quorum ferebat cor eorum, & quibus viſum eſt animæ eorum. Vnuſquiſque ergo eorum attulit, quod ſibi viſum eſt, alij enim aurum, alij argentum, alij lapides pretioſos, alij ſolum pelles caprinas, tamen donum vniuſcuiuſque gratiſſimum. Nonne qui aurum, qui lapides pretioſos obtulit, magis Deo acceptus, quam qui ſolum pelles caprinas dedit? nam aurum longe maioris pretij eſt quam pelles: non à pretio non à magnitudine, ſed à ſpontaneo animo, & voluntate grata Deo munera redduntur, nec placere ei poterit, qui maxima & pretioſiſſima quæque reluctans obtulerit. Ita S. Valerian. hom. [illegible] & anguſtia

S Valerian. Pſalm. 33. via illud vatis Pſalm. 33. volunt[illegible] in [illegible]ſicabo tibi ſic premens, *Quamuis paruus ex [illegible] offerentis magna ſunt munera, [illegible] ctorem ſuum beneficia, quæ c[illegible]*

ſic denique ſemper plangit, quod ergaunt, [illegible] conuiuium innatus inſtituit.

Nec exactor moleſtus in petendo videa[illegible]

Obtulerunt mente promptiſſima, atque [illegible] ta primitias: Sept. attulerunt vnuſquiſque 4.
D quorum ferebat cor eorum, & quibus [illegible] eſt animæ eorum: Cur Moyſes non præcepit, vt hoc aut illud in particulari donum offerrent? cur liberum hoc cuique reliquit? quia in petendo non debemus eſſe exactores moleſti. *Voluit Dominus*, inquit Oleaſt. *eos ad oblationem cogere, aut oblatum [illegible], ne potius exactorem, aut tyrannum agere videretur, quam patrem, aut regem.* Olea.

Fœmineus ſexus promptior ad [illegible] virilum, quam vi[illegible]

Obtulerunt m[illegible] promptiſſima, atque deuota pri[illegible] Dom[illegible] [illegible] viri & mulieres. Oleaſter, & venerunt

mulieres, quis ſenſus quæſo? ait præfatus Auctor, id eſt prius venerunt fœminæ quam viri ad offerẽda munera. Quid? nõne ſicut viri ſunt capita mulierum, ſic eas in omnibus præcedere deberent? ita equidem, ſed nihilominus ait Luſitan. prius veniſſe & obtuliſſe munera ſua fœminas, & addit, *Quoniam promptiores ſunt quam viri ad opera pietatis & religionis.*

Luſitan.

Fæmina ſine conſenſu viri de ijs quæ ſunt communitatis, alijs non diſtribuant nec munera offerant.

Obtulerunt mente promptiſſima, & deuota pri-
5. *mitias Domino:* Nempe viri, inquit, textus cum mulieribus; cur viri cum mulieribus donaria ſua obtulerunt? cur non ſeiunctã abinuicem? ſimul in oblatione munerum coniunctæ referuntur viris mulieres, vt innueretur quod illæ ſine conſenſu virorum, de ijs quæ ſunt communitatis, nec de alijs diſtribuere, nec munera offerre debeant. Obſeruat Abulenſ. *Fœminæ non poſſunt per ſe non conſentiente viro aliquid offerre, quia ſicut eis non licet aliquid dare in eleemoſynam non conſentiente viro, quia adminiſtratio bonorum non eſt fœminæ attributa, ſed viro, niſi forte fœmina habeat aliqua ſpecialis bona quæ acquirat ex aliquo officio, factis omnibus officiis viro neceſſarius, & debitis, & procurata vtilitate domus, ſicut decet fœminas procurare, de his bonis poteſt fœmina diſponere, vt ei libuerit.*

Abulenſ.

Aliquando plebes homines in Deum liberaliores quam principes

Obtulerunt mente promptiſſima, & deuota primitias: Quinam fuerunt qui primi Deo munera conſtruendi tabernaculi gratiâ obtulerunt? ait textus, omnis multitudo filiorum Iſrael, ſed quid deinde de principibus dicatur audiamus, Principes obtulerunt lapides onychinos: quomodo de eis non dicitur, quod obtulerint mente promptiſſima & deuota? vt inde diſceremus congregationem populi, humilem inquam plebem, & celeritate, & voluntate ſuis principibus ad religionis actum præcurriſſe: celeritate quidem, quia prius obtulit, voluntate autem, quia obtulit mente promptiſſima atque deuota, quod tamen in principum oblatione non exprimitur, quaſi principes à plebe inuiti, quodammodo traherentur, imo paulo inferius artifices tabernaculi referentes ad Moyſen eximiam illam offerentium liberalitatem, plus inquiunt offert populus quam neceſſarium eſt, non dicunt plus offerunt principes, ſed plus offert populus, quaſi principes parciores ab effuſa illa liberalitate abſtinerent, populus vero multo liberalior, totus in donaria effunderetur.

VARIET. LECT. à Verſ. 23. ad 26.

V*Vlg.* Si quis habebat hyacinthum, & purpuram, coccumque bis tinctum, byſſum, & pilos caprarum, pelles arietum, rubricatas, & ianthinas.

Sept. Et omnes quicumque attulerunt demptiones auri Domino, & apud quem inuenta eſt byſſus, & pelles hyacinthinas, & pelles arietum rubricatas attulerunt.

Cald. Et omnis vir qui ſeparauit primitias auri coram Domino, omniſque apud quem inuentus eſt hyacinthus, & purpura, & coccinum, & byſſua retorta, & pili caprarum, & pelles arietum rubricatæ, & pelles hyacinthinæ, obtulerunt.

Onk. Et pelles thaſorum obtulerunt.

Pag. Et omnis vir qui eleuauit eleuationem auri Domino, omnis vir cum quo inuentum eſt hyacinthum, &c. & pelles taxorum.

Arias, Et omnis vir qui agitauit agitationem auri Domino. *Sic Cajet.*

Vulg. Argenti æriſque metalla obtulerunt Domino, lignaque ſethim in varios vſus.

Sept. Et omnis demens demptionem, attulerunt argentum, & æs demptiones Domino, & apud quos inuenta ſunt ligna imputribilia, & ad omnia opera fabricationis attulerunt.

Cald. Omnis qui ſeparabit primitias argenti, & æris, obtulerunt primitias coram Domino, &c. ad omne opus miniſterij.

Onk. Omnis vir qui eleuationem argenti, & æris, attulerunt ſeparationem coram Domino.

Pag. Attulerunt oblationem Domini.

Arias, Adduxerunt eleuationem Domini, &c. ad omnem functionem ſeruitij adduxerunt.

Vulg. Sed & mulieres doctæ, quæ neuerant, dederunt hyacinthum, purpuram, & vermiculum, ac byſſum quæ neuerant.

Arias, In manibus ſuis neuerunt, & attulerunt netum, vermiculum cocci, &c.

Sept. Et omnis mulier ſapiens mente, manibus nere, attulerunt neta.

Cald. Omniſque mulier ſapiens corde, manibus ſuis nebat, adducebant, &c. coccinum, & byſſum.

Vulg. Et pilos caprarum ſponte propria cuncta tribuentes.

Sept. Et omnes mulieres, quibus viſum eſt menti earum in ſapientia, neuerunt pilos caprinos.

Cald. Et omnes mulieres quæ colebant cor in ſapientia cordis earum nebant pilos caprarum.

Onk. Omnes quoque mulieres induſtriæ, quibus animus erat.

Pag. Et omnes mulieres quarum cor eleuauit eas.

Mont. Quas extulit cor earum eas, in ſapientia neuerunt capras.

CONCORDIA.

Hic Vulg. vt alibi, omiſſis vſitatis repeti- A tionibus apud Hebræos, ſuccinctè cuncta enumerat non tam verborum, quam ſententiarum habitâ ratione. Sept. habent & omnes quicumque attulerunt demptiones, appellatur demptio munus oblatum, eo quod ſibi demere videretur qui Deo illud offerret. Duo poſteriores verſus aliquantulum à Vulg. variare videantur, ſi conſideres tamen diligenter quod interpres plura membra in vnum coaptauit, ac redegit, inuenies in ſententia nequaquam diſcrepare.

EXPOSITIO.

Si quis habebat hyacinthum, &c. Vnuſquiſque quod apud ſe habebat vltroneè obtulit, ſiua aurum eſſet, ſiue argentum, *ſed & mulieres doctæ*, id eſt nendi peritæ, & induſtriæ artifices, puta netrices, & textrices, *quæ neuerant* B *dederunt*, quod intelligi debet, ſicut habetur in Cald. non ſolum quæ hactenus neuerant, ſed & denuo nebant, & quamprimum neuiſſent, offerebant neuum Domino.

CONCEPTVS.

Fauſtum tibi erit, quod tibi aliquid auferas, quod Deo exhibeas.

7\. *Si quis habebat hyacinthum, & purpuram, &c.* Sept. *& omnes quicumque attulerunt demptiones auri Domino:* Ecce quod quidquid argenti, æris, &c. offerebatur Domino, vocabatur demptio, & cur hæc dona Deo oblata appellauere Sept. demptiones? erat hoc auſpicatum in oblationibus, quod de ſibi demptis offerrent Domino, ſunt equidem qui multis ſe Deo deuouent, qui amant ſacris altaribus adeſſe, religioſis intereſſe miniſterijs, ſed ita vt nihil ſibi demant, ſed omnia ſua ſibi integra reſeruent: ij inauſpicati accedunt ad Dominum, fœlices illi qui afferunt Domino demptiones, qui de ſibi demptis parant oblationes. Quo reſpiciens D. Orantius Epiſcop. Illiberitanus in commonitorio ait, S. Orantius.

Qui ſanus metuenſque nihil, qui mente quieta,
Qui ſibi dum viuit dempſerit, ille dedit,
Et ſibi quod dempſit melius reparabitur illi,
Integra mox capiet qui peritura dedit.

Plane qui ſibi demptis de Deo dederit, is omnia integra, & in diuiniorem ordinem redacta, recipiet.

Doctrina, & ſapientia mulieris, in nendo cenſetur.

8\. *Si quis habebat hyacinthum, &c. ſed mulieres doctæ quæ neuerant*, Sept. & omnis mulier ſapiens mente, manibus nere. Cur non dixit mulieres abſolutè doctas, vel ſapientes corde? cur additum quæ neuerant, vel quæ manibus nere ſciebant? vt inde diſceremus totam doctrinam & ſapientiam à ſacro ſcriptore, in colo fuſoque tractandis, cenſeri: en quale doctrinæ ſapientiæque ſpecimen, & ſapientibus fœminis dare liceat, nempe fuſum apprehendere, & ſui, nere manibus. Vnde S. Hieronym. S. Hieron. ad Demetriadem ſcribens ait, *Habeto lanam ſemper in manibus, vel ſtaminis pollice fila ducito, vel ad torquenda ſub-tegmina in alueolis fuſi voluantur.* Et Epiſt. ad Lætam, *Diſcat, & lanam facere, tenera colum, rotare fuſum, & ſtamina pollice ducere.*

In quo doctus fueris, Deo tribue.

Si quis habebat hyacinthum, &c. ſed & mulieres quæ neuerant, dederunt, &c. Cald. omnis mulier ſapiens corde manibus ſuis nebat: 9.
itaque mulieres non ſolum quæ antea neuerant, vel quæ manibus nere ſciebant, ſed quæ tunc nebant in tabernaculi ornamentum,
C libenter offerebant. Cur cum ſint ſatis auaræ & curioſæ in veſtimentis ſibi ſericis conficiendis non occupantur? cur non in tapetijs parietum, domorum ornamentis ſuam impendunt artem, cum in ea doctæ, & corde ſapientes prædicentur? & in hoc doctæ ſane, quæ Deo ſuam ſcientiam, nempe peritiam, & induſtriam, in his quæ ad Dei cultum pertinebant, ipſi conſecrant. *Omnes mulieres*, inquit Abul. *quæ aliquid horum, nempe hyacinthi, & purpuræ habebant, vel aliquid facere ſciebant, Deo tribuebant.* Abulens.

Vexatio dat intellectum.

D

Si quis habebat hyacinthum, purpuram, æris argentique metalla obtulerunt Domino: Et hæc 10.
mente promptiſſima, & deuota. Quid? nonne ſunt ijdem met Iſraelitæ ad bonum pigerrimi, ad malum proclines, detractionibus aſſueti, idololatriæ dediti? quomodo ergo eximia Deo dona offerunt, audito Moyſe hæc ad tabernaculi conſtructionem petente? reuoca in memoriam tot millium hominum, & ſupplicium ex vituli adoratione contractum, & non mirabe ris mentem eorum in melius mutatam, vexatio enim dat fatuis & peccatoribus intellectum. Adeſt Seraphin. concl. 1. huius capitis, Seraph. *Quoties vidiſti filios Iſrael ſupra murmuraſſe contra Dominum, non tamen ei tunc non obediebant, ſed contra eum indignati perſtrepebant, quaſi Deus eis eſſet obligatus: nonne populum in Deum ſuum ita vidiſti ingratum,*

vt alium Deum in loco ſuo ſibi ſtatuerent? nunc autem toto animo, tota deuotione non tantum ſed & ſua pretioſa multa offerunt in Dei ſui obſequium, A *& quidem ad primum Moyſis verbum, & in ſuper excedenti abundantia vnde occaſionaliter pietas eſt tanta nouaque deuotio ex punctionibus.*

VARIET. LECT. à Verſ. 27. ad 29.

V*Vlg.* Principes vero obtulerunt lapides onychinos, & gemmas ad ſuperhumerale & rationale.

Sept. Et principes attulerunt lapides ſmaragdi, & lapides plenitudinis, *Pag.* plenitudinum.

Cald. Et lapides ad implendas cælaturas.

Onk. Et lapides includendos & inſerendos in rationali, & Epoh.

Mont. Et prælati attulerunt.

Vulg. Aromataque, oleum ad luminaria concinnanda, & ad præparandum vnguentum ac thymiama odoris ſuauiſſimi componendum. B

Sept. Et compoſitiones & ad oleum vnctionis, & compoſitionem incenſi.

Onk. Et pro incenſo thymiamatum, *Arias.* & ſuffimento aromatum.

Vulg. Omnes viri & mulieres mente deuota obtulerunt donaria, vt fierent opera, quæ iuſſerat Dominus per manum Moyſi, cuncti filij Iſrael voluntaria Domino dedicauerunt.

Sept. Et omnis vir & mulier, quorum mens ferebat eorum, vt intrantes facerent omnia opera, quæcumque præcepit Dominus facere per Moyſen, attulerunt filij Iſrael demptionem Domino.

Cald. Quæ voluerunt ex corde ſuo, vt offerrent ad omne opus.

Pag. Quorum ſpontaneum erat cor ſuum, ſecum attulerunt filis Iſrael ſpontaneū Domino.

Mont. Quos ſpontaneos fecerat cor ipſum, attulerunt filij Iſrael deuotionem coram Domino.

CONCORDIA.

VBi habemus lapides onychinos, Sept. habent lapides ſmaragdi: vide quæ diximus verſu 9. capitis vigeſimi ſeptimi, Vulg. & gemmas ad ſuperhumerale, Hebraice additur המלאים hamiluim id eſt plenitudinum, ſeu adimpletionum, vel vt habet Cald. ad implendas cælaturas, Vulg. omnes viri & mulieres mente deuota obtulerunt donaria: ſed aliæ verſiones C reſtringunt hæc munera ad eos ſolum qui voluntarie obtulerunt, & ſic dicēdum eſſet, quod Vulg. ab eis non diſcrepat, ſi dictio *omnes* pro generibus ſingulorum, non autem pro generum ſingulis intelligatur, vt ſit ſenſus, quicumque ex omnibus viris, & mulieribus obtulerant Domino, id ſpontaneo corde & mente prompta ſecerunt.

EXPOSITIO.

P*Rincipes vero lapides onychinos obtulerunt,* quid lapide onychini, quid rationale, quid ſuperhumerale ſit, iam diximus. *aromataque & oleum ad luminaria,* &c. oleum ſcilicet & ad vngoentū vnctionis, & ad luminare, aromata vero & ad oleum vnctionis & ad compoſitionē thymiamatis, quod ſuffitus aromaticus vocatur ab Hebræis, *omnes viri & mulieres mente deuota,* id eſt qui in Dei cultum propenſi erant, & liberales ex animo voluntaria Domino dedicauerūt.

CONCEPTVS.

Si Deus te ditat, ideo eſt vt ex tuis diuitiis ei voluntarie ſeruias.

11. *Principes vero obtulerunt lapides onychinos,* alij vaſa aurea & argentea. cum in deſerto hæc omnia non ſibi acquiſierc, vnde nam hæc habuerunt? cum Deus præcepit vt ab Ægyptiis peterent quæ ſecum ex Ægypto detulerunt; cur tot diuitiis eos cumulat? ſane vt tandem in ſui cultum, & in tabernaculi ſui conſtructionem. etiam eas expenderent. id habet Abul. *Viri dabant vaſa aurea multa ad iſtam fabricationem, & iſta fuit cauſa quare Deus mandauit Iſraelitis ſpoliare Ægyptios auro & argento, petendo vaſa aurea & argentea, quia ſi non accepiſſent ab Ægyptiis, ipſi non habebant tantum aurum & argentum, cum non poſſent eſſe diuites in Ægypto, quia premebāt eos Ægyptij cogentes pro aliis laborare, & pro ſe nihil lucrabantur aut valde paucum, vt vix poſſent vitam ſuam ſuſtentare.* Abulenſ.

Quilibet ad Eccleſiæ conſtructionem virtutes offerat & afferat.

D *Principes vero obtulerunt lapides onychinos, & gemmas ad ſuperhumerale,* ſed & viri cum mulieribus attulerunt armillas, inaures, annulos, dextralia, quodlibet vas aureum, & mulieres quæ in nendo induſtriæ & texendo peritæ, obtulerunt hyacinthum, purpuram, vermiculum, byſſum: alij ligna ſethim, alij æris & argenti metalla: cur vnico verbo hæc Moyſes non comprehendit, dicens oblata ſunt à filiis Iſrael, quæ neceſſaria erant ad conſtructionem & tabernaculi ornamentum? cur diſtincte ait, quod multitudo plebeia ſua obtulit donaria? quod mulieres, quod principes, & quæ vnuſquiſque munera dedit? vt his materialibus donariis, diſceremus quod quidlibet ſecundum gratias ſibi datas & merita, ad Eccleſiæ militantis conſtructionem & ornamentum virtutes offerre debeat. hæc docto diſcurſu habet 12.

Origen.

Origen. hom.13. in Exod. Primo videamus quid eſt quod ſupra dixit Moyſes ad filios Iſrael, ſumite à vobis ipſis redemptionem Domino, & quod omnis multitudo filiorum Iſrael obtulit mente promptiſſima atque deuotiſſima primitias Domino. non vult Dominus vt aliquid offeras ſibi quod extra te eſt, à nobis ipſis ſumenda, & initia offerenda ſunt Domino, prout vnuſquiſque concepit corde. aurum iubetur & argentum deferri, æs & cæteræ materiæ deferuntur; quomodo hoc poſſum ego de meipſo offerre? numquid intra me aurum naſcitur, aut argentum &c. quæ iubentur? nonne hoc vnuſquiſque de promptuariis & deſerinus ſuis profert. quid eſt ergo quod dixit Moyſes, offerte à vobis ipſis, & vnuſquiſque ſicut concepit corde? & iterum, omne vas aureum in donaria Domini ſeparatum eſt. ſi quis habebat aurum, hyacinthum, & cætera obtulerunt Domino, illud quidem aurum & argentum intra nos cæteræque materiæ, vnde tabernaculum conſtructum eſt, conſtat de terrenis & promptuariis vniuſcuiuſque prolatum; ſpiritalis autem lex aurum requirit ad tabernaculum, quod intra nos eſt, & argentum quod intra nos eſt, & omnes reliquas materias illas depoſuit, quas & intra nos habere poſſumus, & proferre de nobis; dicit enim ſcriptura, quia prope eſt verbum in ore tuo, & in corde tuo, quia ſi confeſſus fueris in ore tuo Dominum Ieſum, & credideris in corde tuo, quod Deus illum ſuſcitauit à mortuis, ſaluus eris. ſi ergo credideris in corde tuo cor tuum & ſenſus tuus aurũ eſt. obtuliſti igitur aurum ad tabernaculũ, ideſt fidem cordis tui. ſi vero confeſſus fueris, ſermonem obtuliſti, ſermonem confeſſionis argentum. idcirco ergo dixit Moyſes, qui eſt lex C ſpiritalis ſumite à vobis ipſis. hæc à te ipſo ſumis, hæc intra te ſunt, hæc etiam ſi nudus ſis, habere potes: ſed & quod addidit vnuſquiſque ſicut concepit corde, huc reſpicit, non enim poteris aliquid de ſenſu tuo offerre Deo, vel de verbo tuo, niſi prius quæ ſcripta ſunt corde conceperis, niſi intentus fueris, & diligenter A audieris non poteſt aurum tuum probatum eſſe, nec argentum: ſequitur enim vt probatum ſit. audi ſcripturam dicentem, eloquia Domini eloquia caſta, argentum igne probatum purgatum ſeptuplum. Si ergo quæ [illegible] corde conceperis, niſi erit aurum tuum [illegible] ſenſus tuus probus, & argentum tuum [illegible] qui ſermo tuus probatum. quid etiam de ære [illegible] mus? opus eſt & ære ad tabernaculi conſtru[illegible]nem. videtur quidem æs pro fortitudine ſuſcipi, & loco poni poſſe fortitudinis & conſtantiæ. ego optarem ſi fieri poſſet, eſſe aliquid meũ in illo auro, ex quo propitiatorium fabricatum, vel ex quo arca contegitur, vel ex quo candelabrum ſit luminis & lucernæ, aut ſi aurum non habeo, aut argentum, ſaltem aliquid inueniar offerre quod proficiat in columnas vel in baſes earum. aut certe vel aliquid æris habere merear in tabernaculo vnde circuli fiant, & cæte B ra quæ ſermo diuinus deſcribit. Vtinam mi[hi] eſſet poſſibile vnum eſſe ex principibus, & offerre gemmas ad ornamentum pontificis, humeralis, & logij, ſed quia hæc ſupra me ſunt, certe vel pilos caprarum habere merear in tabernaculo Dei, tantum ne in omnibus ieiunus, & infœcundus inueniar; ſed hæc omnia cecinit breuius Petr. Riga.

Petrus Riga.

Fortiter aſtringens fortes armilla l[illegible]certos.
Fortis doctoris forte [illegible] ſtur [illegible]pus,
Si verbo Domini [illegible]s obe[illegible]t, præbet inaurem,
Implens deuoto corde quod aure [illegible]pit.
Annulus arcani ſignat ſi[illegible] acu[illegible] verbi,
Non debemus enim quæque profunda loqui
Ornamenta manus dextra dextralia ſignant,
Inſinuant actus nulla ſiniſtra notant,
Vas auri mens eſt ſapiens, ſpes ſumma iacintus
Iuſtitia virtus purpura, coccus amor,
Byſſus munda caro, capræque pili quibus aſper
Texitornatus, aſpera vita patrum,
Hac domus Eccleſiæ ſplendore coruſcat & inſtar.
Pauonis vario picta colore micat,
Infirmas mentes muliebria dona, virorum,
Munera iuſtorum fortia facta notant.

VARIET. LECT. à Verſ. 30. ad 33.

V*ulg.* Dixitque Moyſes ad filios Iſrael, ecce vocauit Dominus ex nomine Beſeleel filium Vri, filij Vr, de tribu Iuda.

Sept. Ecce reuocauit Deus ex nomine Beſeleel filium Vrij, qui Or.

Pag. Videte, vocauit Dominus nomine Beſaleel.

Vulg. Impleuitque eum ſpiritu Domini, ſapientiæ, intellectus, & ſcientiæ.

Cald. Et impleuit eum ſpiritu à facie Domini, &c. & ſcientia in omni opere.

Onk. Et impleuit eum ſpiritu prophetiæ, à facie Domini.

Vulg. Ad faciendum & excogitandum opus, in auro, & argento, & ære.

Sept. Ad fabricandum ſecundum omnia opera architectonica, ad faciendum aurum, argentum, & æs.

Cald. Et vt diſcat artes, *Onk.* vt doceat artifices.

Pag. Et ad cogitationes cogitandum, ad fa- D ciendum in auro, *ſic Mont. Vatab.*

Vulg. Sculpendiſque lapidibus, & opere carpentario, quidquid fabre adinueniri poteſt.

Sept. Et operandum lapides, & operandum ligna, & faciendum in omni opere ſapientiæ.

Cald. Et in arte gemmaria, & gemmis cælatutas impleat, & in opere fabri lignarij vt faciat in omni opere artifices.

Onk. In artificio quoque gemmarum pretioſarum, ad includendum eas & in artifices ligni.

Pag. Et in fabricatione lapidis, ad complendum, & in fabricatione ligni in omni opere cogitationis.

CONCORDIA.

EAdem habentur hic quæ capite trigeſimo primo à verſ. 2. ad 6. conſule quæ diximus tum quoad concordiam, expoſitionem, quam quoad conceptus: animaduertit Auguſt. quod nouo more iuxta lectionem Sept. ars architectonica perhibetur opificium ex auro & argento & quocumque metallo, cum illa dici ſoleat architectonica quæ pertinet ad fabricas ædificiorum.

A

VARIET. LECT. à Verſ. 30. ad 33.

VVlg. Dedit in corde eius Ooliab quoque filium Achiſamech, de tribu Dan

Sept. Et proficere dedit in mente ei, & Eliab filio Achiſamach.

Cant. Et vt doceat dedit in corde eius ipſe ſcilicet, & Ooliab filius Anhiſameh.

Onk. Simulatque vt alios doceret, dedit in corde eius, ſcilicet ipſe, & Aholiab filius Ahiſamah.

Pag. Et ad docendum dedit in corde ipſius.

Vulg. Ambos erudiuit ſapientia, vt faciant opera abietarij, polymitarij, & plumarij de hyacintho, ac purpura, coccoque bis tincto, & byſſo, & texant omnia, & noua quæque reperiant.

Sept., Et impleuit eos ſapientiâ, intellectu, mente, vt omnia ſcirent facere opera ſancti, textilia, & varia texere, cocco & byſſo facere opus architectoni cum variegatis.

B

Cald. Adimpleuit eos ſapientia cordis, vt faciant in omni opere carpentarij, & artificis, & polymitarij. &c. & in omni opere textoris, vt doceant artifices.

Onk. Vt faciant omne opus acupictoris.

Mont. Ad faciendum omnem functionem fabri, & cogitantis, & recamantis, texentis, facientes omnem functionem, & cogitantes functiones.

Pag. Ad faciendum omne opus fabrile, & phrygionicum, & acupictorium.

Alu. Et faciant omne artificium, & ingenioſas adinuentiones.

CONCORDIA.

SEpt. habent vt omnes ſancti ſciant facere opera, S. Auguſt. quæſt. 146. quid autem dicant opera ſancti, non euidenter apparet, vtrũ ſancti ſacerdotij, quoniam & de ſtola vel de ſtolis eius hæc dicuntur, an ſancti Dei, in cuius cultu hæc fiebant, an opera ſancti, ſicut dicebatur ſanctum & ſanctum ſanctorum, Vulg. habet filium Achiſamel, alij autem ex Cald & Heb. ipſe & Ooliab filius Achiſamech ſi legas *ipſe* intellige & poſuit Deus in corde eius, vt

C

ipſe & Ooliab filius Achiſamech inſtruant alios: ſi antè legas ipſum, nempe Ooliab filium. ſic conſtrue, dedit Dominus in corde eius ipſum Beſeleel, & Ooliab, docere poſſe alios, Vulg. ambos erudiuit ſapientia, in Heb. additur cordis, ſed vterque per huiuſmodi ſapientiam ſiue ſine addito ſiue cum eo, nempe *cordis*, intelligit artis maximam peritiam, in alijs quæ ſequuntur, nulla eſt diſſonantia: ſed vtrobique idem ſenſus.

EXPOSITIO.

DEdit in corde eius, hoc eſt docuit eum, vel dedit in corde eius, intellige ſcientiam aut potius artem & cognitionem, & praxim artificialem fabricandi, ſuendi texendi, &c. *Ooliab quoque*, intellige quod de Beſeleel filio eius dixit, videlicet vocauit & impleuit ſapientia,

D

vt faciant opera abietarij, quod non ſolum in abietibus, ſed in alijs quibuſque telis intellige *vt texant, omnia*, quæ ab alijs ſunt inuenta, *ac noua quæque reperiant*, per facultatem inuentiuam ſibi diuinitus collatam.

CONCEP TVS.

Ad concordiam nos prouocat Deus.

15. *Ambos erudiuit ſapientia*, nempe Beſeleel ex tribu Iuda, & Ooliab ex tribu Dan, cur tam diſſimiles nobilitate homines, ad eamdem dignitatem eliguntur? cur ad fabricandum tabernaculum ſuum, filium ex libera & alium ex ancilla deſtinauit? nonne Beſeleel dedignabitur ſocium habere infimæ & viliſſimæ tribus? an vt diximus in cap. 31. verſ. 6. quia Deus non eſt perſonarum acceptor, & cum ſua vult conferre beneficia dignitatem perſonarum non attēdit? hoc equidem rectè dictum, ſed & addamus, vt tam diſſimilium hominum in fabricando tabernaculo concordia, omnes poſteros ad concordiam in Eccleſia ſeruandam hortaretur.

Artifices ſuam artem alijs communicent.

Ambos erudiuit ſapientiâ & texant omnia, & noua quæque reperiant, Cald. & doceant artifices, idem habet Onk. nonne ſatis eſt, vt in ſua arte induſtrij, & peritiſſimi, tabernaculum ſe- 14.

cundum quod in monte à Deo Moyſi oſtenſum eſt, perficiant, nihilque perfecte non abſoluant? cur adhuc labor impendendus in aliis erudiendis; quia etiam artifices ſuæ ſolertiæ & induſtriæ, non adeo auari eſſe debent quin aliis eam non communicent. *Solent præcipui artifices* (inquit Oleaſt.) *ſapientiam & artis ſuæ peritiam abſcondere, nihilque quod in arte præcipuum ſit alios docere, ſed non ſic ſapientiſſimus Deus artifices quos ipſe ſpiritu ſuo repleuerat, alios docere voluit, vt diſcamus dona Dei non occultare, ſed proximis impartiri.*

Oleaſt.

Doctor incendat & illuminet.

15. *Ambos erudiuit ſapientia vt faciant opera de cocco bis tincto*, legit Orig. duplicato, cur ex cocco bis tincto vel duplicato fieri opera pro tabernaculo voluit? nam, nonne ſufficeret vt ſimplex eſſet? eo intelligit Adamantius hom. 13 in Exod. doctores, qui ei aſſimilantur, color enim eius elementum ignis indicat, qui quidem illuminat, vos eſtis lux mundi, inquit Christus D. verbi ſui præconibus; verum nonne ignis non ſolum illuminat, ſed etiam accendit? merito ergo in tabernaculo Dei offertur coccus, nō A ſimplex ſed duplicatus, quia non ſatis eſt vt veri doctores Eccleſiæ Dei, ſolum illuminent, vel ſolum accendant, ſed neceſſe eſt vt vtrumque efficiant. ſubiicio verba Orig. *[illegible] duplex, & ideo offertur coccus dup[illegible], quomodo ergo nos offerre poſſumus ig[illegible] duplicatum ad ædificium tabernaculi [illegible] deamus, [illegible] es, ex quo tabernaculum ædifica[illegible] Eccleſiam [illegible] dicit ergo & ad te Deus, quod & ad Ieremiam dixit. ecce dedi verba mea, in os tuum, ad eſt ig[illegible] eis. ſi ergo docens & ædificans Eccleſiam Dei, increpes tantum modo, & arguas & [illegible] affliges, & peccata populi exprobres, nihil autem conſolationis proferas de ſcripturis diuinis, ob[illegible] cur nihil [illegible] nes, nihil ſcientia profundioris attingas, nec aliquid intelligentiæ ſacratioris aperias: obtuliſti quidem coccum ſed non duplicatum, ignis enim tuus incendit tantummodo, & non illuminat: & rurſum, ſi doces, myſteria legis aperias, ſecretorum arcana diſcutias, peccantem vero non arguas, negligentem non corripias, ſeueritatem diſciplinæ non teneas, obtuliſti quidem coccum, ſed non duplicatum: ignis enim tuus tantum illuminat non accendit, qui ergo recte offert, & recte diuidit, coccum offert duplicatum, vt cum ſcientiæ lumine igniculum ſeueritatis admiſceat.*

Origen.

Hieron.

SYNOPSIS CAPITIS XXXVI.

Oblatis, pluſquam opus eſſent, donariis. paratur à ſapientibus architectis tabernaculum iuxta omnes partes ſuas, nempe cortinas, ſaga, opertoria, tabulata, vectes, velum, & tentorium.

VARIET. LECT. à Verſ. 1. ad 3.

VULG. Fecit ergo Beſeleel & Ooliab, & omnis vir ſapiens, quibus dedit Dominus ſapientiam & intellectum, vt ſcirent fabre operari, quæ in vſus ſanctuarij neceſſaria ſunt, & quæ præcepit Dominus. A

Sept. Omnis ſapiens corde cui data eſt ſapientia & ſcientia in his, ad ſciendum, ad faciendum omnia opera pertinentia ad ſancta.

Cald. Vt facerent omne opus miniſtatij ſanctuatij, *Pag.* ſanctificationis.

Arias. Ad faciendum omnem functionem ſeruitij ſanctitatis.

Vulg. Cumque vocaſſet eos Moyſes, & omnem eruditum virum, cui dederat Dominus ſapientiam, & qui ſponte obtulerant ſe ad faciendum opus.

Sept. Et vocauit Moyſes Beſeleel & Ooliab, & omnes habentes ſapientiam, cui dedit Deus ſcientiam in corde, & omnes qui vellent ire ſponte ad opera vt conſummarent ea.

Pag. Omnem quem leuauit cor ad appropinquandum ad opus, ad faciendum illud.

Oleaſt. Omnem qui leuauit cor.

Mont. Omnem quem extulit eum cor eius, ad functionem ad faciendum illam.

Onk. Omnem cuius cor voluntarium erat.

Vulg. Tradidit eis vniuerſa donaria filiorum Iſrael, qui cum inſtarent operi quotidie mane vota populus offerebat.

Sept. Et acceperunt à Moyſe omnes demptiones, quas attolerunt filij Iſrael ad omnia opera ſancti, ad faciendum ea, ipſi recipiebant adhuc quę offerebantur ab offerentibus mane.

Onk. Tulerunt omnem ſeparationem &c. & illi quidem offerebant ei adhuc, plura dona mane per ſingulos dies.

Vatab. Tulerunt à facie Moſeh oblationem, &c. porro illi afferebant ad eum, adhoc oblationem volontariam quotidie.

B *Mont.* Et tulerunt omnem eleuationem, quam tulerant filij Iſrael ad functionem ſeruitij ſanctitatis, ad faciendum illam, & ipſi attulerunt adhuc ei deuotionem in matutino.

CONCORDIA.

NOſter interpres in 2. & 3. verſu, ſuccincte loquitur, & expoſitoris potius quam interpretis officio fungi videtur, Heb. & Cald. ſunt conſona cum Sept. interpretum lectione, Vulg. tradidit eis vniuerſa donaria filiorum Iſrael, iuxta Heb. & tulerunt de conſpecto Moyſi omnes primitias, quas obtulerunt filij Iſrael ad opus miniſterij ſanctuarij, vt facerent illud, quæ verbis vulgati non aduerſantur. ſed magis ſubintelligenda ſunt in illo tradidiſſe eis donaria, in Heb. vero & Cald. lectionibus exprimitur, quod erat ex parte artificum, ſcilicet tuliſſe donaria omnia quæ à Moyſe oblata, tamen à populo acceperant: Vulg. habet mane populus vota offerabat iuxta, Heb. eſt & ipſi attulerunt ad eum adhuc oblationem ſpontaneam id eſt ſingulo mane, Sept. & ipſi, ſub audi artifices, recipiebant adhuc oblata à ferentibus mane Cald. ipſi quoque offerabant munera voluntaria mane mane, ſane hæ lectiones maxime proſunt ad ſcripturæ integros ſenſus eruendos, tanta ſiquidem fœcunditas linguæ ſan-

ctæ, vt nequeat lingua Latina vnaque editione totidem verbis exhaurire. quare quod horum interpretum vnus ſilet, alter exprimit, quæ in ſingulis quandoque intelligenda ſunt, Vulg. exprimit quod præter oblationes quas ſemel obtulerat populus, & alias, ſingulis diebus offerebat, iuxta Hebræam vero lectionem videtur A tantum loqui de ipſis artificibus, de quibus ſermonem proſequens inquit, & ipſos ſingulo mane ſua dona Moyſi offerre. Sept. vero editio exprimit quomodo artifices ipſi, non ſolum à Moyſe, ſed à populo ſingulis diebus dona reciperent, quæ omnia ſacer textus ſecundum Hebraicæ linguæ vbertatem comprehendit.

EXPOSITIO.

Erit ergo *Beſeleel & Ooliab, & omnis vir ſapiens*, qui aſcitus eſt vt eſſet auxiliarius & miniſter prædictorum, *vt ſcirent fabre operari*, & ſe haberent priores quidem duo quaſi præfecti, alij vero quaſi idonei miniſtri: *cumque vocaſſet eos Moyſes*, nempe Beſeleel & Ooliab, quos nominatim expreſſiſſe putat Auguſt. non quod ſoli ſapientiam à Deo acquiſiſſent, cum & alij peritiſſimi etiam in arte Dei peculiari B dono fuerint, ſed quia præcipui & excellentiores reliquis fuerint, *tradidit eis vniuerſa donaria filiorum Iſrael*, vide concordiam, *qui cum inſtarent operi quotidie*, quæ verba in Hebræo non habentur, ſed adiecta ſunt conſulto ab interprete, vt oſtenderet etiam dum iam executioni mandata ea piſſent artifices opus tabernaculi, populum non ceſſaſſe ab oblationibus, ne forte ex penuria materiæ artifices otio vacarent.

CONCEPTVS.

Laudandus qui ſponte deuotus ad Dei cultum acceſsit.

1. *Cumque vocaſſet eos Moyſes & omnem eruditum virum, & qui ſponte obtulerant ſe ad faciendum opus*, Sept. & omnes qui ſponte vellent ire, vt conſummarent opera. nonne ſatis eſt ô Iſraelitæ, quod manum adhibeant operi, qui à Moyſe vocati & à Deo electi, cur ergo ex vobis, quibuſque ſtudijs, ornamento tabernaculi abſoluendo inſiſtere voluit, nempe fundendo, deaurando, impingendo, fabricando, ligna ſcindendo, atque dolando, gemmas auro inſerendo, &c? quia encomijs extollendus, qui

S. Auguſt. ſponte deuotus ad Dei cultum accedit, D. Auguſt. quæſt. 170. in Exod. hæc habet. *Commemorauit quoſdam quibus dixit ſpiritum diuinitus datum quod illa efficere poſſent, & tamen multi intelliguntur ſponte ad eadem opera veniſſe, quibus nec imperatum eſt, nec eorum nomina commemorata ſunt à Domino dicta Moyſi: non ergo illi ſoli, hoc munus diuinitus habuerunt qui nominatim commemorantur, ſed fortaſſe perfectius atque excellentius, laudandus eſt autem in his omnibus non attractus ad opus ſeruiliter animus, ſed liberaliter & ſponte deuotus.*

Non ſatis eſt aliquid facere, ſed ſapienter eſt operandum.

2. *Cumque vocaſſet eos Moyſes*, népe Beſeleel & Ooliab, quos Deus ſapientia & intelligentia repleuerat, & omnem eruditum virum. Sept. & omnes habentes ſapientiam: imo etiam mulieres ad opus tabernaculi deſtinatæ, vocantur doctæ ab interp. à Cald. Heb. & Sept. ſapientes corde, cur non ſolum viri, ſed etiam mulieres vocantur ſapientes, cum tabernaculum Dei conſtruendum, ornandum, & perficiédum eſt? vt inde diſceremus quod non ſatis eſt, aliquod bonum opus efficere, niſi & ſapienter illud efficiamus. animaduertit eſt Origenis hom. 13. in

Origenes. Exod. *Poſtquam obtulit populus vocauit Moyſes omnem ſapientem ad fabricandum, vt componerentur ac fabricarentur ſingula, quæ ſcripta ſunt. ſed & mulieres inquit, ſapientes vocauit vt facerét quæ conuenirent in tabernaculo Domini. vides ergo omnia quæ iuſſa à ſapientibus fieri, & mulieres ſapientes vocantur & viri ſapientes, omnia enim opera Domini in ſapientia ſunt; venit ergo vnuſquiſque ſapiens ſenſu & fecit opera Domini, non ſufficit nobis ſi offeramus tantum, ſed opus eſt vt cum ſapientia, ea quæ in nobis ſunt operemur. ſciamus miſcere aurũ cum byſſo, & coccũ duplicare, vel miſcere cum purpura, quid enim tibi pro-* C *deſt, ſi habeas hæc, & vti his neſcias, neque agnoſcas quomodo vnumquodque in ſuo tempore, & loco aptare debeas & proferre?*

Sapientiâ & induſtriâ nobis à Deo donatâ, in aliorum vtilitatem vtamur.

3. *Cumque vocaſſet eos Moyſes, & omnem eruditum virum*, eis donaria à populo oblata dedit, vt tabernaculo faciendo incumberent, quod fideliter præſtiterunt: cur ſecundum ſapientiæ ſuæ donum, & munera ſibi oblata, non dicitur quod ſibi domos magnificas, & palatia conſtruxerint, ſicut plures ex ſumptibus alienis eas ſibi parare conſueuerunt? quia ſapientiâ & in- D duſtriâ à Deo nobis donatâ, non in propriam ſed communem vtilitatem vti debemus. *Sunt multi* (inquit Oleaſt.) *quibus Dominus ſapien-* Oleaſt. *tiam & multa alia donauit, qui raro, aut nunquam ſecundum ſapientiam ſibi traditam operantur, ſed potius in malitiam, ſapientiam conuertunt, ſcilicet ad proximorum deceptionem: non ſic iſti electi à Domino qui ſuâ ſapientiâ ad opera Domini vſi ſunt.*

Concionator iudicium Dei & confeſſionem peccatorum annunciet.

Cumque vocaſſet eos Moyſes, nempe Beſeleel & 4. Ooliab, quorum primus ex tribu Iuda ſecundus autem ex tribu Dan, cur ex Dan familia, alter ex Iuda conſtruendi tabernaculi gratiâ eligitur?

eligit . . . . s nonne interpretatur confeſſio, A ſicut Dan . . . cium bene ergo vterque aſſumitur ad . . . . nacnlum Dei figuram Eccleſiæ perficiendum, quia ad ædificationem Eccleſiæ aſſumi debent concionatores, his duobus denotati, qui omnibus iudicium Dei futurum, & confeſſionem peccatorum annuntient, audiendus Rhemenſis ita cauens.

De Iuda trabit ille genus, de Dan genus iſte,
Nec res doctori diſſonat iſta viro.
Iudas nempe ſonat confeſſio, iudicium Dan
Prædicat iſta duo doctor vbique bonus. Petrus Rig.

VARIET. LECT. à Verſ. 4. ad 7.

V*Vlg.* Vnde artifices venire compulſi.

Sept. Et acceſſerunt omnes facientes opera ſancti, vnuſquiſque iuxta opus ſuum quod ipſi operabantur.

Cald. Qui faciebant omne opus ſanctuarij, vnuſquiſque ab opere ſuo quod ipſi faciebant.

Mont. Facientes omnem functionem ſanctitatis, vir vir à functione ſua, quam ipſi facientes. B

Vulg. Dixerunt Moyſi, plus offert populus quam neceſſarium eſt.

Sept. Quia multum affert populus, ſecundum opera quæcumque præcipit Dominus facere.

Cald. Plus affert populus quam neceſſarium eſt ad opus miniſterij.

Arias. Et dixerunt ad Moſech, dicendo multiplicando multiplicantes populus offerendo, ſuffi . ientia ſeruitij, ad functionem quam præcipit Dominus ad faciendam illam.

Vulg. Iuſſit ergo Moyſe. voce præconis cantari, . . vir nec mulier quidquam offerat vltra in opere ſanctuarij, ſicque ceſſatum eſt à muneribus offerendis. C

Sept. Et conſtituit Moyſes, & per præconem pronuntiauit in caſtris dicens, vir & mulier vltra non operentur in primitias ſancti, & prohibitus eſt populus vltra offerre.

Onk. Tranſire fecerunt præconem per caſtra dicentem, nec vir nec mulier amplius faciant opus ad ſeparationem ſanctuarij.

Mont. Et tranſire fecerunt vocem in caſtrametatione dicendo vir & mulier ne faciant vltra functionem ad eleuationem ſanctitatis & prohibitus eſt populus ab adducendo.

Oleaſt. Ad oblationem ſanctificationis.

Vulg. Eo quod oblata ſufficerent & abundarent.

Sept. Et opera erant eis ſufficientia ad fabricationem faciendum, & ſuperfuerunt.

Vatab. Et ſubſtantia erat eis ſufficiens pro toto opere, ad faciendum illud & ſuperabundabat.

Arias. Et functio erat ſufficientia eorum ad omnem functionem, ad faciendum illam & ſuperabundandum.

CONCORDIA.

PAucis verbis complexus eſt doctus interpres noſter ſenſum integrum, prætermiſſis repetitionibus & idiotiſmis linguæ ſanctæ, vbi legit Vulg. voce præconis, Hebraice eſt קול kol id eſt vox, ſed Hebraiſmus eſt, pro promulgare fecit.

EXPOSITIO.

VNde artifices venire compulſi, à propria conſcientia, ne pluſquam neceſſarium eſſet offerretur, *plus offert populus quam neceſſarium eſt*, ſcilicet ad conſtructionem tabernaculi, eiuſque ornamentum, *iuſſit ergo Moyſes voce præconis cantari, &c.* vt omnibus id notum eſſet, ne amplius aliquid offerrent, qui iuſſis acquieuerunt.

CONCEPTVS.

Ne ex Deo dicatis aliquid furtiue detrahatur.

5. *Artifices venire compulſi*, ad Moyſen dictante conſcientia, vt præciperet ne quis plura in cultum tabernaculi offerret; quod ſi mente deuota & promptiſſima à populo hæc dantur munera, quid vobis curæ, verum ſuperabundenti abſoluto omnibus numeris tabernaculo, ſi quid ex donariis remanſerit, vobis ſeruate: imo tantæ ſanctitatis artifices ſunt & ſapientiæ, vt nihil ex muneribus Deo oblatis, ſibi reſeruare volentes, coegerunt Moyſen vt voce præconis, omnibus notum faceret, ne plura exhiberent. *Notandum* (inquit Auguſtinus) S Auguſt. *quod illi qui ſapientes appellantur, effectores operum, ſancti etiam moribus tales erant, cum ipſi ſuſciperent omnia quæ populus offerebat, exiſtimans neceſſaria, ex quibus illa complerentur, viderint, plus offerri quam erat neceſſe: poterant autem ſi vellent multa auferre, ſed modeſtia prohibuit vel religio terruit.*

Principes publicæ vtilitati ſtudeant non ſuæ.

Artifices venire compulſi, ad Moyſen dixerunt plura offerri à populo munera quam neceſſitas exigeret ad tabernaculi conſummationem. illico Moyſes voce præconis proclamare iuſſit, vt ab oblationibus abſtinerent, in tuos vſus ex- 6.

pende ô Moyſes: tum nonne tibi debellandæ nationes, vt terræ promiſſionis poſſeſſor euadas, tibi pecuniæ neceſſariæ ad ſtipendia militibus eroganda? oblata ergo à filiis Iſrael tibi ſerua, cum ea ſpontaneè offerant: optimus princeps Moyſes, & ideo non ſuæ ſed publicæ vtilitati ſtudet, facultatibus populum non ſpoliat,

Lippom. ſed ſolum quæ ad cultum neceſſaria ſuſcipit. *Magna virtus Moyſi* (inquit Lippom.) *iubentis voce præconis ceſſari ab oblationibus, ſed non inſiſtebatur priuato commodo, & Moyſes fidelior erat quam vt grate populum exhauriri facultatibus annuiſſet.*

Oleaſt. Oleaſt. *Sunt, proh dolor, multi rectores communitatum, qui pro publica vtilitate multa petunt à populo, ſed nihil vnquam etiamſi ſuperſit communitati reſtituunt, ſed in ſuos vel alios quoſlibet vſus conuertunt, non conſiderantes populum de cætero libentiori animo donaturum, & plura cum viderit quæ offert, fideliter à miniſtris & gubernatoribus diſpenſari.*

Ornatus exterior Eccleſiarum laudabilis.

7. *Artifices venire compulſi, vt dicerent,* quia plura offerebantur quam neceſſitas exigebat: non ſolum auri argenti ve, nec non gemmarum nimia erat copia, ſed & cortinarum, quibus tabernaculi parietes ornandi: cur non iuſſit Moyſes eas ab æde ſancta remoueri, cum potius ſuperfluitatem quam neceſſitatem oſtenderent? non id prohibet Moyſes, imo exigit, ſcit enim exteriorem tabernaculi ornatum laudabilem eſſe, imo & populo vtilem, ad maiorem Deo reuerentiam exhibendam. vnde rectè Meron.

Lippom. Epiſcop. *Nihil tam placet quam cæremonialis ſplendor in cultu religionis, vt nullatenus ſeu vix ſine talibus rudis populus diu conſeruari videatur, ſunt enim cæremoniæ pædagogus ad vlteriorem cultum qui fide, ſpe, charitate Deo exhibetur, quidquid nouerici loquantur.*

Conſcientia ad rectè agenda compellit.

8. *Artifices venire compulſi ad Moyſen*, à quo compulſi? an à populo? neutiquam, nam plura offerebat munera, an à Moyſe? imo apud eum conqueruntur populi profuſionem: à quo ergo? ſane ab ipſamet conſcientia, ne plus quam neceſſarium erat, ad opus accipientes iniuſti & infideles exiſterent, & vt quæ agenda fideliter & ſine fraude perficerent. vnde rectum monitum ſancti Eligij hom. 8. *Adſit accuſatrix cogitatio, teſtis conſcientia*, quaſi diceret cum [illegible] quid tibi agendum, ne ad iniuſtitiam deflectas, recurre ad conſcientiam, quæ te ſuauiter compellet, vt ad amuſſim iuſtitiæ & æquitatis omnia perficias.

Operibus ſupererogationis ſtudeamus, cum verè ad Deum conuertimur.

Artifices venire compulſi ad Moyſen, ad quid? vt ei aperirent quod plus offerret populus quam neceſſarium eſſet; nonne huiuſmodi artifices, cum ſpiritu Dei pleni eſſent, potuerunt ſ[illegible] quid expendendum eſſet in abſoluendo & perficiendo tabernaculo? cur ergo non con[illegible] eos populus, vt compertum ſibi eſſet quot offerenda munera? hoc non inquirit, ſed p[illegible] quam opus eſſet, exhibet, operibus enim ſupererogationis ſtudendum, cum verè ad [illegible] conuertimur. *Magnum fuit*, inquit Abu[illegible] *in populo & raro aut nunquam talis [illegible] eſt, vt darent Domino de rebus [illegible] magis quam peteretur, & fuit hoc, quia populus erat nunc multum conuerſus ad Dominum, nam ante [illegible] multum peccauerant, & poſt hoc aſcendens Moyſes in montem quadraginta diebus ſtetit cum Deo, & obtinuit veniam iniquitatum populi reducens tabulas, & in quo valde populus lætatus ad Deum valde affectuoſe mouebatur & facit [illegible] quod Deus mandauerat & aliquid vltra.*

Liberales ſimus ad bonum agendum, & ad malum auari.

Artifices venire compulſi ad Moyſen, quia plura offerebat populus & ea mente promptiſſima & deuota, quam neceſſarium eſſet. cur tantæ liberalitatis populus? an cum actum eſt de vitulo aureo conficiendo, neceſſe fuit ab oblationibus reuocare? id non dicitur, an mente promptiſſima munera dederunt? nec hoc refertur: ne miror ergo quod plus offerant, & id animo ſpontaneo quam neceſſe ſit, ad tabernaculi conſtructionem, quia ad bonum agendum liberales, & promptiſſimi, ad malum autem auari & deſides. *Verebantur enim* (inquit Oleaſt. Oleaſt.

præced. cap. in annot. litterali) *quod inuenti fuerint tam ſpontanei ad offerenda munera hæc pro vitulo fabricando, & non pro tabernaculo veri Dei.*

VARIET. LECT. à Verſ. 8. ad 13.

Vulg. Feceruntque omnes ſapientes corde, ad explendum opus tabernaculi cortinas decem de byſſo retorta, hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, opere vario & arte polymita.

Cald. Cum figuris Cherubim, opere artificis fecit eas.

Pag. Vermiculo Cherubim opere phrygionis.

Ariss. Cherubim opere cogitantis.

Oleaſt. Pictas opere cogitationis.

Alij. Pictas opere ſubtili.

D *Vulg.* Quarum vna habebat in longitudine viginti octo cubitos, & in latitudine quatuor; vna menſura erat omnium cortinarum.

Vulg. Coniunxitque cortinas quinque, alteram alteri, & alias quinque ſibi inuicem copulauit.

Vulg. Fecit & anſas hyacinthinas in ora cortinæ vnius, ex vtroque latere, & in ora cortinæ alterius ſimiliter.

Pag. Et fecit laqueolos hyacinthinos, à latere in coniunctione, ſic fecit in ora cortinæ extremæ in coniunctione ſecundæ.

... VI ... ſe inuicem veniebant ... A ... iungeretur.

Cald. Quinquaginta anſas fecit in cortina, & quinquaginta anſas fecit in ... cortinæ ... ius, quæ iungenda erat, erat ... in ... vna e regione alterius.

Vulg. Vnde & quinquaginta fudit circulos aureos, qui morderent cortinarum anſas & ... ret vnum tabernaculum.

Cald. Fecitque quinquaginta tabulas auri, & coniunxit cortinas vnam cum alia fibulis.

Mont. Et fecit quinquaginta vncinos auri, & coniunxit cortinas, vnam ad vnam in vncinis.

C O N C O R D I A.

PRo concordia, exponimus hunc, & conceptibus horum verſuum, videatur caput vigeſimum ſextum, à primo verſu ad ſextum, vbi ... recipiens Dominus vt faceret tabernaculum eadem ... prout ... his, quibus Moyſes B in præſenti capite docet ipſum opus tabernaculi fuiſſe executioni mandarum. ſi autem aliquid annotandum fuerit ex ... onemus, & ſi quis conceptus præter iam dicta formari poſſit producetur.

CONCEPTVS.

Ab idololatriæ occaſione Deus reuocat.

11. F... runtque omnes ſapientes corde ad explendum opus tabernaculi, &c. vſque ad verſ. 13. vt fieret vnum tabernaculum. quæritur ob cauſam vnum tantum tabernaculum, vel vnum deinde templum ſuo eſſe, Deus ... poſuit eſſe in lege veteri, cum diuina lex præcipue debeat homines inducere ad cultum diuinum, ad cuius augmentum pertinet fieri multa tabernacula & altaria, prout in noua lege contingit. Et ergo in veteri à Deo non eſt ſtatutum? huic difficultati ſic Angelicus Doctor 1. 2. q. 102. art. 4. ad 3. ſatisfacit. *Ratio vnitatis templi vel tabernaculi, poteſt eſſe* C *excluſio idololatriæ, quia gentiles diuerſis diis diuerſa templa conſtituebant; & ideo vt firmaretur ... omnium ... ver... diuinæ, voluit Deus in vno loco tantum ſibi ſacrificium offerri, & iterum vt per hoc oſtenderet quod corporalis cultus non propter ſe erat ei acceptus, & ideo compeſcebantur, ne paſſim & vbique ſacrificia offerrent ... legis in cuius ſacrificio ſpirituali ... continetur, eſt ſecundum ſe Deo acceptus ... multiplicatio altarium & templorum acceptatur in noua lege.*

Angel. Doct.

Idem conceptus affirmatur.

12. Fecerunt omnes ſapientes corde ad explendum opus tabernaculi, vt fieret vnum tabernaculum, nonne nunc diuinæ laudes in omni orbe decantatur? nonne in pluribus & innumeris Eccleſiis ſacrificium Domino decantatur? quomodo ergo in veteri lege vnicum erat tabernaculum, in quo victimæ mactandæ, ſacrificia offerenda, Deo publicæ laudes, & hymni erant concinnendi? vt omnis inquit D. Chryſoſt. idololatrandi occaſio amputaretur. ſubiicio

S. Chryſ. verba S. Doctoris ſic autem ait in Pſal. 95. ... illa verba cantate Domino, cantate ... nouum, cantate Domino omnis terra. Quoniam, inquit, populus ille ſegnis erat, & incredulus, vt facile gentium dominationibus ſeductus ſe ſubmitteret, vno loco ſeptus eſt, quo ... apud ſe exercere pietatis legem, & ſtatim aſſimili rem declarat. idem facit, inquit, & maritus totum hominum quiſque, quoties vxorem habet ſuſpectam, circumſcribit illam vno loco thalamiſque includit, Eunuchos adhibet, & omnem apponit cuſtodiam, in ſumma nihil non facit, curatque eorum quæ ſeruant pudicitiam: eo quod illa non habet verum amorem, pudicæ mentis cuſtodiam: at qui pudicam, beneque moratam habet vxorem à nulla eam progreſſione prohibet: quippe qui certum pignus habeat vxoris affectum. illa prodit in forum, & congreditur cum multis, nec vſquam eſt zelotypiæ morbus; eo quod pudica mulier ſecum habet cuſtodem, ac pædagogum morum integritatem & paulo poſt, quoniam igitur ſynagoga ſuſpecta erat, quod vbique charitatem Deo debitam proderet idolis, conſcientiam habens eorum cultu pollutam: mittit illam loco circumſcribit, temploque veluti thalamo cuidam includit, & rurſum addit. Et cum accepiſſet vnum locum, terram omnem impleuit adulterio, ſicut clamans Ieremias teſtatur c. 2. n. 28. & c. 11. num. 13. ſi plena libertas D fuiſſet conceſſa, cogita, in quam enormem incontinentiam: tandem concludit, at Eccleſia quæ vbique Chriſtum in ſe circumfert, innumeroſque martyres immolauit, ob charitatem, quam gerit erga virum, à nullo prohibetur loco, ſed in omni loco ſunt altaria, in omni loco doctrina.

Pſalm 95.

V A R I E T. L E C T. à Verſ. 14. ad 19.

VVlg. Fecit & ſaga vndecim de pilis caprarum, ad operiendum tectum tabernaculi.

Cald. Fecitque cortinas ad extendendum ſuper tabernaculum.

Mont. Et fecit cortinas tentorio.

Vulg. Vnum ſagum in longitudine habebat cubitos triginta, & in latitudine cubitos quatuor, vnius menſuræ erant omnia ſaga.

Onk. Longitudo vnius cortinæ.

Vulg. Quorum quinque coniunxit ſeorſum, & alia ſex ſeparatim.

Pag. Et coniunxit quinque cortinas.

Vulg. Fecitque anſas quinquaginta in ora ſagi vnius, & 50. in ora ſagi alterius, vt ſibi inuicem coniungerentur.

Vatab. Fecit etiam laqueolos 50. in ora cortinæ extremæ in coniunctione.

Vulg. Et fibulas æneas quinquaginta, quibus necteretur tectum vt vnum pallium ex omnibus fieret.

A [illegible] *rias.* Et fecit vncinos æris 5 [illegible] ad c[illegible]gendum tentorium, ad exiſtendum vnum.

Vulg. Fecit & opertorium tabernaculi de pellibus arietum rubricatis, aliudque deſuper velamentum de pellibus ianthinis.

Onk. Et fecit tegumentum ex pell[illegible]us taſſorum, ſuper illud, *Vat.* taxorum ſuperne.

CONCORDIA.

TAm ea quæ concordiam harum lectionum, quam expoſitionem & conceptus ſpectant, habes cap. 25. à verſ. 14. aduerte tamen quod aulæa variegata tabernaculum vocauit; ſaga vero cilicina operimentum, pelles arietum rubricatas, opertorium; pelles vero ianthinas, velamentum, non quod prædicta tria nomina ita vniuſcuiuſque propria eſſe velit, vt aliis non conueniant; promiſcue enim & his, & aliis vtitur, cum idem omnium videatur vſus, ſcilicet operire tabernaculum: conſtat autem ex hac littera, quatuor [illegible] licet aulæa variegata, deſuper ſaga cilicina, quæ vt diximus ſupra pretioſiſſima erant. hæc B pellibus rubricatis operiebantur, vltimo loco ad imbrium erant ianthinæ pelles, ſiue pelles taxorum: pro dierum vero & feſtorum diuerſitate pauciora aut plura erant operimenta [illegible] runt viri graues, adeo vt [illegible] puis ſolemnitatibus ſolum [illegible] aulæa v[illegible]gata, cum tabulato aureo.

CONCEPTVS.

Aſperitas vitæ & deteſtatio fœtoris peccatorum Eccleſiam defendunt.

13. *Fecit & ſaga vndecim de pilis caprarum*, quibus tectum tabernaculi operiebatur, cur tapetiis ſericis, vel laminis argenteis non cooperitur tectum tabernaculi? Deſtaudiamus reſpondentem noſtrum Antonium Paduanum in cap.

S. anton. 26. Exodi. *In ſagis cilicinis duo notantur aſperitas pœnitentiæ & fœtor peccati, cui ſe obnoxium pœnitens confitetur, ex his ſagis cooperitur tectum* C *tabernaculi, id eſt Eccleſia militantis. ſuſtinent enim ardorem ſolis, portant pondus diei & æſtus defendunt cortinas byſſo, hyacintho, purpura, coccoque bis tincto textas, id eſt Eccleſia fideles byſſo caſtitatis, hyacintho contemplationis, purpura Dominicæ paſſionis, coccoque bis tincto gemina dilectionis, decoratos ab inundatione pluuiarum, id eſt prauitate hæreticorum, & turbine primi diaboli ſuggeſtione, &* [illegible] *rde pulueris id eſt, mundanæ vanitatis.*

VARIET. LECT. à Verſ. 20. ad 30.

VVlg. Facies & tabulas tabernaculi de lignis ſethim ſtantes.

Vulg. Decem cubitorum longitudo erat vnius, & vnum ac ſemis cubitum latitudo retinebat.

Vulg. Binæ incaſtraturæ erant per ſingulas tabulas vt altera alteri iungeretur, ſic fecit in omnibus tabernaculi tabulis.

Cald. Duos cardines fecit in vnaquaque tabula, & duabus incaſtraturis erant coniunctæ.

D *Onk.* Excipientes ſe mutuo per incaſtraturam.

Mont. Duæ manus tabulæ vni, incaſtrata vna ad vnam.

Vatab. Duo cardines e[illegible]nt tabulæ vni, inſtar ſcalarum diſpoſiti, alter è regione alterius.

Vulg. De quibus viginti ad plagam Meridianam erant contra auſtrum.

Cald. Et fecit tabulas tabernaculi viginti ad latus Meridianum.

Pag. Ad l[illegible]tu[illegible] auſtri ad Meridiem.

Arias. Ad angulum Meridiei ad auſtrum.

Vulg. Cum quadra[illegible]in[illegible] baſibus ar[illegible]enteis, duæ b[illegible]ſes ſub v[illegible] ta[illegible]la ponebantur, ex vtraque parte angulorum, vbi incaſtraturæ laterum in angulis terminantur.

Onk. Duas baſes ſ[illegible]b tabula vna pro d[illegible]bus cardinibus eius, & rurſum duas baſes ſub tabula vna pro duobus cardinibus eius.

Pag. Baſes duas ſub tabula vna, pro duabus incaſtraturis eius.

Vulg. Ad plagam quoque tabernaculi, quæ reſpicit ad Aquilonem fecit viginti tabulas.

Cald. Et in latere ſecundo tabernaculi, ad plagam Septemtrionalem.

Mont. Et coſtæ tabernaculi ſecundæ ad angulum Aquilonis.

Vulg. Cum quadragint[illegible]aſibus argenteis, duas baſes per ſingulas tabu[illegible]s.

Vulg. Contra occidentem v[illegible]o, id eſt ad eam partem tabernaculi, quæ mar[illegible] fecit ſex tabulas.

Cald. Et in poſteriori parte O[illegible]dentali tabernaculi.

Arias. In lateribus tabernaculi ad mare.

Vulg. Et duas alias per ſingulos angulos tabe[illegible]na[illegible]

Onk. [illegible]gulis tabernaculi extremis.

Mont. Coſtis tabernaculi lateribus.

29. *Vulg.* Quæ iunctæ erant, & deorſum vſque ſurſum, & in vnam compaginem pariter ferebantur, ita facit ex vtraque parte per angulos.

Cald. Simulque erant coniunctæ in capite ſuo in annulo vno.

Pag. Et fuerunt geminatæ infernè, & pariter fuerunt geminatæ ad caput eius, ad annulum vnum, ſic fecit ambabus in duobus angu- A lis.

Vatab. Et erant quaſi gemellæ inferne, & pariter quaſi gemellæ in ſummitate eius ad circulum vnum, ſic fecit vtrique in duobus angulis.

Mont. Et pariter erant conſummatæ ad caput eius, ad annulum vnum.

Vulg. Vt octo eſſent ſimul tabulæ, & habe- 30.
rent baſes argenteas, ſexdecim binas ſcilicet baſes, ſub ſingulis tabulis.

CONCORDIA.

Nihil dicendum à nobis in harum lectionum concordia, expoſitione, nec in con- B ceptibus præter ea quæ poſita ſunt cap. 26. à verſ. 15. ad 25.

VARIET. LECT. à Verſ. 31. ad 34.

verſ. 31. *Vulg.* Fecit & vectes de lignis ſethim quinque, ad continandas tabulas vnius lateris tabernaculi.

Arias. Tabulis coſtæ tabernaculi vnius.

Vulg. Et quinque alios ad alterius lateris co-
32. aptandas tabulas, & extra hos quinque alios vectes ad Occidentalem plagam tabernaculi contra mare.

Cald. Ad continandas tabulas partis poſterioris tabernaculi, ad Occidentem.

Arias. Et quinque vectes tabulis coſtæ tabernaculi ſecundæ.

Vulg. Fecit quoque vectem alium qui per
33. medias tabulas ab angulo vſque ad angulum perueniret.

Cald. Et fecit vectem medium &c. à ſummo ad ſummum.

Mont. Ad penetrandum in medio tabularum ab extremo ad extremum.

Vulg. Ipſa autem tabulata deaurauit, fuſis 34.
baſibus earum argenteis, & circulos eorum fecit aureos, per quos vectes indui poſſent, quos & laminis aureis operuit.

Pag. Et tabulas texit auro, & annulos eorum fecit ex auro, & vectes texit auro.

Arias. Domos vectibus.

C *Sept.* Et deaurauit columnas velaminis, & fecit anſulas aureas, & fudit columnæ annulos aureos.

CONCORDIA.

Vlg. habet, fecit quoque vectem alium, cuius nullam mentionem fecit cap. 26. Sept. tamen & alij eius meminerunt, nam in Heb. pœne eadem ſunt verba ibi quæ hic, niſi quod ordo verborum nonnihil ſit mutatus, & hic addatur articulus את & quaſi certum alium deſignans vectem, conſule quæ diximus c. 26. à verſ. 26. ad vigeſimum octauum.

VARIET. LECT. à Verſ. 35. ad vltimum.

35. *Vulg.* Fecit & velum de hyacinto, & purpura, vermiculo, ac byſſo retorta, opere polymitario varium atque diſtinctum.

Sept. Et fecit velamen ex hyacinto, & cocceneto, opus textile Cherubim.

Cald. Opere artificis fecit illud cum figuris Cherubim.

Pag. Opere acupictorio fecit ea cum Cherubim.

Mont. Opere cogitantis fecit illud.

Vatab. Opere phrygionico fecit illud.

36. *Vulg.* Et quatuor columnas de lignis ſethim, quas cum capitibus deaurauit fuſis earum baſibus argenteis.

Sept. Et impoſuerunt illud ſuper quatuor columnas imputribiles.

Pag. Vncini eorum aurei.

Mont. Capitella earum auri.

Vulg. Fecit & tentorium in introitu tabernaculi ex hyacinto, purpura, vermiculo byſſoque retorta, opere plumarij, *Cald.* opere polymita- D rij.

Sept. Opere textili Cherubim, *Pag.* opere phrygionis, *Mont.* opere recamantis.

Vulg. Et columnas quinque cum capitibus 38.
ſuis quas operuit auro, baſeſque earum fudit æneas.

Sept. Et arcus earum inaurauerunt auro.

Cald. Et cælaturas earum auro.

Pag. Et facies aulæo quinque columnas ſettinas.

Pag. Et fila earum argentea ex auro, *ita etiam Vatab.*

Caiet. Baſeſque earum fudit æreas, quas operuit auro, *ſic etiam aliqua exemplaria manuſcripta.*

CONCORDIA.

A VVlg. habet opere polymitario varium ac diſtinctum, iuxta Hebræum opere acopictorio fecit ea eum Cherubim, Sept. opus textile fecit ea, quæ aliquantulum diuerſa videntur, opus enim polymitom, ſiue textile varium idem ſont, at acupictoriom, ſioe pluinarium eſt quod acu ſit non per textoram, niſi dicamus & per texturam quædam facta in aulæis, perfecta vere fuiſſe acu, & vtrumque vulgatum comprehendiſſe. nam & polymitum propriè variegatum dici ſolet in ſcriptura, ſiue per acum, ſiue per texturam actum fuerit. Vulg. quas cum capiribus deaurauit, iuxta Heb. & texit capita eorum & fila eas cingentia erant ex auro. Cald. & cælaturas eorum auro. at Sept. ſolum capita B deaurata exprimunt, fila vero vocaotur cælaturæ, quibos colomnæ ciogebantur, quare cum Vulg. inqoit, quas deauraoit cum capitibus, ſic intelligendus vt eorum capita ſeu ſummitates auro operuerit, & cælaturis aureis eas cinxerit, ita vt reliqua colomnarum pars pure lignea intelligatur appatuiſſe, qood autem Caiet. & alij qoa exemplaria antiqua poſt illa verba, baſeſqoe earum fudit æneas, habent quas operuit auro, nec in Heb. nec in Sept. nec in Cald. habentur, oec in aliquibus antiquioribus Latinis codicibos oblongo S Dionyſij, vtroque S. Germani, & correctorio Sorbonico, quare merito in correctioribus Clementis biblijs expungootur.

EXPOSITIO.

FEcit & tentorium, tentorium hîc & io ſequeoti idem eſt quod velum, quomodo columnæ eſſent tectæ auro iam diximus in concordia, ita vt diuerſimode eſſent à capitibus, capita quidem operta auro plene, at columnæ auro tectæ, at non per totom, ſed tantummodo vt zonis quibuſdam aureis eingerentur & ornarentur, ita vt inter fila lignum columnarum appareret, & ſi dixeris cap. 26. verſ. vltimo, id non indicari, reſpoodeo rem obſcurius præfato eapite explicari, hic aotem diſtinctius, cætera tum etiam qooad conceptus petenda è verſu 21. ad vlt. prædicti cap. 26.

SYNOPSIS CAPITIS XXXVII.

Formatur arca de lignis ſethim, veſtita laminis aureis intus & foris, vna cum annulis & vectibus ſuis, & præterea propitiatorium ex auro puro, menſa de lignis ſethim etiam auro cooperta, cum vaſis ad vſus menſæ neceſſarijs, candelabrum aureum cum ſeptem lucernis deſuper poſitis, altare thymiamatis quadratum, ac de lignis ſethim opertis auro, compactum, ipſumque thymiama coram Domino incendendum, quæ omnia Beſeleel, iuxta præceptum Domini, ingenioſè peregit.

VARIET. LECT. à Verſ. 1. ad 5.

A *VULG.* Fecit autem Beſeleel, & arcam de lignis ſethim, habentem duos ſemis cubitos in longitudine, & cubitum, ac ſemiſſem in latitudine, altitudo quoque vnius cubiti fuit, & dimidij, veſtiuitque eam auro puriſſimo intus & foris.

Sept. Et fecit Beſeleel arcam, & deaurauit eam puro auro intus & foris.

Vulg. Et fecit ei coronam auream per gyrum.

Cald. Fecitque illi circulum aureum per circuitum.

Vulg. Conflans quatuor annulos aureos, per quatuor angulos eius, duos annulos in latere vno, & duos in altero.

Sept. Duos ad latus vnum, & duos ad latus ſecundum, capaces vectibus ad portandum eam in eis.

Vulg. Vectes quoque fecit de lignis ſethim, quos veſtiuit auro.

Vulg. Et quos miſit in annulos, qui erant in lateribus arcæ, ad portandum eam.

Ment. Super coſtas arcæ.

CONCORDIA.

Capite 25. à verſu 10. ad 15. dicta quæ hîc repetuntur, nec tamen proinde in ſacro textu repetitio vitio danda eſt, cap. enim 25. quid Deus iuſſerit narrat Moyſes, hîc quod B executioni mandatum eſt, cum autem hîc dicitur quod arca habeat duos ſemis cubitos, hoc eſt non duos ſemi cubitos, ſed duos & ſemis.

CONCEPTVS.

Prælatorum in ſuo munere ſollicitudo, debet eſſe perpetua & fixa.

1\. *Fecit Beſeleel arcam de lignis ſethim:* Quam ita fabrefecit, vt ſuos ei annulos annecteret annolis ſuos vectes inſereret, quibus per deſertum portaretur, illi autem vectes ita annulis ſuis erant inſerti, vt nunquam inde extraherentur, vt cum arca portanda eſſet, nulla mora in eis poneretur. Quid hoc eſt, quod ab arca licet varia tranſlata, vectes nunquam auferantur? cap. 25. diximus vectibus Prælatos deſignari. Quo notato ſic ad mentem noſtram reſpondet Petrus Bleſenſ. epiſt. 105. Petrus Bleſ.

Vectes ferebatur, licet moueri & trahi in varias partes poſſet: extrahi tamen aut anellis omnino non poterat, in quo manifeſtiſſime figuratur, quod Eccleſiæ Prælati, & ſi ad varias reip. neceſſitates diſtrahantur, ad tempus à ſponſæ amplexibus, & à populi ſibi crediti ſollicitudine, minime ſeparantur. Ex quibus patet Prælaturum perpetua, & affixa promouendis, & iouandis animabus ſollicitudo, vt ne minimum quidem momentum, ab hac cura vacuum & otioſum ſibi abire patiantur.

Doctor vel Prædicator nunquam recedat à pio viuendi inſtituto.

2. *Fecit Beſeleel arcã de lignis ſethim:* Cum quatuor annulis aureis, & vectibus eius, ita vt nũquam ab huiuſmodi circulis extraherentur: dum in aliquo loco conſiſtit, tunc remoueantur, cum enim ab humeris depoſuerint arcam ſacerdotes, etiam vectes auferre poterunt, ad maiorem arcæ pulchritudinem, & decorem: prudenter ſtatutum, vt cum fuerint ſemel poſiti vectes in annulis arcæ aureis, nunquam retrahantur, quia doctores nunquam ab arca, nempe à Chriſto Domino recedere, cum ſemper imitari, ſemper præ oculis habere pro eius viuendi inſtituto debeant. Sic conſulit Vener. Abb. Cellenſ. *Raro aut nunquam ſunt in circulis Doctores illi, qui forum pro monaſterio, clamores pro Euangelio, accipitres pro manipulo, chlamidem purpuream pro ſtola, canes leporum pro lectione librorum habent: Sic commutauerunt veritatem Dei in mendacium, vt cum dixerit Dominus ſemper erunt in circulis, & nunquam extrahentur ab eis, ipſi nunquam inducantur: ſed ille ſemper eſt in circulis, qui neque viuendo præcepta violat Euangelij, neque docendo regulas veritatis offendit, ſemper eſt in circulis, qui quaſi Euangelici vinculis compeditus, propria voluntatis libito nunquam extrahitur, oculos, manus, pedes, aurem, linguam, & cætera membra Euangelico compede ſic coarctans, vt nunquam extrahat impulſu cuiuſlibet commotionis, ſed contineat æterna lege ſanctificationis.* Abbas Cellenſ. de Claus.

VARIET. LECT. à Verſ. 6. ad 9.

Vulg. Fecit & propitiatorium, id eſt oraculum de auro mundiſſimo, duorum cubitorum, & dimidij in longitudine, & cubiti, & ſemis in latitudine.

Sept. Et fecit propitiatorium deſuper arcæ ex auro puro.

Vulg. Duos etiam Cherubim ex auro ductili, quos poſuit ex vtraque parte propitiatorij.

Pag. Ductiles fecit eos, à duabus extremitatibus propitiatorij.

Vulg. Cherub vnum in ſummitate vnius partis, & Cherub alterum in ſummitate alterius partis, duos Cherubim in ſingulis ſummitatibus propitiatorij.

Pag. Cherub vnum ab extremo hinc, & Cherub vnum ab extremo inde.

Cald. Ex propitiatorio fecit Cherubim ex duobus lateribus eius.

Vulg. Extendentes alas, & tegentes propitiatorium, ſeque mutuo, & illud reſpicientes.

Cald. Et ibant Cherubim extendentes alas ſuas, ſurſum tegentes alijs ſuis propitiatoriũ, & facies vniuſcuiuſque eorum è regione alterius, contra propitiatoriũ erant, facies Cherubim.

CONCORDIA.

De hoc propitiatorio aureo, eiuſque Cherubinis latè egimus, cap. 25. à verſ. 17. ad vigeſimum ſecundum, conſule quæ à nobis ibi dicta ſunt etiam quoad expoſitionem: plura deſunt hic in Sept. ſecundum Romanam editionem, ſed petenda ex cap. 38.

CONCEPTVS.

Virgo ſanctiſſima commune propitiatorium peccatorum.

3. *Fecit & propitiatorium de auro mundiſſimo:* Sicut per fœderis arcam B. Virginem Deiparam non pauci intellexerunt, ſic & per propitiatorium. Verum an ſolum quamdiu in hac mortali corpore degebat, vel an cum etiam cœlum glorioſa conſcendit? quis dicet in cœlo in miſericordię & charitatis regno, miſericordiæ & propitiationis immemorem, cum etiam in eo ſit omnibus commune propitiatorium? Sic eam vocat B. Andræas Cretenſ. in Encomio de Virg. dormitione, *Placa Dominum pro communi figmento, non quamdiu quidem verſabaris in terris te habuit parua terræ portio, ex quo autem tranſlata es è terra te vniuerſus mundus continet commune propitiatorium.* A quo non alienus Abſal. Abb. ſerm. 14. *Vbi illa, eſt & regina beatorum ſpirituum, & mediatrix peccatorum ſemper interpellans pro nobis.*

B. Andræas Cretenſ.

Abſalon Abbas.

Si Virgo peccatorum propitiatorium eſt, à Dei vmbra eſt.

Fecit & propitiatorium de auro mundiſſimo: Maria, vt vidimus, peccatorum propitiatoriũ fuit; Sic enim eam alloquens S. Idiota c. 5. de Virgine Maria miſeros peccatores protegens. Verum caretne myſterio, quod hoc propitiatorium fecerit Beſeleel? quomodo interpretatur? vmbra Dei, & bene, nam etiam Virgo à Dei vmbra propitiatorium peccatorum facta eſt. Huc voco verba Richardi qui lib. 12. de Laudib. Virg. ita ſcribit, *Obumbrat Maria peccatoribus, quia ipſa deſignatur per propitiatorium, quod obumbrant duo Cherubini ſe ſe reſpicientes mutuo verſis vultibus in illud. Hæc duo Cherubim ſunt ipſa Virginitas & maternitas,* 4

S. Idiota.

Richardus a S. Laur.

quæ [illegible] *animis, nunc autem* [illegible] *eſt* [illegible] *tas, &* [illegible]

Prælati ſint charitatis & eruditi.

[illegible] *propitiatorium, & duos Cherubim* [illegible] duo Cherubim ſecundum plu[illegible]mes, figuram referebant iuuenum alato[illegible] quomodo & nunc Angelos pingere co[illegible]cui[illegible], repræſentabant Angelorum cœtum [illegible] ſuperiorum, qui à plenitudine ſcientiæ Cherubim dicuntur. Vnde & conſequenter ſignificant Eccleſiæ Prælatos. Verum cur ante[illegible], cum Apoſtolis ſuperioribus Chriſtus Dominus iniungat, vt nec in via pecuniã d[illegible]rant: nihilominus vult Cherubinos, nempe ſuperiores Angelos, totos aureos eſſe, Prælati enim Eccleſiæ, auro charitatis & diuinæ ſapientiæ fulgere debent, & plenitudine ſcientiarum ſuo muneri congruente. Vnde rectè B.

S. Greg. Mag. Greg Magn. hom. 17. in Euang. *Decet vt ſacerdotum pectora plenitudine ſcientiæ ſint referta.* Et D. Bernard. de eorum charitate loquens,

S. Bern. in Ioan. 21 ad hæc verba Vicario Chriſti dicta Ioann. 21. Petre amas me, ait, *Non otioſè toties repetitum eſt Petre amas me in commiſſione ouium, ac ſi dicat Dominus, niſi me ames, & valde perfectéque ames, hoc eſt pluſquam tua, pluſquam tuos, pluſquam te, non te intermittas de ouibus meis, pro quibus ſanguinem meum effudi, terribilis* [illegible] *propterea attendite vobis Paſtores Eccleſiæ.* Docet Noſter Seraphicus Do[illegible] 1. de [illegible] Hierarch c. 3. de Cherubim, *Cherubim,* [illegible] *plenitudo ſapientiæ interpretatur,* [illegible] *bio viris ſpiritualibus conuenit,* [illegible] *corda ſpiritus ſapientiæ affluentiſſime ſediffundit.*

Prælati perpetuam habeant ſuarum Eccleſiarum curam.

6\. *Facies & propitiatorium, & duos etiam Cherubim ex auro ductili:* Quos poſuit ex vtraque parte propitiatorij, per quos, vt vidimus, Eccleſiarum Principes deſignantur, non ſolum quia in eis plenitudo ſapientiæ debet prælucere, non ſolum quia ſicut ſunt duo Cherubim, ita & gemina charitas Dei, & proximi debet in eis feruentius æſtuare, ſed etiam quia ſicut illi Cherubini erant ex auro ductili hoc eſt facti inter malleum, & incudem, ita Prælati debent ſemper eſſe parati ad perſecutiones pro ſalute gregis ſui ſuſtinendas, ſed cur ex vtraque parte propitiatorij? Reſpondet Noſter Lyran. in expoſitione morali, *Quia Prælati ſemper debent intendere ſtatum Eccleſiarum regimini, & non ſtare in curijs regum, vel principum, niſi in caſu neceſſitatis, & ad hoc vocati, qua quidem reſidentia inter ones, neſcio an quidquam gratius Deo à Prælatis offeratur.* N. Lyran.

VARIET. LECT. à Verſ. 10. ad 16.

Vulg. Fecit menſam de lignis ſethim in longitudine duorum cubitorum, & in latitudine vnius cubiti, quæ habebat in latitudine cubitum ac ſemiſſem.

Sept. Et fecit menſam propoſitam ex auro puro.

Vulg. Circumdeditque eam auro mundiſſimo, & fecit illi labium aureum per gyrum.

Cald. Fecitque ei circulum aureum.

Arias, Et cubiti & dimidij ſtatura eius.

Pag. Et fecit coronam auream in circuitu.

Vulg. Ipſique labio coronam auream interraſilem quatuor digitorum, & ſuper eamdem, alteram coronam auream.

Cald. Altam pugillo per circuitum, & fecit circulum aureum ipſi coronæ interaſili per gyrum.

Onk. Fecit ei clauſuram palmarem, & coronam fecit auream ſuper ipſam, clauſuram per circuitum. *Sic Pag. Arias, & Vatab.*

Vulg. Fudit & quatuor circulos aureos, quos poſuit in quatuor angulis per ſingulos pedes menſæ.

Arias, Et dedit annulos ſuper quatuor angulis, qui in quatuor pedibus eius, vt poſſit menſa portari.

Sept. Duos ſuper latus vnum, & duos ſuper latus ſecundum, capaces vectibus, ad portandum eam in his.

Vulg. Contra coronam, miſitque in eos vectes, vt poſſit menſa portari.

Sept. Et duos vectes arcæ, & menſæ fecit.

Cald. Contra coronam interraſilem fuerunt annuli, vt per eos mitterentur vectes, vt portaretur menſa.

Onk. E regione clauſuræ erant circuli illi, vt eſſent locus pro vectibus.

Mont. Erant annuli domus vectibu[s].

Vulg. Ipſos quoque vectes fecit de lignis ſethim, & circumdedit eos auro.

Cald. Vt in eis portaretur menſa.

Vulg. Et vaſa ad diuerſos vſus menſæ, acetabula, phialas, & cyathos, & thuribula ex auro puro, ex quibus offerenda erant libamina.

Cald. Et fecit vaſa quæ erant ſuper menſa.

Sept. Et fecit menſæ vaſa, catinos, & mortariola, & in qoibus libabit eis, aurea.

Pag. Scutulas eius, & cochlearia eius, & cyathos eius, & medios calamos, quibus operiebatur.

Mont. Quibus litabitur in eis.

Onk. Paropſides, & cantaros eius, in quibus libandum erat.

CONCORDIA.

Vlg. circumdeditque eam auro mondiſſimo iuxta Hebræum eſt, & operuit eam Naizaph, à Zapha, quod operire ſignificat, circumdari ergo hoc in loco in Vulg. pro eo quod eſt vndique cooperire ſumitur: ſic etiam infra, cum dicitur de vectibus, & circumdedit

cos auro: Vulg. contra coronam, iuxta Hebræum eſt contra clauſuram, ſed certe contra, idem eſt quod vt habet Onk. è regione

A ſub [illegible] ... hus. Cæter [illegible] vigeſimo 3. [illegible]

CONCEPTVS.

Concionator, ſchema panis induat, vt dulcedine ſtius attractus auditor, eum facilius admittat.

Fecit menſam, Sept. *facies menſam propoſitam:* Ita dictam, quia in ea erant panes propoſiti. Non deſunt qui interpretentur, eos de doctoribus, & Verbi diuini concionatoribus. Quid? nonne Verbum diuinum dicitur gladius? quomodo ergo præcones illud voluētes, aſſimilari poſſunt panibus? quid enim gladio cum pane? credo vt diſcat prædicator, ſpiritualem verbi Dei gladium, fidelium cordibus inſigi eum vagina ſolatij, & ſpecie temporalis refrigerij, quod ab eis expetitur, abſconditur: Simulatum enſem, & eorum obtentum deſiderijs non refugiunt, & cum ſpecie panis vitæ neceſſarij alimenti trahuntur, diuini Verbi confodiuntur mucrone. Optimum ergo eſt, vt concionatores, & Verbi Dei miniſtri panis ſchema induant, hoc eſt, eorum quibus auditores delectantur, ſpeciem. Opportunè Beda, *Panes propoſitionis ſuper menſam poſiti ſemper, doctores ſunt ſpeciales, qui in lege Domini die ac nocte meditantes, cunctis Eccleſiam intrantibus refectionem Verbi cæleſtis offerunt, qui rectè propoſitionis panes vocantur, quia in propatulo ſemper eſſe debet vniuerſis fidelibus ſermo ſalutis, nec vnquam in Eccleſia deeſſe oportere pijs auditoribus verbum ſolatij, quod Dominus ſemper apparere ijs, qui eſuriunt, voluit.* Quod ſic explico, pauperibus, & eſu-

Ven. Beda.

rientibus Verbum diuinum ſub [illegible] quem inhiant, vt illud non dete[illegible] cipiant, in Eccleſia Dei pr[illegible]

Cum vacat & prædicatoribus [illegible] & auditoribus audire, tunc proponendum diuinum eloquium.

Fecit menſam, Sept. *facies me[nſam] propoſitam.*

B Super quam apponebātur d[illegible] panes [illegible] ſitionis, qui ſingulis mutaban[tur] [illegible] per panes non abſurde diuina [illegible] eloquia, verum cur in Sabbato ponu[illegible] in Sabbato mutantur? po[illegible] die hebdomades mutari [illegible] prædicandum, diuinum eloquium propo[illegible] dum cum vacat, & auditori [illegible] dicatoribus docere. Vnde [illegible] lenſ. a. p. de Tabern. *Non Sabba[to]* [illegible] *qui euangelizat non rec[illegible] qui loquitur in aure non audient* [illegible] *ponit in menſa panes, qui [illegible] margaritas ponit ante porcos* [illegible] *Sabbato panes ponit, qui non attendit* [illegible]

C *ria, cui perſonæ, quando,* [illegible] *&* *cauſa, quantum pro negotij ſuffi* [illegible] *panes qui das eſcam pullis corui* [illegible] *in tempore opportuno: in Sabbato erg*[o] [illegible] *panes in menſa, vt illuſtrante gratia ſermo* [illegible] *Sabbato tolle panes, vt eamm* [illegible] *ſermonis ipſi gratiæ reſignes.*

VARIET. LECT. à Verſ. 17. ad 19.

VVlg. Fecit & candelabrum ductile de auro mũdiſſimo, de cuius vecte calami, ſcyphi, ſphærulæque, ac lilia procedebant.

Sept. Et fecit candelabrum, quod illuminat, aureum, ſolidum ſtipite, & calamos ex vtriſque partibus eius, & calamis eius germina extantia.

Cald. Ductile fecit illud haſtile, & calamum eius, ſcyphi eius, ſphærulæ, & lilia eius ex ipſo erunt.

Pag. Et flores eius ex ipſo fuerũt. *Sic Vatab.*

Mont. Fœmur eius, & calamus eius, & calices eius, & poma eius.

Vulg. Sex in vtroque latere, tres calami ex parte vna, & tres ex altera.

Sept. Tria ex hoc, & tria ex hoc, exæquata inuicem.

Cald. Sex calami egrediebantur de lateribus eius, tres calami ex latere vno cand[illegible]

Vulg. Tres ſcyphi in nucis modum, [per] ſingulos calamos, ſphærulæque ſimul, & li[li]a, & tres ſcyphi inſtar nucis in calamo a[l]tero, ſphærulæque ſimul & lilia, æquum erat opu[s] [ca]

D lamorũ, qui procedebāt de ſtipite cand[el]a[bri].

Sept. Et lampades eorum quæ ſunt [ſuper] ſummitates in modum nucis ex eis, & en[...] mia ex eis, vt ſint luce[...] [illegible] mium ſeptimum, quod [illegible] lampadis, ſuper ve[illegible] deſuper [illegible] aureum.

Cald. Tres ſcyph[i] figur[...] [in] calamo vno, ſphærula, & lilium.

Pag. Tres ſcyphi [illegible] in [calam]o vno, ſphærula, & flos. *Mont.* P[illegible] & [fl]os.

Vatab. Tres calic[es] [illegible] dalinæ, defor[illegible]

CONCORDIA

EA quæ poſuerunt Sept. ve[rſ]. 19. reſpondent his omnibus, quæ in cæteris tranſlationibus comprehenduntur verſib. 20. 21. & 22. & ideo eos [illegible] Vulg. de cuius vecte calamum, [illegible] eſt haſtile eius, [illegible] bent ſtipite [illegible] Vulg. [illegible]

nomine haſtile, ſeu ſtipitem in hoc opere candelabri poſuit. Cætera quæ de candelabro, an de eadem materia calami. & ſcyphi eſſent, cuiuſnam formæ, omnia habes c. 25 à verſ. 31. ad A 33. lege etiam expoſitionem, & in quemlibet verſum, varios conceptus, vnum vel alterum hic addemus.

CONCEPTVS.

Charitatem comitetur humilitas.

7. *Fecit & candelabrum ductile de auro mundiſſimo, de cuius vecte calami, ſcyphi, ſphærulæque, & lilia procedebant:* Dicitur ductile, eo quod malleo producatur candelabrum, charitas auro deſignatur eoque mundiſſimo, quia nullius vitij recipit admixtionem, & ſicut aurum extera præcellit metalla, ſic charitas alijs præeminet virtutibus: verum cor ex hoc candela- B bro ſcyphi, ſphærulæ, & lilia debent procedere? & cur etiam ſex ramis conſtat, cum pauciores ſufficerent?

S. Antonij. Admittenda noſtri S. Antonij Paduani reſponſio, qui Dominica 20. poſt Trinitatem, ſic loquitur, *In ſcypho qui ſua concauitate, infuſa retinet, & propinat, deſignatur humilitas cum compunctione mentis, concauitas enim infuſorum eſt receptiua: tumor vero infuſa repellit: in ſphærula vero quæ circumuoluitur, ſollicitudo erga proximi neceſſitatem, in lilijs munditia caſtitatis. Tu ergo qui charitatem habes, habeto ſcyphos quoad Deum, ſphærulas quoad proximum, & lilia quoad te ipſum: nota etiam quod candelabrum habet ſex ramos i. charitatis ſex brachia: tria a dextris, & tria a ſiniſtris: quibus amplectitur Deum & proximum, tria quibus amplectitur Deum, ſunt peccatorum abominatio,* C *temporalium conculcatio, cæleſtium contemplatio. De primo Pſal. iniquitates odio habui, & abominatus, &c. de ſecundo Apoſtol. Philipp.* 3. (Ad Philip. 3.) *Omnia reputaui tanquam ſtercora, vt Chriſtum lucrifacerem. De tertio idem 2. Corinth. 4.* (2 Cor. 4.) *Non contemplantibus vobis quæ videntur, ſed quæ non videntur: item tria brachia, quibus amplectitur proximum, ſunt delinquenti parcere, errantem corrigere, eſurientem reficere. De prima Luc. 23.* (Luc 23.) *Dimitte eis, quia neſciunt quid faciunt. De 2. Iacobi 5.* (Iacob. 5.) *Qui conuerti fecerit peccatorem à via ſua errore, ſaluabit animam eius, & operiet multitudinem peccatorum. De 3. Rom. 12.* (Rom. 12.) *Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum, &c. ſi tali candelabro altare deuotionis, & menſa ſancta prædicationis in animam fuerint illata, vere tunc eris templum ſanctum in quo habitat Deus.*

Sancta Eccleſia licet varijs tunſionibus malleata, tamen non extincta, ſed potius maiori fulgore prædita.

Fecit & candelabrum aureum ductile ex auro mundiſſimo: Cur poſtquam ductile dixit, poſuit ex auro mundiſſimo? nonne ſatis erat dixiſſe facies candelabrum ductile? ſane aurum quod malleatur lucidius fulget quam aliud. 10.
Per candelabrum Hugo Victorin. ſerm. 81. (Hugo Victorinus) qui eſt de ſancto Greg. intelligit Eccleſiam, recte ergo poſtquam dixit ductile debere fieri candelabrum, ſubiungit ex auro mundiſſimo, quia ſancta Eccleſia, licet varijs tunſionibus perſecutionum malleata, tamen non extincta, imo potius maiori fulgore præclara. Subijcio Hugonis verba, *Sancta Eccleſia candelabrum ductile, & aureum eſt, quia ad continendum verum diuinumque lumen inſtituta, ductile quia varijs perſecutionum tunſionibus ſecundum ſucceſſionem, & prolixitatem temporum ad incrementum virtutum, augmentumque fidelium ſuorum producta, aureum, quia charitatis intima fulgore præclara.*

VARIET. LECT. à Verſ. 20. ad 24.

Vulg. In ipſa autem vecte erant quatuor ſcyphi in nucis modum, ſphærulæque per ſingulos, ſimul & lilia.

Vatab. Quatuor ſcyphi, in nucis modum, ſphærulæque per ſingulos, ſimul & flores.

Pag. Quatuor ſcyphi amygdalati. *Mont.* pomum & flos.

Vulg. Et ſphærulæ ſub duobus calamis per loca tria, qui ſimul ſex fiunt calami, procedentes de vecte vno.

Cald. Sphærulæque ſub duobus calamis eius, & ſphærula ſub duobus calamis eius, ſic fecit in ſex calamis, qui egrediebantur ex eo.

Arias, Et pomum ſub duobus calamis.

Vulg. Et ſphærulæ igitur, & calami ex ipſo erant, vniuerſa ductilia ex auro puriſſimo.

Pag. Totum erat ductile vnũ ex auro puro. D

Vulg. Fecit & lucernas ſeptem cum emunctorijs ſuis, & vaſa, vbi ea quæ emuncta ſunt extinguuntur, de auro mundiſſimo.

Sept. Et ſeptem lucernas ſuper illud aureas, & forcipes eius aureos, & emunctoria eorum aurea.

Cald. Et thuribula eius ex auro mũdiſſimo.

Onk. Et vaſa emunctionis.

Pag. Receptacula eius. *Sic Arias & Vatab.*

Vulg. Talentum auri appendebat candelabrum cum omnibus vaſis ſuis.

CONCORDIA.

Tam concordiam, quam expoſitiones, & conceptus in hos verſus, accipe ex cap. 25. verſ. 34. ad 39.

VARIET. LECT. à Verſ. 25. ad 29.

A VVlg. Fecit & altare thymiamatis de lignis ſethim, per quadrum, ſingulos habens cubitos, & in altitudine duos, è cuius angulis procedebant cornua.

Pag. Et fecit altare ſuffimenti. *Sic Mont.* Duo cubiti ſtatuta eius.

Vulg. Veſtiuitque illud auro puriſſimo cum craticula, & parietibus, & cornibus.

Cald. Tectum eius, & parietes eius per gyrum, & cornua eius. *Sic Pag. Mont. Vatab.*

Vulg. Fecit ei coronam aureolam per gyrum, & duos annulos aureos ſub corona per ſingula latera, vt mittantur in eos vectes, & poſſit altare portari.

Cald. Et fecit circulum aureum per circuitum, & duos annulos aureos fecit ei per circuitum in duobus angulis eius ſuper duo late- B ra eius.

Pag. Locos vectibus ad portandum illud cum eis.

Mont. Fecit & coronam auri circum, ſu- duabus coſtis eius, in domos vectibus.

Vulg. Ipſos autem vectes fecit ex lignis ſethim, & operuit laminis aureis.

Pag. Et texit eos auro.

Vulg. Compoſuit & oleum ad ſanctificationis vnguentum, thymiama de aromatibus mundiſſimis opere pigmentarij.

Sept. Hic fecit oleum vnctionis ſanctum, & compoſitionem incenſi purum opus vnguentarij.

Cald. Fecit oleum ſanctæ vnctionis, & thymiama aromatum opere aromatarij.

Pag. Fecit oleum vnctionis ſanctificationem, & ſuffimentum aromaticum, purum opere vnguentarij.

CONCORDIA.

PRo craticula iuxta Hebr. eſt tectum eius, & certo gag ex vi vocis ſuæ tectum importat, ſed quia hic ſpecialis eſt difficultas circa hanc craticulam, petenda eſt ex capite trigeſimo verſ. 5. & alia, nempe tam quoad concordiam, expoſitionem, quam conceptus, habes à verſ. primo ad quintum, & vigeſimo quinto.

CONCEPTVS.

Rectæ cogitationes quanto magis igne tribulationis accenduntur, tanto firmiores manere debent.

21. *Fecit altare thymiamatis de lignis ſethim,* Quæ ſecundum aliquos quanto magis accenduntur, vegetiora redduntur: quibus inquit noſter S. Antonius in expoſitione morali trigeſimi capitis huius libri, cogitationes denotantur, ſed quid commune cogitationibus cum lignis ſethim? ligna corporea ſunt, cogitationes autem ſpirituales: nonne diximus huiuſmodi ligna ſpineis arboribus ſimilia, corruptionc carentia? Quo poſito reſpondet præfat. Paduan. *Ligna ſethim ſunt cordis cogitationes, quæ in ſe tria debent habere, ſcilicet vt ſint tanquam ſpinæ peccatorum recordantes cor pungentes, & vt ſint imputreſcibiles, id eſt ſuggeſtioni* D *praua non conſentientes, & quanto magis igne tribulationis accenduntur, tanto in propoſito ſint firmiores.*

(S. Antonius Paduan.)

Mentis deuotio quibus virtutibus conſtare debet.

22. *Fecit altare thymiamatis de lignis ſethim per quadrum:* ſingulos habens cubitos, & in altitudine duos, id eſt vnum in longitudine, & alterum in latitudine. Hoc altari præfat. Antonius, mentis deuotionem intelligit, & rectè (S. Anton. in cap. 30. Exo.) C quidem, quia ſicut thymiamatis fumus in altum aſcendit, ſic mentis deuotio ad Deum tendit, ſed quomodo reperietur longitudo, latitudo, & altitudo in ea? quomodo cubiti? Satisfaciat præfat. Doctor. *In longitudine perſeuerantia, in latitudine amor proximi, in altitudine cognitio Dei, vel contemplatio deſignatur. cubitus naturalis à cubito vſque ad ſummitatem digitorum debet protendi, quali Moyſes arcam, & altare menſurauit, cubitus dictus eo quod ad cibos ſumendos in ipſum procumbamus, quia in ipſo eſt manus: in cubito recta operatio deſignatur, altare ergo, id eſt mentis deuotio, debet habere rectam operationem in longitudine perſeuerantia quoad ſemet, & latitudinem charitatis quoad proximum, & altitudinem contemplationis quoad Deum, duos cubitos, id eſt duplicem perfectionem, quoad Deum & perſeuerantia longitudinem charitatis fraterna, latitudinem ad ipſum referamus, à quo eſt omne bonum.* Sed cur hoc altare mentem denotans deuotam auro mundiſſimo veſtiri debet? proſequitus S. iam nominatus, *Veſtis deuotæ mentis eſt munditia aurea caſtitatis, veſtis dicta eo quod ſtatum hominis proprium vebit, ſic munditia caſtitatis, vehit ſtatum mentis, per inflexibile enim caſtitatis cognoſcitur rectitudo mentis.*

SYNOPSIS
CAPITIS XXXVIII.

Formantur ea quæ conſiſtere debent extra tabernaculum, videlicet altare holocauſtorum de lignis ſethim, opertis tabulis æneis, & etiam vaſa ad huiuſmodi miniſterium neceſſaria, labrum etiam æneum cum baſi ſua, & atrium cum cortinis, & columnis à Deo deſignatis, ad quæ opera contulit populus viginti nouem talenta, & ſeptingentos & triginta ſiclos auri, & præterea dedit plurimum argenti & æris.

VARIET. LECT. à Verſ. 1. ad 7.

A *VLG.* Fecit & altara holocauſti de lignis ſethim, quinq; cubitorum per quadrum, & trium in altitudine.

Sept. Hic fecit altare aureum ax thuribulis æreis, quæ fuerunt viris illis, qui mouerunt ſeditionem cum Synagoga.

Vulg. Cuius cornua de angulis procedebant, operuitque illud laminis æneis.

Arias. Statura trium cubitorum.

Cald. Fecitque cornua eius ſuper quatuor angulos eius, ex ipſo erant cornua eius, & coopetuit illud ære.

Vulg. Et in vſus eius parauit ex ære vaſa diuerſa, lebetes, forcipes, fuſcinulas, vncinos & ignium receptacula.

B *Sept.* Hic fecit omnia vaſa altaris, & focum eius, & baſim, & phialas, & fuſcinulas æreas.

Hebr. Quinque cubitorum longitudo, & cubitorum latitudo.

Cald. Lebetes, batilla, & acetabula, & thuribula.

Onk. Ollas, palas, pelues, fuſcinulas, & pateras.

Pagn. Lebetes, & ſcopas, & crataras.

Arias. Pelues, ſparſoria, tridentes, & receptacula.

Vulg. Craticulamque eius in modum retis, fecit æneam, & ſubter eam in altaris medio arulam.

Sept. Hic fecit altari additamentum opus reticulatum, ab imo fecit ſub ipſo vſque ad dimidium eius.

Cald. Fecitque ei craticulam opere retis, ex ære ſub circulo eius, deorſum vſque ad dimidium eius.

Onk. Fecitque cribrum altari, &c. ſubter ambitum eius.

Eadem habent Arias Pag. & Vatab. de cribro quæ Onk. & addunt, opere recubito.

Vulg. Fuſis quatuor annulis par totidem reticuli ſummitates, ad immittendos vectes ad portandum.

Sept. E quatuor partibus additamenti altaris æreos, capaces vectibus.

Cald. In quatuor angulis craticulæ æneæ, vt per eos inducarentur vectes.

Onk. In quatuor angulis cribri.

Pagn. Vatab. Mont. In quàtuor extremitatibus cribri, *addit Mont.* Domus vectibus.

Vulg. Quos & ipſos fecit de lignis ſethim, & operuit laminis æneis.

Hab Et texit eos ære.

Vulg. Induxitque in circulos, qui in altaris lateribus eminebant, ipſum autem altare non erat ſolidum, ſed cauum ex tabulis, & intus vacuum.

Cald. Et induxit vectes per annulos, vt portaretur ab eis.

Pag. Cum vacuo intar tabulas fecit illud.

Arias. Vacuum tabularum fecit illud.

CONCORDIA.

QVod eſt io Vulg. pet quadrum, intellige A longitudinis & latitudinis ipſius, quaſi diceat ſicut eſt in Hebræo, quinque cubitorum latitudo erit, & quinque longitudo altaris, reſpondet planè verſio noſtra, & hæc, & verſio Sept. quæ eſt in Biblijs regijs, at diuerſi plane obeuor Sept. in Romano & Baſileenſi eodice, habent enim vt eſt in varietate lectionum: hic fecit altare æreum ex thuribulis æreis, &c. vbi & altare hoc æreum ſtatuitur, confectũ è thuribulis quæ habuere ij qui in ſeditione Core fuerũt ducenti quinquaginta viri num. 16. verum quã ſit hoc ſuppoſititiũ, nemo non videt, quomodo enim ex illis thuribulis, hoc altare conficeretur, cum ea ſeditio nonniſi anno ſequenti cõtingere potuit? manifeſtum eſt igitur eſſe gloſſema cuiuſpiam hic adiectum, quod Hebræo textui nequaquam reſpondet: huic gloſſemati occaſionem dedit quod Num. 16. Moyſes iuſſerit thuribula illa fundi, producique in laminas, & affigi altari, quod & Eleazarum perfeciſſe ibidem ſcribitur: at iam antea altare hoc opertum fuerat æreis laminis, vt habetur hîc verſu ſequenti, non igitur hæ laminæ illæ ex thuribulis productæ hunc vſum habuerunt vt altare holocauſti operirent, ſed ad memoriam ſeditionis concitatæ & commouẽdos ſingulos, ne quid in poſterum huiuſmodi tentarẽt: cætera quæ ad concordias harum lectionum, expoſitiones, & conceptus, habes cap. 27. à primo verſu ad octauum, vnum autem vel alterum conceptum adhuc formabimus.

CONCEPTVS.

Chriſti Domini patientis charitas, deuotè recogitetur, doloroſe eius paſſio ad memoriam reuocetur.

1. *Fecit & altare holocauſti de lignis ſetim*, aliud vidimus altare aureum thymiamatis, quod per vtrumque Chriſtus Dominus ſignificetur, conſtat ex Iſai.c.19. in die illa erit altare Domini Iſai.c.9. in medio terræ Ægypti, id eſt mundi, in cuius medio operatus eſt ſalutem, & titulus Domini iuxta terminum eius, hæc duo altaria inquit Antonius Paduanus in expoſitione morali in Exod. primum, nẽpe holocauſti, vino, alterum autem aqua abluebatur, quod ſi in Chriſto D. nulla eſt macula nec immũditia, cur vtrumque altare Chriſtum denotans abluendum? reſpon- S. Antonius Paduan. det præf. Paduan. *Duo altaria abluenda ſunt, quia in Chriſto duo conſideranda ſunt ad lachrymas mouentia, amor in corde, dolor in corpore: de* Ioan.5. *primo Ioann. 5. maiorem hac dilectione nemo habet quam vt animam ſuam ponat quis pro amicis* Thren. 1. *ſuis: de 2. Thren. 1. attendite & videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus: altare ergo aureum & charitas in corde Chriſti vbi thymiama incenſum eſt odorem ſuauitatis exhalans, cum ex feruore charitatis dixit, pater dimitte illis quia neſciũt quid fa-* Luc 23. *ciunt Luc. 23 altare æneum holocauſti exterius eſt dolor & anguſtia ipſius corporis, quo totus incenſus fuit: vnde dixit, conſummatum eſt, id eſt, non reſtat membrum in corpore meo puniendum, abluuntur altaria aqua & vino, altare interius aqua deuotionis, cum eius charitas recogitatur: altare exterius vino cõpaſſionis, cum eius paſſio ad me-* B *moriam reducitur. hæc ſunt vinum & oleum, quæ deuotus Samaritanus infudit vulneribus ſauciati* Luc. *Luc. 1 altare interius aureum eſt altare exterius æneum, quia corporalis exercitatio ad modicum valet, pietas autem ad omnia vtilis eſt 1. Tim. 4.* 1. Tim. 4.

Firmi & ſtabiles erimus in quibuſque aduerſis ferendis, ſi vere mortificati fuerimus.

Facies altare holocauſti de lignis ſetim quinque 2. *cubitorum per quadrum, & trium in altitudine*: cur altare holocauſtorum hoc gaudet numero non ſolũ in longitudine, ſed etiã in latitudine? nam hic cubitorũ numerus cur carebit myſterio? nonne diximus cap. 27. hoc altare vnitatem cordis noſtri Deum diligentis ſignificare? ibem ergo quinque cubitis in longitudine & latitudine totidem conſtat: quia quinque ſenſus noſtri mortificandi, & in vnum colligẽdi, eorumque C actus ad vnitatem cordis noſtri reuocandi, ſed quid inde vtilitatis? quod altare quadrum erit, id eſt quod etiam nos firmi & ſtabiles in quibuſque ferendis, ſi ſenſibus mortificati fuerimus. Do Ioan. Ruiſbroch. *Altaris longitudo quinos obtinet cubitos, quod eſt omnem quinque ſenſuum multiplicitatem, vincere ac ſuperare nos debere, eoſque in vnum colligere: latitudo quoque totidem habet cubitos hac ſignificatione, vt ſenſuum noſtrorum appetitiones ad hanc vnitatem ſenſibiliter nobis reducendas ac conuertendas eſſe noverimus: contemnamuſque quidquid eis libet præter ea quæ ſunt neceſſaria, & ita quidem fixi firmique ac ſecuri & veluti quadrati aduerſus omnia quæ orbis officere queant conſiſtemus.* Ioan. Ruisbroch. de ornatu ſpir. nupt. l. 1. c. 27.

VARIET. LECT. Verſ. 8.

VVlg. Fecit labrum æneum cum baſi ſua de ſpeculis mulierum, quæ excubabant in oſtio tabernaculi.

Sept. Hic fecit labrum æreum & baſim eius æream ex ſpeculis earũ, quæ ieiunauerunt apud portas tabernaculi, in qua die fixit illud.

Cald. De ſpeculis mulierum quæ veniebant vt orarent in oſtio tabernaculi fœderis.

Pagn. Concham quoque fecit æneam ex ſpe- a Deculis conuenientium, quæ conueniebant 2. oſtium tabernaculi Eccleſiæ.

Mont. Ex ſpeculis exercentium, quæ exercebant oſtium tabernaculi.

Oleaſt. Cum ſpeculis conuenientium.

Cajet. In ſpeculis quæ conuenerunt ad portam tentorij adunationis.

Aly. De ſpeculis mulierum militantium

CONCORDIA.

Vulg. fecit & labrum æneum Pag. & alij ex Hebr. concham fecit æneam, Hebraicè ויעש את הכיר נחשת vaiahas & haciior nechoset, chiiar autem tria apud Hebræos significat concham, lampadem, & ſuſtentacula illarum, per concham autem intelligunt labrum ad modum conchæ diſpoſitam, Vulg. mulierum quæ excubabant in oſtio tabernaculi, illud *mulierum*, non eſt in Hebræo, eſt tamen aliquid æquiualens, nam ponitur participium plurale fœminini generis de ſpeculis excubantium, quod ea explicationis gratiâ oportuit interpretem noſtrum addere iſtud mulierum, ſiue per participium excubantium vertere cum in Latino illud non ſatis diſtinguat ſexum, ſiue redderet quæ excubabant, vt relatiuum illud ſuum haberet quod referret. Vulg. quæ excubabant, in Hebr. eſt צבאו quæ ſecundum aliquos, exercebant, ſecundum alios conueniebant, vel quæ orabant, ſecundum Sept. quæ ieiunauerunt, verbum enim צבא ſthab propriè ſignificat militare, exercitum cogere actiue, transfertur tamen hic ad ſignificandum conuentum mulierum, quæ certatim & turmatim conueniebant ad morem turmarum militarium, vt piis & religioſis actionibus coram diuino ſacrario vacarent, idque eo magis genuine, quod & hæc ſit militia quædam ſpiritualis, qua ſpirituales maxime inimici debellantur, itemque quod excubiarum militarium more, ſubinde in orationibus & ieiuniis dies
B noctéſque excubarent, vt proinde noſter interpres voce militari vtendum cenſuerit, quemadmodum & in Hebræo factum viderat: explicant autem Sept. & Cald. in quo ſita eſſet ſua militia, nempe in ieiuniis & orationibus.

EXPOSITIO.

Fecit & labrum æneum cum baſi ſua de ſpeculis mulierum, hoc dupliciter intelligi poteſt, primo vt huiuſmodi labrum æneum factum fuerit de ſpeculis æneis mulierum, quorum tunc maximus & præcipuus erat vſus: antiquorum enim ſpecula ex ære vel ex alio metallo certa ratione temperato, & leuigato fuiſſe conſtat ex pluribus auctoribus, nec etiam nunc inſolitum: ego nunc in muſæo noſtro, vel ex ære Damaſceno ſiue vrbis Damaſci adeo politum & terſum, vt nullū aliud etiam ex Chryſtallo poſſit aptius & verius intuentium vultum referre, ſpeculum habeo ex dono oblatum: mulieres ergo deuotæ ſua ænea ſpecula obtulerunt, ex quibus factum eſt labrū æneum cum baſi ſua: ſecundo modo poteſt intelligi quod ſic diſpoſitum fuerit huiuſmodi labrum æneum, vt ornatum fuerit in extima parte quibuſdam ſpeculis vitreis, vt in eis videri poſſent maculæ eorum qui intrarent tabernaculum, & aqua labri mundari poſſent: dicunt autem factum labrum ex ſpeculis, id eſt ornatum ſpeculis, vt dictio, de, idem ſit ac cum ſpeculis: ſic enim vertit Oleaſt. verbum autem facere, pro ornare ſumunt, & forſan vtrumque inſinuari videtur, vt ſcilicet ex æneis ſpeculis labrum efformatum ſit, vitreiſque vero ornatum, ſicque aptatum vt ſuas cum inſpicerent maculas, lauari poſſint, & veſtes debito modo aptare, ſi quid incompoſitum animaduerterent, qui tabernaculum ingreſſuri erant, *quæ excubabant*,
C de hoc diximus in concordia, *in oſtio tabernaculi*, per illud tabernaculum aliqui intelligunt quo conueniebant omnes orationis gratia ante tabernaculi conſtructionem, alij vero dicunt eſſe Hebraiſmum, ſcilicet quod huiuſmodi labrum factum fuerit ex ſpeculis mulierum quæ poſtea excubare ſolebant in oſtio tabernaculi iam conſtructi.

CONCEPTVS.

Animorum ſordes in ſpeculo Sacræ ſcripturæ abluantur.

Fecit & labrum æneum de ſpeculis mulierum,
3. in quo labro ſacerdotes ſanctuarium ingreſſuri priua abluebantur, cuius nomine D. Auguſt.
S. Auguſt. ſerm. 38. ad fratres in eremo, diuinam intelligit ſcripturam: quid commune Sacræ ſcripturæ cum labro ex ſpeculis mulierum facto? hoc equidem, quod ſicut in illud ingreſſuri tabernaculum inſpicientes, ſi quid erat maculoſum, abſtergebant: ſic qui eam ſedulo & debite euoluunt, vitiorum ſordes abluunt: ita D.
S. Leo. Leo ſer. 11. de quadrag. *Artifex* (inquit) *miſericordia Dei ſplēdidiſſimum in mandatis ſuis ſpeculum poſuit, in quo homo ſuæ mentis faciē inſpiceret, & quā conformis imagini Dei aut quam diſſimilis*
S. Gregor. Magnus. *eſſe agnoſcatur*, & D. Greg. Mag. l. 4. c. 4. in Hiſtoriam Reg. *electorum ſpeculum ſcriptura eſt*.

Ad ſcripturæ ſpeculum mores componendi.

Fecit & labrum æneum de ſpeculis mulierum, 4.
D cur de ſpeculis non alia quam mulierum: nam etiam his homines vtuntur; fortaſſe non ſine myſterio, vt ſignificetur non minori diligentia debere homines ſe ſuoſque mores ad diuinæ ſcripturæ regulas dirigere, quam mulieres ad ſpecula ſe comunt & componunt, quæ in hanc curam toto conatu, incumbunt. Certe D. Gregorius Nazianz. oratione quadam de ſuo in quadrageſimali ſilentio palam teſtatur, quantum profecerit hoc diuinæ ſcripturæ ſpeculum intuendo, *Ego* (inquit) *diuinis oraculis euoluendis mentis puritatem collegi*. S. Greg. Nazianz.

Mulieres deuotæ inſtar fortiſſimi exercitus aduerſus hoſtes ſpirituales.

5. *Fecit & labrum æneum de ſpeculis mulierum, quæ excubabant in oſtio tabernaculi*, propriè militantium eſt excubare: cur ergo alia phraſi non vtitur vulgatus ad exprimendum, cui deuotioni vacarent mulieres, quæ ſua obtulerunt ſpecula? merito nominauit mulieres excubantes, quas Caldæus dixit orationi vacantes, & ſeptuaginta ieiunantes, mulieres enim deuotæ, inſtar fortiſſimi exercitus ſunt ad hoſtes ſpirituales debellandos. ſic enim de eis loquitur S. Chryſoſtomus homilia 8. in Matth. *Communis fœminis & viris aduerſus Diabolum pugna eſt, ſæpeque huiuſmodi acie fortius fœminæ decertarunt viris, ac trophæis inſignibus claruerunt*. & S. Ambroſ. lib. 1. de Virginibus. *Hæc eſt illa militia cæleſtis*, loquitur de Virginibus, *quam laudantium exercitus Angelorum promittebat in terris: hinc illud Cant. 7. quid videbis in Sulamite niſi choros caſtrorum? caſtris ſimiles ſunt virginum congregationes, quia bellum cum hoſte gerunt, choris, quia diuinas laudes concinunt*: vnde S. Ambroſius loco citato, *quid de Virginibus bononienſibus loquar, quæ relicto parentum hoſpitio, tendunt in tabernacula Chriſti indefeſſa milites caſtitatis, nunc canticis ſpiritualibus perſonant, nunc victum operibus quærunt.*

B Chryſ. — S. Ambr. — Cant. 7.

Ieiunij nexus & armorum.

6. *Fecit & labrum æneum de ſpeculis mulierum quæ excubabant*, alij militantium, ſeptuaginta C autem ſic reddunt, ex ſpeculis earum quæ ieiunauerunt, quis nexus ieiunij & militiæ? vt quis militet viribus corporis indiget, ieiunium autem eas diminuit: quomodo ergo vbi habemus de ſpeculis mulierum excubantium ſiue militantium, ſeptuaginta legunt ieiunantium? quia ille bene militat ſpiritualiter, qui ieiunat, arma induit qui ſtudet ieiunio. ſic Abulenſ. hanc excubationem mulierum exponit, *Quæ excubabant ad oſtium tabernaculi, id eſt non dederunt iſta ſpecula quælibet mulieres de populo, ſed ſolum illæ quæ valde deuotæ erant & excubabant orationibus & ieiuniis, circa oſtium tabernaculi Domino vlterius famulantes*: ſane caſtra ieiunia ſunt in quibus contra hoſtis inſidias ſtamus, & contra Satanam pugnamus, aſſerit S. Ambroſius ſermone 25. D vbi explicat etiam cur ſtationum nomine ieiunia ſignificentur; ſic autem ille ſcribit, *Caſtra nobis ſunt noſtra ieiunia, quæ nos à Diabolica oppugnatione defendunt: denique ſtationes vocantur, quod ſtantes & commorantes in eis inimicos inſidiantes repellamus; caſtra planè ſunt ieiunia Chriſtianis, à quibus ſi quis aberrauerit, à ſpirituali Pharaone inſidiatur, aut peccatorum ſolitudine deuoratur.* Chriſti caſtra ieiunium appellat etiam S. Petrus Chryſolog. Deique arcem, *Ieiunium, fratres, ſcimus eſſe Dei arcem, Chriſti caſtra, murum Spiritus, vexillum fidei, caſtitatis ſignum, ſanctitatis trophæum, hoc Adam ſeruauit in paradiſo, quem inde detraxit gula: hoc in area [illegible] cuſtodiuit,*

Abulenſ. — S. Amb. — S. Petrus Chryſol.

A *mandū ebrietas cum demerſit, per hoc L[illegible] [illegible] incendium, qui per ebrietatem [illegible] eſt adu[illegible] [illegible]* ſic [illegible] [illegible] plura in ieiunij [illegible] adiiciens, arma ieiunia ſunt, & miles ſine armis eſt, qui [illegible] ieiunio cum ſatanico hoſte confert. S. Hieronymi ſunt verba Epiſt. 8. quæ eſt ad Demetriadem: Ieiuniorum tibi arma ſumenda [illegible] eadem ferè mente S. Nilus in capitibus [illegible] neticis ita ſcribit, *Armaturam enim ieiunium, orationem murum, & balneum lachrymas [illegible] putato.* S. Ephrem. de ieiunio, militum [illegible] illud vocat dum ait, *Ieiunium Prophetas [illegible] tat, legiſlatori ſapientiam docet, ieiunium [illegible] animæ cuſtodia, & corporis [illegible] ab [illegible] ieiunium ſtrenuis militibus [illegible] qui exercitum.*

B

Oratio contra Satanicum hoſtem, arma.

Fecit & labrum æneum de ſpeculis mulierum, quæ excubabant, alij militantium, Cald. habet quæ veniebant vt orarent, nonne m[illegible] [illegible]niunt vt excubias agant vt mili[illegible] [illegible] modo ergo ait Caldæus, vt [illegible] [illegible] q[illegible] dem, quia oratio contra Sata[illegible] [illegible] arma ſunt validiſſima: ſic habet B. L[illegible] S. Laurent. Iuſt. de interiori conflictu cap. 5. *Nil [illegible] Iuſtin. [illegible] ſic terret Leuiathan ſicut orationis crebra inſtantia atque deprecantium deuota ſuſpiria, aqua orationis, quemadmodum gehennæ crematur incendio, fugit ab orationis facie atque liqueſcit, ſciens coram illo non poſſe ſiſtere; Dei quippe in illo præſentiam videns pugnanti illico terga conuertit, non enim abeſt Dominus ab oratione bellantium* C *eorum laboribus compatiens, atque periculis*: his armis qui non vtitur hoſtilibus armis cōfoditur, *Oratio enim iugis* (inquit B. Chryſoſt. ſer. de Moyſe) *infirmitas eſt hoſtis*, cæterum ipſ contra ſe tela miniſtrat, qui hoſtem precum inſtantiâ non fatigat. B. Chryſ.

Maximus orationis & ieiunij nexus.

Fecit & labrum æneum de ſpeculis mulierum, quæ excubabant. Sept. quæ ieiunauerant, Cald. quæ veniebant vt orarent: cur orationem & ieiunium coniunxerunt? quia maximus eſt vtriuſque nexus, animantur preces ieiunio, animantur abſtinentiâ, hinc acutè S. Petr. Chryſologus ſermone 43. ait, *Eſt orationis anima ieiunium*, corpus ſine anima deficit, ab anima vires accipit, venuſtatem, ac pulchritudinem, D oratio à ieiunio decoratur, orantis mens ieiuniorum frequentiâ, egregiè ieiunium extulit S. Iulian. Toletan. comm. in Nahum ad calcem, vbi inter alia hæc habet. *Ieiunium eſt mors vitiorum, vita virtutum, eſt ieiunium pars corporis, decus membrorum, ornamentum vitæ, eſt ieiunium caſtitatis murus, pudicitiæ propugnaculū, ciuitatis ſanctitas, robur animæ, vigor mentis*: ſicut enim corpus vires & vigorem accipit ab anima, ſic ieiunio anima vires habet ſpirituales. 1.

S. Petrus Chryſol. — S. Iulian. Tolet.

Quæ vanitati noſtræ inſeruierunt, Deo [illegible].

Fecit [illegible] labrum æneum de ſpeculis mulierum, 9.

quid refert ſcire, vtrum ex ſpeculis mulierum factum fuerit huiuſmodi labrum? ſufficiat agnoſcere quod fuerit æneum: non immerito ita dictum, ſed vt compertum nobis eſſet, ſpecula quibus vane antea oblectabantur, cultui diuino conſecraſſe: ſic Theodoret. in catena græca in Pentat. *Mos erat Ægyptiis præſertim mulieribus, cum ad ſacra pergerent vti linea veſte, & geſtare ſiniſtra ſpeculum, dextera vero ſeſtra; quæcumque igitur nempe Hebrææ de ſuo mundo aut de Ægyptiorum reliquiis talia inuenerunt, omnia in vſum rei ſacræ contulerunt*, cum præiuit Philo lib. 3. de vita Moyſis. *Extra veſtibulum in primo aditu labrum erat æneum non ex rudi materia, vt fere fit fabrefactum ab opifice, ſed ex vaſis iam ante expolitis in vſum tamen alium, quæ mulieres mira animi alacritate certatim contulerant: ſpecula enim quæ ad formam curare ſolita erant, ſponte nemine iubente, Deo dicauerant.*

Theod.

Philo Iud.

A

Non qualibet ſed maxima conſideratione opus eſt, cum templum ingrederis.

Fecit & labrum æneum de ſpeculis mulierum, vt ſcilicet in eo abluantur tabernaculum ingreſſuri, vt quis abluatur ſufficit aqua & vas aliquod, vel canale ex quo effluat, cur ergo hoc labrum ex ſpeculis fit, quæ ad lotionem nequaquam ſunt neceſſaria? nōne in eis conſpicimus attente, ſi quæ in nobis macula, vel quid indecens? non immerito igitur fit huiuſmodi labrū, ex cuius aqua abluendi, qui ingreſſuri ſunt tabernaculum, ex ſpeculis mulierum, quia non qualiber ſed maxima circumſpectione, & præparatione opus eſt, dum Eccleſiā ingredimur. *Non dicit textus* (inquit Oleaſt.) *cum ſpeculo ſed cum ſpeculis, vt diſcamus quanta conſideratione opus ſit ad hoc quod digne domum Dei ingrediaris, & illi adminiſtres.* 10.

Oleaſt.

B

Alios conceptus in hunc verſum habes cap. 30. à verſu 17.

VARIET. LECT. à *Verſ.* 9. *ad* 16.

V*Vlg.* Fecit & atriom in cuius auſtrali plaga erant tentoria de byſſo retorta, cubitorum centum.

Sept. Et feceruot atrium qua ad Africum, tentoria atrij de byſſo retorta, ceotum per centum.

Onk. Fecit atrium verſus plagam lateris meridionalis. C

Pagn. Ad plagam auſtri ad meridiem.

Mont. Et fecit atrium ad angulum meridiei, fundo atrij byſſo retorta centum in cubito.

Vulg. Columnæ æneæ viginti, cum baſibus ſuis, capita columnarum & tota operis cælatura argentea.

Sept. Et columnæ eorum viginti & baſes earum viginti, & anſulas fecit, columnas argenteas hic inargentauit eas.

Onk. Cincturæ earum ex argento.

Pagn. Fila eas cingent[illegible] ex argento. *ſic Oleaſter.*

Vulg. Vſque ad Septemtrionalem plagam tentoria, columnæ, baſeſque, & capita columnarum eiuſdem menſuræ, & operis, ac metalli erant.

Sept. Et latus quod eſt ad Aquilonem, centum per centum, & latus quod eſt ad auſtrum, centum per centum, & columnæ eorum viginti, & baſes earum viginti. D

Mont. Ad angulum Aquilonis centum in cubito, columnæ earum viginti, & baſes earum viginti, æra vncini columnarum, & cincturæ earum argento.

Pagn. Et fila eas cingentia ex argento.

Vulg. In ea vero plaga quæ ad occidentem reſpicit, fuerunt tentoria 50. columnæ 10. cum baſibus ſuis, æneæ, & capita columnarum, & tota operis cælatura argentea,

Sept. Et latus quod eſt ad mare, aulæa 50. cubitorum, columnæ eorum decem, & baſes earum decem.

Cald. Fuerunt cortinæ quinquaginta.

Pag. Et fila eas cingentia ex argento.

Vulg. Porro contra Orientem quinquaginta cubiturum, parauit tentoria.

Cald. Et in plaga Orientali erat ſpatium ſex cubitorum.

Mont. Et ad angulum Orientis ſundæ, &c.

Vulg. E quibus quindecim cubitos columnarum trium cum baſibus ſuis, vnom tenebat latus.

Sept. Quindecim cubitorum, quod eſt à dorſo columnæ tres, & baſes earum tres.

Cald. 15. cubitorum cortinæ erant in vno latere, *Pag.* Tentoria.

Mont. Fundæ 15. cubitorum ad ſcapulam.

Vulg. Et in parte altera (quia inter vtraque introitum tabernaculi fecit) 15. æque cubitorum erant tentoria, columnæque tres, & baſes totidem.

Sept. Et à dorſo ſecundo hinc & hinc, ſecundum portam atrij; aulæa 15. cubitorum.

Cald. Et in latere ſecundo atrij oſtium hinc, & inde, erant cortinæ, *Pag.* Tentoria.

Arias. Et ad humerum ſecundum hinc & inde fundæ quindecim.

Vulg. Cuncta atrij tentoria byſſus retorta texuerat.

Sept. Omnia aulæa tabernaculi.

Cald. Omnia tentoria.

Mont. Omnes fundæ atrij circum.

Vulg. Baſes columnarum fuerunt æneæ, capita autem earum cunctis cælaturis ſuis argentea, ſed ipſas columnas atrij veſtiuit argento.

Sept. Anſæ earum argenteæ, & capita eorum inargentata argento.

Pagn. Vncini columnarum, & fila eas cingentia.

Mont. Et cincturæ earum argento; & tectum capita earum argento.

CONCORDIA.

VVlg. erant teototia Hebraicè קלעי kalhe id eſt cortinæ, aulæa, fundæ, & in hoc toto capite aulæa, cortinas, ſiue fundas Vulg. vocat tentoria, Vulgat. baſes columnarum fuera æneæ, capita autem earum cum cunctis cælaturis ſuis argentea, licet ferè eadem babeantur cap. 27. at hîc plus aliquid additur, ſi quidem pro capitibus illo cap. 27. voica vox habetur ווים vauim qood noſter interpres & Sept. capita vel capitella vertunt, ar hîc ſunt duæ vnces, quibus vnica 1o teatu noſtro vox reſpôdet ווים vauim & ראשים raſchim quibus vtriſque pro materia argentum præſeribitur: certum eſt hanc poſteriorem, capita ſignificare, de ſecunda lis eſt: nam aliqui vt Pagn. vneinos reddere malunt, quanquam plures capita vel capitella reddaot, tamen locus hic interea aliquod diſcrimen eſſe indicat: quod doctus B

Bonfrerius. Bonfretius ſic exponit. ad majorem (inquit) intelligentiam notandum, capitella columnarum, varis partibua conſtare, iuxta dioerſum artificium, Ionicum, Doricum, & Gorinthiacum &c. porro capitella columnarum, quibus Iooicum ineſt artificium, (quæ ſola hic æſtimo A ad rem noſtram ſpectare,) doabus in ſupremitate columnæ partibus conſtant, Abaco ſcilicet & volota ſeu limace, & voluta quidem (quæ à conuolotione nomen habet, ob eamdemqoe rationem etiam limaa appellatur) Abaco ſubiicitur; dico igitur, his duabus vocibus, duas haſce capitelli partes iodicari & per ראשים raſchim quidem quod propriſſime capita ſignificat, indicari ſupremam capitelli partem, ſeo abacum, per alteram vero ווים vauim ſignificari volutam, hæc enim vox videtur ſignificare quidpiam hamatum & inflexum, vode & à pleriſque redditur vncini, cuius etiam figuram littera ipſa Hebraica præfert, quanquam voluta intra ſeipſam magis intorqueatur & circumuoluatur, quam hami vel vncini, iiſdem tamen vtriſque vocibus totum B capitellum alibi indicatur, vel per Synecdochen ratione partis, vel etiam propriè, nam vox ראשים raſchim poteſt totum illud ſignificare, ſicot voa & capitellum apud latinos.

Alia ſunt petenda tam quoad expoſitionem quam conceptus c. 27. à verſu 9. ad decimum quintum.

VARIET. LECT. à Verſ. 18. ad 23.

VVlg. In introitu eius, opere plumatio fecit tentorium ex hyacinto, purpura, vermiculo, ac byſſo retorta, quod habebat decem cubitos in longitudine, altitudo vero quinque cobitorum erat, iuxta menſoram quam cuncta C atrij tentoria habebant.

Sept. Et velamen portæ atrij opus variatoris, cocco neto, &c. exæquatum tentorij atrij.

Cald. Fecit opere polymitarij, *Pag.* Opere Phrygionis. *Mont.* Opere recamantis

Vulg. Columnæ autem in ingreſſu fuere quatuot cum baſibus æneis, capitaque earum & cœlaturæ argenteæ.

Cald. Vncini earum erant ex argento, & operuit capita eorum, & cælaturas earum argento.

Sept. Anſæ earum argenteæ, & capita earum inargentata argento.

Pagn. Trita ſunt capita earum & fila eas cingentia argento.

Vulg. Paxillos quoque tabernaculi & atrij per gyrum fecit æreos.

Sept. Et omnes pali atrij in circuitu ærei, & ipſi inargentati argento.

Pagn. Et omnes claoi tabernaculi.

Vulg. Hæc ſunt inſtrumenta tabernaculi teſtimonij, quæ enumerata ſuot iuxta præceptum Moyſi in cæremoniis leuitarum, per manum Ithamar filij Aaron ſacerdotis.

Sept. Et hæc eſt conſtructio tabernaculi ſicut præceptum fuerat Moyſi, miniſterium eſſe Leuitarum.

Cald. Hæ ſunt numerationes tabernaculi quę enomeratæ ſunt.

Onk. Hæc eſt ſumma rerum tabernaculi, &c. pro miniſterio Leuitarum.

Pagn Iſti ſunt numeri qui numerati ſunt ſecundum iuſſum Moyſi, & miniſterium Leuitarum.

Mont. Iſta viſitata, &c. quia viſitatum fuit ſuper os Moyſi, ſeruitium Leuitarum.

Cajet. & Vatab. Iſta nomerata ſunt.

Vulg. Quæ Beſeleel filius Vri filij Hur de tribu Iuda, Domino, per Moyſen Iubente, compleuerat.

Sep. Non habent. filij Hor.

Vulg. Iuncto ſibi ſocio Ooliab, filio Achiſamech de tribu Dan, qui & ipſe artifex lignorum egregius fuit, & polymitarius, atque plumarius, ea hyacinto, purpura, vermiculo, & D byſſo.

Sept. Qui architectonarus eſt textilia & conſutilia & diuerſi coloris texere de cocco & byſſo.

Cald. Faber lignarius & artifex.

Onk. Acupictor, *Pag* Phrygio, *Mont.* Cogitans & recamans.

CONCORDIA.

VVlg. altitudo vero quinque cubitorum in Hebræo eſt Berochah id eſt cum latitudino iuataque Hebræum ſic legitur & apud Cald. verum Vulgat. non expreſſit, qoia cum lõgitudo viginti cubitorum eſſet, altitudinem dicens quinque cubitorum, idem viſus eſt dicere de latitudine, quæ tantum ſecundum oras extenſas dicitur, Vulgat. paxillos, alij, clauos,

quia his cortinæ retinebantur in terta, ne facile à vento rapetentur, Vulg. hæc ſunt inſtrumenta, in Hebtæo eſt אלהפקודי & ſic alij reddiderunt numerata, alij viſitata, quia verbom pakad vttumque ſignificat, Sept. & hæc eſt conſtructio tabernaculi, conſtructionem vocant omnia ex quibus conſtat tabernaculum, ſed hæc omnia eadem ſunt cum Vulgat. cuius ſenſus eſt, hæc quæ dicta ſunt ſuperius ſunt inſtrumenta tabernaculi, Vulg. iuxta præceptum Moyſi, ſic Cald. & Hebr. at Sept ſicut præceptum fuit Moyſi, refetunt itaque ad præceptum quod factum fuit Moyſi de his, at iuxta alias lectiones cum Volg. referuntur hæc verba ad ptæcepium Moyſi factum aliis miniſtris, vt ſcilicet omnia illa facerent, & enumerarent quæ facta eſſent, quæ omnia nec inter B ſe diſcordant, & ad perfectum litteræ ſenſum A plurimum conducunt. Vulgat. in cæremoniis Leuitarum iuxta Hebt. in miniſterium Leuitarum per manum Ihamar, ſic Cald. at Sept. miniſterium eſſe Leuitarum per Ithamar id eſt opera ex commiſſione Ihamar, itaqoe quod Vulg. dieit in cæremoniis Leuitarum iotelligendum eſt ſieut Sept. mioiſterium Leoitarum. ſic enim à Moyſe conſtitutum erat ex iniûcto Dei vt hoc miniſterium eſſet Leuitarum, vaſorum tabernaculi cura, & transferendi illa cum diſſoluendum eſſet tabernaculum & poſtea erigendum, quibus præerat Ithamar, & eius opera & commiſſione deligabantur, & præſcribebatur quod quiſque in hoc facturus eſſet, cætera quæ ad concordiam ſpectant habes cap. 27. à verſ. 16. ad decimom nonum & cap. 35. à verſu 30. ad vltimum.

EXPOSITIO.

HÆc ſunt inſtrumenta, ſeo moneta oblata à filiis Iſraal, vt eſſent inſtrumenta vel quo quomodo deſeruirent ad opus tabernaculi, *quæ enumerata ſunt*, quorum indicolus collectus eſt Moyſe iubante, *in cæremoniis Leuitarum*, tanquam rerum necceſſariarum ad cæremonias & ſacrificia peragenda, per ſacerdutes, *per manum Ithamar filij Aaronis*, itaque cum Leuitæ deſeruirent tabernaculi diſſolotioni & tranſlationi, cum mouenda eſſent caſtra, rurſus eiuſdam compoſitiooi, quando caſtra erant figenda, his præerat Ithamar iunior filius Aaronis, cui proinde ſingulorum tabernaculi inſtrumentorum annumerãda erat computatio, ſicut Leuitis aliis ipſa vaſa, & ſupellectilem aliam deferentibus, *quæ Beſeleel compleuerat*, tribuens omnibus prædictis formam & complimentnm artificiale, quod in ordine ad miniſterium tabernacoli poterant habere, cætera quæ expoſitionem & conceptus ſpectant, habes cap. 27. à verſu 16. ad 19. & cap. 35. à verſu 30.

VARIET. LECT. à Verſ. 24. ad 27.

VVlg. Omne aurum qood expenſum in opere ſanctuarij, & quod oblatum eſt in donatiis viginti nouem talentutum fuit, & ſeptingentorum triginta ſiclorum, ad menſoram ſanctuarij.

Sept. Omoe aurum qood elaboratum eſt ad opera, ſecundum omnem operationem ſanctorum, fuit anni eios, qood primitiarum, nouem & viginti talenta, & ſeptingenti viginti ſicli, iuxta ſiclum ſanctom, & argenti demptio, & viſitatis viris Synagogæ, vnoin talenta & mille, ſeptingenti ſeptuaginta quinque ſicli, drachma vna capiti dimidium ſicli iuxta ſiclom ſanctum.

Cald. Omne aurum quod factom eſt in omni opere ſanctuarij, & quod oblatum eſt &c. in pondere ſanctuarij, argenrum autem nomeratorum congregationis fuit 100. talentorum, D & mille & ſeptingentorum & ſeptuaginta & quinque ſiclorum, pondere ſanctuarij, vnum puodus oblatum eſt per ſingula capita, quod eſt dimidium ſicli, in poodere ſanctuarij.

Onk. Omne aurum qood in opus inſumptum eſt, pro omni opere ſanctuarij factumque eſt aurum ſepatationis.

Pagn. Omne aurum factom ad opus io omni opere ſanctificationis, fuit aurum oblationis, ſecundum ſiclum ſanctificationis.

Mont. Et fuit aurum eleuationis &c. & C argentom viſitatorum Synagogæ &c.

Vulg. Oblatum eſt autem ab his qui tranſierunt ad numerum à viginti annis, & ſupra, de ſexcentis tribus millibus, & quingentis quinquaginta armatorum.

Sept. Omnis tranſiens ad viſitationem ad ſexaginta myriadas, & ter mille quingenti, & quinquaginta

Pagn. Semiſſis capiti dimidium ſicli, ſecundom ſiclum ſanctificationis, umni tranſeunti ad computa, à filio vigioti annorum.

Arias. Bekagh capiti &c. omni tranſeunti ſuper viſitatos.

Vulg. Fueroot præterea centum talenta argenti, è quibus conflatæ ſunt baſes ſanctuarii, & vbi pendet velum.

Sept. Et facta ſunt centum talenta argeoti in conflatiooem ceotum capitellorum tabernaculi, & in capitella velaminis.

Cald. Et baſes tentorii, *Onk.* Et baſes veli.

Pagn. Ad fuudendum baſes ſanctificationis.

Vulg. Centum baſes factæ ſont de talentis centum, ſingulis talentis per baſes ſingulas ſupputatis.

Sept. Ceotum capitella ad centum talenta; talentum capitelli.

Mont. Centum baſes centum talentis; talentum baſi.

CONCORDIA.

LOnga periodos poſt hæc verba, omne aurum quod expenſum eſt vſque ad menſuram ſanctoarij, longa toquam periodos ponitur iuxta Hebræum Sept. & Cald. ſcilicet & argentum Synagogæ numeratorum, centum talenta, & mille, & ſeptingenti, & quinque & Septuaginta ſicli ſecundum ſiclum ſanctificationis, quam periodum inquiunt aliqui Vulg. prætermiſiſſe, ad ſenſum magis quam ad voces attendentem, cum ex præcedentibus & antecedentibos idem apertè dixerit, nec vti voluerit ita frequenter repetitionibus vſitatis apud Hebr. alij autem credunt noſtrum textum hîc diminotum, cum videantur plura deeſſe iu quibus non parum momenti eſt, etſi enim à textu noſtro ſatis facile ſit colligere, quot ſicli collati ſint ab hisqui io cenſum venere, nempe 301775. ſingulis videlicet vt præſcriptom erat dimidium ſicli conferentibus, tamen è textu noſtro colligi non facile poteſt quot ſiclis conſtaret talentum Hebraicũ vnum, quod ex cæteris textibus planiſſimè colligi poteſt, quæ res tamen aliàs obſcura, & nullo alio

A ſcripturæ loco hauriri poteſt Mont habet beka quia ita nominabatur ab Hebræis dimidium ſicli eſt, à radice בקע Bakah quod ſignificat ſcindere diuidere: in Volgat. eſt armatorum, in Hebræo tamen & in Græco hæc dictio non habetur, quare ſunt qui putent noſtrum interpretem illam addidiſſe, quod alluderet ad illud Exod. 13. armati aſcendernnt Iſrael, ſed alij arbitrantur conſulto ab eo additam eſſe, vt explicaret qui eſſent, qui ad numerum tranſirent, qui ſcilicer emerit æ eſſent militiæ, ſecundum ætatem, ſiue ad bellum Idonei, & hos armatos vocat: habet Vulg. ſeptingentos triginta ſiclos, ſeptuaginta non triginta, ſed ſolum viginti, & hoc mendoſè Vulg. habet centum baſes factæ ſunt, ſed eas Sept dixere κεφαλίδας

B capitella, quod planè mirum eſt, cum etiam paulo poſt ipſa capitella earumdem columnarum vocent κεφαλίδας, accedit quod paulo poſt verſu 30. & ſequenti vbi eſt eadem vox Hebraica, ipſi reddant βάσεις, vt merito ſuſpicio ſit, multa in eorum textu eſſe mendoſa, & temere ab aliquibus immutata.

EXPOSITIO.

OMne aurum quod expenſum eſt in opere ſanctuary, non ſolum quantum ad vaſa aurea in quibus miniſtrabatur, ſed ad deaurationem omnium aliorum, quæ deauranda erãt, vt tabulata, vectes &c. *& quod oblatum eſt in donariis*, id eſt hoc autũ quod expenſum oblatum oblatione ſpontanea, *viginti nouem talentorum fuit*, talentum Hebraicum fuit ſiclorum trium millium, ſiclus argenteos æquipollet quatuor regalibus Hiſpanicis quatuor Iulus Italicis, viginti aſſibus Gallicis, vide quæ diximos cap. 30. in expoſitione verſus 11. & ſequentiom, *ad menſuram ſanctuarij*, vide quæ ibidem diximus: oblatum eſt autem ab his, qui tranſierunt ad nomerum. vide præfato cap. oblatum eſt ergo aurum vltroneè ac voluntariè à recenſitis à Moyſe ante inceptum opus tabernaculi, poſt cædem Idololatrarum, nempe ſexcentis tribus millibus & quingentis quinquaginta armatorum ſeu ad bella aptorum, qui reperti ſunt in vniuerſo populo Iſrael.

Fuerunt præterea centum talenta argenti, fuerunt

C igitor præterea hoc eſt præter aurũ ſpontaneis oblationibos collatum ex recenſitis & numeratis adhuc fuerunt centum talenta argenti, *centum baſes factæ fuerunt de talentis centum*, tot enim argenteæ baſes fuerunt in ſanctuario, in qualibet autem earum expenſum eſt talentum argenti, vide conceptus cap. 30 à verſu vndecimo.

VARIET. LECT. à Verſ. 28. ad 31.

VUlg. De mille autem ſeptingentis & ſeptuaginta quinque fecit capita columnarum, quas & ipſas veſtiuit argento.

Sept. Fecit & anſulas columnarum, & inauſauit capitella earum, & ornauit eas.

Cald. Vncinos columnarum, & operuit capita earum, & fecit cælaturas earum.

Arias. Et cinxit eas, *ſic Pagn. Vatab.*

Vulg. Æris quoque oblata ſunt talenta ſeptuaginta duo millia, & quadrigenti ſupra ſicli.

Sept. Et æs demptionis ſeptuaginta talenta, & mille quingenti ſicli, *in Bibliis regiis*, trecenta talenta.

Cald. Æs quoque oblationis fuit, *Onk.* Eleuationis, *ſic Mont. Vatab.*

Vulg. Ex quibus fuſæ ſunt baſes in introitu tabernaculi teſtimonij, & altare æneum, cum

D craticula ſua, omniaque vaſa quæ ad vſum eius pertinent.

Sept. Et fecerunt ex eo baſes oſtij tabernaculi, & additamentum æreum altaris, & omnia vaſa altaris, & omnia inſtrumenta.

Pag. Et altare æreum, & cribrum æreum quod erat ei.

Vulg. Et baſes atrij tam in circuitu quam in ingreſſu eius, & paxilli tabernaculi, atque atrij per gyrum.

Sept Palos tabernaculi, & palos atrij in circuitu, *ſic etiam Pagn.*

CONCORDIA.

HAbemus, fecit capita columnarum, quas A & ipſas veſtiuit argento, ſed Sept. legunt inaurauit capitella earum, & ornauit eas, mirum ſane quomodo ita reddiderint, nam vndenam deauraret ex mille & ſeptingentis & ſeptuaginta quinque ſiclis, qui parum talentum ſuperant, cum vnum argenti impenſum fuerit in qualibet baſi? niſi velint dicere quod ſolum ſummitates deaurarent. Vulg. ſeptuaginta duo milia talentorum. In Bibliis autē regiis trecenta ſeptuaginta millia, ſed illud trecēta expongendū eſt, vti & in aliis codicibus expungitur, nihil enim tale vel in Hebr. aut Caldæo habetur, Vulgat. porro æris oblata ſunt talenta ſeptuaginta duo millia, & ſeptingenti ſicli, in aliis autem editionibus ſeptuaginta talenta, & duo millia, & quadringenti ſicli, vt hæc videantur ſolum dicere ſeptuaginta talenta inſumpta B fuiſſe, & bis mille, & quadringentos ſiclor. Vulgat. ſeptuaginta duo millia talenta, quod probabilius, nam ſi centum auri talenta in centum baſibus faciendis fuere conſumpta, ſane plura ex ære requiruntur, ſi quidem ad quinque baſes columnarum, quæ erant in introitu tabernaculi, omnes columnas & earum baſes quæ eraot in circuitu atrij numero ſexaginta, altare holocauſtorum cum ſua craticula, omnia vaſa & inſtrumenta altaris ad omnes paxillos &c. non vidētur ſeptuaginta talēta poſſe ſufficere, & ſi ita eſt, mēdoſæ eſſent aliæ editiones, verum cum illa ſumma talentorum eſſet maxima, vt difficile ſit imaginare quomodo tantum æris, nouem ſcilicet milliones Romanatum librarum, (tot enim conficiunt ſeptuaginta duo millia) potuerit inſumi: fortè ergo probabilius, ſi in omnibus editionibus redderemus hunc ſenſum, duo millia talentorum, & Sept. talenta fuiſſe oblata: vnde cum noſter Vulgat. habeat oblata ſuot ſeptoaginta duo millia talenta poſt ſeptuaginta, ioterponatur copulatiua, & vel, ſupponatur, ſic vt numerus ſeptuaginta non afficiat aut multiplicet duo millia: ſic enim ſenſus eſſet, ſeptuaginta talenta fuerunt oblata, & alia præterea duo millia.

EXPOSITIO.

DE *mille autem ſeptingentis & ſeptuaginta quinque ſiclis*, ſcilicet reſiduis, qui ſupra centum talenta argentea excreſcebant, cooperuit capita columnarum argento, cælaturis ſeu filis. ad ornamentum columnarum poſitis factis ex argento, quomodo autem intelligendus talentorum æris numerus, diximus in concordia. cætera tum ad expoſitionem, tum ad conceptus ſumenda tibi ſunt ex capite vigeſimo ſeptimo, verſibus 10. 17. 19. ex capite 26. verſu vltimo

SYNOPSIS
CAPITIS XXXIX

Confecit Beſeleel ornamenta Pontificalia, videlicet ſuperhumerale, cui ſuperpoſuit rationale, tunicam hyacinthinam, in cuius extremitate poſuit malogranata hyacinthina, & tintinnabula aurea, fecit & tunicam talarem byſſinam, & balteum hyacinthinum, quo reliqua veſtimenta præcingi deberent, cydarim quoque ſeu mitram Pontificalem cui liganda erat lamina aurea, quibus omnibus vna cum ornamentis reliquorum ſacerdotum peractis, Moyſes benedictionem largitus eſt populo.

VARIET. LECT. à Verſ. 1. ad 7.

VULG. De hyacintho vero A & purpura, vermiculo, ac byſſo fecit veſtes quibus indueretur Aaron, quando miniſtrabat in ſanctis, ſicut præcepit Moyſi.

Sept. Et reliquam hyacinthum, & purpuram, & coccum fecerunt ſtolas miniſtratorias Aaron, ad miniſtrandum in eis in ſancto, & fecit omnis ſapiens in iis qui operabantur ſtolas ſanctorum quæ ſunt Aaron ſacerdoti.

Cald. Fecerunt veſtes miniſterij ad miniſtrandum in ſanctuario, *Pagn.* In ſanctificatione, *Mont.* In ſanctitate.

Vulg. Fecit igitur ſuperhomerale de auro, hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & B byſſo retorta.

Onk. Fecit quoque Ephod, *Sept.* Ex cocco netto, *Pagn.* Vermiculo.

Vulg. Opere polymitario, inciditque bracteas aureas, & extenuauit in fila aurea vt poſſent torqueri cum priorum colorum ſubtegmine.

Sept. Et ſectæ ſunt laminæ auri capilli, vt contexerentur cum hyacintho, & purpura & cum cocco [illegible] byſſo retorta, opus textile fecerunt [illegible].

Cal[illegible] nd [illegible] acteas aureas, & [illegible] fila vt facerent in medio hyacinthi, & in medio purpuræ, & in medio coccini, & in medio byſſi opere arti[illegible].

Onk. Diduxerunt bracteas aureas vnde abſciderunt fila, vt intert[illegible] &c. opere artificis.

Mont. Et extenderunt laqueos auri, & opere cogitantis, *Pagn.* Opere phrygionico.

Vulg. Duaſque oras ſibi inuicem copulatas, in vtroque latere ſummitatum.

Sept. Superhumeralia continentia ex vtriſque partibus.

Cald. Humerulos fecerunt ei con[illegible]ctos in duobus lateribus eius iungebantur.

Arias Scapulas fecerunt ei copulantes ſe, ſuper duabus extremitatibus.

Vulg. Et balteum ex iiſdem coloribus, ſicut præceperat ei Dominus.

Sept. Opus textile ad inuicem complicata ad ſeipſum, ex eo fecerunt illud ſecundum illius facturam ex auro, & hyacintho, & purpura, & cocco netto, & byſſo torta.

Cald. Et balteus ornamenti ſui qui erat iuxta illud, ex ipſo erat iuxta opus eius, &c.

Onk. Et balteus quo conſtringebatur.

Pag. Et balteus cinguli eius

Arias. Et artificium ſuperhumeralis eius.

Oleaſt. Excogitatum cinguli, *Vatab.* Et cingulum Ephod.

Vulg. Parauit & duos lapides onychinos aſtrictos, & incluſos auro, & ſculptos arte

gemmaria, nominibus filiorum Iſrael.

Sept. Et fecerunt vtroſque lapides Smaragdi, &c. ſculpes & excuſos excutione ſigilli.

Pagn. Circumdatos palis aureis cælatos, & cælaturis ſigilli.

Cald. Incluſos io cælaturis auri, ſeriptos diſtinctè quaſi ſcriptura anuuli.

Onk. Scriptura clara.

Mont. Lapides ooychis circumdatos ocellaturis, apertos apertionibus ſigilli.

A *Vulg.* Poſuitque eos in lateribus ſuperhumeralis, in mooimentum filiorum Iſrael, ſicut præceperat Dominus Moyſi.

Sept. Et impoſuit eos ſuper humeros ſuperhumeralis, lapides memoriales filiorum Iſrael.

Cald. In homeris ſuperhumeralis.

Onk. Ephod.

Pagn. In oris ſuperhumeralis.

Arias. Lapides memoriæ.

CONCORDIA.

VVlg. ac byſſo, quæ verba nec iuxta Heb. nec apud Sept. nec in Cald. habeotur, poſita ſunt tamen à Vulg. ſupra c. 28. vbi hæc omnia præcepta fieri à Domino fuiſſe oarratur. Vulg. opere polymitario, etiam hæc verba addita videotur ab interprete ex cap. 28. nam hic oec iuxta Hebræum nec in Cald. habetur, Vulg. inciditque bracteas aureas, in aliis lectionibus plura habentur, ſed repetitiones vitans interpres conciſius reddidit, oihil tamen B de ſenſu prætermittens, Vulg. & balteum de iiſdem coloribus: plura habeotur io Hebræo & balteus ſuperhumeralis eius qui erat ſoper illud ex illo erat, id eſt erat eiuſdem materiæ balteus & ſimilis texturæ cum ſuperhumerali, quod intelligi debet cum Vulgato.

EXPOSITIO.

INciditque bracteas aureas, &c. bracteas ſiue laminas ita ſubtiles reddiderunt artifices, vt ex eis inciderint mirifica quadam arte, quæ vſque modo perſeuerat, qua aurea fila contorquentur, & nentur & aliorum colorum filis obducta perpulchrè apparent, coloribus aliis intra aurum adlucentibus, *parauit & duos lapides onychinos*, ita vt vnus lapis haberet ſex nomina filiorum Iacob inſculpta, & alius totidem: vide quæ dicta ſunt etiam quoad conceptus, & expoſitionem cap. 28. à verſ. 6. ad quartum decimum.

VARIET. LECT. à *Verſ.* 8. *ad* 14.

V*Vlg.* Fecit & rationale opere polymito, C iuxta opus ſuperhumeralis ex auro, hyacintho, purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta.

Sept. Opus textile varietate iuxta opos ſuperhumeralis, *Pagn.* opere phrygiooico.

Vulg. Quadrangulum duplex menſuræ palmi.

Sept. Spithami loogitudo, & ſpithami latitudo duplex.

Pag. Quadrum fuit duplicatum, fecerunt pectorale, palmus loogitudo eius, & palmus latitudo eius, duplicatum.

Vulg. Et poſuit in eo gemmarum ordines quatuor, io primo verſu erat Sardius, Topazius, Smaragdus.

Sept. Et contexta eſt io eo textura lapidaria quatuor ordinum.

Cald. Et impleuerat in eo quatuor ordines lapides pretioſi, carbunculus.

Arias. Rubinus Chryſolithus.

Onk. Habet etiam Rubinus.

Vulg. In ſecundo carbunculus, Sapphirus, & Iaſpis, *Cal. loco carbunculi habet*, Smaragdus,

Vulg. In tertio, Ligurius, Achates, & Ametiſtus.

Vulg. In quarto Chryſolitus, onychinus, & beryllus, circumdati & incluſi auro per ordines ſuos.

Arias. Tarſis Iaſpis.

Cald. Incluſi strictique auro fuerunt in impletionibus ſuis.

Vatab. Circumdatio cælaturis auri in ſuis plenitudinibus.

Vulg. Ipſique lapides duodecim ſculpti erant nominibus duodecim tribus Iſrael, ſinguli per nomina ſingulorum.

Sept Et lapides erant ex nominibos filiorum Iſrael duodecim ex nominibus eorum excul-
D pta in ſigillis, vnuſquiſque ex ſuo ipſius nomine in duodecim tribus.

Cald. Scripti ſcriptura diſtincta, quaſi ſculptura aooulı.

Arias. Apertionibus ſigilli.

CONCORDIA.

CVm harum lectionum concordias diſcuſſerimus, nec oon expoſitiones, & varios conceptus verſ. 28. à verſ. 15. ad 21. nihilque vlterius adducendum habeamus, monemus lectorem vt inibi dicta conſulere dignetur.

VARIET. LECT. à Verſ. 15. ad 19.

A *Vulg.* Fecerunt in rationali & catenulas ſibi inuicem cohærentes de auro puriſſimo.

Sept. Fecerunt ſuper rationale catenulas complicatas, opus complicationis ex auro puro, *ſic Arias.*

Cald. Opere fimbriæ, *Onk.* Catenas breues opere intricato.

Pagn. Catenas terminationis opere textili.

Vulg. Et duos vncinos, totidemque annulos aureos, porro annulos poſuerunt in vtroque latere rationalis.

Sept. Et fecerunt duas aſpidiſcas, & poſuerunt duos annulos ad vtraque principia rationalis.

Onk. Fecerunt duas fibulas aureas.

Pagn. Duas ocellaturas.

B *Vulg.* E quibus penderent duæ catenæ aureæ, quas inſeruerunt vncinis, qui in ſuperhumeralis angulis eminebant.

Sept. Et impoſuerunt complicationes ex auro, in annulos ſuper vtraſque partes rationalis, & in duas commiſſuras duas complicationes, & impoſuerunt in duas aſpidiſcas, & impoſuerunt in duos humeros ſuperhumeralis, ex aduerſo ſecundum faciem,

Cald Poſueruntque duas fimbrias aureas in duobus annulis, qui erant in lateribus rationalis, & duas fimbrias quæ erant in duobus lateribus eius, poſuerunt in duobus vncinis, poſueruntque eas in humerulis ſuperhumeralis contra faciem eius.

C *Pagn* Et duas extremitates duorum finium, poſuerunt in duabus ocellaturis, & poſuerunt eas in oris ſuperhumeralis.

Mont. Et ſuperdederunt duabus ocellaturis & dederunt eas ſuper ſcapulis ſuperhumeralis è regione facierum eius.

Vulg. Hæc ante & retro ita conueniebant ſibi, vt ſuperhumerale & rationale mutuo conuenirent.

Sept Et fecerunt duos annulos aureos, & impoſuerunt ad duas alas ſuper ſummitatem rationalis, & ad ſummitatem dorſi ipſius, ſuperhumeralis abintus.

Cald. Qui erant in ora eius, quæ eſt è regione ſuperhumeralis intrinſecus.

Vulg. Stricta ad balteum, & annulis fortius copulata, quos iungebat vitta hyacinthina, ne laxa fluerent, & à ſe inuicem mouerentur, ſicut præcepit Dominus Moyſi.

Sept. Et fecerunt duos annulos aureos, & impoſuerunt ad vtroſque humeros ſuperhumeralis, ab imo eius ſecundum faciem ad commiſſuram deſuper contexturæ ſuperhumeralis, & conſtrinxit rationale ab annulis, qui ſuper ipſum ad annulos ſuperhumeralis, & ex hyacintho complicatos, ad contexturam ſuperhumeralis, vt non diffluat *rationale* à ſuperhumerali, *ſicut præcepit Dominus* Moyſi.

Cald. Poſuerunt eos in duabus humerulis ſuperhumeralis, inferius contra faciem eius, è regione iuncturæ eius, ſuper balteum ſuperhumeralis, & coniunxerunt rationale ex annulis ſuis, ad annulos ſuperhumeralis vitta hyacinthina vt eſſet ſuper balteum ſuperhumeralis, vt non recederet rationale à ſuperhumerali.

Pagn. In duabus oris ſuperhumeralis, inferne contra faciem eius ſupra balteum.

CONCORDIA.

INterpres fugit repetitiones, & ideo paucis verbis reddidit, quæ ab aliis diffuſè dicuntur, conſule quæ à nobis dicta ſunt cap. 28. à verſ. 22. ad 28.

VARIET. LECT. à Verſ. 20. ad 24.

Vulg. Fecerunt quoque tunicam ſuperhumeralis totam hyacinthinam.

Sept. Et fecerunt ſubuculam ſub ſuperhumerali, opus textile totum hyacinthinum.

Cald. Feceruntque pallium ſuperhumeralia opere textoris.

Onk. Fecerunt & interulam Ephod.

Vulg. Et capitium in ſuperhumerali capite, contra medium oramque per gyrum capitij textilem.

Sept. Periſtomium autem ſubuculæ, in medio per textum complicatum, oram habens in circuitu periſtomium indiſſolubile.

Cald. Et os pallij in medio eius, ſicut os loricæ ora erat per circuitum oris eius, vt non rumperetur.

D *Onk.* Et foramen interulæ duplicatum, in medio eius erat, ad inſtar foramen loricæ, labiumque erat foramini eius per circuitum.

Vulg. Deorſum autem ad pedes mala punica, ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac byſſo retorta.

Sept. Et fecerunt ſuper marginem ſubuculæ ab imo, quaſi florentis mali punici corymbos ex hyacintho.

Cald. Feceruntque in in feriori parte pallij malogranata.

Onk. In inferiori parte interulæ.

Pagn. In fimbriis pallij.

Vulg. Et tintinnabula de auro puriſſimo, quæ poſuerunt inter malogranata in extrema parte tunicæ per gyrum.

Sept. Ad marginem ſubuculæ,

Cald. In inferiori parte pallij.

Vulg. Tintinnabulum autem aureum, & A malum punicum, quibus ornatus incedebat Pontifex, quando miniſterio fungebatur, ſicut præceperat Dominus Moyſi.

Sept. Et tintinnabula aurea ſuper marginem ſubuculæ, in circuitu ad miniſtrandum.

Cald. Tintinnabulum, & malum granatum in inferiori parte pallij, per circuitum.

CONCORDIA.

CОnſule tam quæ ad concordiam harum lectionum, earumque expoſitionem ſpectant, quam quæ ad conceptus c. 28. à verſ. 31. ad 35. vnum autem hîc, aut alterum conceptum addemus.

CONCEPTVS.

Concio floribus, ſed diſtinctionis ſeruato ordine, decoretur.

1. *Deorſum ad pedes tunicæ mala punica*, Sept. quaſi florentia mali punici corymbos, & tintinnabula de auro puriſſimo, quæ quidem innuunt diuini Verbi prædicationem, & vocalem Pontificis doctrinam: ſed mirum quod à pedibus prodeat, voces enim ab ore emiſſæ ſonant. Cur ergo prædicatio à pedibus veluti naſcitur, & iuxta illos perſtrepit? num quia ad pedeſtres, & vulgares debet dirigi? num quia humilia debet ſapere non ardua, & inacceſſa? num quia repentibus debet aptari, & ad illorum palatum condiri? ſed cur malogranatis, & floribus ſonus prædicationis aſſociatur? optima ſane mixtura eſt, quæ ex floribus, & verbis conflatur, vt flores à verbis mutuentur intellectus claritudinem, verba à floribus pulchritudinem, & claritatem, floreſcant veros, ſed clareſcant. Teſtatur Arnoldus tract. de S. Arnoldus ſeptem Verb. Dom. ad illud Conſummatum eſt, *Ideo ingrediens in Sancta ſanctorum, totum vocalem ſe debet ſummus Pontifex exhibere, & virtute verbi quaſi floribus odoriferis allicere auditores, vt prædicatio quaſi tintinnabulum ex auro puriſſimo, puritatem perfectionemque ſingularis intelligentiæ indicet, & ex omni parte per circuitum ſermo eius lucis diuinæ intonet claritatem.*

In concionatore ſcientia ſpiritus feruore maritando, quo ſapientia vtilis euadat.

2. *Deorſum ad pedes tunicæ mala punica, & tintinnabula ex auro puriſſimo:* Non eſt dubium quin tintinnabulis, ſapientia, quæ vocalis, & in plateis, & in viarum ſemitis clamitat, ſignificetur, ſed cur aſſociantur fructus tintinnabulis? cur ex vniuerſa pomorum multitudine eliguntur malogranata? cum aliarum arborum nobiliores ſunt fœtus: anne vt regiam in ſacerdotio innueret poteſtatem? nam hoc pomū diademata prodit: ſane rubentia ſunt mala punica, & quæ in Palæſtina naſcūtur, ſingulariter rubent, ergo euomit ignes fructus, ardoris procul dubio inſigne hyeroglificum eſt. Docet igitur veſtis inferior lymbus, vocalem & ſapientem debere eſſe ſacerdotem: at & charitatis incendio ardentem eumdem, non ſeorſim tintinnabula, ſed inter malogranata, B vt amicitiam innuat inter ſapientiam & charitatem: niſi enim ardeat orator Chriſtianus, atque æthnam emittat contra peccatores, compta poterit eſſe eius eloquentia, ſed animabus tenuiter vtilis, aluxit vtrumque in vltima Seruatoris concione, quam diſceſſurus ex hoc mundo habuit ad Apoſtolos: Notatum id à Ruperto Abbate exordio lib. 13. in Rupert. Ioan. *Qui ſunt, ait, fines tunicæ ſacerdotalis, niſi extrema de quibus nunc loquimur, vitæ Domini noſtri? quæ ſunt mala punica valde rubentia, niſi eius qua maiora nemo habet charitatis opera? tintinnabula vero clariſſima ſunt dilectionis eius verba, quibus & eos in prædicta cœna inſtituit, & mixtis tintinnabulis doctrinæ, & operum eius malis punicis, nihil viſu pulchrius, nihil auditu dulcius, nihil experimento* C *delectabilius.*

Tom. II.

Amor inimicorum proprium ornamentum ſacerdotum.

Deorſum ad pedes tunicæ mala punica, & inter malogranata, Sept. & facies ſub margine 3. tunicæ deorſum, quaſi florentis mali punici corymbos, ea hyacintho & purpura, & cocco neto, & byſſo torta. Quinque res ergo ad ornandam Pontificiæ tunicæ oram iungebantur, hyacinthinus color, purpura, ſeu coccus, malogranati flores, mala punica, & tandem pari ordine immiata tintinnabula aurea. D Non eſt dubium quin hyacinthus, purpura, vermiculus, ac byſſus retorta, quatuor adumbrent elementa, vt vidimus capite 28. imo etiam ſecundum Philonem infra citandum, præter hyacinthum qui coloris aetei aerem referentem, & coccum bis tinctum, ignem; flores ipſos mali punici terram, è qua gignuntur, ſicut malum punicum aquam, nam tale dicitur Græco idiomate à fluendo referunt, & ita quatuor elementorum, tranquilla amicaque vnio in fimbria veſtis ſacerdotalis inuenitur. Quæ ergo tam ſibi mutuo inimica, viciſſimque inter ſe pugnantia, quam quatuor elementa, quæ ex contrarijs qualitatibus conflantur? quomodo ergo in eadem tunicâ ſacerdotali coniuncta, & vnita reperiuntur? ſane hæ ſibi oppoſitæ, acies amico fœdere iunctæ, ad pedes deſcendunt ſacerdotales, quaſi illos præ reuerētia exoſculaturæ: ſed quid quæſo, aureæ

MMmm

campanulæ malis inſertæ punicis portendebant? credam vt tanquam Muſica inſtrumenta ad pedum ſacerdotalium motum perpeti, dulcique ſono miram illam aduerſariorum concordiam, fœderatamque amicitiam celebrarent. Solemne profectò omnique demiratione dignum erat ſpectaculum illud quod tot naturas tamque ſibi exitialiter infeſtas, ſeque mutuo iugi conamina debellantes, amicas iam, & exarmatas conſerentes manos viſendas prodebat: ad hoc quippe perfectæ amicitiæ exemplar optabat Deus, vt homines oculos animoſque deflecterent, à quo erga inimicos ſuos placidos ſe præbere, cum ipſiſque pacis, & amoris fœdus iungere diſcerent: ergo vt eos tantæ pacis ſolemnia admoneret, ſtatuit, concordibus aduerſarijs tintinnabula ſpargere, quæ harmonia ſua initi ab hoſtibus fœderis celeritatem commendarent, hæcque cymbala voluit, vt nullos alios quam pedes ſacerdotales pulſores haberent, ipſiſque progredientibus amoris, & concordiæ muſicam aurea cymbala reddebant, ſtatimque adſtantium animi ad illum ſtuporem naturæ contemplandum excitabantur, ad illumque præcordijs ſuis infigendum ſuauiter, & harmonice adhortabantur. Appretia elegantem Philonis interpretationem, quæ prædictis non ignobile fundamentum præbet

Philo.

lib. 3. de vita Moyſ. Talaris tunica hæc tota eſt hyacinthina ad exprimendum figuram aeris, natura enim aer nigricat, & quodammodo talaris eſt, à lunari orbe protenſus vſque ad terræ terminos: vnde etiam tunica à pectore, vſque ad pedes per totum corpus diffunditur, circa talos habet flores, mala punica, & tintinnabula, flores terram ſignificant, in quo florent & germinant, omnia mala punica aquam ῥόαι dictæ à fluendo iuxta Græcam & etymologiam. Tintinnabula vero horum elementorum concentum, & congruentiam, nam nec terra ſine aqua, neque aqua ſine terra generationi ſufficit, ſed amborum coitus, & contemperatio. Huic interpretamento locus ipſa atteſtatur, ſicut enim in ima talaris tunicæ fimbria mala punica, flores & tintinnabula ſunt, ſic horum ſignificata infimam mundi regionem ſortita ſunt, aqua terraque, & ſic conſonando cum vniuerſitatis harmonia vires ſuas exerunt ſtatis temporum curriculis. Itaque trium elementorum, ex quibus, & in quibus ſunt omnia mortalia corruptibiliaque genera, aeris, aquæ, terræ figura eſt ſtola iſta cum ſuis appendicibus. Nam ſicut hæc vna, ita tria dicta elementa vnius ideæ ſunt, & mutationes recipiunt, & ſicut hac pendent flores, ac mala punica, ſic ab aere ſuſpenduntur, quodammodo aqua terraque, quandoquidem continetur ab eo. Itaque ora ſacerdotalis tunicæ, regio quædam pacifica erat, & pacata, in qua quatuor elementorum naturæ, quæ inter ſe plerumque decertant, & tyrannica viciſſitudine ſibi vſurpant imperia, in germanum conſortium ruebant, quorum concordiam amicitiamque pactam celebrabant cymbala aurea, pedibus ſacerdotalibus agitata. Quamobrem cum quis tintinnabulorum ſonum, concentumque audiret, merito poſſet dicere, iam ad indulgendam inimicis veniam, aduerſariorumque feſtiuos amplexus pulſatur.

VARIET. LECT. à Verſ. 25. ad 30.

VVlg. Fecerunt & tunicas byſſinas opere textili Aaron, & filijs eius.

Vulg. Et mitras cum coronulis ſuis ex byſſo.

Sept. Et cidaras ex byſſo, & mitram ex byſſo.

Cald. Et tiaram ex byſſo, & pileos in decorem ex byſſo.

Onk. Et galerum byſſinum.

Pag. Et pileos galerorum.

Mont. Ornamenta mitrarum.

Vulg. Fœminalia quoque linea byſſina.

Sept. Et fœminalia ex byſſo retorta.

Arias, Collectoria lini.

Vulg. Cingulum vero de byſſo retorta, hyacintho, purpura, ac vermiculo bis tincto arte plumaria, ſicut præceperat Dominus Moyſi.

Sept. Et zonas eorum ex byſſo, &c. opus variatoris.

Cald. Balteum quoque opere polymitarij.

Onk. Opere phrygionis.

Mont. Opere recamantis.

Vulg. Fecerunt & laminam ſacræ venerationis de auro puriſſimo, ſcripſeruntque in ea opere gemmario, ſanctum Domini.

Sept Et fecerunt laminam auream ſeparationem ſanctitatis auri, & ſcripſit ſuper eam litteras figuratas ſigillo, ſanctificationem Domino.

Pag. Laminam coronæ ſcripſerunt in ea ſcripturam cælaturarum annuli.

Cald. Laminam coronam ſanctitatis, & ſcripſerunt ſuper eam ſcriptura diſtincta, ſanctum Domino.

Onk. Iuxta ſcripturam ſigilli, ſcriptura expreſſa

Mont. Et fecerunt florem coronæ ſanctitatis, & ſcripſerunt ſuper ea ſcripturam apertionum ſigilli.

Vulg. Et ſtrinxerunt eam cum mitra vitta hyacinthina, ſicut præceperat Dominus Moyſi.

Sept. Et impoſuerunt ſuper marginem hyacinthinum, vt ſupercaderet, ſuper mitra deſuper.

Cald. Et poſuerunt in ea vittam hyacinthinam, vt poneretur ſuper mitram.

Pag. Filum hyacinthinum ad dandum ſuper tiaram ſuperne. *Mont.* Cydarim.

CONCORDIA.

VVlg. ſcripſerunt in ea opere gemmario, iuxta Hebræum, & ſcripſerunt in ea ſculpturam cælatura annuli, Cald. ſcriptura diſtincta, &c. ſenſus omnium idem eſt, quod ſcilicet in aurea lamina ſcripſerunt, vel ſculpſe- A rint litteris diſtinctis, & claris, ſicut ſcribi, vel ſculpi ſolet in annulo. cætera quoad expoſitionem, & conceptus, præter vnum, vel alium hic apponendum, pete ex cap. 28. à verſu 36 ad vltimum.

CONCEPTVS.

Princeps licet diadema regium adeptus ſit, in hoc humilitatem addiſcat.

Fecerunt, & laminam ſacræ venerationis de auro puriſſimo, ſcripſeruntque in ea opere gemmario, ſanctum Domino. Quæquidem lamina ſuper tiaram exiſtens imminebat fronti Pon- B tificis, cur lamina in qua ſcriptum ſanctum Domino tiaræ ſuperimponitur? nam cum tiara adumbret maieſtatem Pontificiam & Regiam, Caldæus enim legit laminam coronam, & Pag. laminam coronæ, omnibus ſuperior deberet eſſe, nihilque ſuper ſe habere: à Deo ſapientiſſime ita ſtatutum, vt cum regem ſe agnoſcit, & alijs dominantem, ſimul agnoſcat ſe ſub alio eſſe: nempe Deo, & ſic deprimatur ſua arrogantia, & faſtus: ſanctum Domini, nomen inſculptum in lamina aurea, indicium eſt maieſtatis Pontificiæ, & verticem capitis occupat, quia ſublimia petit ſemper maieſtas, & in faſtidium contendit: ſed dum ſupra verticem eſt, Princeps ſe ſub illa conſideret, ab C eaque diſcet ſe ſubiectum eſſe, & ſubditum natum ex ſe habet, quod humilietur & ſubſit, vt vilis pulviſculus: ex dignitate autem, quæ ſupra illum eſt, vt ab omnibus ſuſpiciatur, & colatur: itaque ipſamet maieſtas docet hominem humilitatem, & ſui conſiderare deſpectum hoc à ſe homo nanciſcitur, à dignitate autem quæ Dei donum eſt, quod ſupra omnes euchatur, quemadmodum ipſa ſuper illum: temperat ergo maieſtatis rigorem Deus, cum Pontificis humilitate, & propria ipſius cognitione, quia maieſtas, quæ hoc frænu caret, immanis eſt, & inſtar crudelis belluæ liberè vagatur, & grasſatur in omnes. Sic habetur à Chryſoſtomo orat. quod antiqui teſtamenti vnus ſit legiſlator apud Photium, *In capite ferebat Pontifex tiaram, quia caput omnibus deſignatum oportuit* D *in capite habere poteſtatem, & ſcire quod creatus caput aliorum, & ipſe ſub capite ſit communi omnium.* (ſcilicet tanquã quiſpiam ex hominibus) *Domino & Principe. Abſoluta enim authoritas, nec cuiuſquam ſubiecta imperio intolerabilis eſt, & difficilis: ideo legis gratia, qui Pontifices maximi ſunt, Euangelium in capite recipiunt, vt electus intelligat, quod veram Euangelij tiaram accipiat, & tametſi aliorum caput conſtituatur, legibus tamen ijſdem ſubijciatur, & alijs imperanti lex imperet, ſed tiara poteſtatem deſignabat, quam ipſe in populum habebat, & qua ille Deo tenebatur.* Itaque & tiara poteſtatis erat ſignũ, & ſimul humilitatis Pontificis quia ab ea capeſſebat alijs dominari, & ſe æſtimare, ſicut quempiam ex cæteris, ſiquidem ediſcebat ab ea inſtar cuiuſpiam plebicolarum ſe Dei ſubiectioni obligarum.

S. Chryſoſt.

Maximo in honore, & reuerentia nomen Dei proferendum.

5. *Fecerunt, & laminam ſacræ venerationis de auro puriſſimo, ſcripſeruntque in ea opere gemmario ſanctum Domino.* Ante pronuntiationem ineffabilis numinis Iehoua, appoſitum eſt hoc nomen, *ſanctum*, licet enim plures te- C neant, ſolum numen Iehoua ſculptum fuiſſe in lamina aurea, vt ex Modernis Tornellus in annalibus, Sixtus Senenſ. lib. 2. de Bibliot. litt. p. vbi de Pontificalis veſtimenti inſcriptionibus Bonfrerius hic, tamen omnes conueniunt ſanctum appoſitum eſſe ante nomen Domini. Cur ita diſpoſitum? quia voluit Deus. vt abſque præfatione ſanctitatis tantum nomen non ſcriberetur, vt quãto cum honore, & reuerentia proferendum tractandumque ſit, doceret. Audiendus in hac re eſſet B. Chryſoſt. hom. 26. ad pop. Anth. qui ſeuerè arguens eos, qui temere, & ſine honore ſanctiſſimum nomen Dei proferunt, ait, *Si de quopiam viro probo loquamur, dicimus os tuum abluc, & ita commemora: nunc vero no-* D *men ſuper omne nomen venerandum, in omni terra admirabile, quod audientes dæmones horrent temerarie circumferimus: apud Iudæos quidem tam venerandum, vt in laminis ſcriberetur, & nominis litteras ferre liceret, niſi ſacerdotum Principi, nunc autem velut quiddam vulgare ſic ipſius nomen circumferimus.*

Tornellus. Sixtus Senenſis. S. Chryſoſt.

VARIET. LECT. à Verſ. 31. ad vltimum.

VVlg. Perfectum eſt igitur omne opus tabernaculi, & tecti teſtimonij, feceruntque filij Iſrael cuncta quæ præceperat Dominus Moyſi.

Sept. Fecerunt filij Iſrael omnem ſeparatum.

Pag. Conſummauit omne opus Eccleſiæ.

Mont. Conuentus.

Vulg. Et obtulerunt tabernaculum, & tectum, & vniuerſam ſuppellectilem, annulos, vectes, tabulas, columnas, ac baſes.

Sept. Et attulerunt ſtolas ad Moyſen, & tabernaculum, & vaſa eius, arcam teſtamenti, & vectes eius.

Cald. Fibulas, *Pag.* circulos, *Arias*, vncinos.

Vulg. Opertorium de pellibus arietum rubricatis, & aliud operimentum de ianthinis pellibus.

Sept. Opercula, &c. & operimenta hyacinthina, & cæterorum ſuperoperimenta.

Pag. De pellibus taxorum.

Onk. Taſorum.

Vulg. Velum, arcam, vectes, propitiatorium.

Pag. Velum tentorij, arcam teſtimonij.

Vulg. Menſam cum vaſis ſuis, & propoſitionis panibus.

Arias, Panes facierum.

Vulg. Candelabrum, lucernas, & vtenſilia earum cum oleo.

Sept. Candelabrum purum, lucernas incenſionis, & oleum luminis.

Cald. Ad illuminandum.

Arias, Lucernas ordinationis.

Vulg. Altare aureum, & vnguentum, & thymiama ex aromatibus.

Sept. Et oleum vnctionis, & incenſum compoſitionis.

Cald. Pag. Suffimentum aroma[illegible]

Arias, T[illegible] in introitu.

Pag. Et aulæum pro o[illegible] taberna[illegible]

Vulg. Altare æneum, [illegible] & vaſa eius omnia, labrum cum baſi [illegible], tentoria atrij, & columnas cu[illegible]

Pag. Cribrum æreum, &c. & con[illegible]am

Vulg. Tentorium in introitu atrij, fu[illegible]loſque illius, & paxillos, nih[illegible] fuit, quæ in miniſterium t[illegible]li, & in tectum fœderis iuſſa ſunt fie[ri]

Sept. Et tentoria atrij, & columnas, & [illegible]lamen oſtij tabernaculi, & [illegible] atrij, & omnia vaſa tabernaculi, & omnia inſtrumenta eius, & palos, & omnia inſtrumenta, quæ ad opera tabernaculi teſtimonij.

Cald. Cortinas atrij, *Pag.* aulæum pro porta atrij, *Mont.* fundas atrij.

Vulg. Veſtes quoque quibus ſacerdotes vtuntur in ſanctuario Aaron, ſcilicet & filij eius.

Cald. Veſtes quoque miniſterij ad miniſtrandum in ſanctuario, *Arias*, in ſanctitate, *Pag.* in ſanctificatione.

Vulg. Obtulerunt filij Iſrael, ſicut præceperat Dominus.

Cald. Sic fecerunt filij Iſrael omne opus.

Vulg. Quæ poſtquam Moyſes cuncta vidit completa, benedixit eis.

Cald. Viditque Moyſes omne opus, & ecce fecerunt illud ſicut præceperat Dominus, benedixitque eis Moyſes.

CONCORDIA.

VVlg. veſtes quoque quibus ſacerdotes vtuntur in ſanctuario, Cald veſtes quoque miniſterij ad miniſtrandum in ſanctuario, veſtes ſanctas Aaron, quibus verbis loqui videtur de duplici genere veſtium, nempe earum quibus vaſa inuoluebantur cum transferendum eſſet tabernaculum, & earum quæ erant Aaron, & filiorum eius. Vulg. autem ſolum de his poſterioribus, ſed in Vulg. ſubintelligenda vaſorum opertoria, quæ Cald. exprimit.

EXPOSITIO.

QVæ poſtquam Moyſes cuncta vidit completa, id eſt diligenter proſpexit, & contemplatus eſt, & proſpexit ad amuſſim facta iuxta Dei præceptum, *benedixit eis*, non inſtrumentis tabernaculi, quaſi hæc benedictio fuerit eorum conſecratio, nam illa non hîc, ſed capite ſubſequenti in tabernaculi erectione per vnctionem conſecrata ſunt: & ita *benedixit eis*, referendum eſt ad filios Iſrael, qui tam liberaliter ſua obtulerunt Domino, & qui tam ſtudioſè operi tabernaculi inſudarant, obedientes promptiſſimè voci Domini.

SYNOPSIS CAPITIS VLTIMI.

Moyſes erigit tabernaculum in principio ſequentis anni, ex quo filij Iſrael egreſſi ſunt de Ægypto, illudque per omnes partes, & membra apte diſponit, quæ poſtquam perfecta ſunt, adeo Domino placuerunt, vt gloria eius tabernaculum operiret, nube deſuper exiſtente, & maieſtate Domini coruſcante, ita vt ex eo loco nubes in poſterum demonſtraret, quando populus migrare, & quieſcere deberet.

VARIET. LECT. à Verſ. 1. ad 8.

VLG. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen dicens.

Vulg. Menſe primo, prima die menſis, eriges tabernaculum.

Sept. In die vna menſis primi, in neomenia, ſtatues tabernaculum Domino.

Pag. Eriges & facies tabernaculum Eccleſiæ.

Mont. Eriges tabernaculum tentorium conuentus.

Vulg. Et pones in eo arcam, dimitteſque ante illam velum.

Sept. Teges arcam velamine.

Mont. Teges ſuper arcam velum.

Vulg. Et illata menſa, pones ſuper eam, quæ rite præcepta ſunt, candelabrum ſtabit cum lucernis ſuis.

Cald. Inferes menſam, & ordinabis ordinem eius, inferes candelabrum, & incendes lucernas eius.

Mont. Ordinabis ordinationem eius, aſcendere facies lucernas eius.

Vulg. Et altare aureum, in quo adoleatur

A incenſum coram arca teſtimonij, tentorium in introitu tabernaculi pones.

Sept. Ad incenſandum coram arca, & impones operimentum velaminis ſuper oſtium tabernaculi teſtimonij.

Cald. In quo adoletur thymiama aromatum, poneſque velum.

Pag. Ad ſuffimentum, & pones aulæum.

Arias, Pones tegmentum.

Vulg. Et ante illud altare holocauſti.

Sept. Altare holocauſtorum pones apud ianuas tabernaculi teſtimonij.

Vulg. Labrum ante altare, & tabernacu-

B lum quod implebis aqua.

Pag. Et pones concham inter tabernaculum Eccleſiæ.

Vulg. Circumdabis atrium tentorij, & ingreſſum eius.

Sept. Et circumpones tabernaculum, & omnia eius ſanctificabis in circuitu.

Cald. Poneſque atrium per circulum, & pones tentorium oſtij atrij.

Pag. Pones aulæum.

Mont. Et dabis tegamentum portæ atrij.

CONCORDIA.

VVlg. menſe primo, prima die menſis, iuxta Hebr. in die menſis primi in vna menſe, Hebraiſmus eſt, id eſt die prima menſis. Vulg. dimitteſque ante illam velum, iuxta Hebræum eſt, & teges aream velo, & Sept. velamine, ſed idem omnium ſenſus. Vulg propius expreſſit ſenſum, non enim velum ſuper arcam ponebatur, ſed protendebatur, ſiue ante arcam dimittebatur, ne ab introeuntibus tabernaculum videri poſſet, diuideretque aditum à ſancto; Vulg. pones ſuper eam, A Mootanus ordinabis ordinationem. Menſa hæc erat ſuper quam panes erant propoſitionis certo modo diſpoſiti, & hoc eſt quod dicit Moot. ordinabis ordinationem, id eſt debito ordine cuncta diſpoſita appones. Sept. legunt propoſitionem eius, id eſt quæ apponenda ibi ſunt, quæ breuiter ſcitè dixit Vulg. cum ait, quæ ritè ſubintellige ſuper illam, conſtituenda ſunt à Deo, ſcilicet per Moyſem in alijs lectionibus, quod vna exprimit in altera ſubintelligendum.

EXPOSITIO.

MEnſe primo prima die menſis eriges tabernaculum: Locutus itaque Dominus Moyſi eodem primo anno quo egreſſi ſunt Hebræi ab Ægypto, cum adhuc morarentur in Sina, & ei iubetur, vt in menſe primo prima die menſis anni, ſcilicet ſecundi ab B egreſſu ex Ægypto, erigat tabernaculum, iam omnibus quæ ad illud neceſſaria erant diſpoſitis in mediu caſtrorum, & in eo ponret arcam cum propitiatorio, &c. de quibus ſatis abunde.

CONCEPTVS.

Hominibus non ilico fidendum.

1\. *Primo menſe, prima die menſis anni*, ſcilicet ſecundi ab egreſſu Ægypti. eriges tabernaculum. Cur ilico, vt egreſſi ſunt ab Ægypto, non præcipit ſibi conſtrui tabernaculum. vt in eo coleretur, & cum eis commoraretur, cum deliciæ illius ſint eſſe cum filijs hominum?

Oleaſt. Optime Oleaſt. *Myſterio conſtaret quod Dominus biennio fuerit cum Iudæis, antequam apud eos domum conſtrueret, & cum eis vellet habitare, vt oſtendat quam difficile ſe hominibus credat, & vt nos doceat primum experiri eos apud quos domum, & habitationem eligimus.* Cum ait Oleaſt. biennio fuit Dominus cum Iudæis, loquitur ſecundum mentem Hebræorum, duos annos effluxiſſe ab egreſſu Ægypti vſque ad tabernaculi erectionem aſſerentium.

Qui Deo gratiarum actionem refert, totus aureus eſt, & præ alijs acceptus.

2\. *Primo mane, prima die menſis eriges tabernaculum:* Necnon pones altare aureum in quo adoleatur incenſum, necnon altare holocauſti: vtrumque altare ſic diſpoſitum erat, vt alterum exterius, alterum interius, vnum nempe altare holocauſti æneum, alterum aureum, in quo adolebatur thymiama. Cur altare holocauſti non etiam aureum? cur exterius? nonne ſanctius quid erat cremari victimas in Dei gloriam, quam exhalari odores? abſit, vt inplurimum enim victimæ cremabantur in aliquam peccatorum expiationem, incenſum autem, & thymiama acceptis beneficijs referebant gratiarum actionem, qui autem beneficijs remunerationem, & gratitudinem refert aureus fit, & auro pretioſior, & ad intima admittitur ſanctorum. Fauet Philo Alexand. de Victimis, *Teſtatur id lex iubendo poni duo altaria, materia, loco, vſuque differentia, alterum enim è ſaxis collectitijs, impolitis extruitur, in atrio iuxta templi veſtibulum ad immolandas victimas. Alterum vero aureum ſitum eſt poſt primum velum in penetralibus, nemini conſpicuum, niſi ſacerdotibus, quod factum eſt adolendis odoribus: vnde liquet C aram tharis oblatam ab homine pio, Deo gratiorem eſſe multis hoſtijs, quanto enim aurum præſtat lapidibus, & aditum veſtibulo, tanto acceptior eſt ſuffitus gratiarum actionis, quam mactata victima: ideo non ſolum materia pretio, artificum opere ſanctitateque loci ara hæc auguſta eſt, ſed & hoc quod apud eam quotidie ſacra exordium ſumant à gratiarum actionibus.* Philo Alexand. Ecce tibi vſquequo ſeſe extollit ara beneficijs acceptis aliquales referens gratias, & aurea fit, & in ſanctitatum loco ſublimis, & tota auguſta vndequaque apparet: quippe & aurum, & ſanctitas loci, & gratiarum actiones ibi celebratæ, illam auguſtiſſimam, & commendatiſſimam faciunt.

D *Chriſtus Dominus gloriam & excellentiam ſuam abſcondit, Paſſionem & infirmitates ſuas manifeſtat.*

Primo mane, prima die menſis eriges tabernaculum, necnon pones altare aureum in quo adoleatur incenſum, tentorium in introitu tabernaculi pones: & ante illud, *altare holocauſti.* Aliàs diximus, vtroque altari Chriſtum Dominum ſignificari, ſed ſi ita eſt, cur altare aureum velo tegitur, alterum vero nempe holocauſti omnibus patet? Satisfaciat D. Cyrill. Alexand. lib. 4 in Ioann. cap. 28. *Celebratur primum quia occultata, & recondita eſt gloria Chriſti, alterum autem vulgo patebat. Is enim eſt Ieſus qui* 3. S. Cyrill. Alexand.

glorias ſuas ab oculis mortalium ſtudioſe tegit, verum paſſionum ſuarum infirmitates, contumelias præſentiſſimas omnibus vult eſſe. ſic qui de regno Chriſti volunt gloriari, patefactis infirmitatibus, virtutes curent celare, & abſcondere.

In Chriſto Domino noua creatura ſumus.

4 *Primo mane, prima die menſis eriges tabernaculum*, Sept. *in neomenia*, cur omnium creator Deus in vno die, nec in pluribus, & in neomenia, non cuiuſuis menſis, ſed primi, præcipit Moyſi tabernaculum erigere? non enim ſine cauſa hæc ita ſtatuuntur, cum in ſcriptura nihil ſuperflue & caſu dictum inueniatur: præfatum Archiepiſ. iterum hoc enucleantem eodem loco audiamus. *Dicimus* (inquit) *illud tabernacu-* A *lum quod tunc erigebatur ſanctiſſimum Chriſti corpus, & vt ita dicam totius carnis eius ſoliditatem, in qua totius deitatis plenitudo corporaliter habitauit ſignificaſſe, vno vero igitur die, vt per hunc diem intelligas tempus, in quo carnem aſſumpſit, neomenia vero nil aliud denotat quam ſaluatoris aduentum quo renouamur, quo tranſactis iam priſcis, omnia noua facta videmus. nouum enim vere tempus in Chriſto nobis apparuit, antiquitatem cultu iam terminans & in nouam vitam Euangelica doctrina reformans, & peccatis inueteratos in innocentiæ iuſtitiæ redigens, & corruptionis vires deſtruens, ac incorruptibilitatis fulgore omnes qui ad eum concurrunt mirum in modum exornans, noua enim creatura efficitur, quiſquis in Chriſto eſt.* Paul. S. Ant.

VARIET. LECT. à Verſ. 9. ad 14.

V*ulg.* Et aſſumpto vnctionis oleo, vnges tabernaculum cum vaſis ſuis, vt ſanctificentur.

Sept. Et ſanctificabis illud, & omnia vaſa eius, & erunt ſancta.

Mont. Erit ſanctitas, *Pag.* Sanctificatio.

Vulg. Altare holocauſti, & omnia vaſa eius.

Sept. Et vnges altare holocauſtomatum, & ſanctificabis altare, & erit altare Sancta ſanctorum.

Pag. Sanctificatio ſanctificationum.

Mont. Sanctitas ſanctitatum.

Vulg. Labrum cum baſi ſua, omnia oleo vnctionis conſecrabis, vt ſint Sancta ſanctorum.

Pag. Et vnges concham.

Vulg. Applicabis Aaron & filios eius ad fores tabernaculi teſtimonij, & lotos aqua.

Vulg. Indues ſanctis veſtibus, vt miniſtrent mihi, & vnctio eorum in ſacerdotium ſempi- C B ternum proficiat.

Sept. Et indues Aaron ſtolas ſanctas, & vnges eum & ſanctificabis ipſum, & ſacerdotio fungetur mihi, & filios eius adduces, & indues eos tunicas, & linies eos, quemadmodum liniſti patrem eorum, & ſacerdotio fungentur mihi, & erit vt ſit ipſis chriſma ſacerdotij in ſæculum in progenies eorum.

Cald. Vt ſit eis vnctio ſua in ſacerdotium ſempiternum in generationibus ſuis.

Pag. Induere facies Aaron veſtes ſanctificationis.

Mont. Et erit ad exiſtendum eis vnctionem eorum in ſacerdotium ſæculi, in generationes eorum.

Vulg. Fecitque Moyſes omnia quæ præceperat Dominus.

Alij ex Hebræo addunt, ſic fecit, *ita etiam Cald. & Sept.*

CONCORDIA.

VVlg. applicabis Aaron & filios eius ad fores tabernaculi, & indues ſanctis veſtibus, longe plura habentur in Hebræo, & appropinquare facies Aaron & filios eius ad oſtium tabernaculi Eccleſiæ, & lauabis eos aquâ & induere facies Aaron, veſtes ſanctificationis & facies apropinquare filios, & induere facies eos tunicas, ſic Cald. ſed Vulg. magis ad ſenſum quam ad verba attendens, plurima vt ſolet, abſque tamen ſenſus & ſententiarum iactura, cætera quæ etiam ſunt in aliis lectionibus abbreuiat, ſeruata etiam ſententiæ integritate.

EXPOSITIO.

O*Mnia vnctionis oleo conſecrabis vt ſint ſancta ſanctorum*, id eſt vt ſint ſanctiſſima, ſeparata vt poteà communibus vſibus, diuinoque cultui omnino dicata. hic itaque illius ſacræ vnctionis effectus erat, vt Deo dicata, eſſent non communia, ſed ſancta & munda & quidem labrum commoda vngebatur, vt mundum eſſet quo ſi mundarentur & alio- D rum immunditiæ, *in ſacerdotium ſempiternum proficiat*, proficiat idem eſt ac ſi diceret, & erit eis nempe ſacerdotium ſempiternum, non abſolute, ſed vt iam diximus, quamdiu lex vetus duratura eſt, tranſacta ſiquidem illa lege, tranſlatum etiam fuit ſacerdotium, abſque diuinæ promiſſionis iactura aliqua, ſempiternum itaque hic idem eſt, quod diu perſeuerans.

CONCEPTVS.

Sacerdos patientiæ clypeo armetur.

5. *Indues ſanctis veſtibus vt miniſtrent mihi*, nempe ſuperhumerali &c. in qua veſte ſacerdotis humeros ornante, erant duo annuli aurei, de quibus ſic capite vigeſimo octauo, facies & duos vncinos aureos, vbi Sept. ſcholiaſtes, facies duos clypeos, & D. Greg. Niſſ. legit ſcuta, quid eſt quod duo ſacerdotis brachia ſanxit Deus duobus eſſe occupata ſcutis? nec vno ſatis ſed gemino? vt vtrumque brachium ſuſtinendo clypeo intentum ab alio arma arripienda præpediretur, quia reſpuit Deus ſacerdotem alijs armis quam patientiæ munitum, eis ſolum optat, vt circumdetur, quæ ictus aduerſariorum excipiant. vnde Niſſen. lib. de vita Moyſ. ait. (S. Greg. Niſſen.) *Quare diligenter vos docet omnibus patriarcharum virtutibus animum ſacerdotis debere eſſe ornatum, qui duobus his ſcutis aduerſariorum tela repulerit*, quaſi dicat, ſacer Dei miniſter qui ſanctorum inſiſtit veſtigiis æmulandis, non alia arma quam quæ amoris & patientiæ ſunt ambit, hæc pro integra armatura habet.

Amor inimicorum proprium ornamentum ſacerdotum.

6. *Indues ſanctis veſtibus vt miniſtrent mihi*, non vltimum locum tenebat illa, de qua capite præcedenti, facies & tunicam ſuperhumeralis, totam hyacinthinam. Sept. facies ſubuculam talarem: cur Deus ſtatuit huiuſmodi tunicam ex hyacinthino fieri, colore aërem referente? vel venuſtiorem aliam, diuina ſapientia, ſacerdotalis corporis inuoluero non elegit? quid congruentiæ vel in aereo colore reperit, vt ab ipſo complicari ſacerdotem decreuerit? hic fuit Deo ſane gratior color, quia ex eo ſacerdotali muneri nobilior, & magis idoneus amictus parabatur, ex ipſo enim addiſcebat ſacerdos, qualẽ à ſe Deus victimam exigebat, & quo pacto ex (præf. S. Do) ſe incruentum Deo & viuum erat holocauſtum oblaturus: auſculta precor Greg. Niſſen. lib. de vita Moyſ. *Hyacinthino eſt talaris veſtis tincta, quã qui hunc locum ante nos ſpeculati ſunt, aëra ſignificari affirmant*, rationem vero hanc non reiicio, non enim parum ad virtutem conducere videtur. hortatur enim hoc ænigmate, omnem qui Dei ſacerdotium aſſumere ſtudet, ſeipſum ac corpus ſuum Deo offerre hoſtiam non enecatam, aut cæſam; viuum enim hoc ſacrificium, rationaliſque cultus hic eſt audio sacerdotem aerei coloris veſte indutum Deo immolari, ex ipſoque indumento genus ſacrificij accipere, quo Deo mactandus eſt: ſed quale hoc ſit ſacrificium ignoro, nec quo pacto illud ex aere ſit deſumendum; ſed arbitror oportaſſe Deum ſacerdotem æmulari aeris naturam, & proprietates, quas ſane dum in ſe exprimit, viuam ſe hoſtiã, & haud perculſam litabit: nulla enim eſt inimicorum dilectionis expreſſior imago, nullus typus perfectior quam aër, nulla diſciplina clarior & locupletior quã ab ipſo edocta. id ex mente ipſius Niſſeni diſcemus; ipſe enim hom. 2. de opificio hominis, rationem reddens, ob quam in primis mundi „ conſtructione, aeris nulla præcellens mentio, „ nec illius nomẽ proditum, ita ait; Fortaſſe, quia „ natura molli, & facile cedenti prædita eſt, res „ omnes in ſe ſuſcipit, eaſdem que præ ſe fert, cum „ nec colorem proprium, nec figuram, nec ſpe„ ciem habeat, ſed alienis coloribus, & figuris in„ formatur. nam & luce ſplendidus fit, & tene„ brarum interuentu niger & obſcurus: per ſe „ enim nec ſplendidus eſt nec obſcurus; ſed omni figura, omnique colorum ſpecie imbuitur, & „ ab omnium ſpecie imbuitur, & ad omnium re„ rum quas ſuſcipit, motum ſe accommodat.] Certe ſi animum effingere velles, inimicorum amori excipiendo magis idoneum, non aliis eum proprietatibus ditares quam aeris, quam in ſe oſtendit aer amoris inimicorum doctrinã non tam documenta præbet, quam commenta; vix enim qui aduerſariorum dilectione deflagrauerit, traditam ab aère diſciplinam ebibet. docet enim vt nulli obſiſtamus, vt ita facile locupletantem, quam ſpoliantem excipiamus: ita enim placide lucis muneribus, ac tenebrarum inuaſioni & deprædationi patet, omnibus illud apoſtolicum adimplens, omnia factus, neminem reſpuit: & licet duo in illius regione contraria ſimultate decertent, contrarietatem ipſa non ſentit, ſed cum vtroque ſimul amicitiam profitetur. nunc iam intelligam quorſum diſerit Greg. aereum colorem adhortari omnem qui Dei ſacerdotium aſſumere ſtudet, ſeipſum ac corpus ſuum offerre hoſtiam non enecatam, aut cæſam; viuum enim hoc ſacrificium rationaliſque cultus hic eſt. nam hyacinthina ſtola ſacerdotem indui aerem exprimente nec aliud eſt, quam ipſius ſpiritum & corpus inimicorum dilectionis ambitu obuolui, & vndequaque illi circumcingi, ab ipſa enim edocetur, qualiter aduerſarij excipiendi ſint, & quæ illis frontis hilaritas exhibenda, & quæ erit gratior Deo hoſtia, nobilius holocauſtum, pretioſior victima, litatione auguſtior poteſt inueniri in qua ſine ſanguinis effuſione ſanguis ſui ipſius natura exutus, ad Deum euolet? ecce aduerſariorum amorem non ſolum ſacerdotale eſſe inſigne, ſed indumentum, ſed ornatum; nam quemadmodum ſacerdotali veſte depoſita vix ſacerdos à reliquis valet diſcerni, ſic inimicorum amore nudatus, ne te ſacerdotem iactes, ni inimicorum glorieris contentioſum, & ambitioſum amantem.

VARIET. LECT. à Verſ. 15. ad 21.

Vulg. Igitur primo menſe, anni ſecundi, prima die menſis, collocatum eſt tabernaculum. A

Sept. Et factum eſt in menſe primo, anno ſecundo egredientibus ipſis de Ægypto, in neomenia conſtitutum eſt tabernaculum.

Vulg. Erexitque id Moyſes, & poſuit tabulas, ac baſes, & vectes, ſtatuitque columnas.

Sept. Impoſuit capitella, & iniecit vectes, & ſtatuit columnas.

Pag. Poſuit baſes eius, & ponere fecit tabulas eius, & poſuit vectes eius, & erigere fecit columnas eius. B

Vulg. Et expandit tectum ſuper tabernaculum, impoſito deſuper operimento, ſicut Dominus imperauerat.

Sept. Et extendit aulæa, & impoſuit cooperimentum.

Cald. Et expandit tentorium, & poſuit coopertorium.

Vulg. Poſuit propitiatorium deſuper.

Vulg. Cumque intuliſſet arcam in tabernaculum, appendit ante eam velum, vt expleret Domini iuſſionem.

Sept. Et impoſuit cooperimentum velaminis, & texit arcam teſtimonij.

Cald. Poſuit velum extentum, vt protegeret ſuper arcam teſtimonij.

Vulg. Poſuit & menſam in tabernaculo teſtimonij, ad plagam Septentrionalem extra velum,

Pag. In tabernaculo Eccleſiæ, ad latus tabernaculi ad Aquilonem.

Vulg. Ordinatis coram propoſitionis panibus, ſicut præceperat Dominus Moyſi.

Sept. Et appoſuit in ea panes propoſitionis ante Dominum.

Cald. Et ordinauit ſuper eas ordines panum, *Pag.* ordinationem panis.

CONCORDIA.

Vulg. menſe primo, anni ſecundi, prima die menſis, Sept. in menſe primo anno ſecundo, egredientibus ipſis de Ægypto, quæ quidem lectio indicat vnde computari incipiat annus quo erectum eſt huiuſmodi tabernaculum, Vulg. & expendit tectum ſuper tabernaculum, impoſito deſuper operimento, iuxta Hebræum eſt & extendit tentorium, & ſuper tabernaculum & expoſoit operimentum tecti ſuper illud ſuperne, iuxta Hebræum tentorium, & tectum eamdem rem ſignificare videntur, ſcilicet aulæa illa ex pellibus caprarum, per tabernaculum tam Vulgatus quam alij aulæa variegata intelligunt, illa ſcilicet quæ infra tectum erant, operimenti autem nomine comprehendunt tam cortinas rubricatas, quam illas quæ deſuper erant de pellibus taxorum, duplex itaque operimentum pro monimento & conſeruatione decuris, ab inclementia aeris & imbrium. C

EXPOSITIO.

Igitur menſe primo anni ſecundi, ab egreſſu filiorum Iſrael ab Ægypto, collatum eſt tabernaculum ſicut Deus conſtituerat, *poſuit teſtimonium in arca*, nempe tabulas in quibus verba decalogi ſcripta erant digito Dei, teſtimonium autem eas vocat, quod teſtimonium fœderis eſſent inter Deum & populum Iſrael, & quod intra arcā eſſent, & ipſa dicta eſt arca teſtimonij, *poſuit & tentorium in introitu tabernaculi*, id eſt obtendit oſtio tabernaculi velum ſiue aulæum, ſæpe enim cortinam ſiue aulæum vocat, tentorium vel tabernaculum teſtimonij propter tabulas quæ erant in arca, intra tabernaculum, vide ſuperius quæ dicta ſunt etiam quoad conceptus. D

VARIET. LECT. à Verſ. 22. ad 30.

Vulg. Poſuit & candelabrum in tabernaculo teſtimonij, è regione menſæ in parte auſtrali.

Pag. In tabernaculo Eccleſiæ, contra menſam in latere tabernaculi, ad meridiem.

Cald. Et incendit lucernas coram Domino.

Vulg. Poſuit & altare aureum ſub tecto teſtimonij contra velum.

Sept. In tabernaculo teſtimonij è regione velaminis, *Pag.* in tabernaculo Eccleſiæ, *Mont.* conuentus.

Vulg. Et adoleuit ſuper eo incenſum aromatum, ſicut iuſſerat Dominus Moyſi.

Sept. Et ſuper illo incenſauit incenſum compoſitionis.

Arias. Et ſoffire fecit ſuper illo ſuffimentum aromatum.

Vulg. Poſuit & tentorium in introitu tabernaculi teſtimonij.

Pag. Poſuit aulæum *Mont.* poſuit tegumentum oſtij.

Vulg. Et altare holocauſti in veſtibulo teſti-

monij, offerens in eo holocauſtum, & ſacrificia vt Dominus imperauerat.

Sept. Et altare holocauſtorum poſuit apud ianuas tabernaculi.

Cald. Obtulit ſuper eo holocauſtum & munus.

Arias. Aſcendere ſuper eo fecit.

Vulg. Labrum quoque ſtatuit inter tabernaculum teſtimonij, & altare implens illud aqua.

Pag. Et poſuit conchain inter tabernaculum Eccleſiæ, *Mont.* conuentus.

Vulg. Lauaueruntque Moyſes & Aaron & filij

A eius manus & pedes.

Vulg. Cum ingrederentur tectum fœderis, & accederent ad altare ſicut præceperat Dominus.

Pag. Quando ingredientur in tabernaculum Eccleſiæ, *Arias.* conuentus.

Vulg. Erexit & atrium per girum tabernaculi & altaris ducto in introitu eius tentorio, poſtquam omnia perfecta ſunt.

Pag. Et poſuit aulæum ad portam atrij & conſummauit opus Sept. omnia opera.

CONCORDIA.

VVlg. offerens in eo holocauſta & ſacrificium, Cald. loco ſacrificij habet munus, ſed loquitur lato modo de munere, licet enim B omne ſacrificium ſit munus, non tamen omne munus eſt ſacrificium Vulg. habet oraculum, alij propitiatorium, ſed vtrumque idem.

EXPOSITIO.

Poſuit & altare aureum ſub tecto teſtimonij, de ſitu in quo altare thymiamatis fuerit collocatum, videlicet an intra vel extra velum diuidens ſanctuarium à ſancta ſanctorum, non modica controuerſia, quam agitauimus capite trigeſimo, ſententiamque negatiuam tenuimus, *& adoleuit ſuper eo incenſum*, ex hoc ve[illegible] & ſuperiori patet Moyſen fuiſſe ſacerdotem, ſed extraordinario ſacerdo[illegible] conſ[illegible]tum, quandoquidem omnes ſac[illegible]um func[illegible]es impleuerit. Vide conceptus in hos verſus [illegible] 30.

CONCEP TVS.

Qui vitam æternam ingredi deſiderat, ſeipſum agnoſcat.

Labrum ſtatuit inter tabernaculum teſtimonij & altare, quod quidem labrum dixit factum fuiſſe ex ſpeculis mulierum, vt in eo ſe abluerent tabernaculum ingreſſuri: cur ex ſpeculis? nam ad lotionem manuum & pedum ſpecula nequaquam neceſſaria: nonne teipſum agnoſcis ſpeculum intuens? merito igitur antequam ingrediaris tabernaculum Dei, ex ſpeculis labrum æneum inuenis; nequaquam enim niſi te debite agnoueris, vitam æternam ingredi non poteris. *Gradus enim* (inquit D. Bern. ſer 36. in Cant.) *ad notitiam Dei eſt cognitio ſui*, & ſerm. 31. *ſcio neminem ſine cognitione ſui ſaluari.* vide Hugo Victor. de anima lib. 1. cap. 9. *ſumma Philoſophia, cognitio ſui.* (S. Bernard.)

Si iuſtus es, erga peccatores ſis miſericors.

Labrum ſtatuit inter tabernaculum teſtimonij C *& altare*, ſuperius dixerat, quod poneretur aqua in huiuſmodi labro, vt abluerentur in eo ſacerdotes, deinde ſubdit, indues ſanctis veſtibus, & vnctio eorum in ſacerdotium ſempiternum proficiet, ex Heb. & vnges eum, ita vt poſt ablutionem, oleo ſacro vnxerit eum oleo ſacro: cur poſtquam mundus & lotus, vngitur oleo? nonne oleum miſericordiá denotat, ſicut ablutio munditiem & iuſtitiam? merito ergo poſt ablutionem, vnctio etiam præcipitur ſedenda, ad denotandum quod ſi iuſtus, quod ſi mundus fueris, nihilominus cum agendum ſit cum peccatoribus, recorderis te eſſe vnctum oleo ſancto, vt eis miſericordiam exhibeas, & clementer cum eis agas. hæc habet Oleaſt. *Solet rigor & zelus munditiem ſequi, nam qui iuſti & mundi ſunt à peccatis, raro erga maximos peccatores flectuntur miſericordia: voluit autem* D *Dominus ſacerdotes ſuos non ſolum mundos ſed vnctos, vt ſi quando ſe mundos aſpicerent, cogitarent ſe oleo vnctionis delibutos, ne ægro animo ferrent peccata proximorum.* (Oleaſt.)

VARIET. LECT. Verſ. 32. & 33.

VVlg. Operuit nubes tabernaculum teſtimonij, & gloria Domini impleuit illud.

Sept. Operuit nubes tabernaculum teſtimonij, *Arias.* conuentus, *Pag.* Eccleſiæ, & gloria Domini impletum eſt tabernaculum.

Vulg. Nec poterat Moyſes ingredi tectum fœderis, nube operiente omnia, & maieſtate Domini coruſcante, quia cuncta nubes operuerat.

Sept. Quia obumbrabat ſuper eum nubes & gloria Domini impletum erat tabernaculum.

Cald. Quia oraulit ſuper illud nubes, *Arias.* habitauit.

EXPOSITIO.

Operuit nubes tabernaculum, in ſignum acceptationis, & quod Deo beneplacitum eſſet opus, illa autem nubas ſiue columna nubis, antea erat ſuper paruum tabernaculum, quod hactenus permanſerat, nunc prodigio nouo oſtendit Deus, ſibi gratum & acceptum recens tabernaculum extructum, in aoque velle habitara, itaque nubes illa à priore tabernaculo ad poſterius illud ſe tranſtulit, *& gloria Domini impleuit illud* gloria in vnaquaque re dicitur quod eam magnificat, & claram & venerabilem reddit, ſicut bonitas & miſericordia in Deo, ita Paulus Rom. 3. omnes enim peccaua- Rom. 3.

A runt & agent gloriâ Dei, ſplendor etiam ſeu effectus quilibet miraculoſus, indicans potentiam, bonitatem vel maieſtatem Dei, dicitur gloria eadem ratione, vt 3. Reg. 8. & non poterant ſacerdotes ſtare & miniſtrare propter nebulam, impleuerat enim gloria Domini domum Domini, &c. vnde quia ſplendor ille mirabilis refulgens in columna nubis ductrice populi, indicabat immenſam Dei bonitatem & miſericordiam, quam exhibiturus erat Dominus filiis Iſrael in tabernaculo illo manu facto, idcirco vocatur gloria Domini. 3 Reg. 8.

CONCEPTVS.

Si Ieſum tecum habueris, nihil tibi difficile ac inuium.

9. *Operuit nubes tabernaculum teſtimonij, nec poterat Moyſes ingredi nube operiente omnia*, nihilominus vt vidimus ſuperius, Dominus venit in montem Sina, quem denſiſſima nube clauſit, ne poſſet ab aliquo homine calcari, nihilominus Moyſes hanc intrauit caliginem, in qua legem à Deo accepit: quomodo ergo hîc nube operiente tabernaculum fœderis, illud non poteſt ingredi? quod admirans D. Auguſt. quæſt. 172. ait, Notanda quoque hæc res eſt mirabilis, quod nube deſcendente & implente tabernaculum, qui in monte Sina quando legem primam accepit, intrauit nubem vbi erat Deus; ſi ergo vtrobique erant impedimenta, vtrobique eadem nubis clauſtra viſabantur, & in monte & in tabernaculo; cur ergo Moyſes non potuit intrare tabernaculum nube clauſum, qui ſimiliter montem clauſum intrabat? differentia ſumanda ex cap. 32. vbi præſupponitur, quod Ioſue ſiue Ieſus in montem cum Moyſe aſcenderit, ſiquidem cum eo ſimul ab illo deſcendit: quid ergo mirum ſi Moyſes ſecum Ieſum habens, nihil clauſum inueniat, quod non pateat, omnia aperta ſibi inuenit & manifeſta quæ clauſa fuiſſent, niſi ſecum illum habuiſſet? ſic enim D. Cyrill. lib. 10. de ador. *Aſcendente* (inquit) *in montem beato Moyſe ſimul aſcendit Ieſus, neque aliter adiri ad patrem poteſt niſi per filium: in Chriſto igitur ipſis quoque ſanctis viris patet aditus, in Chriſto nobis ardua omnia plana ſunt, & aſpera peruia, facilia item ac prona que ſunt inacceſſa.* S. Auguſt. S. Cyrill.

Dominus ea quæ ſunt perfecta, gloriâ ſuâ adimplet.

10. *Operuit nubes tabernaculum teſtimonij & gloria Domini impleuit illud*, cur quamlibet partem iam abſolutam tabernaculi, gloria non adimpleuit, vt cætera perficiendi daretur animus artificibus? pende quid immediate dictum fuit, poſtquam omnia perfecta ſunt; merito ergo nunc & non antea, tabernaculum gloria Domini impletum eſt, quia Dominus ea quæ ſunt perfecta, ſibi grata eſſe & accepta B manifeſtatione gloriæ ſuæ indicat: ſuffragatur noſter S. Antonius Paduan. in expoſitione myſtica huius capitis. Nota quod in tabernaculo teſtimonij erant quatuor, candelabrum cum ſeptem lucernis, menſa propoſitionis, arca teſtamenti, & altare aureum: tabernaculum teſtimonij eſt vir iuſtus, eo quod vt Iob 7. de homine dicitur, militia eſt vita eius ſuper terram: ex tabernaculo ſolent milites armati hoſtes impugnare, & ab ipſis impugnari, & vir iuſtus in pugna conſtitutus dum pugnat impugnatur. vnde dicitur, vt bene tu pugnes, bene pugnans efficit hoſtis, teſtimonij, quod habet non tan- A tum ab iis qui foris ſunt quorum teſtimonium aliquando verum non inuenitur, ſed etiam à ſeipſo cuius gloria eſt teſtimonium ſuæ conſcientiæ, non alterius linguæ, vt inquit Apoſt. 2. Cor. 1. in tabernaculo teſtimonij candelabrũ aureum ductile, vel ducibile cum ſeptem lucernis, eſt aurei cordis viri iuſti compunctio, quæ multiplicibus ſuſpiriis, quaſi quibuſdam malleis tunditur. huius candelabri ſeptem ſunt lucernæ eſt etiam in tabernaculo viri iuſti menſa propoſitionis per quam ſanctæ vitæ intelligitur excellentia, ſuper quam debent poni panes propoſitionis id eſt refectio prædicationis, quę omnibus eſt proponenda. vnde Apoſtol. Rom. 1. Græcis ac Barbaris debitor ſum. ibi etiam eſt arca teſtamenti, in qua erant manna & virga in arca, id eſt, in mente viri iuſti debet eſſe manna manſuetudinis, vt fit Moyſes, & virga D correctionis vt ſit Helias: eſt etiam altare aureum per quod intelligitur finalis perſeuerantiæ firmum propoſitum, in hoc altari quotidie offert incenſum deuotæ compunctionis & thymiamata odoriferæ orationis. bene ergo dicitur poſtquam facta ſunt cuncta nubes operuit tabernaculum teſtimonij Exod. 40. tale tabernaculum in quo cuncta quæ pertinent ad perfectionem perfecta ſunt, operit nubes, & implet gloria Domini. S. Ant. Pad. Iob 7. 2. Cor. 1. Rom. 1.

Etiam ſi ſanctus, time Dei auguſtiſſimam maieſtatem.

11. *Operuit nubes tabernaculum, & gloria Domini impleuit illud, nec poterat Moyſes ingredi*, tecta tabernaculi, quid? cum videret rubum arden-

quomodocumque, ſed per turmas, *ſi pendebat deſuper manens fixa*, ſuper tabernaculum teſtimonij, *manebant in eodem loco*, ſignum erat quod vltra non progredieodum, *nubes quippe Domini incubabat per diem tabernaculo*, in die enim ſub forma nubis ſe præſentem pupulo A exhibebat, nocte autem in forma Ignis, *videntibus cunctis populis Iſrael per cunctas manſiones ſuas*, vt vel hoc vno miraculo omnium Iſraelitarum oculis patentiſſimo, quam ſibi propitius foret Deus, compertũ haberent, tãque muneris beneficio Deo deuincti redderentur.

CONCEPTVS.

Deus iuſtis benignus, impijs ſeuerus.

Si quando nubes tabernaculum deſerebat, proficiſcebantur filij Iſrael, Columna igitur nubis
14. de die apparens, ſignum erat itineris faciendi, verum hæc columna ſub ſpecie ignis apparebat populo: nonne eodem modo ſemper apparere potuit? cur igitur diuerſimode? hæc columna Deum deſignat præſentem Iſraelitis, nubes benignitatem, dies iuſtum, ignis ſeueritatem, ſicut nox peccatores: merito igitur diuerſimode apparat, ſcilicet diurno tempore tanquam nubes, nocturno ſicut ignis, Deus enim non omnibus idem, ſed iuſtis & pijs benignus, peccatoribus autem, & impijs ſeuerus. Sic cecinit Preſbyter Rhemenſ.

Petrus Riga.

Tempore lucis adeſt, illic præſentia nubis
Tempore noctis adeſt, ſplendidus ignis ibi.
Lux vitam iuſti, nox vitam ſignat iniqui
Nubes blanditur, terror in igne manet.
Nam Deus eſt blandus iuſtis, & durus iniquis,
Nos in nube leuat, hos Deus igne cremat.
Sed pietas Chriſti Domini nos ſubtrahit igni,
Crimina noſtra lauet, nos ſuper aſtra leuet.

Fides columna, quæ nos per mundi deſertum ducit.

Si quando nubes tabernaculum deſerebat, pro-
15. *ficiſcebantur filij Iſrael per deſertum*, vſquequo in terram promiſſionis peruenirent Verum quænam proba columna, quæ per mille anfractus huius vitæ per deſertum huius mundi incolumes nos deducit ad terram promiſſionis, nempe viuentium? cur non dicemus fidem eſſe, ſed non ſolam, at cum charitate igne denotata cõiunctam? Sic enim ſcribit S Laurent. Iuſtin. lib. de Ligno vitæ c. 5. *Fides eſt viua, fida, & ſalutaris columna, deducens per deſertum mundi huius, oſtendens ipſum eſſe plenum malitia, vbi ſunt omnia vitioſa, omnia lubrica, cuncta operta tenebris, & obiecta laqueis.* Quod autem fides coniuncta debeat eſſe charitati quæ etiam nube vel nubecula, vt vertit Oleaſt. denotatur, teſtatur idem S. Patriarcha lib. de incendio diuini amoris c. 8. *Charitas eſt nubecula, quæ ad preces Heliæ magnam excitauit pluuiam, cum enim aliquis de toto corde incipit diligere Deum, non ſolum ad amicos, ſed etiam ad inimicos beneuolentiæ ſtillicidia, & gratiæ fluenta diffundit.*

S. Laurent. Iuſtinian.

